**B** *metonymice i. q. cognati* (*cf.* Vlp. dig. 34, 5, 19 si quis -i leget, idem est atque si cognatis legasset. Gloss. -es: familias, tribus): **1** *de hominibus*: Enn. frg. var. 80 Iovis ... stirps atque -o in hunc modum tradita est. Cic. Verr. 3, 106 cum esset Sthenius ... amplissima -e. Cluent. 16 dedecus familiae, -is (Pis. 53 *Piso* bracatae -is dedecus). p. red. ad Quir. 7 me ... nulla -e munitum (16). Pis. frg. 9 cum tibi tota -o serraco advehatur (Cvrt. 8, 2, 31 cum ... totius -is grege. Papin. dig. 36, 1, 59, 2. Alc. Avit. carm. 6, 648 te meruit primam -o tota patronam). leg. 1, 26 hominem *natura* ad caeli quasi -is domiciliique pristini conspectum excitavit. fin. 4, 17 qua ex stirpe orirentur amicitiae -um. Brut. 166 summa nobilitate hominem, -e, sodalitate. off. 3, 40 -em Superbi ... esse tollendam. Caes. Gall. 6, 22, 2 principes in annos singulos gentibus -busque hominum ... quantum ... visum est agri attribuunt. 7, 32, 4 hominum ... magnae -is. Pomp. Trog. Iust. 38, 6, 2 per -um (cognitionum *al.*) arbitria. Sen. contr. 7, 6, 24 liberti, empta -o. Gell. 16, 11, 2 *Marsorum* familiae cum externis -bus nondum etiam permixtae ... sunt. Itala gen. 12, 1 (Paul. et Eustoch. Hier. epist. 46, 2, 1 *cf.* Hier. epist. 22, 1, 1. 39, 5, 1 *al.* Vvlg. act. 7, 3) exi (Vvlg. egredere) de terra tua et de -e tua (*ἐκ τῆς συγγενείας*. Vlp. dig. 40, 12, 3, 2 *mulieres* quae de -e sunt. Vvlg. gen. 24, 38 de -e mea accipies uxorem. num. 25, 14 dux de -e et tribu Simeonis. *al.*). Itala exod. 6, 14 (Lugd.) haec -o (Vvlg. -es) Ruben. 6, 16 (Lugd.) filiorum Lenni secundum (Vvlg. per) -es eorum (Vvlg. gen. 10, 31 filii Sem secundum -es. I par. 26, 31). deut. 28, 4 (Lugd.) benedicta -o (*τὰ ἔκγονα*, Vvlg. fructus) ventris tui (28, 11. 18). Lact. inst. 7, 15, 1 cum omni domo et -e (Filastr. 24, 4. Vvlg. Ios. 2, 18 omnem -em tuam congregaveris. iud. 1, 25. II reg. 9, 12 omnis ... -o domus Sibae. *al.*). Potam. tract. 1 p. 1415ᴮ -o ... numeratur. Hil. in Matth. 10, 12 de parentum -umque nominibus. 18, 4 -em generis Israelitae relinquendam (Sacr. Leon. p. 459 -em reliquit et patriam). Avson. 470, 9 hinc late fusa est -o. Hier. epist. 24, 3, 2 ut intellegeret universa -o (Vvlg. gen. 12, 3 in te benedicentur universae -es terrae. iud. 16, 31. II reg. 14, 7 consurgens universa -o. I par. 4, 27. 5, 7. Ier. 25, 9 assumam universas -es aquilonis. 31, 1 Israel. Oros. hist. 1, 8, 13). Hier. epist. 38, 2, 3 o ingrata -o (*antea*: auxilia propinquorum). in Is. 22, 10. 11 per singulas -es (Vvlg. *p. 1477, 78 et passim*). Vvlg. gen. 10, 20 hi sunt filii Cham in -bus (36, 40 num. 1, 4 *al.*). 24, 4 ad ... -em meam proficiscaris (lev. 25, 41 revertetur ad -em [*at* Itala Lugd.: ibit ad genus suum]. iud. 9, 1 locutus est ... ad omnem -em [Itala Lugd.: omnem tribum]). 45, 18 tollite inde patrem vestrum et -em. exod. 1, 6 quo mortuo ... omnique -e illa (Itala Lugd. domo). 6, 24 hae sunt -es (Itala Lugd. progenies) Coritarum. lev. 20, 20 revelaverit ignominiam -is suae. num. 1, 44 per domos -um suarum (I par. 5, 13 secundum domos -um suarum. 7, 2). 3, 27 -o (Itala Lugd. plebs) Caath habebit populos Amramitas *eqs.* 34, 14 iuxta -um numerum. Ios. 6, 23 suppellectilem ac -em illius ... manere fecerunt. 13, 15 dedit possessionem ... tribui filiorum Ruben iuxta -es suas (13, 29. 31. 19, 8 I par. 6, 54). 21, 1 duces -um. iud. 17, 7 adulescens ... ex -e eius (Am. 3, 2 vos cognovi ex omnibus -bus terrae). I reg. 9, 21 -o mea novissima inter omnes familias. 10, 21 applicuit tribum Beniamin et -es eius. *ibid.* cecidit -o Metri. I par. 2, 55 -es ... scribarum. 4, 21 -es domus operantium byssum. 7, 9 principes -um (7, 11. 40. 8, 6. 13. 28. 9, 9). II par. 19, 10 habitant ... inter -em et -em. Tob. 7, 14 ut ista coniungeretur -i suae. Ier. 1, 15 convocabo omnes -es regnorum aquilonis. 33, 24 duae -es, quas elegerat dominus, abiectae sunt. Ezech. 20, 32 erimus sicut ... -es terrae. Am. 3, 1 *dominus verbum locutus est* super omnem -em quam eduxi. act. 7, 14 Ioseph accersivit ... omnem -em (*συγγένειαν*) suam. IV Esdr. 3, 7 natae sunt gentes ... et -es, quarum non est numerus. Bachiar. fid. 1 p. 1020ᶜ numquid reliqua -o ex hac stirpe descendens maculam ex propinquitate contraxit? (repar. laps. 6 familia de Heli -e descendens). Oros. hist. 1, 8, 13. Drac. Orest. 968 -o iuncta precatur. Boeth. Porph. isag. 1, 13 p. 38, 12 ab uno Capuanorum -o iunctioque cuncta manant. p. 38, 16 ab uno filio colligere et congregare -em. 1, 24 p. 73, 9 ubi ex sanguine aliqua -o deducitur, diversarum -um gens ad unum caput generis duci potest. p. 73, 16 diversissimae gentes ad unius -em erigi possunt. *al.* Cod. Iust. 1, 5, 19, 1 liberis ... orthodoxis non existentibus ad agnationem vel -em ... easdem res vel successiones pervenire. 1, 5, 19, 2 si nec agnatio nec -o recta inveniatur. 5, 27, 12, 5. 7, 24, 1 pr. *ne mulier* sit pessimum dedecus -is suae fulgore. 11, 48, 22, 5 vel antiquitas (*i. ascendentes*) vel posteritas (*i. descendentes*) vel -o *coloni*. Pass. Theclae C 30 p. 83, 20 nemo est qui adiuvet: neque filia ... neque -o mea. Corp. VI 1887 securitati -is suae. *de nomine picturae*: Plin. nat. 35, 76 Pamphili -o *est.* 35, 136 *laudatur Timomachi* -o nobilium. *nota de collegio hominum -e aliqua inter se coniunctorum*: Corp. III 8675 Matri Magnae -is C. Turranius Cronius ... aram ... fecit. 8676 collector -is. 8687 -i⟨s Cl⟩odiorum. *cf. Bormann, Arch. epigr. Mitteil. aus Österr. 13 (1890) p. 99. speciatim* cara -o *de die festo, qui et* caristia (*cf.* Pol. Silv. fast. Febr. 22 cara -o ideo dicta, quia tunc etsi fuerint vivorum parentum odia, tempore obitus deponantur. Gloss. *τιμὴ συγγενική. τιμία συγγένεια. τιμὴ συγγενείας. τιμὴ συγγενειῶν*): Tert. idol. 10 carae -is honoraria exigenda omnia. Menol. Colot. Febr. (Corp. I² 1 p. 280) Vall. Febr. (Corp. I² 1 p. 280). Corp. VI 10234, 13 die karae -is. *adde*: Mart. 9, 54, 9 Care (-a *codd. dett.*), daret sollemne tibi -o munus. *cf.* caristia *p. 459 et Wissowa, PW. III 1592 sq.*

**2** *de bestiis*: Plin. nat. 8, 156 -um intellectus *equis* est. 8, 203 *capras iacere* adversas et inter se -es.

**3** *de arboribus*: Plin. nat. 16, 61 sappinum ... ex -e harum *arborum* seritur.

**II** ***translate*** *i. q.* ***similitudo*****:** **A** *hominum*: Cic. de orat. 3, 27 poetis est proxima -o cum oratoribus (ac. 2, 115 *Peripatetici* sibi cum oratoribus -em esse ... dicant).

**B** ***rerum***: Varro ling. 5, 13 qua (quae *Spengel*) -o eius erit verbi (6, 1 -i verborum ... geremus morem. Mart. Cap. 5, 484 per -em verbi ab alio deflexi). 8, 3 rerum (Cic. nat. deor. 2, 19 tanta rerum consentiens, conspirans, continuata -o. div. 2, 34 ut distantium rerum -o naturalis appareat. Qvint. inst. 9, 2, 105 rerum duarum. Cod. Iust. 1, 17, 2, 13). Varro ling. 10, 40 quae cum inter se tanta sint -e (Cic. Arch. 2 omnes artes ... quasi -e quadam inter se continentur. Scavr. gramm. VII 24, 18 ignorantes -em inter se litterarum [Don. Ter. Ad. 848]. Boeth. Porph. isag. 1, 13 p. 35, 11 monstravit ... -em inter se multitudinis. p. 35, 14). Cic. Verr. 5, 81 quae -o studiorum et artium ... non minus est coniuncta quam ista ... generis et nominis. de orat. 3, 136 bonarum artium, denique virtutum ipsarum societatem -emque non norunt. nat. deor. 3, 28 *naturam* quasi -e continuata conspirare. Sen. epist. 99, 28 quae potest inter bonum et malum esse -o? (108, 19 omnium inter omnia -em esse. Qvint. inst. 7, 10, 1 est ... quaedam inter hos status -o). Colvm. 9, 14, 1 *bubulus fimus* quasi quadam -e generis maxime est apibus aptus. Plin. nat. 15, 51 cetera *mala* e causis ⟨aliis⟩ traxere nomen ...-is melapia. 15, 108 magnum *saporibus* omnibus in odore momentum et magna -o *est.* 17, 104 quae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... pariter florentia eiusdem horae -em sucorumque societatem habent. 18, 216 -o caeli non gentium modo verum urbium quoque singularum (APVL. mund. 19 caeli marisque -o). 19,108 de porro in hac -e dici conveniat. 21, 22 lilium rosae nobilitate proximum est et quadam -e unguenti oleique. 24, 29 *herbae* propter -em nominis non differendae. 34, 123 Gracci -em aeris nomine fecerunt et atramento sutorio. 36,144 schistos et haematites -em habent. TAC. dial. 25 esse quandam iudicii ac voluntatis similitudinem et -em. APVL. met. 10,30 aureae pinnulae -e simili sociatae. Plat. 1,8 ignis aëri -e coniungitur. SCAVR. gramm. VII 13, 3 -em explicare litterarum (24, 18. *cf. p. 1478, 73*). SYMM. epist. 1,43,1 quam rara -o (*Iuretus*, cognitio *F*, condicio *V*) sit facundi oris et boni pectoris. FAV. EVL. p. 16,14 quae sit numeris modisque -o. RVFIN. Orig. in lev. 5,1 -em sui ad invicem gerunt visibilia et invisibilia, terra et caelum, anima et caro. MART. CAP. 3,230. EVGRAPH. Ter. Andr. 9 *duae comoedíae* inter se ... quadam -e conveniant. BOETH. Porph. isag. 1, 13 p. 35, 20 *al.* arithm. 1, 12 p. 29, 26. 1, 13 p 30, 12 *qui numerus* ab utriusque -e aliquid naturaliter trahit. 2, 32 p. 125, 23 *paria et imparia* in unam ... quodammodo amicitiam -emque miscentur. *al.* GREG. M. in Ezech. 1, 12, 27 sunt quaedam vitia quasi per quandam sibi -em propinqua (*cf.* moral. 3, 66 *vitia quaedam* quadam pravitatis -e sociantur).

*additur gen. obi.*: PLIN. nat. 2, 235 *napthae* magna -o ignium *est*. 16, 157 chartis ... serviunt calami Aegyptii maxime -e quadam papyri. 22, 95 venenorum -e *boletorum*. 37, 55 quadam crystalli -e *adamantis*. 37, 100 narrata (nata a *Mayh.*) siderum -e *sandastri*. GELL. 13, 9, 5 per y Graecae Latinaeque ⟨o⟩ litterae -em. EVSTATH. Bas. hex. 4, 5 p. 907$^{C}$ terra ... conectitur aquis propter -em frigiditatis.

cum: CIC. Tim. 8 omni orationi cum iis rebus ... videtur esse -o. div. 2, 33 cum rerum ... natura quam -em *haec* habent? 2, 142 hereditas et honos et victoria et multa generis eiusdem qua cum somniis naturali -e iunguntur? orat. 186 *numerus non* habebat aliquam necessitudinem aut -em cum oratione. PLIN. nat. 2, 95 approbaverit -em cum homine siderum. 6, 211 cum qua *regione* cuique ⟨siderum⟩ societas sit sive -o dierum ac noctium. QVINT. inst. 1, 4, 12 quae cum quibus *litteris* -o *sit* (1, 4, 16 quid t litterae cum d quaedam -o? SCAVR. gramm. VII 14, 9 c -em habet cum g). 1, 10, 36 linearis ratio ... habet maiorem quandam aliam cum arte oratoria -em. APVL. Plat. 2, 2 -o quaedam est cum bonis ei animae portioni. PRISCILL. tract. 1, 21 talibus cum Adam ... tenebrosae vitae unita -o est. EVSTATH. Bas. hex. 2, 6 p. 886$^{C}$ propter Hebraicae linguae -em *cum Syrorum lingua*. PRISC. gramm. II 414, 8 est quaedam -o praesentis ... temporis cum praeterito.

ad: PRISC. gramm. II 417, 19 ad praesens *tempus futuro* est -o. BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 237, 12 ad utraque contraria habent -em. p. 245, 1 ut in his (*divinis corporibus*) nulla -o sit ad opposita (p. 247, 17. 22. 24. p. 249, 21. 25 *al.*). *cf.* arithm. 1, 11 p. 25, 7.

*syn.: ad I A*: affinitas (RHET. Her. 3, 3, 4 CIC. Verr. 3, 27 LEX Vrson. [Corp. II 5439] 95, 19 Q. CIC. pet. 16 SALL. Iug. 111, 2 LACT. epit. 33, 3 AVG. civ. 10, 1 p. 403 EVSTATH. Bas. hex. 8, 2 p. 947$^{C}$ INST. Iust. 4, 18, 6), consanguinitas (AVG. epist. 52, 4), consortium (PS. APVL. Ascl. 23), necessitudo (CIC. Verr. 6, 176 orat. 186 PLIN. paneg. 7 AVG. civ. 10, 1 p. 403), propinquitas (AVG. civ. 10, 1 p. 403 BACHIAR. fid. 1 p. 1020$^{C}$). *ad I B*: propinqui (HIER. epist. 38, 2, 3). *ad II*: similitudo (TAC. dial. 25), societas (CIC. de orat. 3, 136 PLIN. nat. 6, 211. 17, 104).

**cognātīvus,** -a, -um *a* cognatus. *i. q. ad cognationem vel cognatum pertinens*: NOVELL. Iust. 84 pr. legitimas ... et -as (κογνατικάς) successiones.

✖**cognātus,** -a, -um [*a* co(n)- *et* gnatus, natus. *Th.*]. *scribitur graece* κογνάτος: THEOPHIL. inst. Iust. 1, 10, 1 GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 13, 57$^{A}$. κογνάτα: THEOPHIL. inst. Iust. 1, 10, 2. *de origine*: VLP. dig. 38, 8, 1, 1 -i ... appellati sunt quasi ex uno nati (MOD. dig. 38, 10, 4, 1 quasi una communiterve nati) aut, ut Labeo ait, quasi commune nascendi initium habuerint. PAVL. dig. 38, 10, 10, 1 συγγενεῖς ... quos nos -os appellamus. *v. p. 1476, 12; item in script. sacra ubique (nisi quo aliter esse attuli) respondet* συγγενής. ISID. orig. 9, 6, 2 -i dicti, quia sunt et ipsi propinquitate cognationis coniuncti.

*formae: gen. pl.* -um: PLAVT. Amph. 841. PRISC. gramm. II 30, 9 *n* transit in g, ut ... -us. congnatus: CORP. VI 8168. 14931. 25828. 33708. X 1220. 2758. 3408. connatus: CORP. VI 13121. *legitur inde a* LEGE Cincia (*a. fere 204 a. Chr.*) PLAVTO ENNIO; *singulis locis apud* ENN. LVCIL. RVT. LVP. VITR. VELL. PHAEDR. PERS. MART.; *binis ap.*: CATONEM VARRONEM CATVLL. VERG. CIRIM PROP.; *ternis*: RHET. Her. CVRT.; *quaternis*: SALL. SEN. rhet. VAL. MAX. IVV.; *quinis*: VAL. FL. APVL.; *saepius*: PLAVT. TER. CIC. OV. LIV. SEN. phil. ICTOS VVLG.; *deest praeter alios*: LVCR. CAES. HIRT. BELL. Alex. Afr. Hisp. NEP. TIB. CELSO COLVM. MELAE ASCON. PETRON. [*val.* cumnat, *it.* coguato, *hisp.* cuñado. *M.-L.*] *adde nom. propr.*

**I** *i. q.* ***propinquus,*** *affinis*: **A** ***proprie,*** *cum latiore sensu* (*cf.* GLOSS. συγγενής, προσγενής. affinis, proximus, coniunctus. -um: propinquum. *adde l. 65*), *tum strictiore Ictorum, cuius notionis has habes definitiones*: PAVL. FEST. p. 162 necessarii sunt ... aut -i aut affines. PAVL. dig. 38, 10, 10, 2 -i sunt et quos agnatos lex duodecim tabularum appellat, sed hi sunt per patrem -i ex eadem familia, qui autem per feminas coniunguntur, -i tantum nominantur. MOD. dig. 38, 7, 5 pr. inter agnatos et -os hoc interest, quod in agnatis et -i continentur, in -is non utique et agnati. INST. Iust. 3, 1, 15 nepotes autem qui ex filiabus nati sunt et pronepotes ex neptibus -orum loco *numerant vetusti*. LEX Burg. Rom. 10, 9 -i qui per feminas veniunt. GLOSS. -us: *συγγενὴς ἀνὴρ ἐκ θηλεογονίας*. -i: affines per feminas. ISID. diff. 1, 110 -us eiusdem generis, affinis nuptiis veniens, propinquus sanguine vel affinitate coniunctus (DIFF. ed. Beck p. 48, 48). *cf.* agnatus *vol. I p. 1348, 21sqq.*

**1** ***adiectivum:*** **a** *de hominibus*: LEX Cincia (frg. Vat. 298) sive quis -us -a inter se ... erit (*cf.* GAIVS dig. 38, 8, 2). ENN. ann. 53 Venus. TER. Phorm. 127 ego te -um dicam. 295 si -ast maxume. 353. 398 qui est -a *ea*? 409. 755 quae dicitur -a. CATVLL. 89, 3 puellis. VERG. Aen. 8, 132 patres. CIRIS 201 reges. OV. am. 1, 2, 51 Caesaris. met. 15, 175 animas (*cf.* SEN. dial. 11, 11, 7). fast. 3, 425 numina (*cf.* PANEG. 2, 3). 4, 30 deos (SEN. Herc. O. 329). LIV. 1, 23, 7 duos -os vicinosque populos (AVG. civ. 3, 14 CORP. VI 30927). 27, 34, 7 -i hominis ... causa (BOETH. Porph. isag. 1, 13 p. 37, 14). SEN. contr. 2, 6, 2 humanum genus -um natura. SEN. Med. 827 de -o Phaethonte. epist. 95, 52 natura nos -os edidit, cum ex isdem et in eadem gigneret. 108, 19 -us aliqui spiritus. LVCAN. 2, 238 Catonis. VAL. FL. 5, 186 Phrixi (6, 593. 7, 14). 6, 544 Achivis. APVL. apol. 2 adolescentis. Socr. 5 p. 130 inter Troianos stirpe -os et fortassean inter Graecos proelio cognitos (*nota antonomasiam et cf. p. 1481, 6*). PAVL. dig. 22, 6, 1, 2 se -um esse. ARNOB. nat. 5, 29 a -is ... reverendisque personis. AVSON. 206, 1 Manes (377, 4). INST. Iust. 3, 3, 5 sorores -ae vel agnatae (COD. Iust. 6, 56, 7 pr.). COD. Iust. 6, 30, 19 pr. omnes successores *hereditatis* sive -os sive extraneos.

*cum dat. personae*: LEX Cincia (frg. Vat. 304/5) si quis mulieri virginive -us. PLAVT. Rud. 1214 patrem eius ... mi esse -um. TER. Ad. 494 *mortuus* -us mihi erat. Andr. 926 Phorm. 352. 391. 397. 801. CIC. Cael. 34 cur tibi Caelius tam coniunctus fuit? -us? affinis? LIV. 25, 3, 15 qui propinquus -usque Postumio erat. SEN. dial. 6, 25, 2. 11, 11, 7 *animus* dis -us. SIL. 4, 795 -um est homini deus. 11, 179 Capys magno -us Iulo. GAIVS dig. 38, 8, 2 *ut* is qui natus est matri ipsi et inter se quoque qui nascuntur -i sint. VLP. dig. 38, 8, 1, 4 isdem etiam -us fiet. PAVL. dig. 1, 7, 23. 2, 4, 7. 38, 10, 10, 13. MOD. dig. 38, 10, 4, 10 nemo est illi -us. PANEG. 2, 3 a -o tibi Diocletiani numine. AMM. 18, 3, 8 quorum mentes -as caelestibus. AVG. civ. 3, 7 civitatem Romanis -am. vera relig. 46, 89 omnes sub uno deo patre -i sunt ... et invicem sibi sunt. *nota*: MANIL. 2, 123 -am ... sui (sibi *al.*) mentem. **b** *de bestiis*: VARRO rust. 2, 9, 6 *canes* -i maxime inter se sunt. PLIN. nat. 10, 13 -um genus *aquilarum*. STAT. Theb. 4, 103 avibus. IVV. 5, 103 anguilla ... longae -a colubrae. SIDON. carm. 7, 203 vulgus prope -um. **c** *de rebus*: *α per enallagen i. quod ex cognatione deducitur vel -orum est*: CATVLL. 68, 98 prope -os ... cineres. VERG. Aen. 3, 502 -as urbes ... populosque propinquos (LIV. 37, 17, 15). 12, 29 -o sanguine victus (CIRIS 409 LVCAN. 4, 554 SIL. 2, 617. 8, 30. 15, 12 MART. 12, 44, 1. CORP. VI 34866 -o sanguine iunctus). PROP. 3, 7, 10 -os inter rogos. OV. epist. 4, 138 -o poterit nomine culpa tegi (Ib. 301 *Pyrrhum* -o nomine clarum. SIL. 15, 746 mihi -um Sidonia Dido nomen. AVSON. 201, 7. 377, 15). 14, 81 *Danaus* fert male -ae iacturam mortis. met. 2, 663 in equam -aque corpora (*sc. corpus patris*) vertor (13, 615). 4, 431 per -a ... exempla. 6, 498 perque fidem -aque pectora (LVCAN. 7, 323 -a in pectora. STAT. Theb. 2, 637). 9, 412 latus. 13, 678 petere antiquam matrem -aque ... litora (*vulgo*, antiqua -aque moenia *opt. codd. cf.* SIL. 14, 575 -a in litora). 15, 451 moenia (STAT. Theb. 1, 11). fast. 2, 416 -ae ... manus (LVCAN. 8, 548). 3, 426 caput. MANIL. 1, 906 bella (AVG. civ. 3, 14). SEN. Med. 523 te caede -a inquines (CLAVD. 3, 78). Oed. 513 sceptra ... -ae domus. 627 cruore ... laeta -o domus (benef. 5, 15, 5 perfusi cruore -o. AVG. civ. 3, 14). 672 fides ... -i laris. 738 agmina. LVCAN. 1, 4 canimus ... -as ... acies. 6, 564 -o in funere (STAT. silv. 2, 4, 22 funera). PLIN. nat. 11, 148 *aves* velut ad -a desideria sua tendunt. VAL. FL. 5, 538 -as ... defendite sedes! SIL. 3, 4 adit populos -aque limina. STAT. silv. 5, 2, 52 laus. Theb. 2, 9 ictibus. 4, 392 nefas. 5, 579 Lernae *urbis*. 9, 416 -os gemitus ... docet. Ach. 1, 92 -is utere fretis. 1, 273 -a per aequora (2, 7). PS. APVL. Ascl. 6 *homo* diis -a divinitate coniunctus est. PANEG. 4, 9 ut veluti -o vicinorum sibi numinum tenerentur amplexu. 5, 4 Iovis et Herculis -a maiestas. AVSON. 159, 7 -is ... dedicat umbris. VVLG. Sirach 41, 25 ab aversione vultus -i. CLAVD. rapt. Pros. 3, 200 -ae vulnera ... invidiae. carm. min. 22, 55 irruat in miseros -a potentia cives. CYPR. GALL. gen. 1059 *feminae* admorunt teneros -a ad basia natos. DRAC. Orest. 538 ferro. *β per prosopopoeian*: OV. epist. 14, 101 per terras -aque flumina curris. met. 1, 81 *homo* -i retinebat semina caeli. 15, 839 -a ... sidera tanget (MANIL. 5, 703. SEN. suas. 6, 6 ad -a sidera recurret). fast. 2, 588 *Iuturna* in -as desiliebat aquas. MANIL. 2, 67 -is membris contexta ... machina. 2, 301 astra (2, 384. 578 *astra* sunt adversis signis -a [adversa *al.*] trigona. SIDON. epist. 8, 9, 5 vers. 52). 2, 608 signa (2, 670). 2, 652 corpora (4, 910. 5, 438 *cf. supra l. 52*). VELL. 2, 130, 1 quidquid ... claritudine eminuit, id veluti -um censet tuendum. SEN. Tro. 340 maris. dial. 11, 8, 6 animum ad -arum rerum conspectum tendentem. SIL. 8, 341 -a ... sanguine nobis tecta Iovis. STAT. Theb. 1, 102 Tartara. 1, 206 -i nubibus amnes. AVSON. 350, 8 adoptiva quae sunt ut -a videantur.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SYMPH. 49, 1 dens (*sc. ebur*) ego sum magnus populis -us Eois. INSCR. christ. Rossi II 267, 20, 3 me praesens tumulus -o caespite claudit.

**2** *substantive: masc.* **cognātus,** -ī: **a** *generatim i. q. propinquus*: ENN. ann. 463 quis pater aut -us volet ⟨v⟩os contra tueri? PLAVT. Amph. 841 -um (*gen. pl.*) concordiam. 849 adduco tuom -um . . . Naucratem (918). 860 ex Naucrate -o id cognoscam meo. Cas. 567 asto advocatus cuidam -o meo. Capt. 390 salutem dicito matri et patri et -is. 528. Mil. 705 habeo multos -os. 707 bona . . . -is didam. 1119 -os persuadere. Most. 130 Poen. 1064. 1256 -us vester. 1323 loqui inclementer nostro -o. 1388 Rud. 1198. Stich. 580 cum amicis deliberavi . . . et cum -is meis (*cf.* TER. Eun. 148 habes . . . neque amicum neque -um. CIC. S. Rosc. 27 de amicorum -orumque sententia. Caecin. 15 suadebant amici -ique Caesenniae. SALL. Iug. 9, 4 coram amicis et -is. LIV. 1, 49, 9 *al.* IVST. 5, 7, 7 VVLG. II Macc. 8, 1). PLAVT. Trin. 260. 307 parentes . . . et -i (LIV. 23, 5, 1 *al.* VVLG. Tob. 2, 15). 702 patriam deseres, -os, affinitatem. TER. Ad. 351 Hegioni -o eius rem enarrato. 673. 947 Hegio est his -us proxumus (CATO orig. 81 LIV. 38, 60, 10 IVLIAN. dig. 40, 5, 47, 4 SCAEV. dig. 32, 40 pr. PAPIN. dig. 38, 6, 8 *al.* VLP. dig. 17, 2, 52, 9 proximioribus. 38, 8, 1, 8 INST. Iust. 3, 9, 5. COD. Iust. 5, 27, 9, 4 proximos maternos eius -os). TER. Andr. 71 -orum neglegentia. Haut. 194 Eun. 327 patris -um . . . Archidemidem novistin? Hec. 171. Phorm. 98 illi . . . neque notus neque -us . . . quisquam aderat (*cf.* VVLG. Luc. 2, 44 inter -os et notos). 366 neglegere -um suom. 496. CATO or. frg. 41 adversus -os . . . testatur. CARM. epigr. 363 (*litteris antiquis et optimis*) probatus . . . -is atque propinqueis (CIC. Verr. 3, 106. FEST. p. 197 inter -os propinquosque. IVST. 11, 15, 7). RHET. Her. 4, 24, 33 -os suos enumerabit. 4, 30, 41 pare -is. 4, 40, 52 infestus -is. CIC. inv. 2, 35. S. Rosc. 87 de municipis -ique fortunis. 96. Verr. 3, 139 -us voluntarius. Cluent. 41 nemo . . . ex tam multis -is et affinibus (*cf.* 94 leg. agr. 2, 21 p. red. ad Quir. 6 multi . . . -i atque affines deprecati sunt. SALL. Iug. 14, 1. 85, 4 -orum et affinium opes. LIV. 6, 20, 2 VAL. MAX. 2, 1, 8. 2, 7, 7 QVINT. inst. 9, 3, 38 GELL. 2, 29, 11. 12 APVL. met. 4, 26). CIC. Flacc. 40 eum . . . -um suum esse. Cael. 68 de -orum sententia. Vatin. 39 si -i respuunt. part. 66 amicos -is anteferre. Att. 12, 38, 2 scripsit de impuro nostro -o. 13, 27, 1 incidissemus . . . in -um tuum. SALL. Catil. 61, 8 pars hospitem aut -um reperiebant. HOR. sat. 1, 1, 88 -os, nullo natura labore quos tibi dat, retinere. 1, 9, 27. 2, 3, 58 epist. 2, 2, 136. PROP. 2, 34, 5 polluit . . . *Amor* -os. OV. epist. 11, 18 inter -os . . . referre Iovem. ars 1, 753. fast. 2, 617 proxima -i dixere caristia cari. 4, 949 -i Vesta recepta est limine. LIV. 2, 49, 5 turba . . . -orum sodaliumque. 22, 59, 16. 22, 60, 1. 22, 61, 7. 28, 21, 8 negatum id . . . -is communibus. RVT. LVP. 1, 19 neminem illi propiorem -um quam te fuisse. VITR. 6 praef. 6 artifices non erudiebant nisi suos liberos aut -os. SEN. contr. 2, 1, 10 exercitus . . . civium -orumque. VAL. MAX. 6, 3, 7. 6, 6, 5. PHAEDR. 4, 25, 15 -os . . . invitare. SEN. Oed. 448 -us Bacchi. dial. 7, 26, 6 *Iovem* raptorem . . . -orum. 9, 11, 10 Gaius, vetus -us. PERS. 5, 164 siccis dedecus obstem -is. PLIN. nat. 7, 205 Euchis, Daedali -us. QVINT. decl. 356 p. 388, 14 habuisse cum -is consilium. 264 p. 78, 20. IVV. 11, 84 -is ponere lardum. 11, 86 -orum aliquis. POMPON. dig. 38, 8, 5 gradu -orum (VLP. dig. 38, 8, 1, 3 *al.* PAVL. dig. 38, 10, 10 pr. *cf.* PAPIN. dig. 38, 9, 2 inferioris gradus). GAIVS dig. 38, 10, 1, 1 superioris . . . et inferioris ordinis. PAPIN. dig. 38, 9, 2 prior -us. VLP. dig. 17, 2, 52, 9 -um ulteriorem. PAVL. dig. 38, 10, 10, 8 ex lateribus -i. 38, 10, 10, 13 eosdem -os tam paternos quam maternos habet. *et passim*. PORPH. Hor. sat. 1, 6, 85/87 ne in malam existimationem apud cives et -os recideret. LAMPR. Alex. 68, 1 IVST. 2, 11, 2 FILASTR. 156, 7 AVSON. 158, 3. 470, 12. QVEROL. p. 42, 10 vicinos, -os . . . respue (VVLG. Luc. 1, 58 audierunt vicini et -i eius. AVG. civ. 4, 3 cum -is, vicinis, amicis). AMM. 26, 6, 1. 26, 10, 1. HIER. epist. 82, 3 pro fratribus suis atque -is (VVLG. II Macc. 15, 18 Luc. 21, 16 parentibus et fratribus et -is et amicis). VVLG. num. 27, 3 inter -os (*ἀδελφῶν, item hebr.*, ITALA Lugd. in media synagoga) patris nostri (27, 6). 35, 12 -us occisi (35, 21). Dan. 13, 30 venit cum . . . filiis et universis -is suis. II Macc. 5, 6 prosperitatem adversum -os malum esse maximum. CLAVD. 1, 13. 22, 235. INST. Iust. 3, 2, 3ª *quaedam bonorum possessio* 'unde -i' appellatur (*cf.* 3, 9, 6 bonorum possessio . . . 'unde legitimi', et 'unde -i'. 3, 9, 7). 3, 2, 7ª ex -orum ordine. COD. Iust. 5, 27, 9, 4 -i ex materna linea descendentes vel ascendentes vel ex latere venientes. 8, 47, 10, 1ᶠ qui legitimus *filius* erat familiae adoptivae, is *post adoptionem* naturalis fuerat -us. 11, 48, 22, 4 per suos vel patres vel fratres vel -os. CORP. X 721. 6135 -is bene merentibus. XII 4632 -is et libertis suis. CARM. epigr. 1100, 5 -i proprii longa regione relicti. GLOSS. III 72, 23 sine -is *ἀσυγγενής*. *in imagine*: PS. APVL. Ascl. 7 mentis divinitas tecta solum cum -is suis id est mentis purae sensibus. *de bestiis*: HOR. sat. 2, 3, 316 ut ingens belua -os (*sc. ranas*) eliserit. IVV. 15, 160 parcit -is . . . fera. **b** *speciatim*: *α i. q. maritus sororis vel mariti frater vel frater uxoris* (*cf. it.* cognato): CLAVD. DON. Aen. 1, 357 a -i morte. VVLG. iud. 1, 16 Cinaei -i (*γαμβροῦ*) Moysi. CORP. III 8418 Fulvinia Tertia cogn(ato) incomparabili. 9063. 12130 optimo cogn(ato). V 4369 -us dulcissimus sororio amantissimo. 5228. 5970. VI 13121 -o bene merenti (X 3408. XIV 1588 INSCR. Notiz. degli scavi 1895 p. 476). VI 34196. 34238, 10. VIII 3810 venusto cog(nato) merenti. 9182. 23823. IX 1894. 3309. 3720. 5812. 5899. X 1220. 2141. 2236. 2758. 5899. XIV 200. 500. 2142. 3323, 7 INSCR. Athen. Mitt. 1908 p. 150. *β i. q. socer*: VVLG. exod. 18, 1 sacerdos Madian -us (*γαμβρός*) Moysi. 18, 5. 6 ego Iethro -us tuus. 18, 7 in occursum -i sui. 18, 8. 12. 14. 27. num. 10, 29 dixit . . . filio Raguel Madianitae -o suo (*at* ITALA Lugd. generum). iud. 4, 11 a . . . filiis Hobab -i (ITALA Lugd. cognatio) Moysi. *γ singulariter i. q. filius sororis*: COMMENT. Lucan. 2, 238 -os . . . dicimus filios sororum. *i. q. consobrinus vel patruelis*: VVLG. II Macc. 11, 35 Lysias -us (*συγγενής*) regis. *i. q. filius*: DRAC. Romul. 8, 240 Dionae Aeneas -us (prognatus *Bachrens*). **c** *latiore sensu*: *α eiusdem gentis homo*: VVLG. Rom. 9, 3 qui sunt -i (*συγγενῶν*) mei secundum carnem, qui sunt Israelitae. 16, 7 salutate . . . -os (*συγγενεῖς*) et concaptivos meos. 16, 11 salutate Herodionem, -um meum. 16, 21. *β titulus honoris*: CVRT. 3, 3, 14 quos -os regis appellant, decem et quinque milia hominum. 4, 11, 1 -orum principes. 4, 15, 29 -i Darei et armigeri. VVLG. I Macc. 10, 89 sicut consuetudo est dari -is (*τοῖς συγγενέσι*) regum.

*fem. subst.* **cognāta,** -ae. **a** *generatim i. q. propinqua* (SCHOL. Ter. p. 129, 5 -a propinqua): PLAVT. Cist. 100 ducendast domum sua -a Lemniensis (174 propinquam uxorem duxit, -am suam). Poen. 3 eius -ae duae nutrixque earum raptae. 97 adulescens . . . efflictim perit suam sibi -am. CAECIL. com. 152 inter suas aequales et -as. TER. Hec. 592 tuas amicas te et -as deserere. Phorm. 130. 803 vide, ne in -am pecces. LVCIL. 994 ad matrem, -am, ad amicam. APVL. met. 6, 3 -ae meae . . . malam gratiam subire nequeo. PAPIN. dig. 39, 5, 29, 2 proximae -ae. *et saep. in* DIG. PORPH. Hor. sat. 2, 6, 63 velut a -a abstinebat. IVST. 43, 4, 8 regis -a. VVLG. Luc. 1, 36 Elisabeth -a (*συγγενίς*) tua (EXC. barb. chron. I p. 277, 66). CLAVD. 10, 262 nulla subesse vincula -ae. *nota de rebus*: HOR. sat. 2, 6, 63 faba, Pythagorae -a (SER. SAMM. 734 Pythagorae -a levi condita cumino). PS. AVG. quaest. test. II nov. 61, 1 p. 446, 12 (Souter) caro . . . -a eorum (*visibilium et mundanorum*) est. **b** *speciatim: i. q. uxor fratris vel soror uxoris vel mariti vel glos*: ORAT. Hadr. de Matid. (Corp. XIV 3579) 25 -a piissima. HIER. epist. 22, 24, 3 non mater, non soror, non -a, non germanus. VVLG. Ruth 1, 15 reversa est -a tua. GREG. M. epist. 11, 56ª p. 335, 6 novercis et -is si liceat copulari coniugio. p. 335, 16 cum -a . . . miscere prohibitum est, quia per coniunctionem priorem caro fratris fuerat facta. CONC. Lugd. a. 516—523 p. 31, 19 qui . . . -ae suae . . . se sociavit. CORP. II 6011. VI 13241. 34238, 8. 36556 c⟨o⟩gna⟨t⟩ae pientis(simae). X 2356. 7347. XII 5125. XIV 1425. 3579, 25 indulgentissima -a. *et saepius, ut videtur. adde*: CORP. XIV 1285 Faustinus fecit sibi et coniugi suae Anniae Mariae cognat⟨a⟩e suae (*spectare videtur ad condicionem talem, quae est supra l. 19 vel l. 35 sqq.*).

**B** ***translate i. q. similis, conveniens*** (*cf.* QVINT. inst. 1, 5, 49 sunt quaedam -a, ut dicunt, id est eiusdem generis): CIC. de orat. 3, 197 nihil est . . . tam -um mentibus nostris quam numeri atque voces. Tim. 17 formam . . . et maxime -am et decoram *deus* dedit. HOR. sat. 2, 3, 280 imponens -a vocabula rebus. MANIL. 4, 260 -as tribuit . . . Aquarius artes. 4, 327 *Cancer* -am . . . gerit diverso in cardine legem. SEN. nat. 2, 21, 4 -a esse ista et eiusdem notae ac naturae. 3, 10, 1 utraque . . . -a res est. 7, 30, 4 multa praeterea -a numini summo et vicinam sortita potentiam obscura sunt aut . . . . oculos nostros . . . effugiunt. epist. 99, 25 esse aliquam -am tristitiae voluptatem (99, 28). PLIN. nat. 5, 98 usque ad -a Ripaeorum montium iuga. 15, 80 *culices* ad -ae (*codd., sc. arboris alimentum*, -am *sc. arborem vulgo*) evolant (*cf.* 16, 38 genera -arum arborum). 21, 81 -um *fimum bubulum apibus*. 23, 62 vino -a res sapa est (36, 182 -a calci res gypsum est. GELL. 2, 4, 6 cum accusator et reus duae res quasi -ae coniunctaeque sint). 23, 103 *mala* struthia. 24, 88 -a (cognita *codd.*) . . . res est harundini papyrum. 31, 33 -is et nivis causis (*abl. abs.*). 35, 179 *napthae* ardens natura et ignium -a. 37, 100 -a est et sandastros. APVL. Plat. 1, 14 sensus . . . intellegentiam -am tenent. MAR. VICTORIN. gramm. VI 18, 13 -ae . . . vocantur inter se vocales . . . item consonantes inter se, sed proprie sunt -ae, quae simili figuratione oris dicuntur (*cf.* SCAVR. gramm. VII 14, 1 x littera -a ⟨est cum⟩ c et g. 21, 16). PALLAD. 14, 76 *mala Punica* sibi -o picta rubore placent. HIL. hymn. 1, 59 progenies dei, -um cui sit omne decus patris. PELAG. in Rom. 8 p. 680ᶜ singulae *substantiae* -a sibi et vicina desiderant. RVFIN. Orig. in num. 1, 3 quae *unusquisque* ad unamquamque *tribuum* vel in actibus -a vel in moribus habuit. 5, 2 quinquaginta . . . et quingenti -us est numerus. AVG. civ. 12, 25 homo praecipuum diisque ipsis -um teneret locum. HIPPOCR. aer. 7 istum morbum eis -um (*σύντροφον*) esse et aestate et hieme. MART. CAP. 1, 73 speculo -i luminis. *ibid.* speculo -o. DRAC. laud. dei 1, 82 rerum -a . . . conservat natura fidem. satisf. 61 littera doctiloquax apibus -a refertur. BOETH. Porph. isag. 2, 11 p. 104, 24 -a differentia (2, 11 p. 105, 4). arithm. 2, 38 omnes tetragonos imparibus esse -os. 2, 49 haec proportionalitas geometricae harmoniae -a est. 2, 54 p. 170, 27 omnes . . . termini -i sibi . . . sunt. CASSIOD. art. 6 p. 1215ᶜ duarum magnitudinum -arum . . . habitudo. CORIPP. Ioh. 1, 244 tristis imago . . . -a tenebris. ANTH. 472, 3 famuli -a faece sepulti.

*neutr. subst.*: PRVD. c. Symm. 2, 47 -um . . . volunt pigmenta Camenae. *c. inf.*: SYMM. rel. 31, 1 moribus scaevis familiare atque -um est armare spiritus.

**II** ***de eo quod coaluit; i. q. una natus vel concretus*** (*cf.*



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

connasci *vol. IV p. 344, 19*): CLAVD. 5, 360 -o . . . viros spirare metallo. 7, 14 -a potestas excepit Tyrio venerabile pignus in ostro. 21, 322 -os strinxit gladios. carm. min. 7, 4 quos forma diremit, materies -a tenet discrimine nullo. 24, 2 -us dorso durescit amictus (*lucustae*). 27, 18 sidus? (*at cf. p. 1480, 75*). 34, 1 (*de crystallo*) lymphae, quae tegitis -o carcere lymphas. rapt. Pros. 1, 146 parva . . . -as prohibent discrimina terras (*sc. Italiam et Siciliam. cf.* CORIPP. Ioh. 4, 192 *amnis* utraque -ae dirimens confinia terrae). AVG. serm. ed. Mai 71, 3 oves lanis -is ut vestibus et compositae sunt et onustae. 72, 1 -ae sulcantur cicatrices. CORIPP. Iust. 3, 287 -os latices laticum concreta tegebant.

*syn.: ad I A*: affinis, coniunctus (CIC. Cael. 34 GELL. 2, 4, 6), necessarius, propinquus (CORP. I 1480 COD. Iust. 5, 37, 28, 1ª. 2ᵇ *al.*). *ad I B*: conveniens, familiaris (SYMM. rel. 31, 1), similis. *ad II*: una natus, connatus, concretus. *oppos.*: agnatus.

*deriv.*: cognatio, cognativus. *cf. graec.* κογνατικός. *Hoppe.*

**cognīdium** *i. q.* coccum cnidium, *v.* coccum *p. 1395, 33 sqq.*

**cognitio,** -ōnis *f. a* cognoscere. CAEL. AVR. acut. 2, 31, 163 -o . . . sive intellegentia. ISID. diff. 1, 89 inter -em et agnitionem quidam sic distinguunt, quod -o eorum sit, quae ante non scivimus et ea postea scire permittimur, agnitio vero eorum, quae prius scientes, deinceps scire desivimus eorumque postea recordamur. GLOSS. *διάγνωσις. ἐπίγνωσις.* diversatio ('divulgatio?' *Goetz*) vel quod iam palam est. *legitur inde a* TER., *plur. inde a* CIC. fin. 3, 5, 17 *saepe, cf. Neue-Wagener I³ 643. graece* κογνιτιόνεμ: PAPYR. Lips. *p. 1486, 52.*

**I** *i. q.* ***actio recognoscendi*** *(quem Graeci ἀναγνωρισμόν appellant): spectat ad homines*: TER. Eun. 921 ibo intro, de -e ut certum sciam. AVSON. 465, 2 Vlixes Eumaeo et Philoetio, . . . qui sit, revelat. et postquam facta -o est, caedem procorum pro tempore instrui placet. HYG. fab. 37 p. 68, 8 cum posset eum lapidem allevare et gladium patris tollere. ibi (id sibi *Schmidt*) fore indicium -is filii. 122 p. 105, 10 -e facta . . . Mycenas venerunt. 126 p. 110 tit. Vlixes -o. EVGRAPH. Ter. Andr. 904 haec scaena -em habet puellae.

**II** *latiore sensu i. q.* ***actio cognoscendi*** *(rarius passive i. q. status eius qui cognitus est, ut ex. gr. l. 37. p. 1484, 2 al.)*: **A** *cognoscuntur personae: generatim*: CIC. Arch. 5 itaque hunc omnes . . . -e atque hospitio dignum existimarunt. epist. 13, 78, 2 huic ego tantummodo aditum ad tuam -em patefacio et munio. PETRON. 132 paenitentiam agere sermonis mei coepi, . . . quod oblitus verecundiae meae cum ea parte corporis verba contulerim, quam ne ad -em quidem admittere severioris notae homines solerent. *speciatim de amore viri et mulieris* (*cf.* cognosco *sub II A 3 aβ*): AMBR. Abr. 2, 11, 91 quia is, qui incipere habet uti -e feminae, ante debet recidere in se ardorem libidinis.

**B** *cognoscuntur res (plerumque incorporeae)*: **1** *generatim*: CIC. orat. 122 nam ipsae quidem res in perfacili -e versantur. fin. 1, 63 quae *regula* quasi delapsa de caelo est ad -em omnium. 3, 73 quid natura valeat, haec una -o potest tradere. 5, 44 -o . . . haec est una nostri, ut vim corporis animique norimus. Tusc. 1, 48 qui naturae -em admirantur (leg. 1, 61 in hoc conspectu et -e naturae . . . quam se ipse *animus* noscet. fin. 5, 53 ut sapientes omne tempus inquirendo ac discendo in naturae -e consumant. SEN. epist. 82, 6 *fortunae* naturaeque -o). Tusc. 3, 57 non . . . id solum continet ea disputatio, ut -em afferat generis humani, sed significat *eqs.* ac. 2, 23 virtutum -o confirmat percipi et comprehendi multa posse. 2, 99 rerum natura nullam nobis dedit -em finium. SEN. contr. 9, 6, 14 nec est quod quaeratis aliquem, qui -em vestram per omnis comparationis partis ducat. VAL. MAX. 8, 2, 1 nec commodorum spem augere nec incommodorum -em obscurare oportet. SEN. dial. 8, 5, 8 homo ad immortalium -em nimis mortalis est. nat. 1 praef. 6 ad -em caelestium (QVINT. inst. 1, 10, 5 non modo -e caelestium vel mortalium). epist. 28, 2 -o urbium aut locorum. 89, 1 facilius enim per partes in -em totius adducimur. PLIN. nat. 25, 9 nec est difficilis -o (*sc. herbarum*), nobis certe exceptis admodum paucis contigit reliquas contemplari *eqs.* QVINT. inst. 1, 1, 36 etiam dicta clarorum virorum et electos ex poetis maxime — namque eorum -o parvis gratior est — locos ediscere inter lusum licet. 3, 1, 3 ad -em eorum, quae necessaria studiis arbitrabamur. 10, 1, 57 Horatius frustra Tyrtaeum Homero subiungit? nec sane quisquam est tam procul a -e eorum remotus, ut non indicem . . . transferre in libros suos possit. decl. 335 p. 317, 24. SVET. Tib. 62 soli huic -i adeo per totos dies deditus et intentus, ut Rhodiensem hospitem . . . torqueri sine mora iusserit. APVL. flor. 18 p. 90 id (*sc. solis rationem*) a se recens inventum Thales memoratur edocuisse Mandraytum (Mandrolytum *Crusius*) . . . qui nova et inopinata -e impendio delectatus optare iussit *eqs.* SOL. 52, 2 *India* Alexandri Magni armis comperta et aliorum postmodum regum diligentia peragrata penitus -i nostrae addicta est. *saepius.* HIL. in psalm. 67, 31 vaccas in Samaria adoratas esse -o ex libris est. AMM. 21, 1, 7 et quoniam erudito et studioso -um omnium principi malivoli praenoscendi futura pravas artes assignant. 26, 1, 2 haec quidam veterum formidantes -es actuum variorum stilis uberibus explicatas non edidere superstites. 29, 5, 1 ne dum negotiis longe discretis et locis alia subseruntur -o multiplex necessario confundatur. HIER. epist. 55, 3, 5 in Danihelo -o futurorum *adest.* RVFIN. hist. 5, 3, 1 narratio, quam -is causa (*μνήμης ἀξίαν*) his inserere dignum putavi. AVG. civ. 9, 20 aliquid affert -e dignissimum. 11, 7 et hoc cum facit in -e sui ipsius. *ibid.* in -e firmamenti . . . in -e terrae ac maris . . . in -e luminarium maioris et minoris omniumque siderum . . . in -e omnium ex aquis animalium . . . in -e omnium animalium terrenorum. 11, 9 propter senariam vel septenariam -em. 11, 29 in diurna -e. 14, 11 quod in nostram -em pervenire non potuit. 18, 38 ac sic illa pertinerent ad ubertatem -is. 19, 14 studio -is. gen. ad litt. 4, 32 p. 130, 17 quia praecedit -em quidquid cognosci potest. 5, 18 p. 161 illa velut matutina sive diurna -e, hac vero velut vespertina. serm. 186, 1 *deus* nos per ineffabilem clementiam suam fecit aeternaliter bene vivere absque ullius miseriae -e. SVLP. SEV. chron. 1, 1, 4 ex his, quae ad supplementum -is deerant, usurpasse, ut et imperitos docerem et litteratos convincerem. 1, 47, 2 ad -em temporum. *saepius.* OROS. hist. 1, 2, 51 nunc Europam in quantum -i hominis conceditur, stilo pervagabor. 5, 19, 12 -em vultus galea, considerationem furor ademerat. BOETH. mus. 2, 18 p. 249, 28 non est dubium primam esse omnium diapason consonantiam meritoque excellere quoniam -e praecedat. GREG. M. moral. 4, 33 ad -em mente redeunte.

**2** *speciatim*: **a** -o veri, falsi, certi: CIC. ac. 2, 45 qui *errores* videntur conturbare veri -em. 2, 58 veri . . . et falsi non modo -o, sed etiam natura tolletur. off. 1, 18 qui locus in veri -e consistit. SEN. dial. 7, 4, 5 tum illud orietur inaestimabile bonum, quies mentis in tuto collocatae et sublimitas expulsisque erroribus ex -e veri gaudium. NICET. spir. 1 et praevenerit -em veri nuntius mendax. CIC. fin. 2, 43 quasi desperata -e certi. **b** *i. q. studia litterarum vel scientiarum*: CIC. de orat. 1, 185 nam si esset ista -o iuris magna atque difficilis (1, 197 percipietis etiam illam ex -e iuris laetitiam. *ibid.* iuris civilis esse -em necessariam. 1, 247 nam ipsum illud etiam sine -e iuris . . . scire possumus. epist. 3, 9, 3 cum ipsam -em iuris augurii consequi cupio. PANEG. 3, 19 iustitia -e iuris addiscitur). CIC. de orat. 1, 187 in grammaticis poetarum pertractatio, historiarum -o, verborum interpretatio (AVG. civ. 10, 32 nondum in suam notitiam eandem viam historiali -e perlatam. *bis.* 16, 9 neque hoc ulla historica -e didicisse se affirmant. 18, 41 ut autem iam -em omittamus historiae). CIC. de orat. 3, 127 geometriam, musicam, litterarum -em et poetarum (RVFIN. Orig. in Ios. 6, 1 si quis . . . attigit liberalium litterarum -em). 3, 143 philosophorum. fin. 1, 25 quid tibi, Torquate, quid huic Triario litterae, quid historiae -oque rerum . . . voluptatis affert? 4, 11 modestiam quandam -o rerum caelestium affert iis. QVINT. inst. 1, 10, 31 -em rationis, quae ad movendos leniendosque affectus plurimum valet (ARNOB. nat. 7, 44 a quovis homine sentiente communia nec ad studium veri rationum -bus erudito). 10, 1, 90 Rabirius ac Pedo non indigni -e, si vacet. PLIN. epist. 2, 3, 8 turpe est non putare tanti -em, qua nulla est iucundior, nulla pulchrior, nulla denique humanior. 3, 5, 2 est enim haec quoque studiosis non iniucunda -o. SVET. Nero 52 sed a philosophia eum mater avertit, monens imperaturo contrariam esse; a -e veterum oratorum Seneca praeceptor. APVL. apol. 27 quasi id -is gratia philosopho facere non liceat, quod luxurioso gulae causa liceret? ARNOB. nat. 2, 9 de rebus ab humana -e sepositis. AMM. 22, 8, 10 ut Eratosthenes affirmat et Hecataeus et Ptolomaeus aliique huiusmodi -um minutissimi scitatores. *de morbis cognoscendis*: CELS. 1 praef. p. 11 ita apud eum morbi -o extra artem, medicina intra usum est. 2, 18 facilis etiam et necessaria -o est naturam eius (*sc. aquae medicinalis*) requirentibus. 7, 7, 13 de qua (*suffusione*) antequam dico, paucis ipsius oculi natura indicanda est: cuius -o, cum ad plura loca pertineat, tum vel praecipue ad hunc pertinet. 8, 2 in carie quidem expedita -o est. CASS. FEL. 52 p. 136 -o autem illarum (*sc. podagrarum*) talis est. ORIBAS. syn. 1, 7 nihil est sola plenitudinis (*sc. sanguinis*) -o, nisi fiat et contemplatio aetatis hominis. 6, 7 in talibus . . . febribus propria et maxima -o est, ut calor in ipsa febre fumoso vapore sit. 6, 22. **c** *terminus rhetoricus*: RHET. Her. 2, 11, 16 ad hanc causam tractandam vehementer pertinere -em amphiboliarum eam, quae ab dialecticis proferatur. 2, 21, 31 haec -o vitiosarum argumentationum duplicem utilitatem afferet. CIC. top. 18, 67 causarum enim -o -em eventorum facit. 21, 82 quaestionum autem quacumque de re sunt duo genera: unum -is, alterum actionis. -is sunt eae, quarum est finis scientia . . . -is quaestiones tripertitae sunt. 22, 86 de -is quaestionibus hactenus. de orat. 3, 113 -is autem tres modi: coniectura definitio et ut ita dicam consecutio. 3, 117 atque eae quidem disceptationes, quae ad -em referuntur. part. 66 atque ea quidem, quae dixi, -is sunt omnia. **d** *de religione*: CIC. nat. deor. 1, 32 evellere ex animis conatur -em deorum (1, 36 *Zeno* tollit omnino usitatas perceptasque -es deorum. 2, 140 ut *homines* deorum -em caelum intuentes capere possent. 2, 153 quae contuens animus accedit ad -em deorum, e qua oritur pietas. AVG. civ. 4, 22 esse utilem -em deorum si sciatur quam quisque deus vim et facultatem ac potestatem cuiusque rei habeat). TERT. adv. Val. 1 p. 177, 12 *de mysteriis* cum epoptas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio -is aedificent. anim. 18 ad -em veritatum. CYPR. epist. 58, 9 cum coeperit . . . dominus . . . divinae -is examine singulorum merita re-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cognoscere. CHALC. comm. 191 quod in mutis animalibus nulla sit -o de deo. HIL. myst. p. 7, 6 futuri enim apud deum -o fides facti est. trin. 1, 5 naturae divinae incomprehensibilem -em. 7, 35 cum -em filii ipse secundum hominem corporalis et visus et tactus ingesserit. in Matth. 1, 5 homines professionis longe a scientia divinae -is aversae. 10, 17 constanter enim dei ingerenda -o est. 11, 4 numquid existis videre hominem -e dei vacuum? 12, 18 neutrum facientes nec inter gentes sub venia ignorationis habitantes, nec in veritatis -e versantes. 14, 9 relicta . . . conversatione Israel in vacua divinae -is pectora transiturus. 17, 4 ad -em dei *revocare*. 25, 2 -o sacramenti caelestis. 25, 6 animae, quae perfecti cibi virtute indigentes, tenui divinae -is infirmoque gustatu imbuantur. *ibid.* sed perinde hic etiam infirmitatem animarum, quae ad -em dei tamquam lacte adhuc alantur, ostendit. *saepissime*. syn. 18 semet ipsum fraudans -e vitae perpetuae. myst. p. 20, 2 post -em sacramenti ligni. p. 24, 27 cum quando fornicaria prophetae iuncta ad ecclesiae praeformationem in spem aeternam iustitiae et fidei et -is dei reperiretur esse desponsa. ad Const. 1, 6 deus -em sui docuit potius quam exegit. *saepius*. PRISCILL. tract. 3, 69 p. 53, 10 ea, quorum -em volo testimonium prophetiae in canone accepisse cognosco. VVLG. Rom. 3, 20 per legem enim -o peccati (*ἐπίγνωσις ἁμαρτίας*). II Petr. 1, 2 et pax adimpleatur in -e (*ἐν ἐπιγνώσει*) dei et Christi Iesu domini nostri. 1, 3 per -em (*διὰ τῆς ἐπιγνώσεως*) eius, qui vocavit nos propria gloria et virtute. 1, 8 non vacuos nec sine fructu vos constituent in domini nostri Iesu Christi -e. 2, 20 refugientes coinquinationes mundi in -e domini nostri *eqs.* 3, 18 crescite vero in gratia et in -e (*ἐν χάριτι καὶ γνώσει*) domini nostri et Salvatoris Iesu Christi. AVG. civ. 11, 7 -o quippe creaturae in se ipsa decoloratior est. 17, 24 qui iuvenis iam iuvenem Christum non quidem futurum praedixit, sed tamen incognitum prophetica -e monstravit. 22, 20. gen. ad litt. 4, 34 p. 133, 21 per angelicam -em. OROS. hist. 1, 5, 5 non sibi -is fidem defuisse sed exprimendae fidei voluntatem. SACR. Leon. p. 332 per quos initium divinae -is accepit. GREG. M. moral. 3, 47 *et saepius*.

**III** *terminus iuris, fere i. q.* ***iudicium*** (*cf.* GLOSS. iudicium). *saepius additur gen. obi. (rei iudicatae vel iudicandae) vel* de *aliqua re. de re v. Wlassak, PW. IV 206 et Kleinfeller, PW. IV 218.* CIC. Verr. 3, 60 recusare, ne quod iudicium neve ipsius -o illo absente de eius existimatione constitueretur. Manil. 40. leg. agr. 2, 56 -o XVvirum *ager* privatus sit an publicus. 2, 60. Flacc. 24 disceptationem et -em veritatis an innocentiae labem aliquam. har. resp. 14 aut vobis -o dabitur . . . aut senatus ipse iudicabit . . . aut ad pontifices reicietur. de orat. 2, 214 Brut. 87. Tusc. 5, 70 *de oraculo Delphico*. Att. 16, 16, 11 *ter*. LIV. 1, 49, 4 -es capitalium rerum. 1, 50, 9 dixisse enim *Turnum* nullam breviorem esse -em quam inter patrem et filium. 4, 26, 12 -o vacantium militiae munere. 4, 30, 5 -oque eius rei L. Sergio . . . permissa. 5, 36, 10 -em de postulatis Gallorum ad populum reiciunt. 39, 29, 2 -em placere senatui reservari. 40, 12, 20 formulam -is. 42, 32, 8. 45, 31, 1 in qua -e magis utra pars Romanis, utra regi favisset, quaesitum est. 45, 31, 14 in Asiam quoque -em extendere. 45, 32, 1 his rerum externarum -bus interpositis. 45, 34, 9 VAL. MAX. 2, 6, 7. 4, 1 ext. 7. 5, 8, 3. 8, 1 amb. 2 rem ad Arei pagi -em relegavit. SEN. benef. 3, 7, 5. 5, 24, 2 clem. 1, 15, 4. QVINT. inst. 4, 2, 27 crimine . . . de quo -o est. 5, 6, 3. 7, 2, 20 in -em venire senatus aut principis. 7, 2, 33 decl. 334 p. 315, 19 IVV. 6, 485. 7, 228 -e tribuni. 16, 18 iustissima centurionum -o est. TAC. dial. 5 hist. 2, 10. 84. 4, 10. 40 ann. 1, 72. 75. 2, 28. 50. 3, 10. 23. 4, 42. 15, 58. 16, 11 *saepius*. PLIN. epist. 2, 11, 4 -em senatus. 2, 11, 9. 23 hic finis -is amplissimae. 3, 9, 19 si longius esset extracta -o. 3, 9, 27 memento non esse epistulam longam, quae tot dies, tot -es, tot denique reos causasque complexa sit. 3, 9, 35. 4, 22, 1 interfui principis optimi -i. 5, 20, 2. 6, 22, 2. 6, 31, 2. 8 suscipere. 6, 31, 14. 7, 6, 6 ne -i Caesaris praeiudicium fieret. 7, 6, 9 finem -i quaestio imposuit. 7, 6, 14. 7, 33, 5. 10, 56, 4 haec quoque species incidit in -em meam. 10, 81, 8. 10, 96, 1 -bus de christianis interfui. 10, 96, 8 dilata -e ad consulendum te decucurri. 10, 110, 2. paneg. 80 in omnibus -bus quam mitis severitas! SVET. Iul. 23 -em senatui detulit. Aug. 51. Tib. 28 senatu -em de eius modi criminibus ac reis flagitante. Claud. 9 -o falsi testamenti recepta est. 12 -bus magistratuum. 43. 46 in ultima -e pro tribunali. rhet. 30 in -e caedis. AVR. Fronto p. 14, 19 N. 15, 18 *et* 20 -e proposita. 40, 16 appropinquat -o, in qua homines non modo orationem tuam benigne audituri sed indignationem maligne spectaturi videntur. FRONTO p. 186, 1 N. acta -um, epistulas omnes denique. 227, 11 diem -i dare. 227, 19. GRAN. LIC. p. 48 nec opplendae sunt huiusmodi -bus chartulae. IVLIAN. dig. 21, 2, 39, 1 nam si ei fundus praetoria -e ablatus fuerit, aequum erit per eundem praetorem et evictionem restitui. VLP. dig. 1, 7, 15, 2 in arrogationibus -o vertitur num forte minor sexaginta annis sit, qui arrogat. 40, 9, 12, 6 finge, inquit, ream adulterii intra sexagesimum diem postulatam: quae -o tam facile expediri potuit, ut intra sexagesimum diem finiatur? 47, 20, 3 pr. stellionatus accusatio ad praesidis -em spectat. 48, 5, 16, 5 nisi sit ea persona, quae ad praesidis -em non pertinet. 50, 16, 99. PAVL. dig. 4, 4, 24, 5 ex hoc edicto nulla propria actio vel cautio proficiscitur: totum enim hoc pendet ex praetoris -e. CALL. dig. 50, 13, 5. *praeterea saepissime apud* ICTOS. *nota in titulo libri*: CALLISTRATI libri -um (dig. 2, 4, 3. 11, 4, 2) *vel* libri de -bus (dig. 4, 2, 13 *saepius*). GELL. 2, 4, 1 cum de constituendo accusatore quaeritur iudiciumque super ea re redditur, cuinam potissimum ex duobus pluribusve accusatio subscriptiove in reum permittatur, ea res atque iudicum -o 'divinatio' appellatur. ITALA (codd. g p) *et* VVLG. act. 25, 21 Paulo autem appellante, ut servaretur ad Augusti -em (*εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν*, ITALA cod. e: in Sebasti -em, cod. $e^1$: cognotionem). TERT. adv. Val. 27 p. 204, 1 in -e Pilati. CYPR. epist. 52, 3 -is dies quo apud nos causa eius ageretur. 58, 3 iudicii sui et -is futurae sententiam protulerit. 59, 15 affuerunt iudicio et -i. 66, 5 *bis*. PANEG. 4, 5 p. 120, 21 stipendia -um sacrarum. EDICT. imp. Diocl. 7, 73 advocato sive iuris perito mercedis in postulatione . . . in -e *tot*. LAMPR. Heliog. 1, 1 CAPITOL. Aur. 10, 1. Ver. 8, 9 -bus continuis operam dedit. IVST. 38, 6, 2. HIL. in Matth. 27, 3 quo occulta humanarum cogitationum divini iudicii -e prodentur (*de dei iudicio ultimo die peragendo*). syn. 6 de absolutis ad -em sit iudicandum. op. hist. frg. 1, 5 taceo imperatoris sublata causae -e iudicium. SYMM. epist. 10, 23, 13 p. 208, 26 et tamen querelae eius audientiam non negavi clarissimo et spectabili viro vicario in societatem -is, si vellet, ascito. 25, 2 p. 299, 23 qui cum Auxentium v. c. sub examine decessoris mei coepisset arguere postquam ad -em meam ventum est. 10, 26, 2 p. 300, 19 dehinc cum apud me ex rescripto, quod Cyriades v. c. impetravit, recidiva -e confligerent. *saepius*. AMM. 25, 4, 7 studiosus -um omnium. 28, 6, 8 huius negotii. 29, 1, 23 summatibus quaesitis in unum, quibus -es commissae sunt. SCHOL. Cic. Bob. p. 19, 7 Hild. ut ante iudicum reiectio fieret ad eam -em, quae de illo quoque futura erat. p. 52, 15. 137, 32 in -em venire. SCHOL. Pers. 3, 29 -o enim equitum Romanorum censoribus erat subiecta. MAXIMIN. c. Ambr. 114 quod inter disceptantes -o non e diverso altercantis sed arbitri auditoris iudicium flagitet. HIER. epist. 6, 1, 1. PAVL. NOL. epist. 45, 4 p. 226, 2 honorem regni caelestis et divitias hereditatis suae et divinae -is consortium perenne largitur. AVG. civ. 3, 24. adv. Don. 16, 20 apud imperatoris Constantini -em. SVLP. SEV. chron. 2, 49, 3 haeretici . . . optinent, ut imperiali auctoritate praefecto erepta -o Hispaniarum vicario deferretur. 2, 50, 6 denique quoad usque Martinus Treveris fuit, dilata -o est. 2, 51, 1 ceterum Ithacius videns, quam invidiosum sibi apud episcopos foret si accusator etiam postremis rerum capitalium iudiciis astitisset . . . subtrahit se -i. AVELL. p. 15, 20 interea fama in -em rei cunctos inquietat. p. 68, 20 saepe de episcopis urbis . . . per altercationem partium sub examine sacerdotum concussa -o est. p. 70, 6 ab omnibus qui aderant sacerdotibus iusseramus audiri et aliquoties iterata -o est. p. 70, 7 examinatio iustae -is. p. 70, 27. EPIST. pontif. 349 (Bonif. I) Migne 20, 757[B] -em et decretum iudicium saepe declinando credidit illudendum. COD. Iust. 12, 21, 8, 3 civiles vel criminales contra eosdem -es moventur. *saepius*. LEX Visig. 3, 2, 8 si absque -e et consensu parentum puella (i)sponte fuerit viro coniuncta. CASSIOD. var. 4, 4 p. 146, 2 in celeberrima -e. PAPYR. Berol. 1, 14 p. 628[r] ex⟨cide⟩re tum eas ⟨lites ex or⟩dine -um offici nostri. SVBSCR. syn. Chalc. (Ber. sächs. Ges. 1851 p. 370) explicit prima -o Chalcedonensis concilii. *adde*: PAPYR. Lips. 1, 33 II 17 (*a. 368*) *δηλῶν τίτλον μὲν . . . ἀγωγὴν δὲ τὴν ἔξτρα ὀρδινεμ κογνιτιόνεμ. inde in titulo officii cuiusdam* (*cf. v. Premerstein, PW. IV 220/222*): COD. Iust. de cod. comp. 1 magistrum scrinii libellorum sacrarumque -um (CORP. V 8972, 7 magistro sacrarum -um). CORP. II 2203 iudex sacrarum -um (III 14195[28] iudex sacr. cognit. VI 31395 iud. sac. cogn. 31401. VIII 892. 1782. 1873. X 1700 [*a. 343*]). VI 32067 sacrarum co⟨. . .⟩. SEN. apocol. 15 is Menandro liberto suo tradidit, ut a -bus esset (CORP. VI 8629 Aug. lib. a -bus. VIII 9002 ⟨a co⟩gnitionib⟨us⟩. 9360 a cognitionib⟨us⟩ Augg.). CORP. X 5398 (*a. 214*) iudici ex deleg. cognition. Caesarian. (*cf.* XIV 3902 electus ad cognoscendas vice Caesaris -es). NOT. dign. or. 19, 10 magister libellorum -es et preces tractat.

*iuxta posita et synonyma*: CIC. Verr. 5, 123 commemoratio, -o. Phil. 2, 47 non -o solum rerum, sed etiam recordatio. part. 18, 62 -o, actio (off. 1, 153). top. 2, 9 -o, scientia (de orat. 1, 10. 3, 72. 112. 136 nulla -e rerum, nulla scientia ornati. Tusc. 4, 57 off. 1, 18. 158 ac. 2, 129 fin. 1, 64. 5, 48 *saepius*. ARNOB. nat. 2, 55). CIC. de orat. 1, 60 -o, prudentia. 1, 219 copiam magnitudinemque -is atque artis. 3, 88 ut agitatio rerum sit infinita, -o facilis, usus doctrinam confirmet (3, 48 puerilis doctrina . . . et subtilior -o ac litterarum ratio). 3, 110 causarum -o exercitatioque. 3, 131 vim rerum -emque. rep. 1, 19 -o ipsa rerum consideratioque. ac. 2, 17 -o aut perceptio aut . . . comprehensio (1, 45 nat. deor. 1, 80). off. 1, 153 -o contemplatioque rerum (Tusc. 5, 9 fin. 5, 11). *ibid.* ex communitate . . . ex -e. 2, 65 -o atque interpretatio. fin. 2, 110 indicia pietatis, -em, memoriam. 3, 17 rerum . . . -es quas vel comprehensiones vel perceptiones vel . . . *καταλήψεις* appellemus licet (3, 49 -es comprensionesque). 4, 19 quae de prudentia, de -e rerum, de coniunctione generis humani . . . dicuntur. rep. 3, 5 cum rerum magnarum tractatio atque usus cum illarum artium studiis et -bus coniungitur. Tusc. 5, 68 quae nos magis ad -em intellegentiamque convertant (HIL. in Matth. 23, 6 -em dei afferre et intellegentiam nominis eius potestatisque praestare). div.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 91 -e astrorum sollertiaque ingeniorum. LIV. 3, 58, 3 -em cogitationemque. QVINT. inst. 12, 3, 7 -is inventionis. VLP. dig. 50, 16, 99 notionem accipere possumus et -em et iurisdictionem. APVL. Ascl. 8 -e atque usu. AVG. epist. 153, 22 amamus nostras suspiciones vel vocare vel existimare -es. BOETH. cons. 5, 5 -es, sensus, imaginatio, ratio, intellegentia.

*deriv.*: cognitiuncula, cognitionalis.

**cognitiōnālis,** -e *a* cognitio. *qui cognitionem (sc. scientiam) attinet*: CASSIOD. hist. 8, 1 p. 1104$^{D}$ *γνωστικὰ προβλήματα* id est -es propositiones. *qui iudicium attinet*: SYMM. rel. 41, 8 cum huius rei *provocationis* nullum exemplum -is extare suggereret. COD. Iust. 7, 42, 1 (*a. 439*) contra -es sedis praetorianae praefecturae sententias. 12, 25, 4, 2 (*a. 474*) in -bus vero gestis edendis. 12, 29, 3, 1 a (*imp. Zenone*) in subeundis autem -bus certaminibus. 7, 40, 1, 1 actionibus ... quae in iudicium deductae sunt et -ia acceperunt certamina.

*adv.* **cognitiōnāliter:** COD. Iust. 7, 63, 5, 4 sive ex una parte sive -r causae appellationis imponat exordium. 1, 14, 12 pr. si imperialis maiestas causam -r examinaverit et partibus comminus constitutis sententiam dixerit.

**cognitiuncula** brevis cognitio GLOSS. IV 319, 55 (V 447, 25). *a* cognitio *deminutive.*

**cognitor,** -ōris *m. a* cognoscere. GLOSS. *γνώστης. διαγνώστης. διαγνώμων. ἔκδικος.* curiosus, iudex. in lite tantum datur. a cognoscenda caussa dictus vel executor, delator, curiosus. *inde a* RHET. Her. *et* CIC. *cf. nom. propr.*

**I** *latiore sensu qui cognoscit vel scit aliquid*: FRONTO p. 146, 4 N. Apollo pacanum auctor, Liber dithyramborum -r, Fauni vaticinantium incitatores. APVL. met. 1, 26 at ego iam inde Milonis abstinentiae -r excusavi comiter. Socr. 16 p. 156 prorsus custos, singularis praefectus, domesticus speculator, proprius curator, intimus -r, assiduus observator *eqs.* TERT. anim. 18 sit nunc et potior sensui intellectus et potior -r sacramentorum. ITALA Dan. 13, 42 (Nicet. spir. 10 p. 28, 1) deus ... qui occultorum -r es (VVLG. absconditorum es -r. *cf.* CYPR. mort. 17 deus ... occultorum contemplator et -r. HIL. trin. 6, 33 omnium -r est *deus.* FAVSTIN. trin. 22 ipse *deus*, quo nemo melior -r dat testimonium. AMBR. obit. Theod. 18 occultorum ... solus -r deus. RVFIN. Orig. princ. 3, 1, 17. AVG. quaest. hept. 7, 17 deus omnium -r etiam futurorum. un. eccl. 5, 8 -r cordis et humanorum omnium secretorum et testis et iudex. CHROMAT. in Matth. 15, 3. SACR. Leon. p. 424 tu -r peccatorum. RVRIC. epist. 2, 14 p. 393, 20 conscientiarum -r *deus.* FAVST. REI. grat. 2, 10 p. 87, 29. OP. imperf. in Matth. 3 p. 656 *deus* cordium et futurorum -r est. 35 p. 826. VEREC. in cant. 4, 24 vel cum ei [*Christo*] occultorum secreta tamquam -i omnium publicantur. CASSIOD. in psalm. 52, 3 cum deus occultorum sit -r et sciat omnia antequam fiant. FERREOL. reg. 5 ille omnipotens scrutator animae -rque deus). CHALC. comm. 348 ab ineunte aetate praeiudicavimus omne quod sit corpus, esse nec quicquam fore quod substantia sensili careat, -bus et velut assectoribus corporum credentes sensibus. MAR. VICTORIN. in Gal. 4, 4 p. 1179$^{A}$ -r autem cum est ipsius cogniti, fit ut cognitum pater sit, -r filius. HIL. trin. 9, 66 cogitationum gestorumque non ignarus -r. AVSON. 393, 72 aenigmatum qui -r fuit meorum. HIER. vir. ill. 40 Orosius ... historiarum -r. epist. 53, 8, 12 speculator et arcanorum domini -r. AVG. civ. 8, 5 si ergo Plato dei huius imitatorem -em amatorem dixit esse sapientem. *ibid.* dei -bus viris, ut Thales in umore, Anaximenes in aëre *eqs.* soliloq. 2, 5, 8 verum est, quod ita se habet, ut -i videtur. 2, 8, 15 sine -e nihil verum esse posse. epist. 82, 27 non solum -i verum etiam doctori veritatis. CLAVD. MAM. anim. p. 20, 3 -r ... intentus. 105, 21 animadverte, nostri bone -r, praesentis saeculi peritum facundumque doctorem. 185, 5 non usque faciliter memoria complecti -r potest. OP. imperf. in Matth. 1 p. 634 -em se cordis eius ostendere. BOETH. Porph. isag. p. 222, 8 sed Aristoteles sapientissimus rerum -r. herm. sec. 5, 11 p. 363, 19 potest esse citharoedus ... tantum artis illius -r, non tamen in ipsa perfectus.

*nota in iure i. q. γνωστήρ*: LEX Salpens. (Corp. II 1963) 12 quique praediorum -es accepti sint. 20. 24. 26 praes -rve. 36 praedes iique -es. *saepius.* 63. LEX Malac. (Corp. II 1964) 4, 16 de obligatione praedum praediorum -orumque. 4, 34 qui Romae aerario praessent, ii praedes iique -es facti.

**II** *sensu technico is qui in iudicio cognoscit de aliquo, i q. iudex (cf. Leist, PW. IV 222 sq.; Kleinfeller ibid.)*: RHET. min. p. 600, 11 exordium non propter causam ponitur, sed propter animum -is, ut eum aut docilem faciat ... aut attentum. AMM. 28, 1, 10 tartareus -r. 28, 1, 40. 28, 6, 29. 29, 1, 27. 33. 38. SYMM. rel. 19, 3. 21, 3 *al.* epist. 2, 10. 2, 30, 2 sacri auditorii -r. *al.* AMBR. virginit. 1, 1 -is haesit intentio. COD. Iust. 1, 4, 6, 1 (*a. 398*). 1, 4, 7 (*a. 398*). 11, 6, 5, 1 (*a. 412*) talium causarum -es. RVFIN. epist. Clement. 10 apud -es saeculi non iudicentur, sed apud presbyteros. PRVD. perist. 10, 571. 793. AVG. c. Iul. 2, 10, 34 at ego ... te ante istos iudices intus in corde tuo constituo; quos ... in hac nostra disceptatione constitui -es. serm. 5, 1 quid homicidae cum iudicio, qui iam totus damnatus est poenae? sed -em praevenit quem sanguis addicit. 31, 1 adiudicari iudex, -r diligit addici, quando se a perditis passus est iudicari. epist. 144, 3 quod pronuntiaverunt ecclesiastici -es, an quod murmur aut victi litigatores. 153, 16 ius gladii -is, ungulae carnificis. 267, 11. conf. 10, 1, 1. POSSID. vita Aug. 12. 14. MAR. MERC. Cael. 1, 4 cum ab illo -e (*sc. iudice papa*) aliquatenus terreretur. VICTRIC. 16 nulla ... in unam partem declinatio -is. MART. CAP. 5, 448 accedit, quod in iudiciali genere ambigit -r in rebus alienis. COD. Theod. 13, 5, 38 pr. (*a. 414*) praesente annonari -e. 11, 31, 9 (*a. 423*) cum sacri -is tribunal appellatur (COD. Iust. 3, 24, 3 pr. *a. 485. cf.* SYMM. epist. 2, 30, 2 sacri auditorii -r. CORP. VIII 23968 sacri audito⟨rii -e⟩). LEO M. serm. 54, 5 p. 322 clamoribus improbis trepido -e superato. PETR. CHRYS. serm. 74 p. 410$^{A}$ in poenam temeritatis suscitavit mortuos -is iniuria. 6 p. 204$^{A}$ non exultet qui genitorem reperit, quem timuerat -em? EVSTATH. Bas. hex. 8, 8 p. 956$^{A}$ apud aequissimum -em. BOETH. cons. 4, 4 si igitur -r resideres, cui supplicium inferendum putares. ENNOD. epist. 7, 1 animum -is integri. opusc. 2 p. 319, 11. dict. 14 p. 468, 12 *saepius.* FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 19 damnatio pertinet ad aequissimum -em. CASSIOD. in psalm. 43, 25 tales enim causae apud illum pium iudicem plurimum valent, qui humanis -bus probantur esse temnibiles. var. 5, 4, 4 necessariis rebus insistens iudicantis portavit animum ad subsellia -um. NOVELL. Iust. 13, 4 pr. officia maligna; dicimus ... latronum -es. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 2, 2 Christus ... utpote aequissimus -r. FERRAND. epist. 6, 6 p. 925$^{D}$ quis erit post tantos ac tales pontifices negotii iam peracti novus et idoneus -r?

**III** *technice in iure is qui, ut alieno nomine dictet aut accipiat iudicium, certis verbis in litem coram adversario substituitur (cf.* GAIVS inst. 4, 82. 83). *definitiones*: PAVL. FEST. p. 57 -r est qui litem alterius suscipit coram ab eo, cui datus est. procurator autem absentis nomine actor fit. GAIVS inst. 4, 83 -r autem certis verbis in litem coram adversario substituitur. *ibid.* nam actor ita -em dat, 'quod ego a te' — verbi gratia — 'fundum peto, in eam rem L. Titium tibi -em do' *eqs. cf.* 4, 97. 98. 101. 124. PS. ASCON. div. in Caec. p. 104 qui defendit alterum in iudicio aut patronus dicitur si orator est, aut advocatus, si aut ius suggerit aut praesentiam suam commodat amico, aut procurator, si ⟨absentis⟩ negotium suscipit, aut -r si praesentis causam novit et sic tuetur ut suam. ergo -em dixit modo familiarissimum defensorem. Verr. p. 159 hoc genus defensionis in iure -r dicitur, maxime cum de alicuius statu agitur. ISID. orig. 10, 53 -r a cognoscendo causam dictus. diff. 1, 123 inter -em et procuratorem: -r non nisi praesens a praesente praesenti datur, procurator autem et absens constituitur adversus absentem. item -r adversus eum solummodo lite contendit, adversus quem ad agendum constitutus est, procurator vero apud omnes. item -r liti tantum dari solet, id est iudicii expediendi gratia, procurator vero et res omnes administrat. RHET. Her. 2, 13, 20 ex aequo et bono ius constat ... quod genus: ut maior annis LX et cui morbus causa est, -em det. CIC. Q. Rosc. 32 in hanc rem me -em dedisti. 53 quid interest inter eum qui per se litigat et eum qui -r est datus? qui per se litem contestatur, sibi soli petit; alteri nemo potest, nisi qui -r est factus. itane vero? -r si fuisset tuus, quod vicisset iudicio, ferres tuum. *saepe.* Verr. 4, 78 veniunt Herbitam duo praetoris aemuli non molesti, muliercularum deterrimarum improbissimi -es, incipiunt postulare, poscere, minari. HOR. sat. 2, 5, 38 fi -r ipse. OV. am. 1, 12, 24 cerae, quas aliquis duro -r ore legat. QVINT. inst. 3, 6, 71 -r enim fieri non potuisti. decl. 361 p. 393, 18 meae pecuniae accessio ad me pertinet. quid? si enim -r meus, quid? si procurator hoc idem respondeat? GAIVS inst 2, 39 -r aut procurator (4, 55 *item*). 4, 182 -ēm dare procuratoremve habere. VLP. frg. Vat. 317 de -bus et procuratoribus. 318. 319 *saepe.* DON. Ter. Eun. 805 in tria divisit officium defensionis suae: in assertoris: 'principio eam esse dico liberam'. in -is: 'civem Atticam'. in fratris: 'meam sororem'. et bonus est ordo, libera, civis, nobilis. LEO M. epist. 158 p. 1134 istius certaminis -em. 160, 1 p. 1141 cuius certaminis idem -r qui hoc spectat adiutor est. *latiore sensu*: LIV. 39, 5, 2 alienarum vero simultatum tribunum plebis -em fieri turpe et indignum collegii eius potestate et sacratis legibus esse. MANIL. 5, 321 non illo coram digitos quaesiverit hasta, defueritque bonis sector; poenamque lucretur noxius et patriam fraudarit debitor aeris; -r est urbis. QVINT. decl. 345 p. 363, 13 non dabitis tyrannicidiis -em.

*fem.* **cognitrīx,** -īcis. *quae aliquid cognoscit vel scit*: CHALC. comm. 51 *Plato* vult animam sensibilis mundi tamquam permissa usurpandi licentia nasci, -em tamen rerum omnium, quae sunt tam intellegibiles quam sensibiles.

**cognitōrius,** -a, -um *a* cognoscere, cognitor. *ad cognitoris (i. iudicis) munus (v. p. 1487, 70) spectans*: GAIVS inst. 2, 252 actiones procuratorio aut -o nomine exequi (4, 82 nunc admonendi sumus agere nos aut nostro nomine aut alieno, veluti -o, procuratorio, tutorio, curatorio. 4, 182 procuratorio aut -o nomine). 4, 124 non solum autem ex tempore, sed etiam ex persona dilatoriae exceptiones intelleguntur, quales sunt -ae *eqs.* (*bis*). PAVL. (VLP.?) frg. Vat. 323 duo edicta -a (cognitorium *V*), unum quod pertinet ad eos qui dantur ⟨alterum ...⟩.

**cognitūra,** -ae *f. a* cognoscere. *i. q. munus defensoris in iudicio*: QVINT. inst. 12, 9, 9 ea est enim prorsus canina, ut ait Appius, eloquentia, -am maledicendi subire: quod facientibus etiam male

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

audiendi praesumenda patientia est. SVET. Vit. 2 filius sectionibus et -is uberius compendium nanctus. GAIVS inst. 4, 124 (*bis*) veluti si is, qui per edictum cognitorem dare non potest, per cognitorem agat vel dandi quidem cognitoris ius habeat, sed eum det, cui non licet -am suscipere. PAVL. frg. Vat. 324 ob turpitudinem et famositatem prohibentur quidam -am suscipere.

**1. cognitus,** *abl.* -ū *m. a* cognoscere. GLOSS. II 270, 28 *διάγνωσις*. APVL. met. 9, 13 multarum civitatum obitu et variorum populorum -u summas adeptum virtutes. *alia v. s.* cognosco *p. 1501, 25 et 1514, 47.*

**2. cognitus,** -a, -um *v. s.* cognosco. [*Lambertz.*

**cognōbilis,** -e [*a* cognoscere, *cf.* nobilis. *Th.*]. *is qui cognosci potest, notus*: GELL. 20, 5, 9 (*ex verbis Aristotelis*) acroaticos libros . . . neque editos scito esse neque non editos, quoniam his solis -es (*ξυνετοί*) erunt, quī nos audiverunt. *Mbr.*

✖**cognōmen,** -inis *n.* [-n *et* cognomentum *a* cognoscere *ductum est, sed intellegitur, quasi contineat substantivum* nomen. *Th.*]. ISID. orig. 1, 6, 3 -n *vocatum,* quia nomini coniungitur. *inde a* PLAVTO. *significat vocem, quae saepe nomini aut personae aut rei distinguendi vel accuratius definiendi causa additur*: CHAR. gramm. I 152, 21 *nomina propria* in species quattuor dividuntur: praenomen nomen -n agnomen. *ibid.* -n . . . nomini subiungitur, ut Scipio. DIOM. gramm. I 321, 6 -n est, quod unius cuiusque proprium est et nominibus gentiliciis subiungitur, ut Cato Scipio (MAR. VICTORIN. rhet. p. 215, 1 HIL. trin. 6, 23). POMP. gramm. V 141, 15 omnia -a propriam rem tenent, a natura veniunt, id est natus est infans, statim hoc dicitur. CONSENT. gramm. V 339, 23 -n est, quo appellatur quis, ut Scipio. SERV. Aen. 1, 267 'cui nunc -n Iuli': si proprie loqueretur agnomen diceret, sed magis ad familiam respexit, quia omnis gens Iulia inde originem duxit. PRISC. gramm. II 58, 5 -n cognationis commune, ut Scipio. CLEDON. gramm. V 35, 9 *veteres* et nomina -a vocabant et -a nomina dicebant, hoc exemplo, ut 'cui nunc -n Iulo' (*Verg. Aen. 1, 267*) et 'magno demissum nomen Iulo' (*Verg. Aen. 1, 288*) ecce modo nomen, modo -n dixit. ISID. diff. 1, 388 -n *venit* ab origine. LIB. de praen. 2 quod *gentilicio* praeponitur praenomen, quod post fertur -n, quod ad ultimum adicitur agnomen est. quorum series non, ut exposui, semper servata est: animadverto enim in consulum fastis perplexum usum praenominum et -um fuisse. *ibid.* quaedam -a in nomen versa sunt, ut Caepio. 3 quae olim praenomina fuerunt, nunc -a sunt, ut Postumus Agrippa Proculus Caesar (MACR. sat. 1, 6, 27 *Scipio ex baculo* cognominatus nomen ex -e posteris dedit. *ibid.* nec mirum si ex -bus nata sunt nomina, cum contra et -a ex propriis sint tracta nominibus). *auctores ante* FLORVM *divisionem inter* -n *et* agnomen (*cf. vol. I p. 1352, 75*) *a grammaticis factam non agnoscunt, sed* -n *utroque sensu usurpant.* *de ordine in serie nominum*: LEX repetund. (Corp. I 198) 14 quos *viros* legerit *praetor*, eos patrem tribum -nque indicet. *ibid. viros* nomina . . . in tabula in albo, atramento scriptos patrem tribum -nque tributimque discriptos hab⟨eto⟩ (17. 18). LEX Iul. munic. (Corp. I 206) 146 eorumque nomina praenomina patres aut patronos tribus -a *censor* . . . ab ieis iurateis accipito; *sed cf. infra l. 53 sqq.* *coniunguntur nominum genera*: CIC. inv. 2, 28 nomen . . . cum dicimus, -n quoque intellegatur oportet, de hominis enim certo et proprio vocabulo agitur. SEN. benef. 4, 8, 3 sive praenomen eius (*L. Annaei Senecae*) sive nomen dixisses sive -n, idem tamen ille esset. ASCON. Scaur. p. 26 Cl. duos eodem ⟨eo⟩ tempore et praenomine et nomine et -e Dolabellas. SVET. Iul. 20. 76 Tib. 1. 26 PAPIN. dig. 48, 10, 13 pr. VLP. dig. 28, 1, 21, 1. 28, 2, 1 AVG. civ. 4, 31 p. 185 CORP. X 8131, 6. *orta sunt -a ex rebus gestis vel ingenio alicuius, cf.* SEN. clem. 1, 14, 2 cetera . . . -a honori data sunt; Magnos et Felices et Augustos diximus. *desunt servis*: QVINT. inst. 7, 3, 27 nemo habet nisi liber praenomen nomen -n tribum. COD. Iust. 7, 16, 9 -*e* liberi dumtaxat nuncupantur. *inaccurate*: POMP. gramm. V 141, 28 *Lucius* mihi praenomen est, servo autem non est praenomen, sed est -n. *ibid.* si *notarius* hoc nomen (*Africanus*) accepit, quando natus est, erit -n. *scripsit Cornelius Epicadus* de -bus (*cf.* CHAR. gramm. I 110, 3). *de formis -um*: VARRO ling. 9, 71 a Scipione quidam male dicunt Scipioninos; nam est Scipionarios. sed ut dixi quod ab huiusce modi -bus raro declinantur -a neque in usum etiam perducta, natant quaedam. GLOSS. *ἐπωνυμία. ἐπώνυμον.* pro⟨prium⟩ nomen. V 438, 13 agnomen. IV 37, 19 -e appellatione. [V 639, 24 -n eiusdem nominis (*ex* NON. p. 87) *ad* cognominis *pertinet, v. p. 1496, 26 sqq.*] *de frequentia usus vocum* cognomen *et* cognomentum *v. sub* cognomentum *p. 1494, 16 sqq.*

**I** ***strictiore sensu de nominibus*** *animantium et rerum proprio nomini* ***additis:*** **A** ***de singulis*** *animantibus vel rebus, de -bus gentiliciis Romanis:* **1** *ipso cognomine non addito:* **a** *generatim*: RHET. Her. 4, 31, 42 *pronominatio* sicuti -e quodam extraneo demonstrat id, quod suo nomine non potest (prodest *Hanselius*) appellari (*bis*). CIC. Verr. 5, 57 ut hic (*Verres*) nomen suum comprobavit, sic ille (*Piso Frugi*) -n (*cf.* Font. 39 *Frugi* uno -e declarabatur non modo quis esset, sed etiam qualis esset). dom. 22 quod *Caesar ad Pulchrum scribens* -bus tantum uteretur neque ascriberet 'pro consule' aut 'tribuno plebi'. Cluent. 72 'quid tu', inquit, 'Paete?' hoc enim sibi Staienus -n ex imaginibus Aeliorum delegerat, ne si se Ligurem fecisset nationis magis quam generis uti -e videretur (Sest. 69). Phil. 6, 11 o Fide! hoc . . . opinor Trebellium sumpsisse -n (VAL. MAX. 5, 5, 1). Tusc. 3, 16 *frugalitas* nisi tanta esset . . . nunquam esset L. Pisonis -n tanto opere laudatum. Att. 2, 13, 2 *Magni* -n una cum Crassi Divitis -e consenescit. 15, 1ᵇ, 2 *ad Atticum*: vereor ne -e tuo lapsus hyperatticus sis in iudicando. epist. 15, 20, 1 *de Sabino Trebonii*: nisi forte candidatorum licentia hic . . . usus hoc subito -n arripuit. OV. fast. 1, 605 nec gradus est supra Fabios -is ullus. 1, 615 auspicibusque deis tanti -is (*sc. Augusti*) heres omine suscipiat, quo pater, orbis onus. 5, 579 nec satis est meruisse semel -a Marti. LIV. 1, 10, 5 *Romulus* simul cum dono designavit templo Iovis fines -nque addidit deo. 7, 25, 11 *Camillo iuniori* ob omen faustum ad Gallicum tumultum -is dictatorem arrogari haud satis decorum visum est patribus. 7, 26, 12. 9, 15, 11. 10, 3, 7 *Fabius Maximus* -n suum aequavit . . . bellicis laudibus. 10, 9, 13. 30, 26, 8. 37, 58, 6 MON. Ancyr. 2, 33. VELL. 2, 112, 2 dignissimus *vir*, qui . . . -n suum Cottae fratri relinqueret. VAL. MAX. 3, 4, 3 servili -e *Servii Tullii* et regia appellatione perplexis. 3, 5, 1. 3, 7, 3. 5, 5, 1 clarissimorum -um alterum sumpsit *Scipio*, alterum dedit (*sc. fratri*). 8, 1 damn. 1 *invidia* in duorum fratrum (*sc. Scipionum*) inclutis -bus habitabat. 9, 14, 3. SEN. dial. 6, 12, 6 L. Sulla *Felix* filium amisit nec ea res . . . effecit, ut -n illud usurpasse falso videretur, quod amisso filio assumpsit (SVET. Cal. 22). 10, 13, 7 intellecta inani iactatione -is sui *a Pompeio.* epist. 91, 17 quod *Alexander* intellegere debebat falsum se gerere -n. PLIN. nat. 34, 74 *Cresilas fecit* Olympium Periclem dignum -e. 35, 8. SIL. 8, 422 Sabe . . ., qui de proprio -e primus dixisti populos . . . Sabinos. 10, 421 *Metellus* stirpe haud parvi -is. SVET. Iul. 20 cum quid . . . testandi gratia signarent . . . bis eundem (*C. Caesarem*) praeponentes, nomine et -e. Aug. 31 *Augustus* Sextilem mensem e suo -e nuncupavit. 70 Caesarem esse plane Apollinem, sed Tortorem: quo -e is deus quadam in parte urbis colebatur. Tib. 1 cum *gens Claudia* praenominibus -busque variis distingueretur. 17. 67. Nero 1 perseveraverunt omnes *Domitii* in eodem -e. gramm. 6 *Opilii* -n in plerisque indicibus et titulis per unam l litteram scriptum animadverto. 10 *Eratosthenes philologus* primus hoc -n sibi vindicavit. PAPIN. dig. 48, 10, 13 pr. -is asseveratio poena falsi coercetur. PANEG. 2, 13 ARNOB. nat. 2, 73. HIER. epist. 117, 9 perdidistis vestra vocabula et mutuo ex vobis -a suscepistis. EDICT. imp. Constant. de civit. Hispell. (Corp. XI 5265) 27 civitati de nostro -e nomen daremus. AVG. civ. 4, 31 p. 185 acceptam ab antiquis nominum et -um historiam tenere . . . debere se dicit.

**b** *cognominis origine notata*: PLAVT. Capt. 878 ita me amabit sancta Saturitas, Hegio, itaque suo me semper condecoret -e. CIC. S. Rosc. 103 *Africanus* suo -e declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse. Mur. 31 quam laudem ille (*Scipio*) Africa oppressa -e ipso prae se ferebat. Phil. 3, 16 *Bambalio* propter haesitantiam linguae stuporemque cordis -n ex contumelia traxerat. rep. 6, 11 erit . . . -n id tibi (*Scipioni*) per te partum, quod habes adhuc a nobis hereditarium (fin. 5, 4 PROP. 3, 11, 64. PLIN. nat. 11, 151 Luscini iniuriae [*i. iniuriae factae*] -n habuerunt. FILASTR. 24, 4). CIC. fin. 2, 73 *Manlius* ex eius (*Galli*) spoliis sibi et torquem et -n induit. *cf.* off. 3, 112 *Manlius* ad Anienem Galli . . . torque detracto -n invenit (fin. 1, 23 Tusc. 4, 49 SVET. Tib. 3). Cato 1 *Atticum* -n . . . Athenis deportasse. 5 *sapientia mea* utinam digna esset opinione vestra nostroque -e. VARRO rust. 2, 4, 1 Scrofam . . . de ea re dicere oportere -n eius significat. HOR. epist. 2, 2, 101 *ille* fit Mimnermus et optivo -e crescit. OV. fast. 5, 133 causa . . . positi fuerat -is illis (*Laribus praestitibus*), quod praestant oculis omnia tuta suis. trist. 4, 2, 39 Drusus in his meruit quondam -a terris (*sc. Germania*). *cf.* EPICED. Drusi 337 gaudebuntque *Drusi avi* suae merito (PLIN. nat. 14, 144 FLOR. epit. 2, 17, 10) -e gentis quod *Drusus* solum domito victor ab hoste tulit. OV. Pont. 4, 16, 17 ingeniique sui dictus -e Largus. LIV. 3, 18, 6 *Publicolam* memorem -is, quo populi colendi velut hereditaria cura sibi a maioribus tradita esset. 9, 16, 13 praecipua pedum pernicitas inerat, quae *Papirio Cursori* -n etiam dedit (SIL. 16, 469 FLOR. epit. 4, 12, 28. *cf.* VELL. 2, 91, 1 indidit. MELA 1, 36 PLIN. nat. 34, 34). 40, 54, 5 tutorem eum (*Antigonum, tutorem Philippi*) Graeci, ut -e a ceteris regibus distinguerent, appellarunt. PAVL. FEST. p. 12 Attae appellantur, qui propter vitium crurum aut pedum plantis insistunt et attingunt magis terram, quam ambulant, quod -n Quinctio poetae adhaesit. p. 57 Caesar, quod est -n Iuliorum, a caesarie dictus est. FEST. p. 146 a quo genere hominum (*metallorum?*) Caeciliae familiae -n putat *Accius* ductum. VELL. 1, 13, 2 nec quisquam ex novis hominibus prior Mummio -n virtute partum vindicavit. 2, 116, 2 Cossus victoriae testimonium etiam in -n filii contulit. VAL. MAX. 5, 2, 7 Metellus . . . Pius . . . erga exulem patrem amore tam clarum lacrimis quam alii victoriis -n assecutus. SEN. epist. 12, 7 *Heraclito* -n fecit orationis obscuritas. PLIN. nat. 15, 144 tribus congiis, unde et -n illi (*Novellio Torquato*) fuit, epotis. 18, 20 serentem invenerunt dati honores Serranum, unde ei et -n. 19, 59 sit aliquis et his (*hortis*) honos . . ., cum praesertim etiam -a procerum inde nata videamus. 34, 54 *fecit Phidias* Minervam tam eximiae pulchritudinis, ut formae -n acceperit. SIL. 17, 626 devictae referens primus -a terrae *Africanus* (PANEG. 5, 14). STAT. silv. 1, 2, 73 *Amor loquitur*: praesagaque formae *nobilitas Stellae* e nostro posuit -a



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

caelo. AVSON. 419, 9 conecterem omnia merita virtutis et -a felicitatis.

2 *cognomine addito: exempla secundum structuras afferuntur, per quas ipsum cognomen voci* -n *coniungitur; cf.* SERV. Aen. 1, 267 (*ad* -n *et* nomen) dicimus autem et nomen mihi est Cicero ... et Ciceronis ... et Ciceroni, ut (*Verg. Aen. 9, 590*) ... et Ciceronem.

**a** *cognomen non eodem casu, quo vox* -n *legitur, sed substantivo vel pronomine suo attrahitur* (*addas fort. p. 1492,49 sqq.*). cognomen (*acc. et nom.*): CIC. S. Rosc. 17 duo isti sunt T. Roscii, quorum alteri Capitoni -n est (Verr. 4, 74 Apollodorum, cui Pyragro -n est. 6, 16 Apollonio ..., cui Gemino -n est. SALL. Iug. 5, 4 Scipione, cui postea Africano -n ex virtute fuit. VERG. Aen. 9, 590. LIV. 2, 33, 5 Marcius ..., cui -n postea Coriolano fuit. 3, 12, 8 *sic passim usque ad* FLORVM; *cf.* CVRT. 4, 7, 18 in meridiem versam ⟨sedem?⟩ Arabes spectant, Trogodytis -n est). VERG. Aen. 1, 267 cui nunc -n Iulo additur (LIV. 4, 26, 2). OV. fast. 6, 461 tum sibi Callaico Brutus -n ab hoste fecit. LIV. 1, 3, 8 mansit Silviis postea omnibus -n, qui Albae regnarunt. 1, 49, 1 Tarquinius..., cui Superbo -n facta indiderunt (1, 50, 3. 3, 65, 4. 4, 29, 6. 29, 37, 4 VELL. 2, 10, 2). LACT. inst. 1, 6, 3 ut ei (*homini*) multarum rerum et artium scientia Trismegisto -n imponeret. *nota*: PAVL. FEST. p. 367 trachali appellantur muricum ac purpurae superiores partes. unde Arimineses maritimi homines -n traxerunt Trachali. HIER. epist. 120, 4 *in Marco* non additum *esse* -n Magdalene.

cognomine: *de singulis hominibus*: NEP. Arist. 1, 2 *ut unus Aristides* -e Iustus sit appellatus (Phoc. 1, 1 *Phocionis integritatis vitae* magna fama, ex quo -e Bonus est appellatus. LIV. 30, 42, 12). VERG. Aen. 12, 845 dicuntur geminae pestes -e Dirae (CARM. epigr. 863, 1 S. Pompeius dictus -e Pandus. CORP. VIII 10945). LIV. 25, 19, 8 M. Centenius fuit -e Paenula (ASCON. Scaur. p. 26 Cl.). CARM. epigr. 463, 2 vocitatus eram Baebius -e patris. *cf. lusum*: CIC. off. 2, 57 Crassus cum -e dives tum copiis. *de rebus, locis*: PLIN. nat. 14, 66 *vina* Potulana, ab auctore dicta illo -e. NOVELL. Iust. 37, 9 *Carthaginem Iustinianam* nostri numinis (*Iustiniani*) -e decorandam. *imprimis in appositionibus: de singulis hominibus*: CIC. Verr. 3, 128 Artemo ... Climachias -e. 4, 93 Diocles ... Phimes -e. 5, 35 Diocles ... Popilius -e. VARRO rust. 2, 2, 2 Atticus, qui tunc Titus Pomponius, nunc Quintus Caecilius -e eodem. NEP. Hann. 1, 1 Hamilcar ... -e Barca. reg. 1, 3 Xerxes et duo Artaxerxae, Macrochir -e et Mnemon. OV. fast. 4, 621 -e Victor Iuppiter. Ib. 539 conditor ... tardae, Blaesus -e, Cyrae. LIV. 23, 46, 12 Cerrinus ... -e Taurea. POMP. TROG. prol. 9. 17. 26. 34. 42. VAL. MAX. 4, 3, 7 Tuberonem -e Catum. 8, 6, 1 Licinius -e Hoplomachus. 9, 2 ext. 7 Ochi -e Artaxerxis crudelitas. ASCON. Scaur. p. 19 Cl. PLIN. nat. 10, 124 recens fama Crateri Monocerotis -e. 16, 239 SVET. Vesp. 1 gramm. 18 PORPH. Hor. sat. 1, 7, 1 AMM. 29, 1, 39 AVG. civ. 5, 18 p. 224 SVLP. SEV. chron. 2, 19, 3 CORP. VIII 434. 4551. *de populis*: PLIN. nat. 3, 52 Aquenses -e Taurini. *ibid.* Volcentani -e Etrusci. 3, 64 Trebulani -e Ballinienses. 3, 105 Abellinates -e Protropi. *ibid.* Larinates -e Frentani (*sic fere 20ies apud* PLIN. nat. 3 *de populis*). *de locis*: MELA 2, 98 *insula* Leuce ... quod ibi Achilles situs est Achillea -e. PLIN. nat. 3, 8 Sexi -e Firmum Iulium. 3, 10 Corduba colonia, Patricia -e. 3, 11 Ilipa -e Ilpa. *ibid.* Hispal colonia -e Romulensis, *sic fere 14ies*. *de rebus*: PLIN. nat. 13, 112 *regiones* circa Carthaginem Punicum malum -e sibi vindicat. 14, 40 sunt insignes uva columbinae *vites* ... et magis purpureae, -e bimammiae. 15, 54 *pirus* Pomponiana -e mammosa. 15, 70 fici Alexandrinae ... -e delicatae. 21, 120 laudatissimus *iuncus* ex Nabataea -e teuchitis. 24, 140 alia clematis Aegyptia -e. 25, 68 alterum centaurium -e lepton. 25, 69 tertia est centauris -e triorchis. 25, 116 altera cyclaminos -e cissanthemos. *ibid.* tertia cyclaminos ... -e chamaecissos. 26, 119 tithymallum platyphyllon -e.

cognominis: PLIN. nat. 12, 82 felix appellatur Arabia, falsi et ingrati -is.

**b** *cognomen eodem casu quo vox* -n *legitur*: CIC. Caecin. 27 S. Clodius, cui -n est Phormio (LIV. 25, 28, 5 Epicyden, cui Sindon -n erat. 35, 24, 6 utrique eorum Salinator -n erat. PAVL. FEST. p. 23 Mamerco ..., cui propter unicam humanitatem -n fuerit Aemylos. SEN. dial. 2, 5, 6 Demetrius ..., cui -n Poliorcetes fuit [epist. 9, 18]. ASCON. tog. cand. p. 88 Cl. -n ... Q. Mucio tribuno ... fuit Orestinus. QVINT. inst. 6, 1, 41 FLOR. epit. 2, 6, 27 VVLG. Sirach 47, 19 CORP. X 8131, 6 CARM. epigr. 1587, 6). MELA 3, 79 Arabia dicitur, -n Eudaemon, angusta. LIV. 8, 18, 2 Flaccum Potitumque varie in annalibus -n consulis invenio. PAVL. FEST. p. 117 unde tractum -n Scaevola. VAL. MAX. 2, 10, 4 ut superius -n Africanum capta, posterius eversa *Karthago* Corneliae genti daret. PLIN. nat. 22, 12 addat *Sullae* ... huic gloriae superbum -n Felicem. FLOR. epit. 3, 7, 6 nec quicquam ... amplius de tam famosa victoria quam -n Creticum reportavit. MIN. FEL. 8, 2 Diagoras Melius, cui atheon -n apposuit antiquitas. FAV. EVL. p. 1, 15 *Scipio* Karthagine subiugata -n familiae suae peperit Africanum. LIV. 6, 17, 5 quam (*Manlium*) ... -e ... Capitolino Iovi parem fecerint.

**c** *cognomen sequitur genetivo: de hominibus singulis*: CIC. leg. 2, 28 *fingenda* -a Statoris et Invicti Iovis. Lael. 6 *Cato* -n ... habebat in senectute sapientis. VARRO rust. 1, 2, 9 *Licinius Stolo* propter diligentiam culturae Stolonum confirmavit -n. 2, 1, 10 ⟨idem⟩ -a assignificare dicuntur, ut Anni Caprae, Statili Tauri, Pomponi Vituli. HOR. epist. 1, 13, 8 Asinaeque paternum -n vertas in risum. LIV. 1, 56, 8 *Iunius* Bruti ... haud abnuit -n. 2, 8, 1 inde -n factum Publicolae est. 7, 4, 3 -n Imperiosi. 7, 10, 13 inter carminum ... incondita quaedam ... ioculantes Torquati -n auditum. 7, 32, 15 non si mihi novum hoc Corvini -n ... dedistis, Publicolarum vetustum familiae nostrae -n memoria excessit. 9, 46, 15 ut *Fabius* Maximi -n, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret (10, 3, 4). 30, 45, 6 Africani -n militaris prius favor an popularis aura celebraverit ... parum compertum habeo. VELL. 2, 5, 1 *D. Brutus in Hispania* Gallaeci -n meruit. 2, 11, 2 meritum ex virtute ei (*Metello*) -n Numidici inditum (2, 15, 3 *Metellus* meritum -n Pii consecutus erat). VAL. MAX. 3, 3, 1 *Mucius* urbi se cum aeternae gloriae -e Scaevolae reddidit. 4, 3 ext. 4 Alexander ... -n invicti assecutus. 4, 4, 10 *ut* Megullia, quia cum quinquaginta milibus aeris mariti domum intravit, Dotatae -n invenerit. 5, 19 ext. 1 *de Pericle*: tanti roboris animus ad Olympii Iovis -n ascendit. *sic passim, affero*: LAVS Pis. 16 ut domus ... Calpurnia ... clara ... Pisonis tulerit -a prima umida callosa cum pinseret hordea dextra. PLIN. nat. 7, 137 unus hominum ad hoc aevi Felicis sibi -n asseruit L. Sulla. 11, 136 aures homini tantum immobiles, ab iis Flaccorum -a. 11, 150 uni animalium homini depravantur *oculi*, unde -a Strabonum et Paetorum. 18, 10 -a ... prima inde (*ab arvis tracta*) Pilumni, ... Pisonis, ... Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, ut quisque aliquod optime genus sereret. 35, 59 fuit et alius Micon, qui minoris -e distinguitur. PLIN. paneg. 2 additum a nobis optimi -n. 84 obtulerat illis (*uxori et sorori Traiani*) senatus -n Augustarum. SVET. Iul. 76 *recepit Caesar* -n patris patriae. LACT. mort. pers. 52, 3 ubi sunt ... Ioviorum et Herculiorum -a, quae primum a Dioclete ac Maximiano insolenter assumpta ac postmodum ad successores eorum translata viguerunt? IVST. 39, 1, 9 *alteri filio* propter nasi magnitudinem -n Grypos fuit. AVSON. 264, 1 *v. infra l. 76.* *nota -a rerum incorporearum*: CIC. Flacc. 5 *Piso* -n frugalitatis, nisi accepisset, ipse peperisset. SVET. Vit. 4 *Vitellius* spintheriae -e notatus. 15 concordiae *se* recipere -n. MART. CAP. 2, 193 *Soli* littera trina conformat sacrum mentis -n. *de locis, fluminibus*: MELA 3, 10 *fluit per Celticos*, cui oblivionis -n (*cf.* SALL. hist. frg. 3, 44 nomen oblivionis) est, Limia. PLIN. nat. 3, 103 Apulia Dauniorum -e a duce Diomedis socero. 3, 107 colonia Bovianum Vetus et alterum -e Vndecumanorum. 3, 112 Gallica ora ... Togatae Galliae -e. 5, 21 colonia Cirta, Sittianorum -e. 5, 65 Arabiam ... odoriferam ... ac divitem et beatae -e inclutam. 5, 114 Magnesia Maeandri -e insignis. 12, 51 causasque quae -n illi (*Arabiae*) felicis ac beatae dedere. FRONTIN. aq. 13 priori Anioni -n veteris adiectum. *de aliis rebus*: COLVM. 3, 2, 10 aliae duae *vites Amineae* geminae ab eo quod duplices uvas exigunt -n trahunt. 10, 184 haec *lactuca* sua Cappadocae servat -a gentis (10, 417 albaque *ficus*, quae servat flavae -a cerae). PLIN. nat. 14, 25 eugeniam Tauromenitani colles cum generositatis -e misere. 15, 53 eadem causa in piris taxatur superbiae -e. 16, 53 *pix* Bruttiae -n accepit. *dubium, utrum cognomen genetivo positum, an substantivo attractum sit. de hominibus*: SVLLA hist. 2 Cornelius, cui primum -n Sullae impositum. HOR. sat. 2, 2, 56 *Avidieno* Canis ex vero ductum -n adhaeret. LIV. 2, 13, 1 Mucium ..., cui postea Scaevolae a clade dextrae manus -n inditum. 26, 8, 2 Cornelius, cui Asinae -n erat. SEN. contr. exc. 8, 4 non aliud Scaevolae Mucio -n dedit ... quam vilitas sui. SVET. Claud. 26 *Liviae Medullinae* et -n Camillae erat. *de locis, rebus*: MELA 1, 69 reliqua pars Syriae, cui Antiochiae -n additur. PLIN. nat. 3, 100 oppida ... a Tarento Varia, cui -n Apulae. CELS. 5, 28, 17 *de impetigine*: nigrae -n est.

**d** *cognomen enuntiato additur*: VARRO rust. 2, 4, 2 ut ... avus -n invenerit, ut diceretur Scrofa. LIV. 40, 44, 1 inde -n familiae inditum, ut Annales appellarentur. VITR. 7 praef. 8 *Zoilus* adoptavit -n, ut Homeromastix vocitaretur. SEN. suas. 2, 17 omnia grandia probanti impositum est -n ... et vocari coepit Seneca Grandio. PLIN. nat. 35, 71 *Parrhasius* -a usurpavit habrodiaetum se appellando aliisque versibus principem artis. SVET. gramm. 3 Aelius -e duplici: nam et Praeconinus ... vocabatur ... et Stilo. 5 duplici cognomine *se* esse per haec indicat 'Sevius Nicanor Marci libertus negabit': 'Sevius *eqs.*'.

3 *cognominis genus adiectivo indicatur*: VARRO rust. 2, 4, 1 meam gentem suillum -n non habere. HOR. sat. 2, 3, 26 frequentia Mercuriale imposuere mihi -n compita. epist. 1, 13, 8 *cf. p. 1491, 84.* OV. Pont. 2, 5, 49 surgit Iuleo iuvenis -e dignus. VAL. MAX. 2, 7, 1 *Scipioni* deleta Karthago avitum -n dedit. 3, 4, 3 servili -e et regia appellatione perplexis. SVET. Tit. 1 Titus, -e paterno. Galba 4 Galba Ocellare -n assumpsit. FRONTO p. 205, 18 N. multos militum imperator ... castrensi -e et ioculari appellabat (AVSON. 264, 1 castrensi Caligae -e Caesar). TERT. nat. 2, 8 quorum *oppidorum* ne nominum quidem dignitas humanis -bus distat. TER. MAVR. 1931 Livius ille vetus Graio -e. *de ave*: PLIN. nat. 10, 40 pici Martio -e insignes.

**B** *de* ***ordinibus*** *vel generibus hominum*: VARRO ling. 5, 84 *flaminum* singuli -a habent ab eo deo, cui sacra faciunt, sed partim sunt aperta, partim obscura. 6, 14 Saliorum, quorum -n Agonensium. 7, 45 flamines, qui cum omnes sunt a singulis deis cognominati, in quibusdam apparent ἔτυμα, ut cur sit Martialis et



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Quirinalis; sunt in quibus flaminum -bus latent origines. PLIN. nat. 18, 72 antiquissimum in cibis hordeum sicut ... apparet ... gladiatorum -e, qui hordearii vocabantur. TAC. ann. 2, 43 *legio* una et vicesima,. cui -n Rapaci. DIG. de conc. dig. 2 *legis* auditores non volumus vetere tam frivolo quam ridiculo -e dupondios appellari *eqs.* HOR. sat. 1, 3, 58 illi tardo -n pingui damus. PAVL. FEST. p. 122 minores et maiores inter -a feminarum poni solebant. p. 225 proculum inter -a eum dicunt, qui natus est patre peregrinante a patria procul. FEST. p. 263 rutilum rufum significat ... unde traxerunt -a rutilae. CLAVD. carm. min. 25, 82 -a sumpsit plena ducum genitor. PACIAN. 1, 4 christianus mihi nomen est, catholicus -n.

**II** ***latiore sensu*** *significat speciem quandam, fere i. q.* ***nomen.***

**A** *de* ***singulis*** *animantibus*: VVLG. II reg. 20, 21 Seba filius Bochri -e. MAR. VICTOR aleth. 2, 322 Seth puero -n erat. *fortasse* VERG. Aen. 1, 267 *cf. p. 1491, 15.* GELL. 10, 12, 6 his portentis atque praestigiis a Plinio Secundo scriptis non dignum esse -n Democriti puto. CASSIOD. hist. 2, 18 Helena, cuius -e vicum Drepani princeps civitatem dicavit Helenepolim. *nota de bestia*: PLIN. nat. 8, 11 Antipater auctor est duos Antiocho regi in bellicis usibus celebres etiam -bus fuisse elephantos; etenim novere ea.

**B** *de rebus* ***corporeis:*** *de lapidibus, arboribus, herbis*: AETNA 531 ipsis quondam Siculi -a saxis imposuere †fridicas (*χοάς Sudhaus*). PLIN. nat. 14, 24 Apianis *vitibus* apes dedere -n. 15, 39 nationum habent -n Gallica et Asiatica *poma.* 25, 2 omnium *medicorum* ... vitam clariorem fecere -bus herbarum. 26, 66 fructus *tithymalli myrtitae* non pariter maturescit, sed pars anno sequente et nux vocatur. inde -n Graeci dedere. 37, 139 *achates* excellens amplitudine, numerosa varietatibus, quae mutant -a eius. CLAVD. carm. min. 29, 9 lapis ... -e magnes. *de rebus arte factis, de aedificiis*: VARRO ling. 5, 146 domus ..., cui -n fuit macellus. PLIN. nat. 9, 66 Apicius ... in sociorum garo — nam ea quoque res -n invenit — necari eos (*mullos*) praecellens putavit. 13, 4 unguentis -a dedere aliis patriae, aliis suci *eqs.* 13, 93 *mensae* a Nomio Caesaris liberto -n trahenti. AVIAN. fab. apol. 40 o amphora ... -e superbiens et figura. *de rebus terrenis, caelestibus sim.*: VARRO ling. 5, 52 horum deorum arae, a quibus *partes urbis* -a habent, in eius regionis partibus sunt. 5, 146 ubi quid generatim *venditur,* additum ab eo -n, ut forum boarium, forum olitorium. rust. 1, 9, 1 *terra proprio nomine dicta* nullo alio vocabulo neque -e adiecto appellatur. VERG. Aen. 1, 530 est locus, Hesperiam Grai -e dicunt (3, 163. 334. 702. 8, 331). 3, 350 arentem Xanthi -e rivum agnosco. 6, 383 gaudet *Palinurus* -e terrae (*sic codd.*, terra *Serv., cf.* cognominis *p. 1496, 20*). 8, 48 urbem ... Ascanius clari condet -is Albam (*cf.* GERM. 25 Romani -is Vrsi. PLIN. nat. 3, 142 Narona ... apposita -is sui fluvio. CLAVD. 26, 555 fluvium miri -is Vrbem. CASSIOD. hist. 2, 18 hoc faciebat *Constantius* in urbe -is sui). VERG. Aen. 11, 246 *Diomedes* urbem Argyripam patriae -e gentis ... condebat. PROP. 4, 1, 69 sacra diesque canam et -a prisca locorum. 4, 4, 93 a duce Tarpeio mons est -n adeptus. OV. met. 5, 640 *Ortygia* -e divae grata meae. trist. 5, 10, 13 Euxini mendax -e litus. LIV. 1, 3, 9 *Aventinus* sepultus in eo colle, qui nunc pars Romanae est urbis, -n colli fecit. VAL. MAX. 1, 5, 9 *monti* Leto -n erat. 9, 11, 1 *Tarquinius* vicum -e sceleris commaculavit. MELA 1, 7 qua diffunditur *mare* alia aliis locis -a acceptat (2, 124 Baliares ... ex spatio sui -bus acceptis maiores minoresque perhibentur). 1, 22 *provinciae* totius regionis vocabulo -n inditum est Africa (PLIN. nat. 2, 154 *terrae* propter merita -n indidimus maternae venerationis). 1, 29 *portui* Magno est -n ob spatium (1, 84. 2, 7). 2, 48 Megarensium tractus Isthmon attingit; de illo -n est, quia. 2, 114 iuxta est ... unde Carpathio mari -n est, Carpathos. LVCAN. 4, 656 maiora dedit -a collibus istis Scipio (PLIN. nat. 5, 71 SIL. 1, 89). PLIN. nat. 2, 36 ipsisque -bus (*sc. Luciferi et Hesperi*) *sidus Veneris* aemulum solis ac lunae. 3, 13 Celticos a Celtiberis ex Lusitania advenisse manifestum est sacris lingua oppidorum vocabulis, quae -bus in Baetica distinguuntur (4, 118). 5, 6 *oceano* -n imposuit *Atlas.* 18, 247 *Hyadas* nostri a similitudine -is ... imperitia appellavere suculas. SIL. 1, 155 Tagus ascito -e fontis. STAT. silv. 1, 4, 59 *deus* Alpini ... iuxta culmina dorsi signat Apollineo sanctos -e lucos. AVIEN. Arat. 365 non ... his *stellis* species, non sunt -a certa. ora 458 Theodorus illic *amnis* nec stupori sit tibi, quod in feroci barbaroque sat loco -n huius Graeciae accipis sono.

**C** *de* ***populis*** *et generibus hominum*: VERG. Aen. 3, 133 laetam -e gentem. 7, 671 fratris Tiburti dictam -e gentem. PLIN. nat. 6, 64 multarumque gentium -n *est* Bragmanae. 30, 6 *Thessalarum matrum* -n diu obtinuit in nostro orbe. CLAVD. 20, 243 gens una fuere tot quondam populi, priscum -n et unum appellata Phryges.

**D** *de rebus* ***incorporeis:*** *de notionibus temporis*: CARM. de mens. 2, 19 mensis Atlantigenae dictus -e Maiae. CLAVD. 28, 13 omnes ... tui -is anni. *de notionibus qualitatum atque actionum*: VAL. MAX. 3, 8 ext. 2 *mores Phocionis* bonitatis -e decorandos. 6, 4, 4 felicitatis -n iustius quis moribus gravissimi viri quam impotentis armis assignaverit. SEN. epist. 108, 29 senectus ... insanabilis morbus est. praeterea ... hoc senectuti -n imposuit *Vergilius*, tristem illam vocat. AVSON. 385, 29 Dionysiacos Latio -e ludos Roma colit.

**III** *apud grammaticos fere idem q.* ***adiectivum*** (*sc. quasi 'nomini adiunctum'*): PLIN. Char. gramm. I 124, 28 exceptis monosyllabis cetera x finita nomina seu vocabula absque -bus. 125, 9 constante. cum -n erit, hoc velut eius modi -a praesente, innocente, sapiente ... dicemus. DIFF. gramm. VII 521, 25 'citius' praeverbium qualitatis praelativae simile -is. 522, 12 praeverbium ex -e. 531, 9 comparativum recipit, quia -n est. DIFF. ed. Beck p. 72, 10. *cf.* VARRO ling. 8, 17 propter ea verba, quae erant proinde ac -a, ut Prudens Candidus, Strenuus.

*deriv.*: cognominare. *cf.* cognomentum, cognominis, cognominatus. *compos.*: accognomen.

**cognōmentum,** -ī *n.* [*a* cognoscere *ductum est, v. p. 1489, 15. Th.*]. ISID. orig. 1, 6, 4 -um vulgo dictum eo, quod nomini cognitionis causa superadiciatur sive quod cum nomine est. *fere idem q. cognomen*: GLOSS. *προσωννμία.* -orum *συνωννμιῶν.* -o: alicui proprium nomen. *usurpatur cum specie quadam antiquitatis, cf.* SEN. suas. 2, 17 impositum est cognomen vel ut Messala ait -um. *legitur ideo saepius quam* cognomen *apud* SALL. *ter* TAC. *25ies* (cognomen *apud utrumque singulis locis*) GELL. *15ies* APVL. *ter* (cognomen *deest, at cf. vol. I p. 328, 22*), *cum 250 locis apud* CIC. LIV. VAL. MAX. PLIN. nat. SVET., *quibus* cognomen *legitur, unus tantum locus* (*sc.* CIC. fin. 2, 15) *quo* cognomentum *extat opponi possit. item posteriore aetate saepius legitur, fortasse propterea quod pleniorem sonum praebet. adamatur ab* HIER.

**I** ***strictiore sensu*** *de nominibus animantium proprio nomini* ***additis,*** *hic illic cum origine -i* (*de urbe semel infra l. 56, de re personata p. 1495, 2*): **A** *de singulis*: **1** *ipso cognomine non addito*: PLAVT. Mil. 1038 pulcher salve. :: meum -um commemoravit. Pseud. 976 hominem ego hic quaero malum, legirupam, impurum, peiurum atque impium. :: me quaeritat, nam illa mea sunt -a. VARRO ling. 6, 68 id (*io triumphe*) a *θριάμβῳ* ac graeco Liberi -o potest dictum (FRONTO p. 224, 23 N. Faustiana vina de Sullae Fausti -o felicia appello). frg. Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 344. TAC. ann. 1, 31 in suum (*legionum*) -um ascisci imperatores. 3, 71 *de equestri Fortuna*: etsi delubra eius deae multa in urbe, nullum tamen tali -o erat. 15, 23 filiam Nero ... appellavit Augustam, dato et Poppaeae eodem -o (APVL. Plat. 1, 1 Platoni habitudo corporis -um dedit). GELL. 1, 23 tit. quis fuerit Papirius Praetextatus; quae istius causa -i sit. 4, 20, 13 *nomen Statius* versum est quasi in -um (*cf.* MACR. sat. 1, 6, 26 hoc -um postea familiae nostrae in nomen haesit). 13, 20, 8 *de Catone Saloniano*: hoc ... illi -um fuit a Salonino (MACR. sat. 1, 6, 28). TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 436 an et hoc -um (*sc. 'sanctus dei'*) competierit ei, quem nec Christum vocari oporteret. PANEG. 12, 5 pauciora in annalium scriniis quam in vestrae domus titulis -a legerentur. SPART. Hadr. 24, 4 quamvis alii hoc -um ei (*Antonino Pio*) dicant inditum (AMM. 15, 12, 5. 23, 6, 3), quod multos senatores Hadriano iam saevienti abripuisset, alii, quod *eqs.* Did. 7, 2 adde et Severum, quod -um avi et proavi sibi Iulianus asciverat. LACT. epit. 2, 6 nullus ... eorum poterit omnipotens nuncupari, quod est verum -um dei. AMM. 14, 8, 5 Nicator Seleucus efficaciae impetrabilis rex, ut indicat -um. 25, 4, 26 adortus est Persas triumphum exinde relaturus et -um. SCHOL. Cic. Bob. p. 164, 4 Hild. *Alexandro* hoc idem -um fuit *ac Pompeio.* HIER. vir. ill. 67 a quo (*Caecilio*) ... -um sortitus est *Cyprianus* (81). AVG. civ. 18, 20 p. 282. MART. CAP. 6, 651 Actium colonia cum Apollinis templo, ex quo ipsi quoque deo additum -um. *nota de urbe*: TAC. ann. 14, 27 Puteoli ius coloniae et -um a Nerone apiscuntur.

**2** *cognomine addito*: **a** *cognomen non eodem casu quo vox* -um *legitur, sed substantivo suo attrahitur*: cognomentum: *subiect.*: PLAVT. Persa 60 *maioribus meis* -um erat duris Capitonibus. SALL. hist. frg. 2, 45 Metellum, cui ... Cretico -um fuit. 4, 1 Lentulus ... collega eius, cui -um Clodiano fuit. GELL. 11, 12, 2 Diodorus ... cui Crono -um fuit. 17, 21, 33 Alexander, cui -um Molosso fuit. HEGES. 1, 29, 1 Ptolomaei ..., cui -um Menneo fuit. *obiect.*: VARRO frg. Schol. Verg. Veron. Aen. 7, 681 ipsique (*Caeculo*) Depidio nomen fuisse ⟨et datum ->um Caeculo. GELL. 18, 7, 1 Domitio ..., cui -um Insano factum est. APVL. flor. 7 p. 23 Alexandro ..., cui ex rebus actis et auctis -um Magno inditum est. cognomento: CIC. fin. 2, 15 Heraclitus -o qui *σκοτεινός* perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit. PAVL. FEST. p. 43 Chilo dicitur -o a magnitudine labrorum (VIR. ill. 37, 1 Appius Claudius -o Caudex dictus). GELL. 11, 5, 1 *Pyrronii philosophi* Graeco -o *σκεπτικοί* appellantur (TREB. Gall. 2, 4 ipse quoque imperator appellatus -o Thessalicus). AVSON. 419, 38 neque enim iustius Metellus -o Pius patre revocato ... quam tu Gratiane. SCHOL. Cic. Bob. p. 164, 28 Hild. Brutus Gallaecus fuit -o ob res in Hispania non minus strenue quam feliciter gestas.

-o *in appositione*: SALL. hist. frg. 1, 95 Calpurnius -o Lanarius. TAC. ann. 1, 23 centurionem -o Sirpicum (VEN. FORT. vita Radeg. 38, 87). 12, 54 frater eius -o Felix. 14, 9 libertus eius (*Agrippinae*) -o Mnester. GELL. 13, 20, 3 M. Cato, non -o Nepos. SPART. Hadr. 1, 2 Hadriano pater Aelius Hadrianus -o Afer fuit. IVST. 21, 6, 1 Hamilcarem -o Rhodanum. EVTR. 7, 11 Gaius Caesar -o Caligula. AMM. 14, 7, 18 philosophus Eusebius Pittacas -o. 15, 7, 4 Petrus Valvomeres -o. 19, 12, 12 Demetrius Cythras -o philosophus. 21, 16, 10 Valentis -o Thes-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

salici. 22, 3, 11. 24, 4, 5. *sic passim, imprimis ap. rerum scriptores.* *de re personata*: PRVD. psych. 710 Discordia dicor -o Haeresis. *subest lusus*: ISID. vir. ill. 2 Itacius ... episcopus -o et eloquio Clarus. *cum nominibus indeclinabilibus*: VVLG. gen. 35, 6 venit .. Iacob Luzam ... -o Bethel. Dan. 10, 1 verbum revelatum est Danieli -o Baltassar.

**b** *cognomen eodem casu, quo vox* -um *legitur*: TAC. ann. 5, 1 Rubellio et Fufio consulibus, quorum utrique Geminus -um erat (11, 4 pergitque Suillius addere reos equites Romanos illustres, quibus Petra -um. 12, 55 Cilicum nationes, quibus Cietarum -um. GELL. 4, 3, 2 Carvilius, cui Ruga -um fuit. 17, 21, 6 Tarquini filio ... cui -um Superbus fuit. 17, 21, 40. IVL. VAL. 3, 30 Ptolomaeo, cui -um Soter erat. IVST. 29, 1, 5 Ptolomaeus, cui ex facinoris crimine -um Philopator fuit). GELL. 1, 23, 13 puero postea -um ... inditum Praetextatus (MACR. sat. 1, 6, 25). 9, 13, 2 Manlio -um factum est Torquatus (12, 11, 1 *Peregrino philosopho* postea -um Proteus factum est). **c** *cognomen genetivo additur*: TAC. ann. 2, 32 ne quis Scribonius -um Drusi assumeret. 11, 25 consul rettulit patrem senatus appellandum esse Claudium: quippe promiscum patris patriae -um. 12, 26 augetur et Agrippina -o Augustae. GELL. 1, 5 tit. Hortensius ... ob ... munditias gestumque in agendo histrionicum Dionysiae saltatriculae -o compellatus est. CAPITOL. Gord. 9, 4 addunt quidam Africani -um Gordiano ... inditum ... quod *eqs.* SPART. Sept. Sev. 17, 6 -um Pertinacis non tam ex sua voluntate atque morum parsimonia videtur habuisse. AMM. 14, 11, 32 post quaesitum Magni ex rerum gestarum amplitudine -um. 16, 5, 2 Cato, cui Censorii -um castior vitae indidit cultus. 17, 13, 33 ego ... hostilis vocabuli spolium prae me fero secundum (*Gardthausen*, secundi *codd.*) Sarmatici -um. 22, 12, 2 ornamentis gloriarum inserere Parthici -um. SCHOL. Cic. Bob. p. 37, 23 Hild. plurimi ex hac familia *Pisonum* -um frugalitatis habuerunt. 38, 4 Metellus ... -um ex virtute ... Cretici meruit. HIER. chron. a. Abr. 1717 Simon ... cui -um Iusti fuit propter *eqs.* vir. ill. 21 Agrippa -o Castoris. MACR. sat. 1, 6, 29 Asinae -um Cornelïis datum est, quoniam *eqs.* *sic potius genetivus quam dativus subesse videtur*: CAPITOL. Ver. 8, 10 Agrippum histrionem, cui -um erat Memfi (*idem vir et* Memphius *et Μέμφις appellatur, vid. adn. Peteri*). AMM. 14, 5, 8 *Paulo* Catenae inditum est -um (15, 3, 4). 15, 5, 4 Eusebio ex comite, cui -um erat inditum Mattyocopae. MACR. sat. 1, 6, 30 ea ... iuratio Tremellio Scrophae -um dedit.

**II** ***latiore sensu*** *fere i. q. nomen (tam de animantibus quam de rebus)*: **A** *de animantibus*: **1** *de singulis*: TAC. ann. 2, 9 erat is (*Arminii frater*) in exercitu -o Flavus (*nisi iustum cognomen more Romanorum fuisse putemus. cf.* 14, 60 reus -o Eucaerus). 2, 60 eosque, qui postea pari virtute fuerint, in -um eius (*Herculis*) ascitos (11, 11 L. Domitius adoptione ... in imperium et -um Neronis ascitus). 15, 40 videbatur Nero condendae urbis novae et -o suo appellandae gloriam quaerere. HIL. in Matth. 10, 15 si ... patri familias (*i. Christo*) -um per invidiam daemonis addiderunt, quanto magis in domesticos eius omnia iniuriarum et contumeliarum genera perficient? 20, 4 qui honor ecclesiae iam in Sarae -o est destinatus. trin. 6, 23 ne ... per communionem adoptivae hereditatis -um filii unigenito deo adderetur.

**2** *de ordinibus et generibus hominum, de populis*: TAC. ann. 14, 15 tuncque primum conscripti sunt Romani -o Augustianorum. HIER. chron. a. Abr. 880 Atheniensium reges -o Erecthidas. AVELL. p. 30 ut falsi -i discutiamus invidiam, qua nos iactant esse Luciferianos. TAC. hist. 5, 2 accolas Idaeos aucto in barbarum -o Iudaeos vocitari.

**B** *de rebus*: **1** *de locis, fluminibus sim.*: TAC. ann. 2, 6 *Rhenum* verso -o Vahalem accolae dicunt. 4, 65 montem ... antiquitus Querquetulanum -o fuisse. 13, 39 sibique *Corbulo castellum* ... -o Volandum sumit. 14, 33 Londinium ... -o quidem coloniae non insigne sed *eqs.* TERT. adv. Hermog. 25 p. 153 terram hanc, quam deus fecit, ex illa ex qua (*sc. terra pro materia*) fecit, -um derivasse. MART. CAP. 6, 627 *Hispania* Iberi fluminis interrivata tractu amnis sui meruit -um.

**2** *de rebus incorporeis*: TAC. ann. 15, 74 mensisque Aprilis *ut* Neronis -um acciperet. APVL. mund. 13 (*loco lacunoso*) is *ventus* septemtrio habet -um. AVSON. 379, 5 cetera per numeros sunt -a dierum. HIER. chron. a. Abr. 1696 Menander primam fabulam -o Orgen docens superat. THEOD. PRISC. eup. faen. 16 licet diversa -a sortita sint *alopecia et ofiasis. ibid.* ut alopecia ex -o vulpium, ofiasis ex serpentum squamis -um acceperit. log. 33 *de satyriasi vel priapismo*: sic ... curandi erunt qui sub utriusque -is aegrotant. ISID. orig. 1, 2, 1 dialectica -o logica.

synonyma: **cognōminābilia** GLOSS. IV 172, 13. *a* cognominare.

**cognōminālis,** -e [*a* co(n)- *et* nomen, *cf.* cognomen. *Th.*]. *fere i. q. cognominis.* *adiect.*: AVG. c. Petil. 3, 16, 19 Paracleti nomen imponat atque ob hoc se -em spiritus sancti non esse, sed fuisse deliret *Petilianus.* *subst.*: AVG. adv. Don. 13, 17 quasi Straton solus -em habere potuisset et Cassianus non potuit.

**cognōminātim** *adv.* [*cf. c.* cognominare, cognominatus. *Th.*]. PRISC. gramm. III 444, 30 quartae *declinationis* sunt ... hic senatus a senibus et natu, huius senatus, et quae -m his prolatis fixa sunt.

**cognōminātio,** -ōnis *f. a* cognominare. *fere i. q. appellatio, cognomen, nomen.* LIB. gener. chron. I p. 108, 198 inhabitationes gentium et -es eorum declarari. HILARIAN. pasch. 5 *aequinoctius* secundum -em mensium Romanorum VIII Kal. April. invenitur. RVFIN. apol. Orig. 4 p. 567 ut baptisma ... trinitatis auctoritate, id est patris et filii et spiritus sancti -e compleatur (ISID. orig. 6, 19, 45). Orig. in lev. 1, 2 aliud ... sub synagogae, aliud ... sub principis vel sub unius animae -e mandetur. CASSIOD. compl. in II Petr. 1, 1 Simon nomen est proprium, Petrus -o eius. [*legitur corrupte* AFRAN. com. 55 letium genus -is morborum cognominis *in codd. Nonii p. 87.*]

**cognōminātīvus,** -a, -um *a* cognominare. EXPLAN. in Don. gramm. IV 536, 3 *nomina* aut praenomina sunt ... aut nomina gentis ... aut cognomina, quae nomini iunguntur et -a dicuntur (CONSENT. gramm. V 339, 14).

**cognōminātus,** -a, -um [*cf.* cognominis. *Th.*]. *idem q. cognominis.* GLOSS. II 383, 51 *ὁμώνυμος. cf.* III 59, 49 in -am *εἰς ὁμώνυμον.* CIC. part. 53 verba ponenda sunt ... gravia, plena, sonantia, iuncta, facta -a, non vulgaria, supralata.

**cognōminis,** -e [*a* co(n)- *et* nomen, *cf.* cognomen. *Th.*]. SERV. Aen. 6, 383 (*ad* 'gaudet cognomine terrae', *pro quo ipse* '-e terra' *legit*) facit ... hic et haec -is (FRG. Bob. gramm. VII 542, 2). *de formis:* *abl. in* **e** (*cf.* SERV. Aen. 6, 383 quod ... communi genere in e misit ablativum, metri necessitas fecit): PLIN. nat. 6, 12 VLP. dig. 37, 11, 8, 2 (?) PS. APVL. Ascl. 37 AVIEN. ora 426 PAVL. NOL. carm. 15, 76. *in* **i**: MART. CAP. 6, 628. *de notione:* PAVL. FEST. p. 40 -es dicuntur, qui eiusdem sunt nominis (*cf.* NON. p. 87 cognomen est eiusdem nominis [*item fere* GLOSS. Non. V 639, 24] *ubi F², ut videtur, recte* -es eiusdem nominis). *cum dativo*: PLAVT. Bacch. frg. 7 LIV. 5, 34, 8 PLIN. nat. 4, 82 SVET. Otho 1 PS. APVL. Ascl. 37 SERV. auct. Aen. 1, 38. 532. 3, 108. *cum genetivo*: PLIN. nat. 5, 113 (?). 6, 5 APVL. met. 1, 23 AVSON. 419, 25 HIER. hom. Orig. in Ezech. 4 p. 920 RVFIN. hist. 1, 12, 2 PAVL. NOL. carm. 15, 76 NOVELL. Iust. 30 praef. *dubium utrum dativus an genetivus sit*: VELL. 1, 1, 1.

**1** *de animantibus*: PLAVT. Bacch. 39 quid agunt duae germanae meretrices -es? frg. 6 illa mi (mei *vel* mea *codd. Servii*) -is fuit. PLIN. nat. 4, 82 Asiacae -es flumini. 6, 5 a quibus (*Enetis*) in Italia ortos -es eorum Venetos. SVET. Otho 1 *filium* minorem ... -em sibi (Vit. 2 filios ... -es ac tantum praenominibus distinctos). APVL. met. 1, 23 si contentus lare parvulo Thesei illius -is patris tui virtutes aemulaveris. AVSON. 419, 25 -is tui Augusti tredecim consulatus. SYMM. epist. 3, 37 Dusarius ... affinem suum eundemque -em tradere patrocinio tuo meo optavit oratu. SERV. auct. Aen. 1, 38 Dardanus ... populares suos socero -es fecit (3, 108). HIER. hom. Orig. in Ezech. 4 p. 920 qui -es eorum propter familiae radicem extiterunt. RVFIN. hist. 1, 12, 2 *Cefam* unum esse ex septuaginta discipulis -em Petri apostoli. PAVL. NOL. carm. 15, 76 Hermia cum fratre sui -e patris terrenas divisit opes. **2** *de rebus*: LIV. 5, 34, 9 cum *Galli*, in quo consederant, agrum Insubrium appellari audissent, -e⟨m⟩ Insubribus. VELL. 1, 1, 1 Teucer ... Cyprum appulsus -em patriae suae Salamina constituit. PLIN. nat. 6, 12 flumen Absarrum cum castello -e. GELL. 13, 25 (24), 17 omnia ista ... -ia (*sc. δομῖναί τε μάχαι τε φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε*). PS. APVL. Ascl. 37 *Hermes* in sibi -e patria consistens. ITIN. Alex. 36 urbem haud disparem magnitudine -bus Alexandriis. AVIEN. ora 426 Malachae flumen urbe cum -e (CARM. epigr. 279, 5 NOVELL. Iust. 30 praef.). SERV. auct. Aen. 1, 532 *Oenotrum Arcadiam* sibi -em fecisse. MART. CAP. 6, 628 *Lusitania* -i (-is *codd. nonnulli*) fluvio permeatur. *subesse potest*: AFRAN. com. 55 *cf. supra l. 9.* VERG. Aen. 6, 383 *v. supra l. 20.* PLIN. nat. 5, 113 oppida Heraclea, montis eius -is Carice, Myus. VLP. dig. 37, 11, 8, 2 cum in praenomine -e (*sic codd. optimi*; nomine cognitione $K^a$; *περὶ τὸ ὄνομα ἢ τὸ ἐπώνυμον versio graeca; inserendum esse* nomine *putat Mommsen*) erratum sit, is ad quem hereditas pertinet etiam bonorum possessionem accipit.

**cognōmino,** -āvī, -ātum, -āre [*a* cognomen, *cf.* nominare. *Th.*]. AVG. loc. hept. 2, 96 p. 558, 18 quod Graecus habet *ἐπονομάσω* (*sc. exod. 20, 24*) 'supernominavero' aut 'annominavero' expressius dicitur, quod usitatius '-vero' nonnulli interpretati sunt; sed non habet necessariam significationem '-vero'; propinquius autem dicitur '-vero' quam 'nominavero'; nam et hoc aliqui interpretes dixerunt; *cf.* GLOSS. II 313, 22 -o *ἐπονομάζω*.

**I** ***sensu strictiore:*** *cognomine ornare, dicere; saepissime additur origo cognominis.* **A** *cognomen non additur: de singulis animantibus, de ordinibus hominum*: VARRO ling. 7, 45 flamines ... cum omnes sunt a singulis deis -ati, in quibusdam apparent *ἔτυμα*. PLIN. nat. 10, 21 *de aquilis*: buteonem hunc appellant Romani familia etiam -ata, cum prospero auspicio in ducis navi sedisset. 23, 32 unum de dando eo *veneno* volumen Asclepiades condidit ab eo -atis qui postea uno de volumine illo disseruere innumera. 26, 14 Asclepiades -ari se frigida *aqua* danda praeferens. 33, 133 postea divites -ati, dummodo notum sit eum qui primus hoc cognomen acceperit decoxisse creditoribus suis. SCHOL. Cic. Bob. p. 111, 8 Hild. fuit ... summae iustitiae, unde etiam Aristides -atus est. *de populis*: PLIN. nat. 3, 63 Alfaterni et qui ex agro Latino, item

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Hernico, item Labicano -antur. 3, 74 Locri -ati a promunturio Zephyrio. *de herbis*: PLIN. nat. 13, 76 *papyrus* emporitica involucris chartarum segestriumque mercibus usum praebet, ideo a mercatoribus -ata.

**B** *additur cognomen*: **1** *de singulis hominibus vel deis*: QVADRIG. hist. 10[b] *Manlius Gallo* torquem detraxit eamque sanguinulentam sibi in collum imponit. quo ex facto ipse posterique eius Torquati sunt -ati. VARRO ling. 7, 82 Alexandrum ab eo appellatum ... a quo Herculem quoque -atum Alexicacon. 7, 91 a quo (*cicure*) Veturii quoque nobiles -ati Cicuri⟨ni⟩. PAVL. FEST. p. 126 Mattici -antur homines magnarum malarum atque oribus late patentibus. FEST. p. 186 *Ops* -atur Consiva. p. 238 Postumus -atur post patris mortem natus. VAL. MAX. 2, 2, 9 *Fabius* omnem forensem turbam in quattuor tantummodo tribus descripsit.... quo tam salubri facto ... Maximus -atus est (AMPEL. 18, 6). 3, 2, 21 *Q. Siccius* propter fortitudinem Achilles -atus est. 8, 6, 4 Q. Varius propter obscurum ius civitatis Hybrida -atus. CELS. 5 praef. p. 160 *Apollonius* Mys -atus est. 7, 26, 3 *calculus* maior non videtur nisi rupta cervice extrahi posse, findendus est: cuius repertor Ammonius ob id λιθοτόμος -atus est. PLIN. nat. 7, 55 Sannio mimo Paride -ato. 7, 62 Catonem ... octogesimo exacto *anno* e filia Salonis clientis sui *generasse filium*. qua de causa aliorum eius liberum propago Liciniani sunt -ati, hi Saloniani. 7, 68 quosdam *infantes* ... cum dentibus nasci, sicut M'. Curium, qui ob id Dentatus -atus est. 7, 118 sapientia *praestitere ceteros*, ob id Cati, Corculi apud Romanos -ati. 7, 126 Demetrius expugnator -atus. 7, 208. 11, 19 Philiscum Thasium in desertis apes colentem Agrium -atum. 21, 10 Serapio -batur *Scipio* propter similitudinem suarii cuiusdam negotiatoris. 33, 29 vulgoque purpura latiore tunicae usos invenimus etiam praecones, sicut patrem L. Aelii Stilonis Praeconini ob id -ati. 34, 75 Apollinem nudum, qui Philesius -atur. 34, 81 *Apollodorum* crebro perfecta signa frangentem ... ideoque insanum -atum. 35, 112 tonstrinas sutrinasque pinxit Piraeicus et asellos et obsonia ac similia, ob haec -atus rhyparographos (35, 113). 37, 75. SCAVR. gramm. VII 20, 3 negat Varro etiam Gracco aspirandum, quoniam a gerendo sit -atus. AMPEL. 18, 6 Fabius Annibalem mora fregit, ex quo Cunctator est -atus. 36, 2 *Hamilcar* Barcas -atus est. TERT. adv. Val. 12 p. 191 *Iesum* -ant Soterem et Christum et Sermonem *eqs.* PORPH. Hor. sat. 1, 8, 11—12 Mallius Verna ... quia a multis pecuniam mutuam erogabat Pantolabus est -atus. SOL. 1, 72 Crassus ... quod numquam riserit Agelastus -batur. IVST. 27, 2, 8 unde Hierax *Antiochus* est -atus quia non hominis, sed accipitris ritu in alienis eripiendis vitam sectaretur. DIOM. gramm. I 486, 29 Dianam ... Lyaeam -verunt. AMM. 27, 3, 7 per omnia civitatis membra, quae diversorum principum exornarunt impensae, nomen proprium inscribebat ... quo vitio laborasse Traianus dicitur princeps, unde eum herbam parietinam iocando -arunt. 30, 7, 2 Gratianus ... -atus est a pueritia prima Tunarius ea re, quod. 30, 8, 4 *cf. p. 1500, 46.* SCHOL. Cic. Bob. p. 5, 13 Hild. *Servilius* inter cetera etiam Phaselida et Olympum subiecit; unde rebus bene gestis Isauricus -atus est. 132, 12 *Metellus* Creticus -atus est bello apud Cretam feliciter gesto. VVLG. I Macc. 2, 2—5 *Mathathias* habebat filios quinque: Ioannem, qui -batur (ὁ διακαλούμενος) Gaddis, et Simonem, qui -batur (καλούμενος) Thasi ... et Eleazarum, qui -batur (ἐπικαλούμενος) Abaron et Ionathan, qui -batur (ἐπικαλούμενος) Apphus. 10, 1. Luc. 6, 14 Simonem, quem -vit (ὃν καὶ ὠνόμασεν) Petrum. RVFIN. hist. mon. 31 p. 457[A] Paulus nomine, -atus Simplex. AVG. civ. 7, 14 p. 291 non est credibile ad lactandos mamma non solum pueros, sed etiam pecora, unde Ruminus -atus est, Iovem descendere voluisse. 18, 20 p. 281 ab illo ... tempore hi reges Latinorum esse coeperunt, quos -bant Silvios ab eo quippe, qui filius Aeneae primus dictus est Silvius ceteris subsecutis et propria nomina imponebantur et hoc non defuit cognomentum; sicut longe postea Caesares -ati sunt, qui successerunt Caesari Augusto. *nota de legione*: CORP. XI 6053 legio Pia Fidelis Constans Commoda -ata est. **2** *de populis*: PLIN. nat. 3, 23 Cerretani, qui Iuliani -antur et qui Augustani. 3, 24 Calagurritanos, qui Nasici -antur. *ibid.* Calagurritanos, qui Fibularenses -antur. 3, 36 Cambolectri, qui Atlantici -antur. 3, 63 Cernetani, qui Mariani -antur. 3, 105 (*bis*). 107. 4, 7 proximi Aetolis Locri -antur Ozolae. 4, 27 Locri deinde Epicnemidii -antur. 4, 44 Scythae Aroteres -ati. 4, 107. 118. 5, 82 Laodicenos, qui ad Libanum -antur. 5, 120. **3** *de urbibus, terris, fluviis*: PLIN. nat. 3, 7 oppidum Ossonoba, Aestuaria -atum. 3, 10 Segida, quae Augurina -atur *eqs. ibid.* flumen ... Ossigi, quod -atur Latonium. 3, 11 oppidum Osset quod -atur Iulia Constantia. 3, 15 Vrgia -ata Castrum Iulium. 3, 116 saltusque Galliani, qui -antur Aquinates. 4, 5 Argos Amphilochicum -atum (4, 17 Argos Hippium -atum). 4, 8 Thebis, quae Corsiae -atae sunt (4, 25 quae -antur Boeotiae Thebae). 4, 116 Salacia -ata urbs imperatoria. 5, 27 Leptis altera, quae -atur Magna. 5, 53 inde *Nilus* medios Aethiopas secat, -atus Astapus. 5, 79 Antiochia libera, Epi Daphnes -ata. 6, 43 Apamea, Rhagiane -ata (*cf.* AMM. 23, 6, 23 Apamia ... Mesene -ata). 6, 138 Arabia Eudaemon -ata. 6, 170 Berenicen alteram, quae Panchrysos -ata est et tertiam quae Epi Dires. 6, 171 Ptolemais a Philadelpho condita ad venatus elephantorum, ob id Epi Theras -ata. RVF. FEST. 11 Mazaca, ... Caesarea -ata. **4** *de arboribus, herbis, lapidibus, morbis*: CELS. 5, 28, 17 *impetigo* rubra -atur. 6, 7, 2 myrrhae, quam σταχτήν -ant. PLIN. nat. 12, 98 *casiam* quam Daphnidis vocant, -atam isocinnamon. 13, 56 ficus ... Aegyptia -ata. 15, 41 *poma* asinina -ata ⟨a⟩ vilitate. 15, 49 *malis Scandianis* cotoneo insito ab Appio ... Appiana sunt -ata. 21, 67 amaracus, quem Phrygium -ant. 24, 82 milax ..., quae anthophoros -atur. 25, 30 unum *panaces* ... Asclepion -atur. 25, 32 tertium panaces Chironium -atur ab inventore. 25, 33 quartum [genus] panaces ab eodem Chirone repertum centaurion -atur, sed et Pharnaceon in controversia inventionis a Pharnace rege deductum. 25, 97 *aristolochiae quartum genus* polyrrhizon -ant (25, 98). 26, 62 primus *tithymallus* -atur characias. 26, 71 septimum *tithymallum* dendroides -ant. 26, 96 altera satyrios orchis -atur. 27, 21 verbenacae, quae aristereon -atur. 27, 41 *alum* nascitur in petris, ideo petraeum -atum. 36, 159 encardia *gemma* -atur enariste.

**II** ***sensu latiore*** *i. q. nominare, appellare*: **A** *aliquem* (*aliquid*): **1** *de singulis hominibus et deis, de populis, sim.*: PAVL. FEST. p. 102 Hammo -atus, quia in arena putatur inventus. PLIN. nat. 6, 144 Nomadas ... Scenitae ... cludunt ... a tabernaculis -ati. FLOR. epit. 3, 5, 1 Ponticae gentes ... a Pontico -atae mari. APVL. mund. 38 *ut sit* futuri temporis *fatum* Lachesis a fine -ata. DIOM. gramm. I 321, 23 a facto Paris est -atus. 475, 23 a pedum mobilitate ... Cinesias est -atus. AMM. 18, 9, 4 comitum sagittariorum pars, equestres videlicet turmae ita -atae. 21, 1, 8 *Themidem* ex eo quod fixa fatali lege decreta praescire facit in posterum, ita -atam. 31, 2, 13 Halani ex montium appellatione -ati. PROB. Verg. ecl. 10, 1 *Arethusa* fons in Sicilia, a quo Musas videtur -are. AMBROSIAST. in Rom. 2, 17 quia *Christus* ex Iuda ortus est, ... Iudaei -antur. HIER. epist. 53, 5, 2 in actis apostolorum sanctus eunuchus, immo vir, sic enim eum scriptura -at. AVG. civ. 16, 3 p. 127 *ex Heber* Hebraeos esse -atos, tamquam Heberaeos (PS. AVG. quaest. test. I 108, 2 p. 253, 11 Souter). **2** *de arboribus et herbis, de gemmis*: COLVM. 3, 6, 3 malleolus ... novellus est palmes innatus prioris anni flagello -atusque ad similitudinem, quod ... mallei speciem praebet. PLIN. nat. 15, 37 *v. p. 1500, 45.* 15, 43 in peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, a Syriae Damasco -ata. 21, 30 eorum ... error corrigendus est, qui baccar rusticum nardum appellavere. est enim alia herba sic -ata. 22, 59 verrucas cum sale tollit sucus e folio, unde nostri verrucariam herbam appellavere, aliis -ari effectibus digniorem. 22, 66 picris ab insigni amaritudine -atur. 25, 73 sunt qui *herbam artemisiam* ab Artemide Ilithyia -atam putent. 37, 187 *de gemmis*: ab animalibus -antur. **3** *de terris, terrenis*: MELA 1, 80 Lycia ... -ata a Lyco rege Pandionis filio. PLIN. nat. 3, 7 Baetica a flumine eam mediam secante -ata. 3, 127 *Histriam* -atam a flumine Histro. 4, 28 sequitur mutatis saepe nominibus Haemonia, eadem Pelasgis et Pelasgicon Argos, Hellas, eadem Thessalia et Dryopis, semper a regibus -ata. 4, 83 *v. p. 1500, 43.* 5, 109 *v. p. 1500, 44.* 5, 121 in ora ... Titanus amnis et civitas ab eo -ata. 5, 122 ora ... sinum -vit et conventum. 6, 13 *Phasis* habet Surium tantum oppidum ... ab amne influente ibi -atum. AMPEL. 7, 4 illud (*mare Myrtoum*) a Myrtilo, hoc (*mare Icarium*) ab Icaro -ata (7, 5). AMM. 16, 3, 1 Confluentes, locum ita -atum, ubi ... Mosella confunditur Rheno. 16, 11, 11 Tres tabernas, munimentum ita -atum. 19, 11, 4 Valeriam ... ad honorem Valeriae ... institutam et ita -atam. 22, 8, 5. 23 fluenta Callichori ex facto -ati, quod. 22, 9, 7. 22, 16, 14 *v. p. 1500, 45.* 23, 6, 21 in his terris amnes sunt duo perpetui ... Diabas et Adiabas ... ideoque Adiabenam -atam. 23, 6, 72. 27, 4, 12. 29, 6, 19 porticum Eventus Boni -atam ea re, quod. 31, 11, 2. SCHOL. Germ. Bas. p. 103, 1 Phaethon *stella* -atus dicitur ab Solis filio Phaethonte. HYG. fab. 141 p. 22 *a Sirenibus* locus Sirenides -atur. 187 p. 119 AVG. civ. 15, 8 p. 73. **4** *de variis rebus*: VARRO ling. 5, 109 hinc ad pecudis carnem perventum est. ⟨ut⟩ suilla, sic ab aliis generibus -ata (*sc. caro*). PLIN. nat. 7, 71 *dentes* a canibus -ati. 26, 99 cum *Graeci* concitationem hanc (*sc. veneris*) volunt significare, satyrion appellant, sic et crataegin -antes et telygonon et arrhenogonon. POMPON. dig. 50, 16, 57 pr. magistratus per derivationem a magistris -antur. TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 338 bonitas *dei* praefecit *hominem* universis fruendis atque regnandis, etiam -andis. DIOM. gramm. I 476, 5 pyrrichium Graeca interpretatione. 477, 4 iambum quasi thriambum a triumphatore -atum esse. 485, 9 elegia extrema mortuo accinebatur sic uti nenia, ideoque ab eodem elegia (*fort.* eadem elogium *scribendum*) videtur tractum -ari. VVLG. Hebr. 3, 13 adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie -atur (καλεῖται). AVG. dial. 6 verbum a vero -atum est. 10 ex toto cum pars -atur. CAEL. AVR. chron. 2, 12, 148 hae sunt fluoris sanguinis κοινώτητες. eas enim, quae iis -ari atque conscribi possunt, ... tradidimus. COD. Iust. 8, 53 (54), 25 pr. donatio ... animo dantium accipientiumve sententiis quantum ius sinit -ata. DIFF. gramm. suppl. 277, 2 amnis ab ambitu -atur.

**B** *additur ipsum nomen*: **1** *de hominibus et deis, de populis*: VARRO ling. 7, 20 *Musae* a terrestribus locis ... -atae Libethrides *eqs.* PLIN. nat. 3, 25 Mentesani, qui et Oritani, Mentesani, qui et Bastuli, Oretani, qui et Germani -antur. 3, 50 *Pelasgos exegere* Lydi, a quorum rege Tyrrheni, mox a sacrifico ritu lingua



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Graecorum Tusci sunt -ati. 4, 37 *Apolloniae* incolae Macrobii -antur. 29, 5 factio ab experimentis se -ans empiricen. 30, 7 ut Menander ... Thessalam -ret famulam complexam ambages feminarum detrahentium lunam. 34, 69 Satyrum, quem Graeci periboëton -ant. HYG. mun. castr. 12 professores eius artis causa supra scripta gromatici sunt -ati. AMPEL. 15, 17 Phocion vir bonus -atus est. TERT. nat. 1, 4 dum philosophi ... de auctoribus -entur Pythagorici et Platonici. 2, 4 cum ... ille unus deus, quem colimus, θεός -etur (*bis*). orat. 2 dicendo ... patrem deum quoque -amus. 22 Evam nondum virum expertam deus mulierem et feminam -vit. anim. 16 adv. Hermog. 3 p. 129. adv. Val. 20 p. 199 Sophiam -ari et Terram et Matrem. adv. Prax. 2 p. 229 *filium dei* missum a patre ... et -atum Iesum Christum. 7 p. 237. 15 p. 255 adv. Marc. 1, 7 p. 298. 3, 16 p. 403. 4, 10 p. 446. virg. vel. 1 Christus veritatem se, non consuetudinem -vit. 5 *de muliere*: ut, quae in futurum vocaretur nomine designato, in praesenti nihil -retur. ITALA apoc. 20, 2 (Apring. *ad l.* Aug. civ. 20, 7 p. 419 [*bis*]) draconem illum et serpentem anticum, qui -atus est (ὅς ἐστιν, VVLG. qui est) diabolus et satanas. CLEM. ad Cor. 10 Abraham, amicus -atus (17). 12 Raab, quae -batur fornicaria. SOL. 54, 11 *de hominibus, qui testudinis carne vivunt*: iidem *homines* coriis piscium vestiuntur Chelonophagi -ati. IVST. 15, 2, 11 Ptolemaeus ... rex ab exercitu -atur. 42, 2, 11 fortissimorum virorum, qui Argonautae -ati sunt. HIL. psalm. instr. 4 cum secundum Hieremiam ... *Samuel* Moysi -atus et coaequatus sit. in psalm. 1, 14 sapientiam, quae Christus est, lignum vitae -ari. 2, 8 'reges terrae' -ati sunt Herodes tetrarcha et Pilatus praetor *eqs.* (2, 44). myst. p. 24, 33 Iesum, qui Auses antea vocabatur, -vit ducem populo ad terram repromissionis pergenti futurum (p. 24, 29 RVFIN. hist. 1, 3, 4). in Matth. 17, 7 diabolum montem -vit. AMM. 31, 2, 17 *Halani* aevi ... progressu ad unum concessere vocabulum et summatim omnes Halani -antur. HIER. chron. a. Abr. 226 Apis, quem Serapim -ant *Aegyptii*. 1060 *a Bacchide* reges Bacchidae -ati. 1217 *Aegyptii* regem suum Osorthon Herculem -verunt. VVLG. IV reg. 17, 34 Iacob, quem -vit Israel. act. 11, 26 ut -rentur (χρηματίσαι) primum Antiochiae discipuli christiani. Rom. 2, 17 si ... tu Iudaeus -aris (ἐπονομάζῃ). RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 29 ut ... -atum te a me fratrem et collegam ... indignanter acciperes. PRVD. cath. 9, 11 *Christus* alpha et ω -atus. ACT. Archel. 3 p. 116 amator pauperum Marcellus -atus est. CHROMAT. in Matth. 5, 1 discipulos suos lumen mundi -at. GREG. TVR. Franc. 9, 9 *iunior filius* Theodoricus -atus. *nota*: ITALA gen. 5, 2 (Aug. civ. 15, 17 p. 95. 15, 21 p. 104) -vit (ἐπωνόμασε, VVLG. vocavit) nomen eorum Adam. 5, 3 (Hil. syn. 73) -vit (ἐπωνόμασε, VVLG. vocavit) eius nomen Seth. exod. 2, 10 (Lugd.) -vit (ἐπωνόμασε, VVLG. vocavit) ... nomen illius Moyses. Matth. 1, 21 (Hil. in psalm. 51, 24) -bis (καλέσεις, VVLG. vocabis) nomen eius Iesum. **2** *de daemonibus*: HIL. in Matth. 7, 10 volucres ... caeli saepenumero immundos spiritus -ari. **3** *de herbis*: PROB. Verg. georg. 4, 30 serpillum herbae genus est quod a serpendo serpillum -atur. **4** *de rebus manu factis*: VARRO frg. Gell. 16, 16, 4 *ararum Carmentibus statutarum* altera Postverta -ata est, Prorsa altera. PLIN. nat. 37, 108 in delubro, quod Arsinoëum -batur. HYG. mun. castr. 14 via principalis ... esse debet latitudine eadem, qua opus pedum LX, quod est inter vallum et legiones et ideo quibusdam intervallum est -atum. 17 *via* -atur ... quintana causa copiarum. 49 fossa fiet, quod propter brevitatem titulum -atum est. 50 fossa ad vallum causa instructionis sancta est -ata. ITALA iud. 6, 24 (Lugd.) *v. p. 1500, 52.* HIL. in psalm. 1, 10 hanc eorum cathedram pestilentiae propheta -at. AMM. 22, 16, 9 turrim, quae Pharos a loco ipso -atur. 23, 4, 10 machina, quam ἑλέπολιν Graeci -amus (24, 2, 18). 26, 6, 14 Anastasianas balneas a sorore Constantini -atas. VVLG. sap. 14, 8 cum esset *idolum* fragile, deus -atus est (ὠνομάσθη). Ioh. 5, 2 piscina quae -atur (ἐπιλεγομένη) hebraïce Bethsaida. **5** *de terrenis et caelestibus*: VARRO ling. 5, 32 *ager Latius* particulatim oppidis -atus, ut a Praeneste Praenestinus, ab Aricio Aricinus. PLIN. nat. 2, 178 *de sideribus*: quem sub divo Augusto -vere Caesaris thronon. 4, 46 *v. p. 1500, 49.* 4, 65 *insulam Andrum* Cauron, deinde Antandron -atam. 4, 83 *insula Achillis* exercitatione eiusdem -ata Dromos Achilleos. 6, 41 totam eam (*Adiabenen*) Macedones Mygdoniam -verunt. AMPEL. 6, 10 Danuvius, qui idem Ister -atur. ITALA Ios. 22, 34 (Lugd.) (h)abitaverunt in eam *terram* et -verunt (ἐπωνόμασαν, VVLG. vocaverunt) altarium Ruben et Gad *eqs.* SOL. 11, 1 ab dextera Antandrum navigantibus saxum est (hoc enim verius quam insula meruit -ari). 38, 9 *Heliopolim* Pompeiopolim devictis Cilicibus Cn. Magnus -vit. ARNOB. nat. 3, 31 quod aquanubat terram appellatus est -atusque Neptunus. 3, 41 Graecia vicos -at λαύρας. IVST. 4, 2, 1 *Sicilia* postea Sicania -ata est. 7, 1, 1 Macedonia ante ... Emathia -ata est. 25, 2, 11 eamque regionem Gallograeciam -verunt. 44, 1, 2. RVF. FEST. 5 provincia, quae Tingimauritana -atur. AVIEN. orb. terr. 245 matrem ponti -at *Scytha* undam *Maeotidis paludis*. ora 253 quidquid amni gentis huius adiacet occiduum ad axem, Hiberiam -ant. 270 *Gaddir* Tartessus prius -a⟨ta⟩ est. 570 incolae istam *paludem* Sordicen -ant. 645 rupis ... latus ... gentici -a⟨n⟩t Solis columnam. AMM. 17, 4, 2 urbem priscis saeculis conditam ambitiosa moenium strue et portarum centum aditibus celebrem hecatompylos Thebas institutores ex facto -arunt. 17, 7, 6 dioecesin, ... quam Constantius ad honorem uxoris Eusebiae Pietatem -arat. 27, 4, 8 per artas praecipitesque vias, quae -antur Acontisma. HIER. virg. Mar. 13 Hermon Phoenices -ant Sanior. IORD. Get. 1, 4 insulas quas Cycladas vel Sporadas -ant. **6** *de variis rebus*: PLIN. nat. 18, 219 *exortus occasusque* matutini vespertinique -ati. 22, 114 *v. infra l. 50.* GELL. 2, 22, 8 *eurus ventus* Romanis nauticis subsolanus -atur. TERT. orat. 11 *ad Iosephi verba* 'ne irascamini in via': alias ... via -atur disciplina nostra. anim. 25 num ... barbarae Romanaeque gentes aliter animantur, quia animam aliud quid quam ψυχήν -verunt? adv. Hermog. 24 p. 152 si *Hermogenes* materiam ostenderet nominatam, deberet eandem probare terram quoque -atam. adv. Marc. 4, 1 p. 423 opus ex contrarietatum oppositionibus Antithesis -atum. TER. MAVR. 357 *vocales* διχρόνους -ant. ITALA exod. 16, 31 (Monac.) -verunt (ἐπωνόμασαν, VVLG. appellavit) illud fili Israel manna (*cf.* ITALA Ottob. -verunt illud ... nomen illius manna). CENS. 8, 5 *particulas zodiaci* Graeci moeras -arunt. 22, 16 Quintilis Iulius -atus est. LACT. mort. pers. 27, 8 Romani nominis titulum immutari nolebat *Maximianus*, ut non Romanum imperium, sed Daciscum -retur. CHALC. transl. 36 exterioris ... circuli motum eundem, quod erat eiusdem naturae consanguineus, -vit, interiorem autem diversum. 43 aestus ... sensus -antur maximos violentosque motus cientes. comm. 30 individuam ...: substantiam mundi intellegibilis speciem ... Platonem -asse. 32 quod ex tribus constat, id est longitudine latitudine profunditate, solidum corpus -ant. 44 secunda *symphonia* ... diapente -ata est. 45 hemitonium ... limma -vit. *al.* AQVILA rhet. 18 ego ... non video quem ad modum *ambitus* περίοδος -etur et non potius κῶλον. DIOM. gramm. I 475, 22 *Cinesias* eam *faciem belli* pyrricham a Pyrro repertam et illustratam -vit. RVFIN. patr. 2, 10, 1 ipse exposuit, quae sit uberum et vulvae benedictio, -ans matrem, quod. MART. CAP. 9, 990 διάγνιον posteriores Graeci creticum -arunt (*cod. Bern. 56ᵇ fortasse recte, alii* nominarunt). CAEL. AVR. chron. 2, 12, 146 eruptionem *sanguinis* ... etiam solutionem -amus.

***notabilia quaedam ad I et II***: nomine, vocabulo *sim.* -are: COLVM. 3, 2, 18 *vites apianae* mature lectae pluviis ventisque et apibus afferunt praedam, quarum vocabulo ... -antur. POMPON. dig. 1, 2, 2, 37 Sempronius, quem populus Romanus σοφόν appellavit nec quisquam ante hunc aut post hunc hoc nomine -atus est. SOL. 1, 81 ut Romani Vibium Pompei nomine, Pompeium Vibi vocabulo -rent. IVST. 41, 5, 8 *Parthi reges* hoc nomine ... -vere. HYG. fab. 145 p. 24, 7. HIER. epist. 21, 11, 1 multis aliis vocabulis scriptura *diabolum* -at. RVFIN. symb. 38 HIST. Apoll. 28. *cf.* HIL. in Matth. 18, 2 sub asini ... nomine frequenter gentes -atas reperimus. *cf. sim. l. 15 et p. 1499, 40 sqq.* ***prosopopoeia quaedam***: PLIN. nat. 4, 83 silvestris regio Hylaeum mare, quo alluitur, -vit. 5, 109 *Alabanda libera* conventum eum -vit (5, 122). 15, 37 qui candidior *color malorum* nostratia -at. AMM. 22, 16, 14 *Canopum* Menelai gubernator sepultus ibi -vit. 30, 8, 4 *Artaxerxem* Macrochira membri unius longitudo -vit. ***pro nomine praedicati legitur genetivus***: PLIN. nat. 3, 51 colonia Falisca ..., quae -atur Etruscorum. 4, 46 portus ..., qui Mulierum -atur. 5, 77 Zimyram ..., quae Coeles Syriae -atur. 22, 114 *Varro* regium -atum arquatorum morbum tradit. VVLG. II Macc. 6, 2 templum -are (προσονομάσαι) Iovis Olympii. ***barbare nominativus***: ITALA iud. 6, 24 (Lugd.) -vit illud *altarium* Pax domini. SERM. Arrian. frg. I 17 *credentes* etiam ecclesia -vit. -are in: HIL. trin. 6, 23 alios ... -atos ab eo (*deo*) in filios; sed hic (*Christus*) filius meus est. ARNOB. nat. 2, 65 cuius (*dei*) dona et munera non tantum asperneris et fugias, verum in alia verba -es (*sic P, ut videtur recte;* inania *Vrsinus*).

**III** *i. q.* ***una, simul nominare, repetere***: HIL. in psalm. 121, 6 *ad* 'illic ascenderunt tribus, tribus': forte sine exceptione ab universis aedificanda videbitur civitas, quod in tribubus -atis nulla fiat exceptio.

*syn. et iuxta posita:* *ad II*: dicere (CENS. 22, 16 CHALC. comm. 44 CAEL. AVR. chron. 2, 12, 146 *al.*), appellare (ARNOB. nat. 3, 31), vocitare (RVFIN. hist. 1, 3, 4. *cf.* ITALA gen. 5, 3 [Hil. syn. 73] -vit [VVLG. vocavit]). *adde p. 1499, 41. 42. 43. 44.*

*part. perf. pass.* -atus *pro adiectivo? v. p. 1496, 15.*

*derivata*: cognominabilis, cognominalis, cognominatio, cognominativus. *cf.* cognominatim. *Bannier.*

**cognōscenter** *v.* cognosco *p. 1516, 49.*

✖**cognōscentia**, -ae *f. a* cognoscere, cognoscens. *i. q. actus quo quis* (*quid*) *cognoscitur, notitia, scientia*: ITALA Rom. 11, 33 (Mar. Victorin. gen. div. verb. 1) o altitudo divitiarum sapientiae et -ae dei (γνώσεως θεοῦ, VVLG. scientiae). MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 19 p. 1052ᴰ quae actio habens omnia, quae sunt in potentia, vita et -a secundum motum producit et manifestat omnia. 1, 31 p. 1064ᴮ et ipse λόγος forma, quae -a est dei: per λόγον enim solum -a efficitur. 1, 57 p. 1084 praecognoscentiam enim -a praecedit. *saepius.* in Phil. 2, 6 p. 1207ᶜ circumformatur enim et definitur quodammodo, id est in considerationem et -am devocatur. PS. MAR. VICTORIN. hymn. 3 p. 1145ᴬ -a ... ipsa eademque substantia est. *saepius.*

*compos.*: praecognoscentia.

✖**cognōscibilis**, -e *a* cognoscere. *compar. v. p. 1501, 7. id quod cognosci potest*: ITALA Iob 18, 19 (Aug. in Iob 1, 18 p. 547, 21) et non sit -is in populo suo (ἐπίγνωστος, VVLG. non erit semen

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eius neque progenies in populo suo. *cf.* Avg. *l. l.* id est ad tantam deiectionem veniat, ut a suis non agnoscatur). Iren. 4, 16, 1 ut -e perseveret genus Abrahae. Mar. Victorin. adv. Arrium 4, 19 quiddam est *ὄν*, intelligibile, -e. 4, 23. 24 *al.* Hil. in psalm. 66, 4 quae *via* in terra . . . -is et nota praestanda est. Hier. vir. ill. 11 sententiolas solis monachorum -es. Boeth. anal. post. 1, 21 p. 738$^{c}$ -ius. Fvlg. Rvsp. c. Arrian. 2 p. 53 -is deus est (Canon. Migne 56, 696$^{B}$). Greg. M. moral. 2, 35 non solum se -em sed etiam palpabilem praebuit *Christus*. *nota*: Itala gen. 2, 9 (Aug. loc. in hept. 2 p. 486, 52) et lignum ad sciendum -e boni et mali (*εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ*; Vvlg. lignumque scientiae boni et mali).

*adv.* **cognōscibiliter**: Vvlg. sap. 13, 5 a magnitudine . . . creaturae -r poterit creator horum videri (*ἀναλόγως . . . θεωρεῖται*).

**cognōscitus**, -a, -um *v. p. 1516, 55.*

**cognōsco**, -nōvī, -nitum, -ere *a* co(n)- *et* (g)noscere. *de formis*: Prisc. gramm. II 30, 9 n... transit in g ut ignosco... cognosco. 511, 2 notandum tamen, quod 'cognosco cognovi cognitum' et 'agnosco agnovi agnitum' in frequentiore usu faciunt pro o paenultima producta, quam vetustissimi servabant analogiam sequentes i correptam adhibentia unde . . . . Lucanus in II: . . . 'cognitus' *eqs.* Itala Luc. 24, 35 (cod. d) quia cognotus est (I Cor. 13, 12 [cod. d] sicut ego cognotus sum. Gal. 4, 9 [cod. d] magis autem cognoti estis). *formam plusquamperfecti* cognoscissem: Gloss. IV 408, 11 *v. infra l. 28.* Greg. Tvr. Franc. 2, 42 cognuscent. *ibid.* ad cognuscendum. Conc. Carpent. a. 517 p. 43, 2 cognusceris. *supinum* cognitu *v. p. 1514, 47. cf.* Pavl. Fest. p. 96 gnotu: cognitu. Itala Os. 5, 3 (Wirc.) ego conovi. *formae breviores* (*cf.* Gloss. -ostis: cognovistis. -orat: cognoverat. IV 408, 11 -ossem: cognoscessem) *leguntur inde a* Ter. (cognosti, cognostis, cognoris, cognorit, cognosse) *al. et saepissime per totam latinitatem; cf. Neue-Wagener, Formenlehre III*$^{3}$ *486—492.* *graecis litteris scribitur*: Gloss. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A *καύσα κόγνιτα: αἰτίας διαγινωσκομένης. καῦσα κογνίτα: τὴν αἰτίαν διαγνούς.* *de significatione*: Pavl. Fest. p. 79 explorare antiquos pro exclamare usos, sed postea prospicere et certum -ere coepit significare . . . explorator pacata clamore -it. p. 96 *v. l. 26.* Caper gramm. VII 97, 12 -imus ignota et invisa, agnoscimus quae nobis exciderant. Non. p. 275 -ere est audire, aestimare. . . . nosse vel perspicere. . . . agnoscere. Serv. Aen. 8, 155 sane inter agnosco et -o superfluo quidam volunt facere discretionem, ut -amus novos, agnoscamus antiquos. sed haec a poetis metri necessitate variantur; nam 'agnosco' propter synalipham dixit. Don. Ter. Hec. 152 -vit: consideravit diligentius et attentius. Diff. serm. gramm. suppl. 288, 19 inter -imus et agnoscimus hoc interest, quod agnoscimus, quos prius habuimus amicos, -imus quos nunquam vidimus. Isid. diff. 1, 62 agnoscimus notos, -imus ignotos. 1, 134 -imus ignoratos mores, agnoscimus, quae nobis exciderant. Diff. ed. Beck p. 34, 53 agnoscimus notos vel veteres, -imus novos vel ignotos. *cf.* Rvfin. Orig. in Rom. 7, 8 sed -visse suos dicitur *Iesus*, hoc est in dilectione habuisse sibique sociasse. Gloss. -uri *διαγνωσόμενοι*. -o *γνωρίζω. ἐπιγιγνώσκω.* -ere *νοεῖν, γιγνώσκειν*. est ⟨non⟩ errantem audire. -vi *ἔγνων*. comperi rescivi. -vit expertus est. -or: *γνωρίζομαι*. -itur dinoscitur. Not. Tir. 47, 85 -it. 47, 88 -vit. *legitur inde a* Plavto *et* Ennio *per totam latinitatem.* [*val.* cunoaștere, *it.* conoscere, *francog.* connaître, *hisp.* conocer. cognitus: *francog.* cointe. *M.-L.*] *cf. nom. propr.* Cognitus (-a).

**I** *i. q.* ***percipere*** *(intellectu scilicet et sensibus), intellegere, sentire; notio incohativa vel aoristi plus minus perspicua est*:

**A** ***aliquid (aliquem) vel absolute:***

**1** *sensibus (oculis, auribus) aliquid percipere:* Plavt. Cist. 730 filiam tuam iam -es intus. Pacvv. trag. 117 mandat ne matri fuat -endi umquam aut contuendi copia. Acc. trag. 437 constitit, -vit, sensit, collocat sese in locum celsum. Cic. de orat. 2, 276 quid, ego non -o vocem, inquit *Ennius*, tuam? Lvcr. 2, 742 nam cum caecigeni, solis qui lumina nunquam dispexere, tamen -ant corpora tactu. Bell. Alex. 6, 2 *degustando*, quantum inter se differrent aquae, -bant. 37, 2 veritus ne -rentur insidiae. Bell. Afr. 72, 2 sollicitabatur autem his rebus, quod nondum legiones hostium -verat. Sall. Iug. 71, 2 -nitis Bomilcaris verbis (*i. lecta epistula*). Nep. Eum. 11, 2 multi . . . , qui eius formam -ere studebant, qualis esset, quem tam diu tamque valde timuissent *eqs.* Verg. ecl. 6, 25 carmina quae voltis, -ite. georg. 4, 375 nati fletus -vit inanis. Lydia 80 ut maneam, quod vix oculis -ere possis. Tib. 1, 6, 52 haec foribusque manet noctu me affixa proculque -it strepitus me veniente pedum. Ov. epist. 5, 63 hinc ego vela tuae -vi prima carinae. met. 3, 96 vox subito audita est, neque erat -ere promptum, unde, sed audita est. 11, 467 ubi terra recessit longius atque oculi nequeunt -ere vultus. 11, 570 nec quem -ere posses, illa luce fuit. 11, 724 iam quod -ere posset, cernit. Liv. 2, 40, 4 dein familiarium quidam, qui insignem maestitia inter ceteras -verat Veturiam inter nurum nepotesque stantem. 2, 47, 4 ducum consulum -nita ora accendunt militum animos. 4, 19, 2 insignemque eum regio habitu volitantem tota acie -osset. 6, 13, 8 Circeiensium quoque quidam -niti *sunt* et coloni a Velitris. 27, 16, 4 vacuus paulo post equus errans per urbem -nitus. Pavl. Fest. p. 171 Aelius Stilo qui plus videret vesperi quam meridie nec -ret nisi quod usque ad oculos admovisset. Germ. 637 et Chiron pius ad caudam -itur imam. Phaedr. 3, 16, 16 simul -vit vocem laudari suam. Lvcan. 5, 20 cernite, sed faciem . . . -ite. Tac. dial. 8 non auditu -enda, sed oculis spectanda. Apvl. met. 1, 11 ne quo numinis ministerio similiter usa sermones istos nostros anus illa -at. 6, 29 ad lunae splendorem iam inde longius -nitos risu maligno salutant. 9, 20 -nito strepitu. 9, 37 atque ut eius letalem ululatum -vere ceteri fratres. 9, 42 clamoso strepitu -nito. Psalt. Rom. *et* Vvlg. psalm. 9, 17 -itur (*γιγνώσκεται*) dominus iudicia faciens. Avg. civ. 16, 2 Sem . . . et Iapheth . . . -nita quoquo modo nuditate patris. Inscr. christ. Hisp. 334 ut -ens inimicus (*i. diabolus*) confusus abscedat.

**2** *i. q. memoria aliquid recognoscere:* Plavt. Amph. 441 quom illum contemplo et formam -o meam, quemadmodum ego sum — saepe in speculum inspexi — nimis similist mei *eqs.* 822 -in tu me saltem, Sosia? Asin. 879 possis, si forte accubantem tuom virum conspexeris cum corona amplexum amicam, si videas, -ere? Bacch. 730 propterea te volo scribere, ut pater -at litteras quando legat. Cist. 636 crepundia . . . quae mihi dedit, parentes te ut -ant facilius. Pseud. 988 accipe et -e signum (1002 video et -o signum. Ter. Eun. 915 iamne ostendisti signa nutrici? :: omnia. :: amabo, quid ait? -itne? :: ac memoriter. Ov. am. 2, 18, 29 Penelope signum -vit Vlixis. met. 7, 422 cum pater in capulo gladii -vit eburni signa sui generis. Argvm. Plaut. Curc. 4 -it signum Lyco, ubi vidit, militis. *paulo aliter p. 1507, 62*). Plavt. Poen. 1130 -in Giddenenem ancillam tuam? :: novi. 1265 nam vostra nutrix primum me -vit. 1324 hic nos -vit modo et hunc sui fratris filium. 1379 metui semper, ne -ret eas aliquis. Rud. 1145 huc opesque spesque vestrūm -endūm condidi. Ter. Eun. 767 dic . . . te parvam virginem amisisse, nunc -osse. signa ostende. Haut. 657 sed postquam aspexi, ilico -vi, ad te exilui. 682 -nitast, quantum audio huius verba. 830 eum (*anulum*) haec -vit Myrrina in digito modo me habente[m]. Pacvv. trag. 384 in turba Oresti -nita, agnota est soror. Lvcil. frg. 867 quom me hoc tempore . . . -ere non vis. Acc. trag. 284 ergo me Argos referam, nam hic sum gnobilis, ne cui -ar noto. Qvadrig. hist. 55 is ubi Dacium -vit et patriā eum recordavit. Varro Men. 471 vereor, ne me quoque quom domum ab Ilio cossim venero, praeter canem -at nemo. ling. 7, 3 nec mirum, cum non modo Epimenides Cres post annos L experrectus a multis non -atur, sed etiam Teucer Livii post annos XV ab suis qui sit ignoretur. Cic. inv. 1, 55 qui id, quod aliquo in loco viderunt, alio in loco nisi monstratum est, nequeunt -ere. Brut. 313 quoniam totum me non naevo aliquo aut crepundiis, sed corpore omni videris velle -ere. Att. 12, 22, 1 de Terentia, quod mihi omne onus imponis, non -o tuam in me indulgentiam. Lvcr. 2, 349 nec ratione alia proles -ere matrem nec mater posset prolem. Verg. Aen. 6, 340 hunc ubi vix multa maestum -vit in umbra. 12, 903 sed neque currentem se nec -it euntem tollentemve manu saxumque immane moventem. Ov. epist. 5, 63 hinc ego vela tuae -vi prima carinae. met. 2, 501 -enti similis fuit. 4, 147 quae postquam vestemque suam -vit (*sc. Thisbe*). 4, 291 cuius erat facies, in qua materque paterque -i possent. 4, 596 inque sinus caros, veluti -ret, ibat. 5, 636 sed enim -it amatas amnis aquas. 7, 843 vox est ubi -nita fidae coniugis. fast. 2, 185 *Callisto* tamquam -ret, astitit ameus et gemuit (*cum obveniret filio*). trist. 4, 4, 79 cum vice sermonum fratrem -vit et illi pro nece complexus Iphigenia dedit. Epist. Sapph. 129 oscula -o, quae tu committere lingua aptaque consueras accipere. 147 -vi pressas noti mihi caespitis herbas. Liv. 1, 26, 2 -nitoque super umeros fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat. 1, 37, 2 quorum fluitantia arma ad urbem -nita in Tiberi prius paene, quam nuntiare posset. 1, 39, 5 cum inter reliquas captivas -nita esset. 3, 10, 1 auget gloriam adveniens exposita omni in campo Martio praeda, ut suum quisque per triduum -nitum abduceret. 4, 29, 4 praedae pars, sua -entibus Latinis atque Hernicis reddita. Manil. 1, 516 omnia mortali mutantur lege creata, nec se -unt terrae vertentibus annis. Fronto p. 87, 7 N. si formam non -es hominis . . . memento a me tibi Aridelum commendatum. Apvl. met. 7, 25 occurrunt nobis fortuito statimque me -nitum capistro prehensum attrahere gestiunt. Argvm. Plaut. Rud. 6 -itur *filia*. Vvlg. I reg. 26, 17 -vit autem Saul vocem David. *nota sine obiecto:* Ter. Eun. 893 in -endo tute ipse hic aderis, Chaerea. *speciatim de rebus hominibusve deformatis vel in alium statum conversis:* Plavt. Bacch. 963 Vlixem ut praedicant -nitum ab Helena esse proditum Hecubae. Ter. Eun. 847 ita miserrimus fui fugitando, ne quis me -ret. Cic. de orat. 2, 177 tractatio autem varia esse debet, ne aut -at artem qui audiat aut *eqs.* Att. 9, 11, 1 qui (*viator*) se diceret eum in Appia, cum is paulum lecticam aperuisset, -osse. epist. 10, 30, 3 ita nescio quo fato sum servatus, quod sum cito a nostris -nitus. Bell. Hisp. 12, 2 cum venirent *milites, qui dixerunt se servos esse*, -niti sunt a militibus. Sall. Catil. 61, 8 volventes hostilia cadavera amicum alii, pars hospitem aut cognatum reperiebant, fuere item, qui inimicos suos -rent. hist. frg. 3, 85 Perpernam (*sc. qui se absconderat*) forte -it mulio redemptoris. Nep. Epam. 9, 1 hic extremo tempore imperator apud Mantineam cum acie instructa audacius instaret hostes, -nitus a Lacedaemoniis. Ov. epist. 6, 123 si quaeris, cui sint similes, -eris illis (*sc. infantibus pater*). met. 3, 230 Actaeon ego sum, dominum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inquirendo -it ad Vulturnum flumen sedere hostem. 10,34,13 ex captivis. VAL. MAX. 2,4,5. 2,10,8 quod cum ex Favonio amicissimo sibi una sedente -osset. 3,3,2 desperationem tormentis quicquam ex se -endi. CVRT. 6,7,19. 6,11,7. QVINT. inst. 3,1,18 Apollodori praecepta magis ex discipulis -as. SVET. Iul. 17 Curius e Catilina se -visse dicebat. APVL. apol. 80 de meis laudibus, quas ex Pontiano -verat. **ex** *aliqua re*: CIC. ad Brut. 1,15,12 sororis tuae filiis quam diligenter consulam, spero te ex matris et ex sororis litteris -urum (Att. 8,2,4. 12,1,2 quae expectabam, ex tuis litteris -vi omnia. epist. 9,1,1 ex eis litteris ... quid ageres et ubi esses, -vi. 14,5,1 -vi enim ex multorum amicorum litteris ... ad arma rem spectare. 14,6 ex tuis litteris, quas proxime accepi, -vi praedium nullum venire potuisse. 15,11,1. 15,13,3. LIV. 39,7,7 ex iis litteris -nitum est Celtiberas Lusitanosque in armis esse. 40,2,5 per eos dies ex litteris A. Terentii propraetoris -nitum P. Sempronium ... mortuum esse. CVRT. 7,2,25 ille ex ipsis litteris -urum esse respondit. PLIN. epist. 5,11,1. *cf.* 8,6,1 -visse iam ex epistula mea debes adnotasse me). NEP. Att. 14,3 ex quo -i potest usum eum pecuniae non magnitudine, sed ratione metiri solitum. LIV. 24,30,14 quos ubi ex signis armorumque habitu -vere. CELS. 2,17 aliquis ... ex ratione valetudinis suae -at. 5,28,12 -i potest ex modo puris. 7,6 ex toto -i. 7,7,15 -nitisque ex motu maxillarum musculorum initiis. SEN. clem. 1,19,2 quod et ex aliis animalibus licet -ere et ex apibus. FRONTIN. aq. 107 sic ex veteribus senatus consultis -imus. PLIN. epist. 5,12,3 materiam ex titulo -es. VERVS Fronto p. 131,20 N. ex quibus *commentariis* tu mores hominum et censum eorum -es. *adde p. 1509, 48. 50. 1513,16. 52.* *inde i. q. ex aliqua re aliquid concludere, colligere*: PLAVT. Aul. 719 tibi credere certumst, nam esse bonum ex voltu -o. VARRO rust. 1,5,30 ex quibus foliis -i possint anni tempora. 2,8,6 aetatem eorum (*sc. hinnorum*) ex dentibus -unt. CIC. inv. 1,66 ex quo -itur neque in propositione neque in assumptione contineri approbationem. 1,70 quodsi litterae non extarent, magnopere eas requireremus, ut ex iis scriptoris voluntas -retur. 2,68 iam iura legitima ex legibus -i oportebit. de orat. 1,136 id spero nos esse adeptos omniaque iam ex ipso, quae diu cupimus, -uros. 2,8 si ex scriptis -i ipsi suis potuissent. Brut. 150 cum ex tua oratione mihi videor ... bene Crassum et Scaevolam -visse. 163 Scaevolae dicendi elegantiam satis ex iis orationibus, quas reliquit, habemus -nitam. LVCR. 4,663 nunc facile est ex his rebus -ere quaeque. 6,423 quod superest, facilest ex his -ere rebus. NEP. Att. 18,2 sic familiarum originem subtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines possimus -ere. VITR. 1,1,10 ex astrologia autem -itur oriens occidens meridies septentrio. 1,4,10 licet animadvertere et -ere ex agris Cretensium, qui sunt. PLIN. epist. 10,63 ex regis epistulis. FRONTO p. 133,9 N. ex tuis litteris. TERT. adv. Marc. 1,11 p. 304,12 igitur et hoc ex forma creatoris expostulo deum eius ex operibus -i debuisse. p. 305,23 ut et deus ex operibus -retur. CARM. adv. Marc. 1,135 *deus* -nitus ex opere, aspectu non -nitus ullo. AVIEN. Arat. 1405 nec minus ex aliis aderit -ere motus aequoris. EXPLAN. in Don. gramm. IV 531,24 ex musica -ere, cuius imago prosodia. VVLG. num. 13,28 ut ex his fructibus -i potest (*cf.* HIER. epist. 58, 1,1). *nota*: APVL. met. 7,12 de verbis eorum quibusdam dubiis, sed non obscuris prudenti asino -o non Haemum illum praedonem famosum, sed Tlepolemum sponsum puellae ipsius. VVLG. psalm. 118,152 initio -vi de testimoniis tuis (ἔγνων ἐκ), quia *eqs.* CASSIOD. var. 4,45 (*a. 507/511*) quatenus provinciam se deseruisse ieiunam de copiae inventione -ant. **in** *aliqua re* (*aliquo*) -ere *aliquid*: CIC. inv. 1,49 horum exempla et discriptiones in praeceptis elocutionis -entur. 2,76 honesti autem et utilis et necessarii vis et natura in deliberationis praeceptis -etur. Brut. 105 Carbo ... est in multis iudiciis causisque -nitus. 144 idque cum saepe alias tum apud centumviros in M'. Curi causa -nitum est. de orat. 3,16 quo in genere orationis utrumque oratorem -veramus. orat. 23 quem velim accommodare ad eam, quam sentiam eloquentiam, non ad eam quam in aliquo ipse -verim. 33 ad oratorem perfectum incohandum et eadem eloquentia informandum, quam in nullo -vit Antonius. epist. 7,27,2 ut isto ipso in genere ... te nihil esse -res. 12,23,4 in tuis rebus summam eius fidem diligentiam prudentiamque -vi. 13,55,1 tantam in eo virtutem, prudentiam, fidem tantamque ergo me benevolentiam -vi. 13,54 quod in longa apparitione ... fidem, abstinentiam modestiamque -vi. LVCR. 2,216 illud in his quoque te rebus -ere avemus. 3,117 nunc animam quoque ut in membris -ere possis. 6,113 id quoque enim genus in tonitru -ere possis. NEP. Arist. 1,2 in his autem -nitum est, quanto antestaret eloquentia innocentiae. OV. epist. 9,151 tu quoque -es in me, Meleagre, sororem. met. 4,131 utque locum et visa -it in arbore formam, sic facit incertam pomi color. Pont. 3,5,15 felices, quibus haec ipso -ere in actu et tam facundo contigit ore frui. VAL. MAX. 4,3,14 continentia vero etiam in universae plebis animis saepe numero -nita est. 4,7 pr. sincerae vero fidei amici praecipue in adversis rebus -untur. CELS. 1 pr. p. 8,10 quantum vero in vivis -i potest. 7,29 natura ... cum in multis aliis tum in hac re quoque facile -itur. PS. SEN. mon. 131[a] nihil autem turpius, quam quod obicitur, in obiciente -i. PLIN. nat. 7,80 sed haec parva naturae insignia in multis varia -untur. STAT. Theb. 8,520 nulloque manum -it in ictu. APVL. met. 5,13 sic in hoc saltem parvulo -am faciem tuam. TERT. adv. Marc. 5,6 p. 590,3 Iesum ... diabolus quoque in temptatione -vit. VVLG. Luc. 24,35 -verunt eum in fractione panis (ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει). NICET. fid. 6 in eo autem, cum quinque panibus et piscibus duobus quinque millia hominum satiat, veram eius divinitatem -e. AVDAX gramm. VII 331,3 sed in illis *signis* sonos, in his tempora -imus. GREG. M. moral. 16,12 p. 1126[C] *deus* sic latet in sua specie, ut tamen -atur in operatione. **de** *aliquo* (*aliqua re*) -ere *aliquid* (*cf. etiam p. 1511, 52 sqq.; aliter v. p. 1506, 45 sqq.*): CIC. Att. 6,1,4 nunc -e de Salaminiis. 12,28,1 de Silio nilo plura -vi ex praesente Sicca quam ex litteris eius. 15,3,2 -vi de Alexione quae desiderabam. 16,3,2 de Xenone coram -am. CIC. ad Q. fr. 3,1,10 de Britannicis rebus -vi ex tuis litteris nihil esse nec quod metuamus nec quod gaudeamus. *et passim.* **ab** *aliquo (aliqua re) aliquid*: CIC. de orat. 1,65 quom -orit ab iis, qui tenent, quae sint in quaque re, multo oratorem melius quam ipsos illos ... esse dicturum. 1,67 quamcumque rem a quoquo -verit ... quam ille ipse, unde -orit. ad Brut. 1,3,4 quod ita statueram a te -ere causam eius senatum oportere. epist. 12,22,1 a me futura debes -ere. CAES. Gall. 4,19,1 haec ab iis. 5,21,2 ab iis -it non longe ... oppidum Cassivellauni abesse. 5,42,2 haec et superiorum annorum consuetudine ab nobis -verant et ... docebantur. 5,45,5 ab eo de periculis Ciceronis legionisque -it. 7,38,3 haec ab his -scite, qui ex ipsa caede fugerunt. civ. 1,10,4 quo -nito a Petreio et Afranio. *saepius.* BELL. Alex. 65,1 cum ... ab iis, qui Roma venerant ad eum, -ret litterisque urbanis animadverteret multa ... administrari. OV. Pont. 2,10,1 ecquid ab impressae -is imagine cerae haec tibi Nasonem scribere verba, Macer! LIV. 21,20,8 ibi omnia ab sociis inquisita cum cura ac fide -nita. MANIL. 5,574 et postquam poenae causam -vit ab ipsa. FEST. p. 214 percontatio pro interrogatione dicta videtur ex nautico usu, qui a conto pertentant -untque navigantes aquae altitudinem. VAL. MAX. 3,2,21 postquam -vit a quodam gentis huius iuvene se ad dimicandum provocari. 3,7 ext. 7 ut enim ab Atheniensibus civitatem sibi datam -vit. PHAEDR. 4,22,22 sermone ab ipso -itum cupidissime ad se recepit. TERT. anim. 46 Mithridaten quoque ex somnio Ponti potitum a Strabone -o. HIER. epist. 61,1 assumo multos in manus meas, ut a multis multa -am. EVGRAPH. Ter. Ad. 540 -vit a mercennario *eqs.* **per** *aliquem* (*aliquid*): LVCR. 1,403 verum animo satis haec vestigia parva sagaci sunt, per quae possis -ere cetera tute. *adde p. 1508, 65. 1510, 18. 56. 1514, 72. 74.*

**2** *c. ablativo; aliqua re* -ere *aliquid*: CIC. Att. 5,5,1 sequantur igitur nos tuae litterae, quibus non modo res omnes, sed etiam rumores -amus (8,12,6 quod ipsius litteris -i potest. 15,2,2[h] Antonium contionatum esse -vi tuis litteris. epist. 1,5[b],1 hic quae agantur quaeque acta sint, ea te et litteris multorum et nuntiis -osse arbitror. 11,6,3. 13,22,1 proximis enim tuis litteris primum te id non nolle -vi. 15,4,7 multorum litteris atque nuntiis. HIRT. Gall. 8,26,1 cum magnam multitudinem convenisse ... litteris nuntiisque Duratii -ret. BELL. Alex. 56,1 litteras a Caesare missas accipit, quibus -it Pompeium in acie victum ... fugisse. LIV. 7,19,8. 10,21,5. 41,6,5. 41,10,5 PLIN. epist. 9,40,1. 10,18,2). CIC. epist. 6,9,2 cum -orim pluribus rebus, quid tu et de bonorum fortuna et de rei p. calamitatibus sentires. 10,11,1 si, quem esse voluisti, eum exitu rebusque *me* -is. CAES. Gall. 1,22,2. 5,42,2 *v. supra l. 21.* 5,52,4 quorum egregiam fuisse virtutem testimonio Ciceronis -verat. 6,35,10 cuius haec iudicio -verant (BELL. Alex. 55,2 iudicio Minucii -it L. Racilium ... in eadem fuisse coniuratione. TAC. ann. 2,12 iudicio perfugae -it delectum ab Arminio locum pugnae). VERG. georg. 4,253 quod iam non dubiis poteris -ere signis (CIRIS 243 nam te iactari, non est Amathusia nostri tam rudis, ut nullo possim -ere signo). OV. met. 14,524 arbor enim est, sucoque licet -ere mores. LIV. 2,6,7 Arruns ubi ex lictoribus procul consulem esse, deinde iam propius ac certius facie quoque Brutum -vit. 2,63,2 cum Volscos adesse fumo ex incendiis villarum fugaque agrestium -nitum est. 38,17,6 iam usu hoc -nitum est. SEN. contr. 2,7,5 quanto decentius contumeliam penetralium meorum uxoris epistula quam testamento sollicitatoris -rem. CELS. 2,7 calculosi vero his indiciis -untur (7,14 quid autem horum sit, his indiciis -itur. 7,26,2 nisi cum hoc indiciis suis -nitum est). CELS. 7,7,15 quid sit autem, hac ratione -itur. SEN. epist. 76,6 ne levi quidem opera aut parvo labore -itur. CVRT. 7,7,25 quid extis -veris. COLVM. 12,2,4 quod etiam ludicris spectaculis licet saepe -ere. SIL. 9,162 parentem vulnere -o. PLIN. epist. 9,40,1. HIER. epist. 57,6,1 in libro ... ipsius lectione. *nota*: CIC. epist. 1, 7,10 quod ... experiendo tamen magis quam discendo -vi. SALL. Iug. 46,3 sed Metello iam antea experimentis -nitum erat genus Numidarum infidum (CELS. 1 pr. haec autem -i experimentis. ORAT. imp. Claud. [Corp. XIII 1668] 2,41 quam ut publice notae sint facultates nostrae, exquiratur, nimis magno experimento -imus. QVINT. decl. 268 p. 93,15 quaedam experimentis -enda sunt. TAC. ann. 12,14 experimentis -nitum est barbaros malle *eqs.* 13,15 indolem ... experimento nuper. -nitam. PLIN. epist. 5,14,3 quod mihi -nitum est non fama, ... sed longis magnisque experimentis. 10,87,3 sicut primis eius experimentis -ere potes. paneg. 75 ut experimento -retur. VEG. mil. 1,7 et quantum usu experimentisque -vimus). *adde:*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Lvcr. 5,882 id licet hinc quamvis hebeti -ere corde (*cf.* 4, 44. 4,749 haec fieri ut memoro, facile hinc -ere possis. 5, 285 id licet hinc -ere possis, quod . . . [*cf. p. 1509, 47*]. 6, 167 id licet hinc etiam -ere. Val. Max. 2, 2, 2 quantopere . . . retinentes se gesserint, hinc -i potest). Pavl. dig. 11, 7, 44 id est caput, cuius imago fit, inde -imur. Itala I Ioh. 2, 18 (*v. p. 1509, 56*) unde -imus, quod (quia) novissima sit hora (hora est).

**II cognovi** *sensu perfecti praesentis*: **A** *sensu latiore i. q.* ***scire*:** Cato or. frg. 1, 1 scio ego atque iam pridem -vi atque intellexi atque arbitror rem publicam curare industrie summum periculum esse. Cic. Verr. 2, 101 homo . . . quaesturam ita gessisset, quemadmodum -istis. de orat. 1, 131 quod in vobis egregiam quandam ac praeclaram indolem ad dicendum esse -vi. part. 20, 68 -vi, sed quae sit ratio in his inveniendi et disponendi requiro. Att. 16, 16, 3 Attici nostri te valde studiosum esse -vi. epist. 1, 8, 5 Pompeium tibi valde amicum esse -vi. 3, 8, 10 quod ex tuis litteris -vi Pompeium nostrum in Hispaniam iturum. Qvint. inst. 6 pr. 10 quo nihil praestantius -vi plurima expertus. Frontin. aq. 77 iis, quibus sufficiet -visse summa, licebit transire leviora. Flor. Verg. p. 185, 24 siquid credis mihi, qui multa -vi. Fronto p. 18, 3 N. quod te bene valere -vi. Lact. inst. 6, 23, 40 dum ignores, ubi -oris.

**B** *sensu strictiore i. q.* ***notum habere:*** *aliquem, aliquid*: Ter. Andr. 652 haud istuc dicas, si -oris vel me vel amorem meum. Rhet. Her. 4, 26, 35 mea in istum beneficia -ostis (*Baiter,* cognoscitis *codd.*). Cic. inv. 2, 9 non enim parum -osse, sed in parum -nito stulte et diu perseverasse turpe est. de orat. 2, 154 quom illam sapientiam constituendae civitatis duobus prope saeculis ante -vit. Brut. 180 sed omnium oratorum sive rabularum, qui et plane indocti et inurbani aut rustici etiam fuerunt, quos quidem ego -verim, solutissimum in dicendo et acutissimum iudico . . . Q. Sertorium. part. 28, 98 -vi iam laudationis et suasionis locos. Att. 7, 3, 9 Hortensii legata -vi. 8, 4, 2 nihil -vi ingratius, in quo vitio nihil mali non inest. 16, 16, 17 -vi ego tua studia in amicos. ad Q. fr. 1, 1, 14 si quis est . . . , qui . . . nunquam in suspicionem avaritiae venerit, ut ego Caesium et Chaerippum et Labeonem et audio et quia -vi, existimo. epist. 7, 24, 2 -osti meam causam et istius salaconis iniquitatem. Catvll. 72, 5 nunc te -vi. Sall. Catil. 51, 16 eos mores eamque modestiam viri -vi. Ov. met. 2, 183 iam -osse genus piget et valuisse rogando. 9, 777 te, dea, te quondam tuaque haec insignia vidi cunctaque -vi. 13, 247 omnia -oram nec quod speculare, habebam. Liv. 22, 3, 2 cetera, quae -osse in rem erat. Sen. contr. exc. 2, 7 ut adultera tenui veste perspicua sit et nihil in corpore uxoris suae plus maritus quam quilibet alienus peregrinusque -verit. 3, 1 quosdam disertissimos -vi viros non respondentes famae suae, cum declamarent. 4, 7 solus omnium Romanorum, quos modo ipse -vi. Val. Max. 6, 3 ext. 1 externa summatim -osse fastidio non sit. Cels. 5, 27, 5 -vi tamen medicos. Phaedr. 3, 10, 58 erit ille notus, quem per te -veris. Sen. nat. 4 praef. 6 Crispus Passienus, quo ego nil -vi subtilius in omnibus quidem rebus. Colvm. 1 praef. 5 neque doctores . . . neque discipulos -vi. 2, 2, 9 earum duo genera -vimus. 2, 6, 1 tritici genera complura -vimus. 3, 2, 8. 27 omnium quas -vimus *vites*, copiosissima. 5, 4, 1 ex iis, quas ipse -vi *arbusculis*. 6, 5, 3 praesens etiam remedium -vimus radiculae. Lvcan. 2, 590 me domitus -vit Arabs. Qvint. inst. 12, 3, 11 quod multos -vimus. Fronto p. 96, 9 N. crede autem hoc mihi omnium hominum quos ego -verim, uberiore quam tu sis ingenio affectum comperisse me neminem. Apvl. apol. 36 ceterum quam ob rem plurimos iam pisces -verim, quorundam adhuc nescius esse nolim, discat Aemilianus. Ps. Apvl. Ascl. 41 haec est enim humana sola gratulatio cognitio maiestatis tuae. -vimus te et lumen . . . intellegimus te . . . -vimus te *eqs.* Itala I Ioh. 2, 4 (Cypr. epist. 28, 2) qui dicit quoniam -vit eum (ὅτι ἔγνωκα αὐτόν, Vvlg. dicit se nosse eum) et mandata eius non servat, mendax est. Lact. inst. 3, 14, 13 quippe qui omnes -veris disciplinas. *sequuntur duo accusativi*: Cic. epist. 13, 34 -vique dignum et patre et avo. 14, 7, 2 nisi vos fortiores -ossem quam quemquam virum. 15, 7 te . . . mei amantissimum. 15, 8. 16, 12, 6. Catvll. 66, 26 at te ego certe -oram a parva virgine magnanimam. Bell. Hisp. 42, 3 eorum omnium commodorum et immemores et ingratos in se et in populum Romanum hoc bello et praeterito tempore -osse. Sall. Catil. 19, 1 quod eum infestum inimicum Cn. Pompeio -verat. 20, 3 quia multis et magnis tempestatibus vos -vi fortes fidosque mihi. Iug. 51, 5 quos firmos -verat, eminus pugnando retinere. 72, 1 quos socios insidiarum -verat. Nep. Ham. 2, 1 multo aliter ac sperarat rem publicam se habentem -vit. Phaedr. 3, 4, 7 turpi facie multos -vi optimos. Plin. epist. 9, 13, 6 quem providentissimum aetatis nostrae sapientissimumque -vi. Fronto p. 180, 2 N. quamquam ego te optimum virum bonarumque artium sectatorem communium amicorum fama -ossem. *sequitur interrogatio indirecta*: Ter. Andr. 586 tandem -osti qui siem? Cato agr. 2, 1 ubi -vit *pater familias*, quo modo fundus cultus siet operaque quae facta infectaque sient. 2, 2 ubi ea -vit, rationem inire oportet operarum. Lvcil. 339 non haec (*sc. poesis*) quid valeat, quidve huic inter siet illud, -is? Cic. orat. 40 sed concedas mihi fortasse, si, quid in eo laudem, -veris. Lvcr. 5, 1432 nimirum quia non -vit quae sit habendi finis. Sall. Iug. 79, 5 id socordiane an casu acciderit, parum -vi.

**III** [*praesens* **cognosco** *sensu perfecti i. q.* ***novi, scio:*** *hanc notionem hinc inde locis sub I allatis quodammodo perspici posse putaverim, cf.* Rhet. Her. 4, 26, 35 (*secundum codd.*) *v. p. 1513, 24.* Apvl. met. 9, 5 *v. p. 1505, 2.* Act. Aug. c. Cresc. 3, 29, 33 p. 439, 19 (*a. 303*) ostende lectores aut mitte ad illos. :: omnes -itis . . . . :: non eos novimus. *cf. p. 1507, 74 sqq. Mbr.*]

***notabilia*** *quaedam de usu ac structura verbi*: **1** *in parenthesi ponitur*: Cic. epist. 9, 6, 1 homines, ut -vi, amantis tui. 13, 69, 2 etsi, ut eius modestiam -vi, gravis tibi nulla in re erit. Caes. Gall. 2, 17, 2 ut postea ex captivis -nitum est (5, 8, 6 ut postea Caesar ex captivis -vit. Flor. epit. 1, 38, 15 ut, quod ex captivis mox -nitum est, . . . videretur). civ. 1, 86, 1 ut ex ipsa significatione -i potuit. 3, 60, 4 ut postea bello confecto -nitum est. 3, 86, 1 ut postea -nitum est. Hirt. Gall. 8, 28, 5 hostesque nihil amplius copiarum accessurum credentes, ut pridie -verant. Sall. Catil. 41, 4 rem omnem, uti -verant, aperiunt. Ov. met. 5, 280 Mnemonides — -orat enim — consistite. 11, 622 cubitoque levatus quid veniat — -vit enim — scitatur. 15, 365 delectos mactatos obrue tauros, — -nita res usu — de putri viscere passim florilegae nascuntur apes. fast. 6, 523 quid petis huic — -oras enim — matertera Bacchi? Cvrt. 10, 2, 12 ceterum, ut -nitum est, alios remitti domos. Stat. Theb. 7, 278 hos regis egenos Amphion en noster agit — -ere pronum, virgo. Tac. ann. 2, 25. 4, 8. Avr. Fronto p. 87, 18 N. dimisso iam, ut -o, eo per quem fuerat allatus. Apvl. met. 11, 13 at sacerdos, ut reapse -ere potui, . . . restitit. Divisio orb. 14 latitudo *Daciae* qua -itur, m. p. cccLxxxvi. Itin. [Silv.] 14, 2 episcopi plurimi, quantum postmodum -vimus, . . . ferebant. Damas. epigr. 7, 4. 42, 3. 53, 2. Avg. civ. 1, 10 sic in corde suo, ut ab eo postea -vimus, precabatur. 18, 23 quod . . . nos . . . legimus per nescio cuius interpretis imperitiam, sicut post -vimus.

**2** *gerund.* cognoscendi *ex nominibus pendens*: Cic. de orat. 2, 74 ista tua nullum ad usum meum, tantum -endi studio adductus requiro (Caes. civ. 2, 12, 1 militesque aversi a proelio ad studium audiendi et -endi feruntur. *cf.* Avg. civ. 19, 19 itaque ab studio -endae veritatis nemo prohibetur). Sen. contr. 3 praef. 1 acrior est cupiditas ignota -endi quam nota repetendi (Sen. dial. 5, 39, 4 cupiditate -endi. *cf.* Cvrt. 10, 1, 16 rex -endi plura cupidine accensus. Tert. adv. Val. 9 p. 187, 6 tacita cupidine -endi patrem uruntur). Sen. dial. 8, 5, 2 labores peregrinationis longissimae una mercede perpetiuntur -endi aliquid abditum remotumque. Cvrt. 4, 8, 3 -endae vetustatis avidum (5, 1, 18 magna pars Babyloniorum constiterat in muris avida -endi novum regem. 6, 5, 25 venisse reginam adeundi eius -endique avidam. Plin. nat. 35, 81 avidus -endi opera eius. *cf.* Apvl. met. 2, 1 anxius alioquin et nimis cupidus -endi). Svlp. Sev. chron. 1, 47, 3 Ozias . . . praecipuam curam domini -endi habuit.

**3** cognitu *c. sequente adiectivo*: Rhet. Her. 1, 1, 1 ars difficilior -itu (Macr. sat. 5, 18, 1 ut unde translata sint, difficile sit -itu). 1, 3, 4 res -itu facilior (1, 9, 15 -itu facilior narratio. 2, 1, 1 quo cetera tibi faciliora -itu viderentur. Cic. inv. 1, 25 quod ei . . . facile erit -itu. 2, 30 quae res harum aliquam rem consequantur, faciles -itu sunt. Pavl. Fest. p. 59 -itu facilia eadem ratione dicitur qua dictu facilia et perspectu et factu facilia. Tac. ann. 12, 24. Macr. sat. 7, 12, 5 hinc facile -itu. Boeth. mus. 2, 20 p. 251, 21 id vero facilius erit -itu, si prius pervideatur in numeris). Cic. de orat. 1, 31 iucundum -itu atque auditu (Val. Max. 5, 7 ext. 1 ut ad iucundiora -itu veniamus. Plin. nat. 14, 115 ita sunt -itu iucunda). Plin. nat. 36, 72 digna -itu res (Tac. ann. 6, 7 nobis pleraque digna -itu obvenere. Svet. Aug. 43 dignum -itu). Tac. ann. 6, 28 plura ambigua, sed -itu non absurda promere. Apvl. met. 8, 25 quae res -itu non ardua. apol. 38 res -itu raras. Macr. sat. praef. 1, 11 -itu inutile aut difficile perceptu. *sed nota*: Cic. inv. 1, 20 difficilioribus ad -endum negotiis.

**4** *abl. absol.* quibus rebus -nitis *sim.*: Cic. inv. 1, 5 nam his rebus -itis facilius . . . animus . . . considerare poterit. epist. 10, 15, 2 quibus rebus ego -itis cunctatus non sum. 15, 4, 1 eis enim a te -itis arbitrabar facilius me tibi, quae vellem, probaturum. Brvt. Cic. ad Brut. 1, 4, 1 quanta sim laetitia affectus -itis rebus Bruti nostri. Caes. Gall. 1, 19, 1 quibus rebus -itis. 1, 33, 1 his rebus -itis. 2, 17, 1. 6, 10, 2 his -itis rebus. 7, 90, 8 his rebus ex litteris Caesaris -itis. *al.* civ. 1, 7, 1 quibus rebus -itis. 2, 17, 1 -itis iis rebus, quae sunt in Italia gestae (2, 18, 6 -itis iis rebus, quae sunt gestae in citeriore Hispania). 3, 103, 1 quibus -itis rebus. *saep. cf.* Gall. 2, 11, 2 hac re statim Caesar per speculatores -ita. 5, 7, 1 qua re -ita. 5, 49, 1 Galli re -ita per exploratores obsidionem relinquunt. 5, 58, 7. civ. 1, 17, 1 re -ita. 1, 28, 2 per quos re -ita (1, 62, 1 qua re per exploratores -ita). 1, 40, 4 quo -ito . . . traiecit (1, 66, 2. 3, 14, 2). *et sim. passim.* Hirt. Gall. 8, 4, 3 qua re -ita. Bell. Afr. 25, 4 quibus rebus -itis. 31, 1. 33, 3. 55, 1. 62, 5 quibus rebus Varus ex perfugis -itis. 65, 3. Bell. Hisp. 36, 5 hac re -ita. Sall. Catil. 18, 6 ea re -ita. Iug. 52, 6 ne legatus -ita re . . . auxilio foret. 53, 1. 55, 1 -itis Metelli rebus. Iug. 105, 1 quis rebus -itis. Nep. Con. 4, 1 quibus -itis. Paus. 5, 1 his rebus ephori -itis. Liv. 23, 34, 8 quibus satis -itis. 43, 19, 3 -itis mox quae nosci prius in rem esset, relaturum. Val. Max. 9, 12, 7 qua -ita re. Cels. 2, 9 -itis indiciis. 5, 18, 1 his -itis. 5, 26, 20. 7, 19. Sen. dial. 6, 22, 7 -ito consilio eius. Cvrt. 4, 10, 10 his -itis. 10, 2, 2. Ascon. Mil.





digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 51 Cl. qua re -ita. PLIN. epist. 3, 18, 11 quibus -itis. SVET. Iul. 19 qua -ita re. FLOR. epit. 1, 22, 53 re -ita. GRAN. LIC. p. 27 quibus -itis. APVL. met. 2, 23 his -itis. 8, 21 qua re -ita et cum pastoris sermone collata. AMM. 14, 2, 20. 14, 11, 13. 16, 8, 7. 16, 12, 45. 17, 10, 8. 18, 8, 1. 21, 13, 7. 24, 7, 7. 31, 8, 5 quo -ito. VVLG. II Macc. 13, 10 quibus Iudas -itis (*μεταλαβὼν ταῦτα*). 14, 28 quibus -itis (*προσπεσόντων δὲ τούτων*). Marc. 2, 8 quo statim -ito Iesus (*εὐθὺς ἐπιγνούς*). 8, 17 quo -ito (*καὶ γνούς*). PARIS 3, 2 ext. 5 quibus ita se habere -itis.

**5** cognito *sequente enuntiato vel infinitivo*: TAC. ann. 1, 46 Romae nondum -ito qui fuisset exitus. 14, 34 satis -ito nihil hostium nisi in fronte et apertam planitiem esse. APVL. met. 7, 4 -itoque quosdam ... appetisse. 10, 16 sciscitatus denique, quid bonum rideret familia, -ito quod res erat ipse quoque per idem prospiciens foramen delectatur. VLP. dig. 27, 5, 1, 9 sed et si -ito, quod tutor non fuisset, abstinuit se. MOD. dig. 22, 3, 15 qui postea -ito, quod filius fratris eorum non fuisset, quaerebant. AVR. VICT. Caes. 5, 15 -ito mandatum sui exitium. DICT. 2, 5 -ito Telephum in his locis imperitare. 2, 49 interim Patroclus -ito quod parabatur in consilium supervenit. AMM. 25, 8, 6 -ito ... nec aquam inveniri posse. 25, 10, 6 -ito quod Malarichus recusavit suscipere magisterium. 28, 1, 54 -ito eum in villa propria custodiri. 29, 4, 2 -ito transfugarum indiciis, ubi comprehendi poterit antedictus. HEGES. 1, 29, 6 -itoque fratrem et Hyrcanum teneri. 1, 29, 8 -ito quod Herodes viveret et fuga paratas insidias evaserit. HIER. vita Hilar. 14 -ito autem quod *eqs.* AVG. civ. 15, 7. 16, 36.

***adduntur adverbia*:** AMM. 19, 1, 5 ut etiam vultus eius possit aperte -i (27, 5, 1 Victor magister equitum ad Gothos est missus -urus aperte, quam ob causam gens amica ... armorum dederat adminicula). CIC. epist. 13, 10, 4 quae tibi ipsi cum bene -oris, iudicanda sunt (Brut. 150. 269. CATVLL. 91, 3 non ideo ... sperabam te mihi fidum ... quod te -ossem bene. LVCR. 2, 1090 quae bene -nita si teneas, natura videtur libera *eqs.* MANIL. 4, 918 ut bene -i possit. APVL. flor. 21 p. 100 bene consultum, bene -nitum. RVFIN. Clement. 1, 12 ingredere igitur tamquam bene ei -itur). RHET. Her. 4, 22, 30 brevi *v. p. 1509, 82.* MART. 1, 55, 1 vota tui breviter si vis -ere Marci. HIRT. Gall. 8, 26, 2 quo cum adventaret atque ex captivis certius -ret (*cf.* BELL. Alex. 53, 3 dum certum -ret confectusne Cassius esset. CVRT. 5, 13, 3 certiora deinde -it ex Bagistane Babylonio. SVET. Claud. 3 quo certius -atur). GALBA Cic. epist. 10, 30, 3 sum cito a nostris -nitus. LIV. 36, 34, 5 confestim ... -nitus est. diligenter *v. infra l. 46.* AMBR. fid. 3, 17, 140 ut autem evidentius -retur nulla esse stantis iniuria, sed potestas, filium Stephanus obsecrabat, ut se amplius commendaret patri. Q. CIC. pet. 31 facile -es (QVINT. inst. 4, 1, 67 facilius. FRONTO p. 152, 16 N.). TER. Haut. 657 ilico *v. p. 1502, 29.* FRONTO p. 62, 2 N. leviter *v. p. 1516, 34.* parum *v. p. 1513, 84.* CIC. de orat. 2, 99 quascumque causas erit tractaturus, ut eas diligenter penitusque -at (2, 104 quom rem penitus causamque -vi. Brut. 178 totam enim *orationem* tenebat eam penitusque -verat. 306 tum P. Sulpici in tribunatu cottidie contionantis totum genus dicendi penitus -vimus. Att. 7, 7, 1 quod mihi sui -endi penitus etiam istam facultatem dedit. epist. 10, 12, 1 haberem a Furnio nostro tua penitus consilia -nita. VAL. MAX. 7, 2 ext. 5 quem si quis penitus -at quam multis sollicitudinibus et periculis et miseriis sit refertus. 8, 7, 6 ut eam in quinque divisam genera per omnes partes ac numeros penitus -ret. 8, 7 ext. 10 ut ad ea ... penitus -enda longa vita sit opus. QVINT. inst. 8 pr. 1 IVV. 6, 474. TAC. ann. 15, 68 ignaviam principis penitus -nitam despicit. COD. Iust. 8, 53, 25 pr. [*a. 316*] hisque *legibus* penitus -nitis). *adde*: CIC. de orat. 1, 92 artem vero negabat esse ullam, nisi quae -nitis penitusque perspectis et in unum exitum spectantibus et nunquam fallentibus rebus contineretur. 1, 108 ex rebus penitus perspectis planeque -nitis (1, 222). APVL. apol. 62 vir gravis et probe inter suos -nitus (flor. 18 p. 86 vox mea utraque lingua iam vestris auribus ante proxumum sexennium probe -nita. AMM. 21, 12, 16 Agilonem ea tempestate probe -nitum). TER. Haut. Hec. 162 satis, *v. p. 1503, 17* (*cf.* QVINT. inst. 8, 2, 24. *adde*: CIC. Att. 8, 4, 1 Brut. 163. SALL. Iug. 82, 3 nobis satis -nitum est. CELS. 7, 18 nullis discriminibus satis -nitis. MELA 3, 2 neque adhuc satis -nitum est. TAC. ann. 12, 46 satis -nitam Armeniorum perfidiam. 14, 34). APVL. met. 7, 25 statim *v. p. 1502, 65.* RVT. LVP. 2, 7 ebriosum vix ebrii -unt (LYDIA 80 VERG. Aen. 6, 340).

***iuxta posita et synonyma*:** CATO or. frg. 1, 1 *v. p. 1513, 9.* ACC. trag. 437 constituit, -vit, sensit (VAL. MAX. 1, 7 ext. 2 namque Cassandri pestiferam sibi dexteram somnio prius -vit quam exitu sensit). CIC. epist. 1, 7, 2 *al.* perspicere *v. p. 1503, 32. 1504, 40. 81 sqq.* 3, 7, 3 ad omnia accipe et -e aequitatem expostulationis tuae (12, 21 quod idem acceperam et id -veram a summis viris factitatum. SALL. Iug. 9, 3 igitur rex ubi ea, quae fama acceperat, ex litteris imperatoris ita esse -vit. *cf.* percipere *p. 1504, 65 sqq.*). CIC. epist. 3, 9, 1 -vi intellexique *eqs.* (13, 56, 3 id velim -as et si intellexeris *eqs.* BELL. Afr. 16, 3 'iam me, quis sim, intelleges'; simul cassidem de capite deiecit, ut -i ab eo posset. VELL. 2, 114, 5 -ere aut intellegere. ITALA Dan. 9, 25 [Ps. Cypr. pasch. 13] et -es et intelliges [*γνώσῃ καὶ συνήσεις*, VVLG. scito ergo et animadverte]. psalm. 81, 5 [Cypr. testim. 1, 3] non -verunt neque intellexerunt [*οὐκ ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν*, VVLG. nescierunt]. Is. 1, 3 [Gaudent. serm. 10 *et* VVLG.] Israhel ... me non -vit [*ἔγνω*] et populus me non intellexit. PS. APVL. Ascl. 41. *adde p. 1513, 10*). CIC. epist. 6, 12, 2 vidi, -vi, interfui (CAES. Gall. 2, 5, 4. ITALA Is. 41, 20 [Cypr. testim. 2, 4] ut videant et -ant et sciant et credant simul, quia [*ἵνα ἴδωσι καὶ γνῶσι καὶ ἐννοηθῶσι καὶ ἐπιστῶνται*, VVLG. ut videant et sciant et recogitent et intelligant pariter quia]. RVFIN. Basil. hom. 2, 8 ut ex ipso habitu videas et -as, quia supernorum tibi est caelestiumque cognatio). LVCR. 1, 921 nunc age, quod superest, -e et clarius audi (SVET. gramm. 29 audite ... et -ite rei publicae vulnera. VVLG. psalm. 77, 3 quanta audivimus et -vimus ea et patres nostri narraverunt nobis [*ἠκούσαμεν καὶ ἔγνωμεν*]. Ier. 6, 18 audite, gentes, et -e congregatio. *adde p. 1513, 35. 1514, 54*). CAES. Gall. 5, 42, 2 haec ... cognoverant et ... docebantur (*v. p. 1512, 21*). BELL. Alex. 17, 5 locis -nitis vadisque pertemptatis. 27, 2 cum appropinquare Mithridatem rex -visset et transeundum ei flumen sciret (MART. 10, 4, 11 sed non vis, Mamurra, tuos -ere mores nec te scire. QVINT. decl. 257 p. 51, 22 hoc scio, hoc ipsius epistulis -vi. VVLG. Ier. 26, 15 scitote et -ite, quod si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmet ipsos. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 123$^{B}$ 'scito te ipsum' vel '-e te ipsum'. *adde l. 3 et p. 1513, 9*). BELL. Alex. 65, 1 animadverteret, *v. p. 1512, 25.* BELL. Afr. 45, 4 contra cuius enim copias contendas, si minus antea expertus es, licet nunc -as. SALL. Iug. 88, 2 Marius impigre prudenterque suorum et hostium res pariter attendere, -ere, quid boni ... esset, explorare itinera. VERG. georg. 1, 394 nec minus ex imbri soles et aperta serena prospicere et certis poteris -ere signis. EDICT. imp. Claud. de Anaun. 19 inquisierit, *v. p. 1507, 7.* SEN. benef. 6, 1, 1 quae discere supervacuum est, prodest -ere (PERS. 3, 66 discite, o miseri, et causas -scite rerum. QVINT. inst. 12, 11, 16 perdiscere *v. p. 1504, 84*). nat. 7, 1, 5 sciscitantur ... et -ere volunt. CVRT. 7, 5, 11 percontatus ... -it (8, 3, 13 percontatusque, quid rei sit, illo profitente -it. 9, 2, 2 percontatus ... iter esse -it). MELA 1, 1 aspici -ique. PLIN. nat. 28, 112 -itis proditisque mendaciis. QVINT. inst. 12, 11, 22 illis haec invenienda fuerunt, nobis -enda sunt. SVET. Aug. 9 quo distinctius demonstrari -ique possint. 49 quo celerius ac sub manum annuntiari -ique posset, quid in provincia quaque gereretur. FRONTO p. 62, 2 N. at ubi quis leviter quid -nitum pro comperto ostentat. p. 139, 13 post ista omnia investigata, examinata, distincta, finita, -nita. p. 152, 16 ubi semel patefactae sunt, facile -nitae negleguntur. GAVDENT. serm. 10 quoniam -verunt animalia dominum, Israheliticus populus liberatorem suum contempsit agnoscere. QVEROL. p. 21, 15 hoc si -i atque etiam si probari potuerit (VVLG. psalm. 138, 1 domine probasti me et -isti me [*ἐδοκίμασάς με καὶ ἔγνως με*]). AVG. civ. 4, 13 sed omnes *deos* colendos, qui -i et coli possunt (10, 32 angelorum -endorum et colendorum). 7, 34 ut quia iam necesse esse existimabant sacra illa facere, tolerabilius erraretur causis eorum ignoratis, quam -nitis civitas turbaretur. 8, 4 ubi lumen omnium rationum esse -verit vel crediderit (*v. supra l. 3*).

*part. praes. act. pro adi.* **cognōscēns:** RHET. Her. 4, 17, 25 qui privatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum et -em sui fore qui speres?

*adv.* **cognōscenter:** *i. q. aperte, manifeste*: ITALA exod. 33, 13 (Tert. adv. Prax. 14 p. 250, 8 adv. Marc. 4, 22 p. 495, 22 Hier. adv. Pelag. 3, 12 Phoebad. c. Arrian. 17) manifesta mihi te, ut -r videam te (*γνωστῶς ἵνα ἴδω σε*, VVLG. ut sciam te).

*part. perf. pass. adi.* **cognitus,** -a, -um. *comparat.*: OV. met. 14, 15 trist. 4, 6, 28. *superlat.*: CATVLL. 4, 14. *at* maxime -us: PLIN. nat. 4, 97. *de forma* cognotus (*in* ITALA) *cf. p. 1501, 21.* cognoscitus: CASSIOD. in psalm. 24, 14. 25, 14. GLOSS. *γνωστός*. qui posterior notus est. -um allatum compertum vel coniunctum. *v. nom. propr.* Cognitus (-a) (*conferas cum notione sub 2 allata*).

**1** *i. q. notus*: CIC. de orat. 2, 9 quibus ambo illi oratores -i sint. Brut. 96 homo per se -us. orat. 168 ergo et hi numeri sint -i. Att. 9, 7, 2 non videri eam tuam esse dignitatem neque fidem omnibus -am (epist. 10, 12, 5 quod bene -am mihi T. Munati prudentiam et fidem magis etiam perspexi in eius ... benevolentia. SALL. Iug. 103, 2 quinque delegit, quorum et fides -a et ingenia validissima erant. LVCAN. 5, 767 sic est tibi -a, Magne, nostra fides?). CIC. Att. 16, 16, 13 quod certe faciet, si tu nervulos tuos mihi saepe -os ... adhibueris. epist. 1, 6, 2 qui mihi a teneris, ut Graeci dicunt, unguiculis es -us. 4, 7, 1 benevolentia, quae mihi iam a pueritia tua -a est. 10, 8, 2 ab ea vita, quam in me -am hominibus arbitror. 11, 22, 1 cum fortissimus vir -us sis. 13, 1, 4 quamquam Patronis et orationem et causam tibi -am esse certo scio (OV. fast. 5, 2 non satis est liquido -a causa mihi. 5, 450 ex ipso est -a causa deo). 13, 17, 3 si tibi sit -us. 15, 5, 1 innocentiam, diligentiam -am in maximis rebus domi togati, armati foris. epist. frg. VII 3 (Non. p. 437, 29) cum enim nobilitas nihil aliud sit quam -a virtus (PANEG. in Mess. 1 te, Messalla, canam quamquam tua [mea *codd.*] -a virtus terret. OV. trist. 4, 3, 79 quae latet inque bonis cessat non -a rebus apparet virtus arguiturque malis. STAT. Theb. 9, 37 nimium nam -a virtus). CATVLL. 4, 14 tibi haec fuisse et esse -issima ait phasellus. 61, 147 scimus haec tibi quae licent sola -a. CAES. Cic. Att. 9, 16, 2 bene enim tibi -us sum. HIRT. Gall. 8, 44 Caesar cum suam lenitatem -am omnibus sciret. NEP. Milt. 1, 1 talem eum futurum qualem -um iudicarunt. Att. 13, 7 atque hoc non auditum, sed -um praedicamus. SALL. Iug. 19, 7 Bocchus praeter nomen cetera ignarus populi Romani itemque

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nobis neque bello neque pace antea -us. 27, 1 quod postquam Romae -um est et res in senatu agitari coepta (60, 5 quod ubi Mario -um est. VAL. MAX. 1, 8, 7 referam nunc quod suo saeculo -um manavit ad posteros. TAC. hist. 5, 18 quod ubi clamore -um. Agr. 26 quod ubi -um hosti). SALL. Iug. 48, 1 urbs maxima alienata, ager hostibus -us. 84, 2 paucos fama -os accire. 107, 4 cui videlicet speculanti iter suum -um esset. 110, 2 et mehercule, Sulla, ante te -um multis orantibus . . . opem tuli. hist. frg. 2, 41 eam deditionem senatus per nuntios Orestis -am approbat. 2, 87 quibus . . . vetustate vis Romanorum multum -a erat. VERG. Aen. 1, 623 tempore iam ex illo casus mihi -us urbis Troianae nomenque tuum regesque Pelasgi (IVV. 13, 9 casus multis hic -us ac iam tritus *est*). CIRIS 375 sacra nec Idaeis anubus nec -a Grais pergit. PANEG. in Mess. 79 atque haec seu nostras inter sunt -a terras. PROP. 1, 7, 14 et prosint illi -a nostra mala. 1, 11, 17 non quia perspecta non es mihi -a fama. 1, 18, 24 quae solum tacitis -a sunt foribus. 2, 29, 33 sat erit mihi -us unus. 3, 15, 35 natis est -us error. *nota*: 4, 6, 38 Auguste, Hectoreis -e maior avis. OV. am. 1, 8, 105 haec si praestiteris usu mihi -a longo. 2, 8, 3 et mihi iucundo non rustica -a furto. epist. 6, 43 non ego sum furto tibi -a. 19, 203 ordine fac referas, ut sis mihi -a primum. 20, 66 vel non mihi tempore in illo esset in Aegaeis -a Delos aquis. ars 2, 476 iamque diu nulli -us alter erat. 2, 574 -a Vulcano coniugis acta suae. met. 3, 511 -a res meritam vati per Achaidas urbes attulerat famam (MART. 14, 18, 4 res nova, non ullis -a temporibus). 9, 452 filia Maeandri totiens redeuntis eodem -a Cyanee. 9, 533 nec -a Byblis ante forem. 9, 727 quis me manet exitus, . . . -a quam nulli, quam prodigiosa novaeque cura tenet veneris? 12, 69 fortisque animae nece -us Hector. 12, 181 qua tibi militia, cuius certamine pugnae -us *Caeneus*. 15, 307 plurima cum subeant audita et -a nobis, pauca super referam. fast. 1, 342 nec fuerant rubri -a fila croci. 5, 526 cara fuit coniunx, primae mihi flore iuventae -a. trist. 1, 5, 32. 1, 10, 9 illa Corinthiacis primum mihi -a Cenchreis. 2, 104 cur imprudenti -a culpa mihi? 2, 180 heu nimium misero -a tela mihi! 3, 6, 8 -a sunt ipsi, quem colis, ista viro. 3, 13, 7 quoque loco primum tibi sum male -us infans. 4, 4, 9 tua te bona -a produnt. 5, 12, 42 non adeo est bene nunc, ut sit mihi gloria curae: si liceat, nulli -us esse velim. Pont. 2, 7, 23 si sum veri tibi -us oris. 4, 9, 117. 4, 10, 50. 4, 12, 20. *nota*: fast. 3, 482 in lacrimas -e Bacche meas. EPICED. Drusi 391 Germanus Romanis -us orbis. LIV. 24, 47, 4 -i inter se quidam Arpinique et Romani. 34, 4, 8 sicut ante morbos necesse est -os esse. CVRT. 8, 10, 2 patrem Liberum atque Herculem fama -os esse, ipsum *Alexandrum* coram adesse cernique. LVCAN. 1, 457 canitis si -a. 2, 586 calida medius mihi -us axis Aegypto. 2, 168 miserorum dextra parentum colligit et pavido subducit -a furto. 4, 206 postquam foedera pacis -a Petreio . . . videt. 4, 592 -a per multos docuit rudis incola patres. 6, 371 per se non -us amnis. 6, 385 Minyae gens -a remis. 9, 169 nulli -us aevo luctus erat. 9, 868 fama -a nobis tristia regna Iubae. PLIN. nat. 4, 97 insulae Romanis armis -ae. 8, 66 animal velocitatis tremendae et maxime -ae. 9, 183 quibus sit hoc -um experimentis, haud facile dixerim (APVL. apol. 94 -um hoc est tota civitate). 12, 19 -a Aethiopiae forma. 12, 99 nostro orbi tantum nominibus -a. 35, 81 opera eius fama tantum sibi -i. 37, 55 adamas . . . diu non nisi regibus et iis admodum paucis -us. VAL. FL. 3, 395 iam pridem. SIL. 17, 394 Latioque micat bene -us ensis. IVV. 12, 26 multis. TAC. Agr. 24 Germ. 1 dial. 34. hist. 1, 1 mihi Galba Otho Vitellius nec beneficio nec iniuria -i. 2, 87 aggregabantur e plebe flagitiosa per obsequia Vitellio -i. ann. 4, 24. 12, 46. 14, 39. 51 pro -is moribus (AMM. 19, 7, 8 novo et nusquam antea -o more). 15, 51. SVET. Aug. 21 Scythas auditu modo -os. FRONTO p. 150, 5 N. nam primi tui sensus et incunabula studiorum tuorum mihi -a sunt. APVL. apol. 54 sic accusas, ut omnia a reo percontere, nihil ipse offeras -um. TERT. adv. Marc. 1, 10 p. 303, 19 accipiat igitur ab antecessore formam, a certo incertus, a -o incognitus. 4, 7 p. 435, 17 ab optime -o et explorato et probato . . . vel aliunde commendato. 4, 17 p. 474, 25 sed quis iste suavis, qui ne -us quidem usque adhuc? ANTH. 393, 3 vite Sabina, Lacon sulco, sue -a Laurens. HIL. myst. p. 10, 13 ut id ipsum ex scripturae ipsius verbis -um fiat. p. 15, 26 quod ex hoc ipso, qui de Esau est, sermone fit -um. PS. HIL. libell. 4 si igitur dei filium -um confitemur. 5 esse igitur plurima, quae per filium fecerit: quorum aut sola nobis nota sunt nomina aut nec ipsa sunt -a. QVEROL. p. 12, 7 nemo mihi magis molestus quam familiaris neque magis morigerus quam leviter -us. AMM. 14, 1, 6 ut fingerent quaedam et -a duplicarent in peius. 22, 8, 38 Arimphaei iusti homines placiditateque -i. 27, 8, 3 Theodosius, officiis Martis felicissime -us. VVLG. psalm. 31, 5 delictum meum -um tibi feci (*ἐγνώρισα*). thren. 4, 8 non sunt -i in plateis. Nah. 3, 17 et non est -us locus earum ubi fuerint. AVG. civ. 22, 8 Paulus et Palladia multis aliis locis miseria diffamante iam -i. SVLP. SEV. dial. 3, 1, 3 libenter -a recognoscet. DRAC. laud. dei 2, 194 et complexus amat non -us advena cives. ENNOD. opusc. 5, 21 p. 399, 7 ne . . . -us peregrinantium mala tolerarem. NICET. spir. 5 -a est itaque quanta sit significatio spiritus, . . . -a est et potestas spiritus, cum peccata dimittit. *seq. enuntiatum*: LVCIL. 999 o lapathe, ut iactare, nec es satis -us qui sis. BELL. Afr. 11, 4 ex eo est -um Caesaris consilium illum . . . voluisse (19, 2 ex quibus -um est consilium hostium eos hac mente et conatu venisse, ut). cognitum est, *seq. enuntiatum: acc. c. inf.*: CIC. Sull. 71 quos coniurasse -um est. orat. 190 sit igitur hoc -um in solutis etiam verbis inesse numeros. Att. 4, 16, 7 etiam illud iam -um est, neque argenti scripulum esse ullum in illa insula neque ullam spem praedae. ad Q. fr. 1, 1, 13 toti denique sit provinciae -um. CAES. Gall. 6, 20, 2. civ. 1, 6, 2 praeterea -um compertumque sibi. HIRT. Gall. 8, 30, 1. SALL. Iug. 46, 3 *v. p. 1512, 75*. 82, 3 nobis satis -um est. 106, 2 dicitque sibi ex speculatoribus -um. 112, 1 dicit sibi per Dabarem ex Sulla -um. NEP. Att. 12, 5. RVT. LVP. 1, 11 -um enim est te rem publicam venalem habuisse, -um est. LIV. 2, 45, 9. 3, 57, 8 isdem auctoribus -um est. 23, 38, 3 cum percunctando invicem -um esset. POMP. TROG. Iust. 38, 4, 4 Romanos . . . vinci posse -um non sibi magis quam ipsis militibus. VAL. MAX. 1, 8, 1. 6 -um pariter atque creditum est. 2, 2, 1. PLIN. nat. 6, 85 ex his -um D esse oppida. 35, 155. PLIN. epist. 6, 16, 5 Vesuvium fuisse postea -um est. AMM. 31, 12, 2 et quoniam exploratione sollicita -um est. AVG. civ. 18, 18 quia illa virgo postea viva reperta est, suppositam pro illa esse cervam facile -um est. *nota nom. c. inf.*: VAL. MAX. 9, 12 ext. 7 non prius decessisse -us est. *interrog. indir.*: BELL. Alex. 60, 5 cum hoc detrimento, quid transitus fluminis vitii difficultatisque haberet, -um esset. PLIN. paneg. 35 quantum diversitas temporum posset, tum maxime -um est. VVLG. iud. 16, 9 et non est -um, in quo esset fortitudo eius. *nota orat. directam*: FLOR. epit. 1, 28, 15 Romae -um est: duo iuvenes . . . abluebant. quod: EDICT. imp. Constant. de accus. (Corp. V 2781) 13 quod . . . interclusa sit facultas, omnibus -um est. cognitum habere: *aliquem* (*aliquid*): CIC. Brut. 147 etsi satis . . . mihi videbar habere -um Scaevolam ex iis rebus, quas audiebam. 163 Scaevolae dicendi elegantiam satis ex iis orationibus, quas reliquit, habemus -am. orat. 121 veniet ad causas *orator*, quarum habebit genera primum ipsa -a. Att. 15, 20, 4 tamen et ex litteris eius et ex eo, quod Tiro cognovit, propemodum -as habeo *rationes Erotis*. ad Brut. 1, 1, 1 Clodii animum perspectum habeo, -um, iudicatum. 2, 1, 3 quod te velim habere -um. epist. 10, 12, 1 haberem a Furnio nostro tua penitus consilia -a. 13, 17, 3 sin autem propter verecundiam suam minus se tibi obtulit aut nondum eum satis habes -um. 15, 20, 3 quantum ex tuis litteris habebo -um. CATVLL. 67, 31 atqui non solum hoc se dicit -um habere. BELL. Alex. 24, 1 Caesar . . . fallacem gentem semperque alia cogitantem, alia simulantem bene -am habebat. NEP. Att. 18, 1 *antiquitatem* adeo diligenter habuit -am. VITR. 1, 1, 3 astrologiam caelique rationes -as habeat. SCRIB. LARG. 163 quae -a habui remedia. APVL. met. 7, 9 ipse quosdam lenones pridem -os habeo. VLP. dig. 7, 1, 22 unde -um eum et cuius merito habuit. EPIT. Alex. 107 fide et virtute singulari -os vos habuimus. HIL. c. Const. 2 omnes, qui me vel audiunt vel familiaritate -um habent. SVLP. SEV. chron. 1, 35, 9 David qui impensius ingenium mali spectatum haberet et -um. Mart. 5, 1 cuius (*sc. Hilarii*) in dei rebus spectata et -a fides habebatur. *adde*: ARNOB. nat. 2, 10 p. 54, 26 comperti nihil habeatis et -i. 2, 60 pro comperto habere et -o. *seq. interrog. indir.*: COLVM. 1 praef. 25 atque in his ipsis haberet -um, quid ferret aut recusaret collis. *seq. acc. c. inf.*: PLIN. nat. 2, 246 a Germania immensas insulas non pridem compertas (*sc. esse*) -um habeo. COD. Iust. 4, 50, 5 rector provinciae . . . -um habens donationem . . . nullum praeiudicium dominio tuo attulisse.

**2** *i. q. probatus*: CIC. epist. 5, 12, 7 maximis gravissimisque causis -i atque imprimis probati. 6, 5, 3 ita enim natus, ita educatus, ita doctus es, ita etiam -us, ut tibi id faciendum sit. 10, 31, 3 quod me in tanta fortuna modo -um vetustissimorum familiarium loco habuit. Ov. trist. 3, 4, 20 mihi care quidem semper, sed tempore duro -e, res postquam procubuere meae. 3, 5, 9 idque recens praestas nec longo -us usu. LIV. 5, 26, 10 -ae rebus bellicis virtutis specimen. 7, 40, 18 nostraque omnia -ae permittimus fidei? 21, 53, 8 ingenium fama prius, deinde re -um. TAC. ann. 6, 12 Burrum et Senecam multarum rerum experientia -os. 13, 15 virus -is antea venenis rapidum. APVL. met. 9, 17 servulum suum Myrmecem fidelitate praecipua -um. AMM. 25, 9, 7 quem nullis ante actae vitae insignibus in huiusmodi negotiis -um. 26, 5, 14 Gaudentium olim sibi -um et fidelem. AVG. civ. 1, 9 probatus et -us. CORP. XI 1104 u⟨xori⟩ b(ene) cognit⟨ae⟩. XIII 3735 liberto bene -o ⟨d⟩efuncto. *nota*: GELL. 12, 1, 9 consueti atque -i sanguinis. *seq. enuntiatum*: AVELL. p. 12, 23 postea tamen quam ei -um est et probatum, quod.

**3** *i. q. cognosci potest*: CIC. orat. 183 neque enim ipse versus ratione est -us, sed natura atque sensu. 186 itaque tralata aut facta aut iuncta verba facile sunt -a. LVCR. 1, 695 labefactat *Heraclitus* eos (*sensus*), unde omnia credita pendent, unde hic -us est ipsi quem nominat ignem. 2, 868 nec contra pugnant, in promptu -a quae sunt. CVLEX 66 nec fulgor in ulla -us utilitate manet. Ov. Pont. 2, 10, 4 -ane est nostra littera facta manu? 4, 6, 22 o mihi non dubia -e Brute nota! NICET. spir. 5 -a est itaque quanta sit significatio spiritus, ubi dominico ipsi corpori accommodata monstratur: -a est et potestas spiritus, cum peccata dimittit.

*adv.* **cognitē:** FACVND. defens. 9, 3 p. 750$^{C}$ non quia non -e se habeant ad mendacium, sed quia redargui se posse facillime vident.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*deriv.*: cognitio, cognitor (-trix), cognitorius, cognitura, 1. cognitus. cognobilis. *compos.*: ac- in- per- praecognoscere. incognitus. *Lambertz.*

**cognōtus,** -a, -um *v. p. 1501, 21.*

**cōgo,** coēgī, coāctum, -ere [*a* co- *et* agere. *Th.*]. GELL. 2, 17, 11 'coegi' correpte dicimus. PRISC. gramm. II 461, 14 cōgo cŏegi. *cf.* 508, 34 *et* PS. PRISC. gramm. III 527, 30 VLT. SYLL. gramm. IV 262, 10. cógi: FAST. ann. Iul. Praen. Ian. 3 (Corp. I² p. 231). *κώγιτε*: TAB. devot. Audollent 267, 15. coggens: TAB. devot. Audollent 251 II 10 (*ibid. saepius* cogens). coago: *v. p. 1377, 82, ubi addas*: GLOSS. II 441, 57. *cf. contra locum, quo enuntiatio contractarum vocalium* cōēgi *inesse potest*: PLAVT. Bacch. 981 (*et* Amph. 1632*?*), *v. C. F. W. Müller, Plautin. Prosodie p. 453.* comegit: GLOSS. V 14, 39. 56. 13. coegebat: EXC. barb. I p. 322, 15 Frick. coguit (*praes.? perf.?*): CARM. epigr. 1086 (*cf. Büch. in adnot.*). coxerunt: ITALA Luc. 24, 29 (cod. d). cogerit: LEX Visig. 8, 4, 1. cōctus: CAPER gramm. VII 94, 16 coactus, non coctus (*cf. Keil ad Varro rust. 1, 65*). *inter verba tertiae coniugationis*: GRAMM. suppl. 49, 24. *primae fingit verbum* VIRG. gramm. epit. p. 59, 9 cogo cogis necessitatis est, at cogo cogas coniunctio uxoris ad virum. *fort. deponens* cogor*?* *cf.* DRAC. laud. dei 2, 738 ima levas et celsa premis, praesumpta coactus atteris ('coactu *nolui*' *Vollmer*, coercens *Arevalo*). *supinum* coactu *v. s. v.* coactus. NON. p. 264 *sq. de significationibus verbi, cf. infra suis locis.* SERV. Aen. 9, 27 coercent: -unt, colligunt. GLOSS. *συμβιβάζω, συνάγω*, colligo. -it: *συγκαλεῖ, συνωθεῖ, συμβάλλει* adigit. coadunat (SCHOL. Hor. gloss. *I* carm. 3, 9, 18). -unt: compellunt. -it in unum: *συνάγει.* -e in unum: collige. -ctus: *ἀναγκασθείς.* -ctum: compulsum. -cti: provocati, inritati. -cta: collecta.

*ex coniectura probabili legitur*: PLAVT. Mil. 222 (*v. p. 1520, 65*) VARRO rust. 1, 45, 3 (*v. p. 1524, 76*) LIV. 44, 7, 8 (*v. p. 1520, 44*) FEST. p. 237, 9 (*v. p. 1520, 24*). *corruptum videtur*: CAES. Gall. 6, 7, 8 (*β*; convocatis *α*). civ. 1, 22, 6 (conantur *Gruter*). AETNA 319 (*v.* coactus *subst.*) OV. ars 3, 228 MANIL. 1, 428 (*Gemblac.*) SEN. contr. 2, 5, 3 STAT. Theb. 8, 571 (*P*) PS. APVL. Ascl. 26 p. 64, 6 Th. COMM. apol. 809. *locis corruptis*: LIV. 43, 15, 7 DRAC. laud. dei 3, 660. *loco mutilo*: FRONTO p. 44, 11 N. *dubiae interpretationis vel lectionis*: VITR. 10, 7, 4 STAT. Theb. 5, 13 (*v. p. 1521, 19*) AMM. 15, 5, 16. [*calabr.* kuyere. coactus: *it.* quatto. *M.-L.*]

I *de* ***loco vel motu:*** **A** -ere ***animantia:***

**I *corporaliter*:** **A** *de diversis, quae coniuncta sunt*: **1** *de animantibus*: **a** *absolute*: LIV. 5, 38, 2 nec . . . aequari frontes poterant, cum extenuando infirmam et vix -entem mediam aciem haberent. CVRT. 3, 11, 4 conferti et quasi -entes *Macedones*. 3, 11, 5 acies ita -bant, ut armis arma pulsarent. PETRON. 67 dum . . . sic -ent *mulieres* (*i. oscula sermonemque iungunt*). PLIN. nat. 8, 140 uvae modo inter se -ent *cochleae cavaticae*. 10, 24 -entes . . . saepe prenduntur *aquila et accipiter bellantes*. FRONTO p. 12, 14 N. *in pyrrhicha* alii aliique -entes concursant. AMM. 26, 8, 9 densetis -entes (-enter *Vogel*) supra capita scutis. *de complexu venerio*: PLIN. nat. 9, 41 in coitu canum modo -et *vitulus marinus* (10, 173). APVL. met. 10, 34 in amplexu venerio . . . nobis -entibus. CYPR. epist. 4, 2 *cf.* CENS. 4, 9 *et l. 56*. *nota in imagine*: CIC. Tusc. 3, 61 omnibus . . . modis fulciendi sunt, qui ruunt nec -ere (*i. stare*) possunt propter magnitudinem aegritudinis. TERT. pudic. 5 quis *moechiam* . . . a -entium corpore divellet, de vicinorum criminum nexu, de propinquorum scelerum complexu (*sc. idololatriae et homicidii*). PS. RVFIN. in Os. 4, 17 stratas humique -entes animas (*cf. p. 1541, 12*). **b** *structurae*: cum *aliquo (?)*: SEN. dial. 5, 8, 6 cum quo -bat (*sic Gertz*, haerebat *cod.*) *cliens in lecto*. *alicui*: PLIN. nat. 36, 21 quendam . . . simulacro *Veneris Cnidiae* -sisse (*sc. de venerio coitu*). VEN. FORT. carm. 8, 2, 5 (*in imag.*) dulcis uterque mihi voto amplectente -sit (*i. inhaesit*). *alicui rei*: OV. met. 4, 553 scopulo . . . affixa -sit *Sidonia*. 11, 76 solo defixa -serat *Edonis*. TERT. adv. Hermog. 44 non -sit *deus materiae*, quod magnes ferro. PACIAN. epist. 3, 13 p. 71. AVSON. 456, 3 *Vlixes* fragmento carinae -ens. *aliqua re*: OV. am. 1, 4, 43 nec femori committe femur nec crure (*sc. puellae amatae*) -e nec tenerum duro cum pede iunge pedem. **2** *de corporis partibus* (*membris singulis*): **a** *generatim*: *α absolute*: CIC. de orat. 2, 325 (*in imag.*) conexum . . . ita sit principium consequenti orationi, ut . . . -ens cum omni corpore membrum esse videatur. PETRON. 26 considerantium -serant (*sic Bücheler*, haeserant *codd.*) vultus. PLIN. nat. 7, 178 incisa cervice *Gabieni* et vix -ente. 11, 1 membra *insectorum* tenui modo fistula -entia. QVINT. decl. 338 p. 336, 12 laceras . . . verberibus iam non -entem cutem. TERT. resurr. 40 sub quo vocabulo (*hominis*) non possunt esse nisi -entes *anima et corpus*. AVG. civ. 13, 2 -entium diremptio naturarum. MACR. sat. praef. 1, 3 (*in imag.*) instar membrorum -entia. PHYSIOGN. 53 nec ceteri *verticuli* leniter sibimet conveniunt, sed per intervalla -ent. *β alicui*: OV. am. 1, 4, 9 nec equo mea membra -ent *ut Centauro*. met. 5, 125 *Pelatae* dextera fixa est cuspide . . . lignoque -sit. APVL. met. 8, 22 ossa *servi* . . . -rent arbori. TERT. anim. 53 reliquiae *animae decedentis* universitati -entes. LACT. opif. 14, 3 spinae altrinsecus -ent *rienes* (EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962$^{B}$ caput *elephanti*). AMM. 16, 12, 53 quorundam capita discissa . . . et pendentia iugulis -bant. VVLG. Iob 41, 14 membra carnium eius -entia sibi. HIER. in Ezech. 3, 26 p. 36 lingua prophetae palato vel gutturi -et et mutus effectus *est* (*ubi* ITALA Hier. *ad l. et* VVLG. adhaerere). epist. 108, 23. AVG. un. eccl. 2, 2 (*in imag.*)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

membra (*i. fideles*) ... capiti suo -ent quod est Christus (epist. 149, 26). SORAN. p. 118, 9 pedes ventri. **b** *speciatim: de partibus, quae coaluerunt, concreverunt. absolute*: CELS. 7, 32 si digiti ... -serunt (PHYSIOGN. 60). MELA 3, 91 alii sine linguis, alii labris etiam -entibus. PLIN. nat. 9, 109 -entes videmus in conchis *margaritas*. 11, 172 ranis prima *lingua* -et, intima absoluta a gutture. AVSON. 398, 6 quae *ostrea* testis concreta suis ceu saxa -ent. PHYSIOGN. 6 iuguli *feminae* -entes atque constricti. SORAN. p. 114, 9 pinnaculis *mulierum* ... a foris -entibus. p. 115, 11. *c. dativo*: VINDIC. gyn. p. 431[c] *feminae galea* -et membrano. p. 434[5] *oculis* p⟨a⟩lata. *al.* inter: CELS. 7, 7, 6 palpebrae ... inter se -entes. 8, 4 si qua *ossa* inter se non -bunt (8, 7). **3** *de rebus*: **a** *absolute*: *α generatim*: CIC. Tim. 13 omnia ... duo (*velut terra ignisque*) ad -endum tertium aliquid ... quasi nodum vinculumque desiderant. LIV. 37, 30, 10 quae icta -serat (*sc. c. altera*) navis (CVRT. 4, 4, 8). VITR. 10, 7, 1 fistulas furcillae [sunt] figura similiter -entes. PAVL. FEST. p. 108 impages dicuntur, quae a fabris in tabulis figuntur, quo firmius -eant. SEN. nat. 7, 12, 4 illae (*stellae*) ... diu -ere non possunt. 7, 19, 1 coniunctionem -entium *siderum*. epist. 88, 22 dehiscentibus, quae -bant, *machinis*. CVRT. 4, 3, 14 ut prorae *navium* -erent (*opp.* distarent). PLIN. nat. 9, 162 ova eius (*sepiae*) ... ad speciem uvae -entia (21, 113). 12, 49 ut -eat *amomum*. 16, 226 nec fere -ent nisi similia natura (*de conglutinando*). 18, 115 ut -sit *gypsum alicae*. QVINT. inst. 12, 9, 17 (*in imag.*) non -et *actio* ... commissuris ..., ut in opere male iuncto, hiantibus. GELL. 15, 16, 4 quercus ... in duas diducta partes ..., stricta denuo et -sa. AVIEN. carm. ad Flav. 13 spisso quibus (*malis*) arta -et granorum fetura situ. AVSON. 337 (*in imag.*) -ent *monosyllaba* ita, ut circuli catenarum separati. CHIRON 236 vermes botronatim -sisse in singulis locis. VVLG. exod. 26, 3 quinque cortinae sibi iungentur mutuo et aliae quinque nexu simili -bunt. HIER. epist. 5, 1 (*in imag.*) nascentes amicitias, quae Christi glutino -serunt. 22, 19, 5 (*in imag.*) nullo extrinsecus germine -ente. *β speciatim: de vicinitate locorum* (*cf. p. 1538, 4 et 1540, 72*): PLIN. epist. 2, 17, 11 -et calida piscina. 5, 6, 25 hypocauston. *in grammatica* (*cf. p. 1539, 78*), *i. q. iuxta poni*: TER. MAVR. 717 -ens i (*pronominis quod est* cui), secundo quando conexa est loco (*cf.* CASSIOD. gramm. VII 161, 5 [*ex Papiriano*]. MART. CAP. 3, 237 vocalibus). SERV. gramm. IV 442, 9 aliae *praepositiones* et -ere et secerni possunt (*cf.* POMP. gramm. V 271, 34. 280, 6. SERV. Aen. 1, 644 separatim. gramm. IV 442, 22 coniunctim). PRISC. gramm. II 180, 15 dicunt *Graeci* oportere compaginem, qua -ent in compositione dictiones, immobilem manere (*sc. non dicendum ut Latini 'respublica reipublicae'*). *in iure* (*cf. l. 58. 74 et p. 1539, 82*): POMPON. dig. 41, 1, 27, 2 cum partes ... ferrumine -eant. 50, 16, 245 pr. tabulae religatae catenis aut erga parietem affixae aut si similiter -ent lychni (*sc. parieti*). PAVL. dig. 6, 1, 23, 5 quamdiu -ent *corpora* (*syn.* iuncta, adiecta, *opp.* distantia). *ibid.* in -entibus corporibus. **b** *structurae: alicui*: LIV. 33, 17, 6 Leucadia ... artis faucibus -ens Acarnaniae. 37, 31, 9 ubi *lingua terrae* -et faucibus angustis. SEN. dial. 6, 17, 2 *Siciliam* continenti quondam -sisse constat (PLIN. nat. 3, 86). 8, 5, 6 huic -eant mundo *ultra mundum iacentia*. nat. 6, 25, 2 Ossam Olympo -sisse. CVRT. 4, 4, 11 turris ... muris hostium -bat. 5, 4, 24 arborum rami alius alio implicati et -entes. COLVM. 5, 11, 15 cacumina ... olivae, sicuti matri -ent. LVCAN. 3, 564 ratis ... percussae capta -sit. PLIN. nat. 17, 86 quam plurimum terrae ... radicibus *arborum effossarum* -ere. 19, 33 neque ipsa *tubera* terrae -ent. 21, 43 saliunca ... radici numerosae -et. 36, 177 donec rutro non -eat *marmoratum*. SIL. 16, 587 hasta *Laeli* ... terrae infixa -sit. VENVL. dig. 42, 8, 25, 4 *fructus* terrae -ent. 42, 8, 25, 6 fructus ... fundo -sisse (PAVL. dig. 10, 3, 19 pr. arbor). 43, 24, 10 acervus solo non -et, sed terra sustinetur, aedificia autem solo -ent (AFRIC. dig. 47, 2, 62, 8 fructus. *al.* AMM. 22, 11, 6). VLP. dig. 19, 1, 17 pr. etiamsi *vinaria* aedificio -ent. PAVL. dig. 41, 1, 65, 2 insula, quae non ipsi alveo fluminis -et. APVL. met. 11, 6 sistro -entem ... coronam. COD. Iust. 3, 44, 9 (*a. 245*) agrum purum monumento -entem. PANEG. 7, 19 Massilia ... terrae -et. AMM. 16, 8, 8. 25, 1, 13 ut ... spicula sinistris manibus -erent. 25, 2, 6 cum lumen aliquod -serit nubi. PROB. Verg. georg. 1, 163 *plaustrorum* rotae non sunt radiatae, sed tympana -entia axi et iuncta cantho ferreo. VVLG. exod. 28, 14 catenulas ... sibi invicem -entes (28, 22. 39, 15). III reg. 7, 32 rotae, quae per ... angulos basis erant, -bant sibi subter basim. RVFIN. Adamant. 2, 1 neque -ent sibi neque sibi invicem conexae sunt *istae substantiae* (*συμπεπλεγμέναι*). *ibid.* -ere sibi invicem duas ... substantias (*δι' ἀλλήλων χωρεῖν*). COD. Theod. 5, 14, 30 (= COD. Iust. 11, 59, 7 *a. 386*) *possessiones* pro interiecto spatio sibimet -entes. 15, 1, 41 (*a. 401*) omnia aedificia ... intra muros posita vel etiam muris -entia. AVG. civ. 21, 4 alter anulus priori anulo -bat. in psalm. 44, 17 non adiungitur, non -et, non coaptatur *lignum curvum* pavimento. MART. CAP. 8, 849 signa ... caelo -entia. SERV. gramm. IV 442, 19 *praepositio* alteri praepositioni. 442, 21 adverbio ... separatim. MARTYR. gramm. VII 178, 12 vocales ... b litterae -entes. 187, 11 *mutas* va syllabae -entes. *praepositiones*: VITR. 2, 8, 2 caementa non possunt cum his *materiis* -ere. QVINT. 2, 4, 30 (*in imag.*) vix ullus est tam communis locus, qui possit -ere cum causa nisi aliquo propriae quaestionis vinculo copulatus. CVRT. 7, 3, 21 inter se iuga velut serie -entia. COLVM. arb. 9, 2 cum inter se virgae -serint (*syn.* coisse). APVL. flor. 18 p. 89 (*in imag.*) videntur haec sophistarum argumenta ... vice spinarum ... inter se -ere. ITIN. Anton. Plac. rec. A 20 basilica Constantini -ente circa monumentum. CHIRON 148 contingit cutem *iumenti* in corpore strictiorem fieri et pilu⟨s⟩ horridior ad costas -ens. *dub. interpr.*: CORP. VIII 12328 in base quae -et haec columna (*v. adn. ed.*).

**B** *de eadem re, quae ex partibus composita est, constat*: **1** *de corpore humano, i. q. unum esse, individuum esse* (*cf.* SEN. dial. 1, 5, 9 quaedam separari a quibusdam non possunt, -ent, individua sunt. nat. 2, 2, 4 naturam corporis nulla ope externa, sed unitate sua -entis): CIC. leg. 1, 24 quom ... alia, quibus -erent homines, e mortali genere sumpserint *dei*. nat. deor. 3, 34 haec (*sc. natura animantis*) ad quoddam tempus -ere possunt, semper autem nullo modo possunt. Tim. 15 (*in imag.*) ita apte -et *mundi corpus*, ut dissolvi nullo modo queat. QVINT. inst. 11, 2, 37 (*in imag.*) -et ... omnis rerum copulatio. *nota*: HIL. trin. 8, 41 patrem in filio et filium in patre per inseparabilis naturae unitatem confiteri ... neque permixtam, sed indifferentem neque -entem, sed existentem. *additur*: SEN. nat. 2, 6, 6 corpora nostra inter se -ent (QVINT. inst. 7, 10, 16 [*in imag.*] inter se vincti atque ita -entes *sint sensus*, ne commissura perluceat: corpus sit, non membra). *abl.*: SEN. epist. 24, 18 Cerberum timeat ... et tenebras et larvalem habitum nudis ossibus -entium. *dat.*: AVG. civ. 10, 29 corpus ... animae. **2** *de aliis rebus*: **a** *generatim*: CIC. ac. 1, 24 neque ... materiam ipsam -ere potuisse, si nulla vi contineretur. nat. deor. 2, 82 natura constare ... mundum, non ... ut glebam aut fragmentum lapidis ... nulla -endi natura, sed ut arborem *eqs.* SEN. clem. 1, 4, 1 (*in imag.*) ille (*imperator*) est ... vinculum, per quod res publica -et. PANEG. 5, 20 (*in imag.*) illa, quae saepe veluti nimia mole defluxerat, magnitudo *Romana* tandem solido -sit imperio. *huc fere pertinet*: CHAR. gramm. I 73, 3 quintum tricensimum annum dici sine coniunctione vult Varro ... nec interponendam coniunctionem ipsa re -ente[m] (*i. una, simplici, cf. p. 1540, 76*). *seq. abl.*: CIC. leg. frg. 2 una eademque natura mundus ... -et ac nititur. LVCR. 1, 610 sunt ... solida primordia simplicitate, quae minimis stipata -ent partibus arte (*cf. l. 40*). CIC. ac. 1, 28 in omni natura -ente et continuata cum omnibus suis partibus. LVCR. 6, 1009 nec res ulla magis primoribus ⟨ex⟩ elementis indupedita suis arte conexa -et quam *ferrum*. inter: LVCR. 2, 67 non inter se stipata -et materies. POMPON. dig. 41, 3, 30 pr. *genus corporum* quod ex contingentibus, hoc est pluribus inter se -entibus constat ... ut aedificium navis armarium (*cf.* 41, 3, 30, 2). *nota* cohaerens *i. q. conglutinatus* (*cf. p. 1537, 22 sq.*): SEN. epist. 72, 1 quod evenit libris situ -entibus, hoc evenisse mihi sentio: explicandus est animus. *fere i. q. stare, manere, durare* (*cf. p. 1536, 49*): CIC. Manil. 19 (*in imag.*) haec fides atque haec ratio pecuniarum, quae Romae ... versatur, implicata est cum illis pecuniis Asiaticis et -et; ruere illa non possunt, ut haec non eodem labefacta motu concidant. har. resp. 60 (*in imag.*) vix haec (*sc. reipublicae status*), si undique fulciamus iam labefacta, vix ... nixa in omnium nostrum umeris -bunt. nat. deor. 2, 87. 115 ita stabilis est mundus atque ita -et ad permanendum, ut nihil ne excogitari quidem possit aptius (3, 28 -et et permanet *natura*). de orat. 3, 179. SEN. nat. 1, 5, 8 *nubes* diversis temere compositae et ob hoc discordes nec diu -urae. 6, 1, 15 omnis soli vitium est, male -ere et ex causis pluribus solvi et summa manere, partibus ruere. PLIN. nat. 2, 164 oceanus ... quanam alia figura -eret atque non decideret nullo ultra margine includente.

**II** ***translate***: **A** *de hominibus*: **1** *i. q. conexum esse, pertinere ad*: **a** *generatim*: SEN. epist. 102, 6 illi ..., per quos ista corpora (*exercitus, populus, senatus*) efficiuntur, iure aut officio -ent, natura diducti et singuli sunt. *alicui*: SEN. benef. 7, 19, 8 quidquid erat, quo mihi -eret *tyrannus*, intercisa iuris humani societas abscidit. VVLG. Zach. 13, 7 super virum -entem mihi (*ἄνδρα πολίτην μου. cf.* HIER. in Zach. 3, 13 p. 910 -entem mihi, id est *προσκεκολλημένον μοι*, Aquila interpretatus est 'super virum contribulem meum', id est *σύμφυλόν μου*). AVG. serm. 15, 2 similis simili -et. *cf.* 228, 2 ad similem (*syn.* se iunget). *conexum esse rei*: SEN. dial. 7, 26, 1 assuescitis illis (*divitiis*) et -etis. cum: CVRT. 6, 3, 8 non sacris, ⟨non⟩ moribus, non commercio linguae nobiscum -entes *Persas*. LACT. opif. 4, 18 iura omnia humanitatis, quibus inter nos -emus. **b** *speciatim: de cognatis*: VAL. MAX. 2, 7, 5 communioni nominis ac familiae veteris propinquitatis serie -enti virgarum contumeliosa verbera adhibere (*i. fratri*). QVINT. inst. 8, 3, 75 etiam si nobis sanguine -eant *perniciosi*. APVL. met. 11, 18 qui ... mihi proximo nexu sanguinis -bant. *de trinitate*: AVG. fid. et symb. 9, 19 *Christus* patri -endo (PHOEBAD. c. Arrian. 18). *de una habitantibus: c. dat.*: PLIN. nat. 5, 87 qui *populi* -ent Mesopotamiae, Rhoali vocantur. PANEG. 5, 20 terminis *Britanniae*. AMM. 22, 15, 2 *al.* ISID. orig. 9, 2, 15. *dub. interpr.*: AVSON. 217 quae ... Latino sermone converti, non ut inservirem ordinis persequendi ⟨studio⟩, sed ut -erem (*sc. cum Graeco?* cohercerem *Peiper*) libere nec aberrarem. **2** *i. q. vinctum esse, consentire, oboedire: absolute*: STAT. silv. 2, 2, 153 non ulla



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deo meliore -ent pectora *quam Polli et Pollae*. PLIN. epist. 7, 7, 1 viri optimi . . . adeo -istis, ut invicem vos obligari putetis. PS. QVINT. decl. 16, 2. HIER. epist. 117, 2 peccatorum vos (*mater et filia*) . . . glutino -sisse (*cf. p. 1537, 31*). *alicui*: SEN. benef. 2, 18, 5 illi (*bene facienti*) . . . nihilo minus etiam relata gratia -emus. ITALA I Cor. 6, 17 (Filastr. 150, 5) qui -et Christo domino (κολλώμενος, VVLG. adhaeret. *cf.* CYPR. GALL. gen. 1388 deo. deut. 198. *al.* AVG. civ. 10, 17 ad eum colendum eique -endum. *al.* NICET. symb. 8 p. 46, 15 caelestibus). HIL. syn. 2 vos . . . fide mihi ac spiritu -ere. HIER. epist. 61, 4, 8 qui (*Adam*) diabolo ante per vitia -serat. CASSIAN. conl. 21, 9, 5 *uxori*. LEO M. epist. 159, 4 *maritis*. CORP. VI 31986 cuius (*coniugis*) adfectio . . . mihi -sit. CARM. epigr. 853, 3. INSCR. christ. Rossi II p. 442, 53, 23 marturibus Christi. *seq.* in: LACT. mort. pers. 8, 1 nec . . . possent in amicitia⟨m⟩ tam fidele⟨m⟩ -ere (quoherere *codd.*), nisi esset in utroque mens una. **3** *i. q. (partes) sequi, comitari: c. dat.*: SYMM. epist. 5, 98 ut fratrem nostrum . . . peregrinationi meae -ere patiaris. 6, 36 *itineri* non -bit Hispanus. AMM. 23, 5, 21 quisque *miles* agmini -ens incedat . . . signa propria secuturus. RVFIN. hist. 2, 18, 9 ibique (*in Asia*) -ent apostolo (*Paulo*) *Iudaei expulsi* (συνδιατρίβουσιν). AVG. in psalm. 63, 6 discipulum ei (*Christo*) -entem (*Iudam*). PROSP. chron. I p. 466, 1238 Attalus . . . privatus regno Gothis -sit.
**4** *i. q. una vivere*: NOVELL. Iust. 6, 6 cum parentibus solis et filiis . . . -ere diaconissas (συνεῖναι). 53, 6 praef. videmus . . . quosdam -entes mulieribus indotatis (συνοικοῦντας). *al.*

**B** *de rebus* (*plerumque incorporeis*): **1** *i. q. coniunctum esse, pertinere ad*: **a** *de diversis quae coniunguntur: α generatim: absolute* (*cf. p. 1540, 79*): CIC. de orat. 3, 60 sapienter . . . sentiendi et ornate dicendi scientiam, re -entes, disputationibus suis separavit *Socrates*. off. 3, 11 qui primum haec natura -entia (*sc. utile et honestum*) opinione dixtraxissent. VAL. MAX. 9, 12 ext. 1 ut corporis atque animi infirmo vinculo -ens societas dirimatur. SEN. epist. 95, 27 plura veniant simul *in cena*, multorum ferculorum ornamenta coeant et -eant. *alicui* (*cf. l. 82*): SERV. georg. 2, 4 'pater' licet generale sit omnium deorum, tamen proprie Libero semper -et (*i. ascribitur*). EVSTATH. Bas. hex. 7, 5 p. 942A habens -entem tibi desidiam. *alicui rei*: LIV. 39, 48, 6 statui non ultra attingere externa, nisi qua Romanis -erent rebus. SEN. nat. 2, 4, 2 aer . . . et caelo et terris -et: utrique innatus est. epist. 102, 28 voluptati . . . nisi quae necessariis . . . -bit, alienus. QVINT. inst. 4, 1, 71 quod causae non -et, separatum *dicitur*. 4, 2, 89 si continget etiam verae alicui rei -eat *ficta*. 8 prooem. 21 plerumque optima *verba* rebus -ent (8 prooem. 26). 11, 1, 85 ita legibus Sullae -ere statum civitatis, . . . ut iis solutis stare ipsa non possit. 11, 3, 154 tria . . . praestare debet pronuntiatio: ⟨ut⟩ conciliet, persuadeat, moveat, quibus natura -et, ut etiam delectet. PLIN. epist. 10, 96, 2 flagitia -entia nomini *christianorum*. TERT. anim. 34 hanc quoque speciem *haereticam* intulimus et exclusimus, ut superioribus -entem (HIL. in Matth. 10, 8). ARNOB. nat. 7, 24 reliqua . . . magorum -entia disciplinis. LACT. inst. 2, 9, 8 *meridies* -et orienti (*syn.* societate iungitur). BACHIAR. repar. laps. 10 huic praecepto -et etiam ille . . . sermo. CYPR. GALL. exod. 1289 corruptis (*i. pecudibus*) nequaquam sancta -ent. deut. 166 cuius (*dei*) eloquiis verum -et. MART. CAP. 9, 935 tropi (*i. modi cantandi*) sunt quindecim, sed principales quinque, quibus bini -ent (*syn.* adhaerent). EVSTATH. Bas. hex. 4, 5 p. 908A ignis . . . aeri . . . caloris interventu -et (*syn.* communicat). ARATOR 1, 908 mortalibus ista (*animalia*) -ent ex meritis vitiisque suis.
*nota*: PLIN. nat. 23, 8 omphacio -et oenanthe (*i. cognata est*). cum: LACT. inst. 4, 3, 6 ubi . . . sapientia cum religione inseparabili nexu -et. inter: SEN. epist. 89, 8 -ent inter se philosophia virtusque. 90, 3 virtutum consertarum et inter se -entium (*cf.* HIER. epist. 66, 3 nexas). CVRT. 5, 1, 2 sicut inter se -ent *res Asiae*. in: PS. VIGIL. THAPS. trin. 6 p. 279A maledictus qui . . . *trinitatem* tria capita in se -entia, ut philosophi dicere consueverunt . . . profitetur. *β de conexu temporali* (*cf. p. 1541, 3*): TERT. adv. Marc. 4, 39 tam . . . mala -ent adventui filii hominis antecedendo quam et bona subsequendo. *γ de vicinitate locorum in scriptis* (*cf. p. 1541, 5*): *alicui rei*: QVINT. inst. 9, 4, 63 *initiorum* facilior (*quam clausularum*) ratio est, non enim -ent aliis. TERT. pudic. 9 quibus . . . -ent (*sc. duo filii parabola*), eandem habent causam. HIL. trin. 4, 42 haec . . . sibi -ent: (*i. sequuntur in textu*). in psalm. 2, 1 utrum psalmum hunc -entem primo et veluti extimum putent esse, an vero subiacentem et secundum potius connumerent. *cf.* TERT. pudic. 5 etiam damnatione -bit illi (*moechiae idololatria*), sicut et dispositione (*sc. in decem tabulis*). inter: CIC. orat. 149 collocabuntur . . . verba, . . . ut inter se quam aptissime -eant extrema cum primis. QVINT. inst. 9, 4, 66 mediis *orationis partibus* non ea modo cura sit, ut inter se -eant, sed ne pigra, ne longa sint.
*δ in grammatica* (*cf. p. 1537, 35*): ROMAN. Char. gramm. I 236, 25 ceterae *praepositiones* et verbis -ent et casibus (SERV. Aen. 2, 538). DIOM. gramm. I 399, 15 ea *verba* sunt, quae dativo casui -ent (SERV. georg. 3, 53 Aen. 1, 662. 2, 61). SERV. Aen. 2, 145 'et miserescimus': aut per se plenum est aut -et sequentibus. *ε in iure: alicui*: POMPON. dig. 34, 3, 8, 3 quotiens . . . -et personae id quod legatur, veluti personalis servitus, ad heredem eius non transit (PAPIN. dig. 34, 4, 24 pr. condicio. HERMOG. dig. 35, 1, 95. VLP. dig. 4, 4, 3, 7 aliquid. 7, 4, 3, 3 quid aliud. 36, 2, 9 *habitatio*. 40, 7, 6, 7. 46, 2, 4 obligatione. PAVL. dig. 44, 1, 7 pr. exceptiones). PAVL. dig. 45, 1, 76 pr. electio *stipulationis* personalis est et ideo servo vel filio talis electio -et. 45, 3, 33 pr. iussum domino -eat. *alicui rei*: VENVL. dig. 43, 24, 22, 1 non . . . ex qualitate operis huic interdicto locus est, sed ex opere facto, quod -et solo. GAIVS inst. 3, 183 conceptum et oblatum *furtum* species potius actionis esse furto -entes quam genera furtorum. PAPIN. dig. 35, 1, 72, 6 ratio legandi legato non -et. 49, 17, 16 pr. dos . . . matrimonio. VLP. dig. 44, 4, 4, 27 rei . . . -entem exceptionem (PAVL. dig. 44, 1, 7, 1. HERMOG. dig. 50, 5, 11 munera). 50, 5, 2, 1 muneribus his *honoribus* -entibus. PAVL. dig. 1, 21, 1, 1 imperium, quod iurisdictioni -et. 9, 2, 22, 1 causae corpori. 26, 7, 37, 1 posterior actus priori. MOD. dig. 4, 4, 29, 1 si species *quaedam litis* . . . ceteris speciebus non -et. COD. Iust. 4, 29, 15 (*a. 294*) obligationi tuae -sit securitas. *ζ de conexu sententiarum: absol.*: QVINT. inst. 4, 2, 53 aliqua *in narratione* naturaliter sequuntur et -ent (4, 3, 4 *egressio*. 6, 3, 76). SCHOL. Hor. Vind. ars 9 ut nec principium nec finis -eant. *alicui rei*: TERT. adv. Marc. 4, 34 et ipsum -et (*sc. argumentum divitis apud inferos*) mentioni Iohannis male tractati. 5, 13 hic sensus *scripturae* pristino -ens. PROSP. resp. ad Gen. 1/3 p. 243 licet divisa sint a disputationis corpore *capitula*, quod et praecedentibus et mediis et subsequentibus non -ent. cum: RHET. Her. 1, 7, 11 ut proprie -eat cum narratione *exordium*. CIC. inv. 1, 19 *illa* congruere et -ere cum causa. 1, 86 simplex . . . conclusio reprehenditur, si hoc, quod sequitur, non videatur necessario cum eo, quod antecessit, -ere (*ibid. bis.* top. 53). inter: CIC. fin. 5, 79 ea quae dicat *Zeno*, praeclare inter se -ere. SEN. dial. 11, 8, 3 ⟨im⟩mutabilis causarum inter se -entium series. **b** *de eadem re*: CIC. Caecin. 52 sermo hercule familiaris et cotidianus non -bit, si verba inter nos aucupabimur. Tusc. 5, 80 nec . . . virtutes sine beata vita -ere possunt nec illa sine virtutibus. SEN. benef. 1, 3, 4 ordo beneficii . . . pulcherrimus *est*, si -et et vices servat. dial. 12, 15, 1 cuius (*sororis Sexti Pompei*) morte optime -entis Romanae pacis vincula resoluta sunt. QVINT. inst. 2, 11, 7 fit, ut dissoluta et ex diversis congesta oratio -ere non possit. 9, 4, 20 *sermo atque epistula* non fluunt nec -ent nec verba verbis trahunt *eqs.* 10, 6, 6 vel extemporalem temeritatem malo quam male -entem cogitationem. HIL. in Matth. 7, 9 ut . . . ordo typicae significantiae -eret. sibi: QVINT. inst. 7 prooem. 3 oratio carens hac virtute (*dispositione*) tumultuetur necesse est et sine rectore fluitet nec -eat sibi. HIL. trin. 5, 9 veritas semper sibi -ens. **2** *i. q. convenire, consentire: absolute*: TER. Andr. 361 paululum opsoni; ipsus tristis; de improviso nuptiae: non -ent (*cf.* GLOSS. V 537, 36 non -et: non convenit). VELL. 2, 47, 2 medium iam ex invidia potentiae male (*sic Lipsius*, cum illa aegre *Ellis*, ponti et camiliae *A P*) -entis inter Cn. Pompeium et C. Caesarem concordiae pignus Iulia. SEN. dial. 4, 29, 2 *malignus* amicitias -entes diducere velit (MART. BRAC. ira 5). rem. fort. 16, 4 matrimoniorum . . . male -entium (HIER. adv. Iovin. 1, 49 quorundam matrimonia adulteriis -serunt [*i. se corroboraverunt, firmae factae sunt*]). *alicui rei*: CYPR. GALL. Ios. 307 mentes credit -ere loquellae *Iosue*. ZACCH. 1, 30 nec sideribus -ere credenda est *mathesis* (*syn.* convenire). MART. CAP. 5, 492 a repugnantibus argumentum *ducitur*, cum ostenditur duo sibi -ere non posse. CARM. adv. Marc. 4, 201 haec -ere novo cum foedere cuncta videmus.

**III** ***vi latiore i. q. inhaerere, firmiter haerere*** (*sc. attenuata vi praepositionis* co-): *proprie*: IAVOL. dig. 41, 3, 23, 2 -entibus his (*rebus*) in aedificio. CHIRON 236 vix evelluntur *vermes* et ipsa hora tibi in manu similiter -entur (-ent ut VEG. mulom. 1, 52). *in imag.*: COMM. instr. 2, 25, 5 conspicitis stipulam -entem in oculis nostris. *transl.*: CIC. Cael. 15 in quo non modo crimen non haerebat, sed vix diserti adulescentis -bat oratio. PAVL. NOL. carm. 6, 98 motus oblita sui . . . pigro torpore -sit *lingua Zachariae*. EVSTATH. Bas. hex. 7, 6 p. 944C eorum *dictorum* memoriam -ere vobis.

*part. praes. adi.* **cohaerēns,** -entis. *compar.*: GELL. 1, 18, 6. GLOSS. συνηνωμένος; coniunctus. *ad IA1*: PETRON. 114 ne sic -es malignior fluctus distraheret. CAEL. AVR. chron. 2, 12, 142 est . . . motus -ium partium disiunctio. 3, 8, 135. *ad IA2*: COLVM. 11, 3, 20 habet *ulpicum* velut allium plures -es spicas. PLIN. nat. 15, 51 -ia et gemella *mala*. MIN. FEL. 17, 2 cum ita -ia, conexa, concatenata sint *divina et humana*. 17, 3. FIRM. err. 17, 1 velut infixa et -ia *sidera*. *de vicinitate locorum* (*cf. p. 1537, 33*): TAC. Germ. 16 non in nostrum morem conexis et -bus aedificiis *Germanorum*. CORP. II 4332 hortos -es. VI 11913, 8 porticus -en⟨tes in ga⟩mma. X 2338 aedificium cum superioribus et -i cubiculo memoriali (XIV 715). *ad IB2*: TERT. adv. Prax. 8 sol et radius duae formae sunt, sed -es. *ad IIA1*: TERT. adv. Prax. 12 unam substantiam in tribus -bus *personis* (*de trinitate*). 25. *ad IIB1*: CIC. nat. deor. 3, 4 etiamsi minus vera *dicta*, tamen apta inter se et -ia (GELL. 1, 18, 6 aptius et -ius). de orat. 3, 172 iunctam orationem, . . . -em, . . . levem. SEN. epist. 106, 3 ex illa serie rerum -ium (QVINT. inst. 4, 3, 16 secum). TERT. resurr. 46 ex aliorum vel -ium sensuum suggestu (*i. suggestione*). adv. Marc. 4, 38 argumentationes -es. COD. Iust. 6, 2, 10 (*a. 293*) propter -s vitium. HIL. syn. 22



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

serie atque tractu -i. *nota*: Sen. benef. 5, 1, 2 perseveremus ... scrutari etiam ea, quae, si vis verum, conexa sunt *beneficiis*, non -ia. *de temporali conexu, i. q. continuus*: Cod. Theod. 13, 3, 17 (*a. 414*) ut -s sanctio protestatur. Cod. Iust. 10, 22, 3 (*a. 456*) trium -ium sibi annorum. *de vicinitate locorum in scriptis*: Hier. in Ioel 2, 1 *sqq.* p. 187 iunctam et -em sibi pericopen.

*neutr. plur. subst.* **cohaerentia,** -ium. Cic. Phil. 2, 18 ut ... non modo non -ia inter se diceres, sed maxime disiuncta atque contraria. Plin. epist. 9, 4, 2 quasi incipientia legere et quasi -ia. Tert. adv. Marc. 3, 12 -ia ... utriusque capituli. 5, 16 -ia eis. 5, 17 inspice et -ia (*i. sequentia in textu*). Lact. inst. 1, 4, 3 -ia loqui. *in imag.*: Hier. in Ioel 1, 2/3 p. 170 *Iudaei* loquuntur terrena et humi -ia. sit. et nom. p. 82, 23 ut ... mihi excelsa non vindico, ita terrae -ia (inhaerentia *var. lect.*) supergredi posse me credo. *de loco*: Corp. XI 6338, 8 praef(ecto) aliment(orum) Clodiae et -(ium). *de bonis* (*cf. Hirschfeld, Verwaltungsbeamte*[2] *p. 117 adn. 1*): Corp. VIII 1439, 6 codicillari stationis hereditatium et -ium (XIV 154).

*adv.* **cohaerenter.** Flor. epit. 2, 17, 5 dimicatum est *in Hispania* ... non continuo nec -r, sed prout causae lacessierant. Amm. 16, 10, 8 ut ... vestitus congrueret iunctura *laminarum* -r aptata (24, 2, 10. 29, 5, 48). 20, 7, 4 pepercerunt *caduceatoribus*, quod -r sibi iunctos duxerant. 28, 4, 30 si ... funalibus equis parum -r (*sic Valesius*, coherce *cum lacuna V*) circumflexerit metam. 30, 7, 2 mala saepe -r laeva manu *Milonis* retinenti vel dextra.

***structurae:*** *alicui (rei): v. p. 1536, 56 sqq. 75 sqq. 1537, 9. 48 sqq. 1538, 24. 69. 79. 1539, 4. 16 sqq. 24. 33 sqq. 67 sq. 79 sq. 82 sqq. 1540, 39. 51 sqq. 1541, 10. 13. aliqua re: v. p. 1536, 62. 1538, 22. 34 sqq.* humi: *l. 12. praepositiones*: ad (*p. 1538, 6. 68*), circa (*p. 1538, 4*), cum (*p. 1536, 55. 1537, 82 sq. 1538, 37. 48. 70. 1539, 22. 57. 1540, 23 sqq. 55*), ex (*p. 1538, 38*), in *c. abl.* (*p. 1539, 62*), in *c. acc.* (*p. 1539, 13*), inter se (*p. 1537, 11. 84 sqq. 1538, 20. 39. 72. 1539, 59. 74. 1540, 27*).

*syn.: ad I*: coalescere, coire, coniunctum esse, convenire, glutinari. *ad II*: adhaerere, communicare, coniungi, sociari, societate iungi. *opp.: ad I*: absolutum esse, dehiscere, diduci, distare, divelli; sustineri. *ad II*: interrumpi, separari, subiacere.

*deriv.*: cohaerentia, cohaerescere. *compos.*: incohaerens.

**cohaerēsco,** (-sī), -ere, *cf. c.* cohaerere *et c.* haerescere. *de perf. v. p. 1536, 32. inde a* Cic. Cic. fin. 1, 17 atomos *Epicuri* ... ita ferri, ut concursionibus inter se -ant (Tim. 49 cum ea *lumina* inter se non -unt). Vitr. 2, 3, 1 paleae ... in is (*lateribus*) non -unt propter asperitatem. 2, 5, 3 -unt siccescendoque cum caementis coeunt *saxa*. 2, 6, 1 res ... recepto liquore una -unt et ... solidantur. Lact. ira 10, 3 *seminum* concursu fortuito -isse mundum loquuntur. 10, 8 sin aspera et angulata sunt et hamata *atoma*, ut possint -ere. Hier. vita Hilar. 19 *litus* -ens sibi glarea. *i. glutinari*: Cels. 7, 7, 6 ut palpebra cum albo oculi -at. Plin. nat. 20, 172 digitis tactu eius (*cunilae*) -entibus. 24, 130 *efficax trixago* pituitae in gula -enti. 25, 67 ut -ere etiam carnes tradant, si coquatur simul *centaurion* (Plin. med. 3, 3). *transl.*: Ps. Rvfin. in Os. 14, 9 domino tota fide ... -ite. Avg. virg. 3, 3 si eorum (*iustorum*) doctrinae ac moribus oboediendo atque imitando -unt. *de numeris orationis*: Mart. Cap. 9, 979 compositi *numeri* e duobus generibus vel pluribus -serunt.

**cohaereticus,** -ī *a* co- *et* haereticus, *cf.* συναιρετικός. quoh(a)ereticus *scribitur*: Lvcif. *l. 60 et 61* Avell. *l. 62.* Lvcif. Athan. 1, 9 p. 80, 5 -um tuum Georgium (1, 44 p. 145, 10). 1, 26 p. 111, 13. non parc. 25 p. 262, 31 cuncti variarum sectarum vestri -i (quoheretici *cod.*). moriend. 1 p. 285, 22 suggestionibus ... -orum (quo- *cod.*) tuorum. reg. apost. 7 p. 54, 1 -os tuos Arrianos. Hier. epist. 92, 5 Avell. p. 207, 16 (quo- *cod.*). p. 340, 4 episcopum -um et sequacem horum *virorum*. *Hofmann.*

**coherceo, cohercitio** *sim. v.* coerc-.

**cohērēditās,** -ātis *f. a* coheres. *fere i. q. hereditas quae (cum altero) communis est*: Hil. in psalm. 9, 4 iam -e sua dignos. in Matth. 31, 8 *ne* -is suae (*dei*) gloriam sine passionis difficultate mereantur.

**cohērēdito,** -āre *a* co- *et* hereditare, *cf.* coheres. *trans. i. q. in hereditatem dare, distribuere*: Itala deut. 3, 28 (Lugd.) *Iosua* -bit illis terram, quam vidisti (κατακληρονομήσει, Vvlg. dividet).

**cohēreo** *v.* cohaer-.

✖**cohērēs,** -ēdis *c. a* co- *et* heres. *is qui simul (cum altero) heres est.* Gloss. συγκληρονόμος (*idem respondet ubique in* Test. nov.). V 446, 44 simul hereditate(m) habens. Not. Tir. 51, 95 *inter* heres *et* exheres. *formae: scribitur* coeres: Corp. XIII 2296 coeredes. cohaer(es): Corp. XIII 5113. comheres: Corp. III 8011 comeredibus. *cf.* Cic. Att. 13, 12, 4 tomheredi *M* (coh- *ZB*). 13, 14, 1 comheres *M*. conheres: Corp. III 8118 (*cf. Jahreshefte d. österr. arch. Inst. 6 [1903], Beibl. p. 16*) conheredes. cunheres: Corp. VI 3282, 6 cunere (*sc. nomin.*). *dicitur de feminis*: Apvl. apol. 100 Scaev. dig. 35, 1, 109. 45, 1, 122, 3 -s mulier [32, 41, 2 -i uxori suae *Mommsen*, -des *F*] Papin. dig. 31, 77, 24. 34, 9, 16, 1. 35, 1, 93 Vlp. dig. 5, 4, 6 pr. Mod. dig. 10, 2, 30 Heges. 1, 40, 9 l. 128 Corp. VI 3282, 6. XIII 2296. *legitur inde a* Rhet. Her. *et* Cic., *frequentant* Icti Eccl. Inscr., *v. de vocab.* Hier. in Eph. 3, 6 p. 481[A] *p. 1543, 6 sqq.*

1 *proprie de hereditate iuris civilis* (*de re v. Leonhard, PW. IV 230*): Rhet. Her. 2, 21, 33 potuisse *hominem* occisum esse vel a familia vel a -bus nostris. Cic. Q. Rosc. 55 heres sibi soli, non -bus petit. Verr. 2, 127 omnibus, quibus hereditas venerit, -em praetorem esse oportere. leg. 2, 51 solum sine -bus. Att. 7, 8, 3 Dolabellam video Liviae testamento cum duobus -bus esse in triente. epist. 13, 46 L. Nostius Zoilus est -s meus, heres autem patroni sui. Hor. sat. 2, 5, 54 *in testamento legendo* limis (*oculis*) rapias, quid prima secundo cera velit versu, solus multisne -s *sis*, veloci percurre oculo. 2, 5, 107. Petron. 76 -em me Caesari fecit et accepi patrimonium laticlavium (*i. senatorium*). Plin. paneg. 38 pater filio solus heres; quid si -em non a filio accipiat? Svet. Nero 6 *filius* ex parte tertia heres *patris* ne hanc quidem integram cepit correptis per -em Gaium universis bonis. Gaivs inst. 4, 42 si inter -des familiae herciscundae agatur aut inter socios communi dividendo *eqs.* (dig. 17, 2, 34. Pavl. dig. 10, 2, 36 iudicium ... acceptum. Vlp. reg. 19, 16 *formula familiae herciscundae* locum habet inter -des. *cf.* dig. 10, 2, 18, 5 familiae herciscundae iudicium cum -bus *habere*. [10, 2, 18, 6 competere adversus -des.] Pavl. sent. 1, 18, 4 iudex familiae herciscundae ... inter omnes -des dandus est). Vlp. dig. 30, 34, 12 si duo sint heredes, unus ex uncia, alter ex undecim unciis ... unciarium heredem ... -em. Itala Gal. 4, 30 (Tycon. 3 p. 30, 10) non enim -s erit (κληρονομήσει, Vvlg. heres) filius ancillae cum filio liberae. Lact. inst. 1, 13, 1 nisi forte aliquis existimet deum (*Saturnum*) fuisse qui timuit -em (*sc. cum patrem Vranum trucidaret*). Ambr. Abr. 1, 7, 65 ne suscipias ex illa filium et uxor tua non patiatur -em illum filio suo fieri. Sidon. epist. 4, 24, 8. Cod. Iust. 5, 27, 9, 5 *bona* vel ipse sola vel cum -bus suis capiet. 6, 51, 1, 10[a] si quidem -des sunt omnes coniunctim vel omnes disiunctim et vel instituti vel substituti. Caes. Arel. testam. 21 monasterium Arelatense ... heredem ... meum esse volo ac iubeo, ceteri ceteraeve exheredes sint ... ceterum autem Arelatensem episcopum -em meo monasterio relinquo. Corp. II 583. III 8118 *al.* VI 3282 Turnius Peregrinus erres (*i. heres*) et Iulia Casia (Casta?) cuiux cunere. 9835 *al.* VII 429 coherr. (*i. coheredes*). XIV 1544 Iulia Ianuaria cohered. ('*debuit esse* coheres' *Dessau*). *saepius in* Inscr. *in imagine*: Ps. Cic. epist. ad Oct. 7 hostem arcessitum tamquam -em mortua re publica. *additur is, cum quo -s una heres sit*: -s noster: Rhet. Her. 2, 21, 33. meus: Cic. Att. 13, 12, 4 epist. 13, 46 Plin. epist. 5, 1, 7. 10. 7, 11, 2 Scaev. dig. 47, 6, 6 pr. Vlp. dig. 5, 4, 1, 3 Pavl. dig. 10, 2, 36 pr. 35, 2, 1, 15 *bis*. tuus: Sen. contr. 2, 4, 3 Ivlian. dig. 38, 15, 4 pr. (*bis*). suus: Plin. epist. 7, 6, 8 Ivlian. dig. 11, 1, 18. 28, 6, 27. 35, 2, 87, 8 Scaev. dig. 35, 1, 109. 45, 1, 122, 3 Pavl. dig. 35, 2, 22 pr. Macer dig. 42, 1, 63 Oros. hist. 5, 15, 3 Cod. Iust. 4, 34, 12. 5, 27, 9, 5 *al.* Corp. VI 9073. IX 5805. *adi. nom. proprii*: Cic. Att. 11, 13, 3 de -bus Fufidianis. 13, 6, 2 Herennianis. *alicuius*: Qvint. decl. 296 p. 170, 16 fratris. Cels. dig. 2, 14, 33 Iulian. dig. 24, 3, 31, 3. 35, 2, 85 *al.* Afric. dig. 12, 1, 41 Gaivs dig. 32, 96. Scaev. dig. 36, 3, 18, 2 pupilli. *al.* Marcell. dig. 9, 2, 36, 1 Pavl. dig. 45, 1, 2, 5 Pavl. Nol. carm. 24, 485 Cod. Iust. 4, 34, 12. *adde* -des Christi, dei, unigeniti, divitum *sim. infra sub 2 b*. *alicui: v. sub iunctis verborum, sub a*: est, fit; *sub b*: adicere, adiungere, dare, facere, instituere (substituere), recipere, relinquere, scribere (ascribere). cum *aliquo*: Itala Gal. 4, 30 *supra l. 25*. *additur res, quae hereditate simul acquiritur*: in: Vlp. dig. 5, 4, 6 pr. in bonis matris. *adde p. 1543, 2 sqq.* *genetivo*: Oros. hist. 3, 12, 19 regni. *adde infra sub 2 a et b*: (re)promissionis, gratiae, spei, aeternorum (bonorum), gloriae, gaudiorum, testamenti, dei *sim.*

2 *sensu latiore de eo, qui bona incorporalia accipit*: a *generatim*: Itala (Hesych. in lev. 23, 39—44 p. 1100[A]) *et* Vvlg. Hebr. 11, 9 *Abraham habitavit* cum Isaac et Iacob -bus repromissionis eiusdem (promissionis Hesych.). Heges. 1, 40, 9 l. 128 ad consortium matrimonii *iunxi*, ut -em gratiae (*adde l. 89*) *Miam Salomen* praestarem, non criminis adiutricem. Vvlg. Sirach 22, 29 ut et in hereditate illius -s *sis* (ἵνα ... συγκληρονομήσῃς). b *speciatim ap.* Eccl. *de hereditate aeternitatis, cuius christiani cum Christo participes fiunt*: Itala (Tert. scorp. 13) *et* Vvlg. Rom. 8, 17 quodsi filii et heredes, heredes quidem dei, -des vero (Vvlg. autem) Christi (Pass. Mar. Iac. 5 p. 52, 14 Ps. Hil. libell. 20 Ambr. epist. 63, 87 Maximin. c. Ambr. 56. Hier. epist. 14, 6, 1 hereditatem expectas saeculi, -s Christi. 53, 8, 10 Didym. spir. 42 adv. Iovin. 1, 48 Rvfin. Orig. in Ios. 2, 3 Avg. civ. 17, 3 p. 200 D. pecc. mer. 1, 18, 23. c. Faust. 12, 42 p. 368, 18 fratres eius [*Christi*] apostoli et omnes -des eius. Zacch. 2, 16 p. 1138[B] Favst. Rei. serm. 12 p. 271, 17. Carm. epigr. 1858, 12 [*saec. VI ineuntis*] pares meritis -desque Christi. Mvtian. Chrysost. hom. 18, 3. *adde p. 1543, 2. 11*). Itala 1 Petr. 3, 7 (Hier. epist. 49, 4, 6) sicut -des multiplicis gratiae (Vvlg. tanquam et -bus gratiae vitae). Min. Fel. 31, 8 sic nos ... fratres vocamus ..., ut consortes fidei, ut spei -des. Tert. resurr. 7 p. 36, 20 ita caro, dum ministra et famula animae deputatur, consors et -s invenitur, si temporalium, cur non et aeternorum? (Avg. civ. 15, 23 p. 110 D.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum suis posteris -des aeternorum bonorum). MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 2 filios et -des esse in ipso Christo (*cf.* EPIPHAN. Hier. epist. 51,5,1 *ut* -des fiant diaboli in regno caelorum). HIL. in psalm. 68, 14 cum -des et concorporales et comparticipes Christo gentes fierent (*ex* ITALA Eph. 3, 6, *cf.* VVLG. *ibid.* HIL. in Matth. 19,10 MVTIAN. Chrysost. hom. 6,2. *v. ad l.* HIER. *ad l.* p. 481[A] scio appositionem coniunctionis eius, per quam dicitur -des et concorporales et comparticipes indecoram facere in Latino sermone sententiam, sed quia ita habetur in Graeco [*sc.* *συγκληρονόμα*] ... magis volumus in compositione structuraque verborum, quam intellegentia periclitari. gentes igitur ... Christo -des sunt, ut hereditas nostra deus sit et -des Christi. *et fusius*). OPTAT. 2, 1 p. 34, 13 Christus vos cum ceteris in societatem regni caelestis invitat et -des sitis hortatur et vos eum in hereditate sibi a patre concessa fraudare laboratis. AMBR. epist. 20, 21 facti sunt -des dei. TYCON. 4 p. 38, 10 esset -s in aeternum. PRVD. perist. 5, 574 -s gloriae cunctis in aevum saeculis (LEO M. serm. 29, 3). PAVL. NOL. carm. 24, 485 ut aeternam tibi conferret altitudinem et ut -s divitum caeli fores, istic amator pauperum. AVG. in psalm. 66, 9 adoptatis in regnum suum -bus unigeniti sui (GREG. TVR. vit. patr. 5 prol. de infimis unigeniti sui faciat -des). in psalm. 88 serm. 1, 98 ipse hereditas testamenti, ipse -s testamenti. serm. 86, 11, 13 cum *Christus* sit patri unicus, voluit habere -des. POMER. 1, 13, 2 gaudiorum caelestium -des.

***iuncturae notabiliores***: **a** *subiectum*: -s (-des): adit (hereditatem): ALF. dig. 28, 5, 45 (44) IVLIAN. dig. 36, 1, 28, 2 POMPON. dig. 29, 2, 36 AFRIC. dig. 12, 1, 41 SCAEV. dig. 36, 2, 27 pr. VLP. dig. 29, 2, 20, 4. 40, 7, 2, 3 *al.* PAVL. dig. 36, 1, 68 (66) pr. *bis al.* agit cum *aliquo*: POMPON. dig. 33, 1, 7 GAIVS dig. 15, 1, 29 pr. MARCELL. dig. 9, 2, 36, 1. VLP. dig. 34, 3, 7, 3 ex testamento. 45, 1, 3, 1 ex stipulatu. MACER dig. 42, 1, 63. aufert: SCAEV. dig. 47, 6, 6 pr. duplum. coire possunt (*sc. in pactione*): POMPON. dig. 11, 2, 1. colludit cum *altero herede*: VLP. dig. 29, 4, 6, 8. componere et transigere cupiebant: PLIN. epist. 5, 1, 7. consequitur: VLP. dig. 10, 2, 20, 8 legatum. discedunt: GAIVS dig. 10, 2, 1 pr. a communione *hereditatis*. dividunt: SCAEV. dig. 45, 1, 122, 3 praedia hereditaria. habent: IVLIAN. dig. 28, 6, 32 hereditarias partes (PAVL. dig. 40, 7, 22, 2). VLP. dig. 5, 4, 1, 3 non plus ... sua parte. 10, 2, 18, 4 familiae herciscundae iudicium cum -bus. obtinet: PAPIN. dig. 28, 6, 41, 6 quadrantem integrum. petit: IVLIAN. dig. 38, 15, 4 pr. bonorum possessionem (*bis*). SCAEV. dig. 10, 2, 39 pr. partem suam *ab herede*. PAPIN. dig. 31, 69 pr. partem hereditatis. possidet: VLP. dig. 5, 4, 1, 3 hereditatem cum extraneo. PAVL. dig. 10, 2, 25, 7. praestat: AFRIC. dig. 35, 2, 87, 8 SCAEV. dig. 10, 2, 39 pr. PAVL. sent. 3, 6, 1 *et* ICTI *saepius*. sunt (*i. q. existunt*): VLP. dig. 5, 4, 1, 4. suscipit: IVLIAN. dig. 38, 2, 20, 6 totius hereditatis onus. VLP. dig. 10, 2, 20, 8 onus aeris alieni. MACER dig. 29, 2, 61 *suae* partis (*ex hereditate*) onus. transigunt: *v. l. 32.* *nomin. praedicative*: est *aliquis* -s: CIC. epist. 13, 46 QVINT. decl. 296 p. 170, 16 GAIVS dig. 10, 2, 1, 1 *bis* SCAEV. dig. 36, 3, 18, 2 PAVL. dig. 10, 2, 36 *ter* ITALA Gal. 4, 30 *p. 1542, 25* OPTAT. 2, 1 p. 34, 13 TYCON. 38, 10 VVLG. Sirach 22, 29. *alicui*: CIC. Verr. 2, 127 *p. 1542, 6* HOR. sat. 2, 5, 54 *p. 1542, 10* SCAEV. dig. 10, 2, 37. 26, 9, 8 pupillo. GAIVS dig. 10, 2, 1, 1 *bis* VLP. dig. 2, 14, 52 pr. 5, 4, 6 pr. HIER. in Eph. 3, 6 p. 481[A]. fit -s: AMBR. epist. 20, 21 (*cf.* fores: PAVL. NOL. carm. 24, 485 *supra l. 17*). *alicui*: HIL. in psalm. 68, 14 AMBR. Abr. 1, 7, 65. **b** *obiectum*: accipere: PLIN. paneg. 38 *p. 1542, 13.* acquirere: *aliquem* -em: HIL. trin. 3, 7 -em sibi plebem acquisiverit *deus*. adicere: GAIVS inst. 2, 243 ei. VENVL. dig. 10, 2, 7 sub condicione. *aliquem alicui* -em: IVLIAN. dig. 28, 6, 32. adiungere: CIC. Cluent. 135 filio -des homines alienissimos. admittere: PAPIN. dig. 28, 6, 41, 4. ascribere *v.* scribere. cogere: GAIVS inst. 2, 220 officio iudicis. convenire (*i. q. accusare*): CIC. Att. 13, 6, 2 PAPIN. dig. 7, 5, 8. dare: POMPON. dig. 33, 1, 7 tibi. AFRIC. dig. 35, 2, 87, 8 pupillo. PAPIN. dig. 28, 6, 41, 5. 6 impuberi filio. 28, 6, 41, 8 *al.* TRYPH. dig. 28, 2, 28, 4 VLP. dig. 39, 4, 6, 8 PAVL. dig. 29, 2, 8, 2. *aliquem* -em: PLIN. nat. 35, 21 Augusto. PLIN. epist. 5, 1, 1. SVET. Cal. 14 testamento ...-em ei. AFRIC. dig. 12, 1, 41 *alicui*. PAPIN. dig. 27, 1, 28, 1 impuberi fratri. 31, 70, 2 *filio*. 34, 9, 16, 1 nepti. 35, 1, 93 filio ... sine ulla condicione. TRYPH. dig. 37, 8, 7 patruo ... nepotem. VLP. dig. 35, 1, 92 filium ... filiis suis. facere: *aliquem* -em: PETRON. 76 me Caesari. PAPIN. dig. 31, 70, 2 pro virili portione filiis suis. GREG. TVR. vit. patr. 5 prol. (fit *aliquis* -s: *v. supra l. 53 sq.*). habere: SEN. contr. 2, 4, 5 QVINT. inst. 5, 14, 16 IVLIAN. dig. 28, 5, 38, 5. 36, 1, 28, 2 VENVL. dig. 10, 2, 7 AFRIC. dig. 12, 1, 41 VLP. dig. 28, 5, 4 pr. *al.* MACER dig. 48, 2, 11, 1 MOD. dig. 10, 3, 17 AVG. serm. 86, 11, 13. *aliquem* -em: IVLIAN. dig. 35, 2, 85 extraneum. VLP. dig. 28, 6, 10, 7 PAVL. dig. 10, 2, 36. 28, 6, 45 pr. instituere: *aliquem* -em: SVET. Claud. 1 filiis. SCAEV. dig. 44, 4, 17, 2 ex dodrante. TRYPH. dig. 28, 2, 28 pr. QVEROL. p. 4, 4 parasitum ... filio. *cf.* substituere: IVLIAN. dig. 28, 6, 32 PAPIN. dig. 31, 75, 1. 35, 2, 11, 7 pupillo. *adde p. 1542, 32.* obligare: IVLIAN. dig. 45, 1, 56, 1 PAPIN. dig. 46, 1, 49, 1. VLP. dig. 17, 1, 14, 1 aut ex stipulatu aut ex empto. praestare *aliquem* -em: *v. p. 1542, 66.* recipere: SCAEV. dig. 32, 38, 8 *alicui* (32, 93, 5). relinquere: *aliquem* -em: APVL. apol. 100 *alicui*. CAES. AREL. testam. 21 *p. 1542, 32.* scribere: GAIVS dig. 34, 5, 7 (8), 2 ex disparibus partibus. *aliquem* -em: SEN. clem. 1, 16, 1 dignum quem -em innocentibus liberis scribere⟨nt⟩. TAC. Agr. 43 testamento ... -em optimae uxori et piissimae filiae Domitianum. *cf.* ascribere: *aliquem* -em: SVET. Vit. 14 *alicui*. PAPIN. dig. 37, 7, 8 fratribus. substituere *v. p. 1543, 79.* tollere: SEN. contr. exc. 6, 3 ut illi -em pater ex ancilla tolleret. *c. duobus accusativis: v. s. verbis* acquirere, adicere, adiungere, dare, facere, habere, instituere (substituere), praestare, relinquere, scribere (ascribere). **c** *genetivus ex nominibus pendens*: -is: adiectio: GAIVS inst. 2, 243 INST. Iust. 2, 20, 36. compendium: VLP. dig. 10, 2, 20, 8 legata ... in compendio -is esse. divisio: HIL. in psalm. 118 heth 5. institutio: VLP. dig. 28, 4, 2 (substitutio: PAPIN. dig. 28, 6, 41, 5 PAVL. dig. 35, 2, 1, 13). obligatio: PAPIN. dig. 46, 1, 49, 1. pars (partes): IVLIAN. dig. 41, 5, 2, 2 AFRIC. dig. 12, 1, 41. 17, 1, 34, 1 PAPIN. dig. 31, 75, 1 *al.* PAVL. dig. 36, 3, 17. portio: POMPON. dig. 10, 2, 42 *al.* PAVL. dig. 35, 2, 1, 14. MOD. dig. 28, 6, 4, 2 in portionem -is *substitui*. repudiatio: VLP. dig. 29, 2, 21, 3. successor: SCAEV. dig. 45, 1, 122, 3. **d** *dativus*: -i (-bus): accrescit: POMPON. dig. 28, 5, 67 (66) pars ... pro hereditariis portionibus. auferre: PAPIN. dig. 31, 76 pr. *partes hereditatis*. est communis: MOD. dig. 10, 2, 30 fundus mihi communis est ⟨et⟩ pupillae -i. existunt: PAVL. dig. 3, 3, 42, 6 uni -i plures heredes. 35, 2, 1, 15 -i meo heres. legare *aliquid*: PAVL. dig. 35, 2, 22 pr. (praelegare: PAPIN. dig. 31, 77, 8 partes). relinquere: PAPIN. dig. 31, 77, 24 fideicommissariam hereditatem. restituere: IVLIAN. dig. 28, 5, 38, 5. 36, 1, 24 (23) hereditatem. GAIVS dig. 34, 5, 7 (8), 1 eam partem hereditatis quae ad eum pervenisset. SCAEV. dig. 35, 1, 109. PAPIN. dig. 34, 1, 8. 35, 2, 14 pr. portionem hereditatis acceptam. 36, 1, 57 (55), 5 pro parte hereditatem. solvere: PAPIN. dig. 35, 2, 14, 1 solida legata. VLP. dig. 13, 7, 11, 4 MOD. dig. 31, 34, 1 (persolvere: CIC. Att. 16, 6, 3. SCAEV. dig. 31, 89, 4 debitum). substituere (*sc. in heredis loco*): IVLIAN. dig. 28, 6, 27. 35, 2, 87, 5. 8 *al.* PAPIN. dig. 28, 6, 41 pr. VLP. dig. 29, 2, 21, 3. MARCIAN. dig. 38, 16, 9 alia causa est instituti heredis et -i substituti. **e** *iuncturae praepositionum*: **ab** -e: AFRIC. dig. 12, 6, 38 pr. *aliquid* iudicio eum familiae herciscundae reciperaturum. *cf.* GAIVS dig. 32, 96 partem ... ex fideicommisso recipit (PAVL. dig. 10, 2, 25, 13 familiae herciscundae iudicio). 35, 2, 74 legatorum nomine ... accepit (PAPIN. dig. 7, 5, 8. 34, 9, 15 codicillis. 36, 1, 60[58], 3 VLP. dig. 36, 1, 19 [18], 3. 40, 7, 2, 3 libertatem [PAVL. dig. 29, 2, 58] MARCIAN. dig. 35, 2, 91 *bis*. 40, 5, 51, 11). PAVL. dig. 35, 2, 22 legatorum nomine percipitur. SCAEV. dig. 31, 89, 6 partem *hereditatis* ... petere (*bis*. 36, 2, 27 pr. pro hereditaria parte fidei commissum. VLP. dig. 5, 4, 1, 3 [*bis*] hereditatem. 5, 4, 1, 4. 36, 1, 11 pr. legatum. PAVL. dig. 5, 4, 9 partem dimidiam hereditatis). *cf.* 10, 2, 39, 2 repetere (PAVL. dig. 10, 2, 44, 5). PAVL. dig. 10, 2, 25, 19 habere petitionem a -e in familiae herciscundae iudicio (45, 1, 2, 2 repetitionem habebit). SCAEV. dig. 44, 4, 17, 2 emit portionem *hereditatis heres alter* (VLP. dig. 17, 1, 14, 1 hereditatem). **ad** -em: SCAEV. dig. 31, 88, 3 pars hereditatis ... pertinuit (36, 1, 79 [77], 1 fideicommissum. PAPIN. dig. 5, 4, 10 portio. 31, 75, 1. 34, 4, 23 diviso patrimonio res indivisas ad omnes -des pertinere. VLP. dig. 5, 3, 25, 15. 31, 61, 1 portionem ... sine onere). SCAEV. dig. 42, 1, 44 bona defuncti ... pervenerunt (PAVL. dig. 35, 2, 1, 13). cum -e: CIC. epist. 7, 2, 1 confecissem. MARCELL. dig. 46, 1, 24 agere (*bis*. SCAEV. dig. 45, 1, 135, 3 ex stipulatu. MACER dig. 42, 1, 63. *cf.* PAPIN. dig. 31, 77, 8 actio erit). SCAEV. dig. 44, 4, 17, 3 si cum -bus tuis parem rationem feceris. VLP. dig. 10, 2, 18, 5 iudicium *habere v. p. 1542, 20.* inter -des (*v. p. 1542, 16*): PAPIN. dig. 10, 2, 34 *aestimari*. 21, 2, 66 divisione ... facta (PAVL. dig. 37, 14, 24 NOVELL. Iust. 112, 1). *cf.* PAVL. dig. 10, 2, 41 de dividenda hereditate inter se et -em (37, 14, 24 sent. 1, 18, 3). PAVL. dig. 10, 2, 44 pr. inter -des etiam communi dividendo agi potest. VAL. CEM. hom. 20, 5 nutriuntur ... odia.

*iuxta ponuntur: ii, qui una -des fiunt*: PLIN. epist. 7, 6, 8 libertos eius, eosdemque -des suos (CORP. VI 12952 cum coll⟨ibertis et⟩ coheredi⟨bus⟩. XIII 2296 coeredes eius et liber⟨tae⟩). POMPON. dig. 29, 2, 36 filius vel servus -des (PAPIN. dig. 50, 4, 15. CORP. III 14216[11] uxor et ... fil(ius) cohered(es). IX 3438. 5805). SCAEV. dig. 26, 9, 8 tutor, qui et -s pupillo erat (PAPIN. dig. 27, 1, 28, 1). 31, 89, 4 fratribus et -bus (45, 1, 135, 3 PAPIN. dig. 26, 7, 39, 17. 39, 6, 42, 1 *al.* frg. Vat. 296 VLP. dig. 40, 5, 30, 6 MOD. dig. 31, 34, 1 COD. Iust. 6, 20, 7 [*a. 246*] CORP. III 7502. VII 429). SCAEV. dig. 32, 41, 2 -i (-des *F*) uxori (*cf. l. 68. adde* CORP. XII 2240 *coniunx* et -s). PAPIN. dig. 31, 77, 24 sorori -i. MOD. dig. 10, 2, 30 pupillae -i. 26, 7, 32, 6 -s et curator sororis suae. INSCR. Revue archéol. 4 sér. X (1907) p. 467 amici et -des. *ex epithetis nota*: impubes: PAPIN. dig. 26, 7, 39, 17 MARCIAN. dig. 40, 5, 51, 11. semissarius: FLOR. dig. 30, 116, 1.

*synonyma*: consors (MIN. FEL. 31, 8 TERT. resurr. 7 p. 36, 20), comparticeps (HIL. in psalm. 68, 14). *opposita*: heres *saepius*, extraneus (PAVL. dig. 35, 2, 22 pr. FLOR. dig. 30, 116, 1), legatarius (GAIVS dig. 35, 2, 76 pr.).

*deriv.*: cohereditas. *cf.* cohereditare. *Mbr.*

**cohibentia**, -ae *f.* *a* cohibere. *i. q. damnatio, poena*: DON. Ter.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Hec. 552 duobus modis feruntur peccata, vel ignoscendo vel -a. *speciatim in sacramento confessionis christianorum*: FACVND. defens. 7, 3 p. 687A Timotheum . . . ab ipso papa Damaso sine -a haeresis simpliciter esse susceptum. invenient etiam Pelagium haeresiarcham . . . per eandem ignorantiam absolutum *eqs.* 8, 7 p. 738C quibus ita constitutis atque firmatis, quod nuper a quibusdam condemnatus est *Theodorus*, -ae quam praebent Eutychianis et abominandae praesumptioni debet ascribi. [*confunditur cum* coniventia (*cf. vol. IV p. 319,82 sqq.*): GLOSS. perhibitio. ῥᾳθυμία, συνοχή. conclusio. consensio (*perperam, ad* coniventia *referenda*). PS. AVG. serm. 55, 1 quae tandem vivendi ratio erit, quaeve iustitia erit, ut solutior lenitas -am praebeat peccatori (*dubium esse non potest, quin legendum sit* coniventia, *i.q. clementia*) aut immoderata severitas a lapsu non revocet delinquentem.]

**cohibeo**, -uī, -itum, -ēre [*a* co- *et* habere. *Th.*]. *in libris saepe legitur* coibeo; conhib- *v. l. 26.* PAVL. FEST. p. 39 'cohum' lorum, quo temo buris cum iugo colligatur, a -endo dictum. p. 65 'compescere lucum' est lucum suis finibus -ere (*cf. p. 1548, 47*). p. 109 inhibere iniungere, sed melius -ere. p. 334 latebras autem eas, quibus arcuerit senem, id est -uerit. NON. p. 310 (*ad Cic. off. 3, 73*) fatigare -ere comprimere (*cf. p. 1548, 48*). SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 14 -ent constringunt, unde -ere dicitur gallina i. e. confovere. GLOSS. ἐπέχω. συνέχω. -et: continet vel retinet. compescit. continet. -etur: cohortatur (coartatur *coni. Hildebrand*). NOT. Tir. 7, 57. *invenitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem.* [*loc. dub.*: APVL. met. 5, 6 cogentia *vel* coientia *F*, conhibentia *id. in marg.*, cohibentia *L*. SVLP. VICT. rhet. 39 utrum addiderit nomen an -uerit (*sic Halm*, prohibuerit *B*).]

**I** *i.q.* ***continere, circumcludere***: **A** *res*: PACVV. trag. 250 nec ulla subscus -et compagem alvei. LVCR. 1, 515 si non quod -et, solidum constare relinquas. 1, 517 quod inane queat rerum -ere. 1, 536 quo quaeque magis -et res intus inane (APVL. apol. 50 enimvero si perniciosa illa dulcedo intus -ita . . . venis omnibus pervasit). 2, 678 multarum semina rerum corpore celare et varias -ere figuras. 2, 1031 quaeque in se -ent palantia sidera passim (3, 574 si -ere in se animam atque in eos poterit concludere motus. CIC. fat. 19 interest inter causas fortuito antegressas et inter causas -entes in se efficientiam naturalem). LVCR. 3, 441 cum -ere nequit conquassatum ex aliqua re. 3, 443 aere qui credas posse hanc -erier ullo? 6, 107. CIC. nat. deor. 2, 35 quod omnis naturas ipsa -et et continet. Cato 51 semen terra . . . -et (AMBR. parad. 10, 48). HOR. sat. 2, 4, 14 marem -ent callosa *ova* vitellum. SEN. Thy. 569 ferreis portas -ere claustris. SIL. 12, 357 *insula* terras enormis -et. 14, 66 *Aetna* iugo -et . . . vicinam flammis glaciem (3, 480). 16, 207 quos -bat ebur vaginae sectilis enses. TAC. ann. 12, 31 cuncta castris Avonam inter et Sabrinam fluvios -ere parat. APVL. met. 4, 6. 11, 2 terrae claustra. SOL. 35, 8 fuliginem *pomi* intrinsecus favillaciam ambitio tantum extimae cutis -et. 37, 14 aëtites . . . alterum lapidem intrinsecus -ens. AVSON. 34, 10 scripsit plurima quae -et . . . qui sua non edit carmina. 93, 9 haec -et finis vivacia fata animantum. CYPR. GALL. lev. 129 duas uno germanas -ere sinu res absona iuri est. Ios. 301 quae (*farra*) veteres lasso -bant tegmine sacci. PAVL. MED. bened. 1, 4 aqua, quae vase non -etur. SIDON. epist. 4, 3, 3 haec principalis facundia computabatur, cui paucis multa -enti curae fuit causam potius implere quam paginam. *nota i. q. constringere, coartare, firmare*: PLIN. nat. 27, 76 folia in vino trita virginum mammas -ent. APVL. met. 11, 13 cervix procera -etur (*i. brevis redditur*). CYPR. GALL. exod. 1106 lintea . . . in laxos -ere sinus.

**B** *homines*: LVCR. 6, 815 quos opere in tali -et vis magna necessis? LIV. 5, 8, 8 nec Veientem satis -ere intra munitiones . . . poterant (CVRT. 10, 3, 6 Macedonibus intra castra -itis. FRONTIN. aq. 94 alterum ad -endos intra modum impetrati beneficii privatos. TAC. ann. 3, 33 coniuge -ita intra Italiam. GELL. 13, 29, 4 multorum hominum appellatio intra modicum quoque numerum -eri atque includi potest. LACT. inst. 6, 23, 13 quisquis affectus illos frenare non potest, -eat eos intra praescriptum legitimi tori. HIL. trin. 1, 33 quia desperatissimos homines ne ipsa quidem resurrectionis gloria intra religionis intellegentiam edoctos -uit. 3, 26 cum naturae dominum non intra naturales leges -eamus. in psalm. 54, 6 difficillimum . . . hominis infirmitati est, intra se ipsum perturbationes mentis commotionesque -ere. SVLP. SEV. Mart. 1, 1 libellum . . . intra domesticos parietes -ere decreveram). LIV. 22, 2, 4 Magonem . . . cogere agmen, maxime Gallos . . . -entem. LVCAN. 1, 398 castraque, quae . . . pugnaces pictis -bant Lingones armis. AVIEN. orb. terr. 9, 5 Dercebios aliud -et latus. AMM. 16, 12, 38 concito equo eos velut repagulum quoddam -uit. 31, 7, 5 vulgus multitudine digesta plaustrorum tamquam intramuranis -itum spatiis. HIER. epist. 77, 8 Massagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra -ent.

**C** *corporis partes*: CIC. Cael. 11 annus erat unus ad -endum bracchium toga constitutus. HOR. carm. 3, 14, 22 murreum nodo -ere crinem (SEN. Herc. O. 1546 comas nullo -ente nodo. NEMES. cyn. 93 implicitos -e diademate crines). OV. epist. 9, 59 fortes auro -ere lacertos. SEN. Phaedr. 321 crura distincto religavit auro, luteo plantas -ente socco. 756 mitra -ens cornigerum caput (Oed. 413 te caput Tyria -ere mitra). STAT. Ach. 1, 330 picturato -ens vestigia limbo. LVCAN. 9, 926 designat membra saliva, quae -et virus retinetque in volnere pestem. PLIN. nat. 27, 76 virginum mammas, *v. p. 1545, 55.* APVL. met. 11, 13 *cervicem, v. p. 1545, 56.* HIER. epist. 1, 3, 3 manus post tergum vincula -rent.

**II** *i. q.* ***retinere, impedire, prohibere***: **A** *aliquem, aliquid*: **1** *res*: **a** *actiones animantium*: AFRAN. com. 278 remeligo a Laribus missa sum hunc quae cursum -eam (*cf.* SIL. 15, 742 -ete fugam. STAT. Theb. 10, 393 -ete gradum. APVL. flor. 21 p. 100 honoris eius gratia -ent cursum, relevant gradum, retardant equum. *inde per prosopopoeian*: APVL. met. 11, 25 stellarum noxios meatus -es. AVSON. 333, 16 legitimum Phoebi -ens per signa meatum. AMM. 22, 15, 7 velocitate *Nili* -ita). LIV. 6, 31, 4 ut civilia certamina terror externus -ret (31, 48, 7 Gallicos tumultus. SIL. 1, 116 Martem). VAL. MAX. 5, 1, 4 fletum (SEN. Ag. 659 lacrimas. PLIN. nat. 36, 29 ploratum infantis. PLIN. epist. 3, 16, 5 cum diu -itae lacrimae vincerent. CYPR. GALL. gen. 1393 nec gemitus -ere valet nec sistere fletus [*cf. infra l. 53 et 66*]. CORP. VIII 9048 lacrimas). VAL. FL. 4, 359 suspiria. SIL. 4, 377 vagitum. TAC. ann. 13, 28 -ita artius aedilium potestas. 13, 43 eam orationem Caesar -uit (*cf.* APVL. flor. 17 p. 78 vox -ita. ARNOB. nat. 2, 25 -ere et continere latratum [*de cane. cf. etiam p. 1548, 50*]. SYMM. epist. 1, 99 -o operam plus loquendi. VVLG. Iob 29, 10 vocem suam -bant duces. prov. 25, 28 qui non potest in loquendo -ere spiritum suum. RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 1, 4 bona verba mea -o et reprimo. apol. adv. Hier. 2, 21 -e hanc vocem. ZACCH. 1, 5 sententiam tuam pari liceat sermone -eri. MACR. somn. 2, 17, 15 -ita disputatione). PLIN. paneg. 4 actiones. SVET. gramm. 30 -ente lictore nimias laudantium voces. APVL. met. 3, 10 paulisper -itus risus. VLP. frg. Vat. 158 -etur facultas potioris nominandi intra certos fines (*cf. p. 1545, 59 et 1547, 27*). TRYPH. dig. 23, 2, 67, 3 ratio tutelae reddendae. IVST. 21, 4, 5 contenti itaque -uisse decreto modum nuptiarum sumptibus statuunt. AVG. civ. 5, 26 -eant suas nugas. *his adde metonymice*: HOR. carm. 1, 1, 33 si neque tibias Euterpe -et nec Polyhymnia Lesboum refugit tendere barbiton. CVRT. 7, 4, 35 tela. TAC. ann. 3, 44 viros, qui cruentas epistulas armis -rent. 5, 3 litterae, quas pridem allatas et -itas ab Augusta credidit vulgus. **b** *res corporeas et naturae*: AETNA 221 quae res incendia pascit; cur subito -entur. OV. met. 14, 224 Aeolon . . . -entem carcere ventos (15, 346 sive leves imis venti -entur in antris). MANIL. 1, 683 fascia . . ., quae -et vario labentia sidera cursu. SEN. nat. 6, 18, 3 vis tanta *terrae motus*. CVRT. 8, 9, 12 *aquilo* -itus iugis montium. PLIN. nat. 2, 113 spiritum nube -itum. 32, 60 opacitas -et incrementum. AVIEN. orb. terr. 1172 invectumque sibi -ens . . . amnem stat disclusa palus. AMM. 15, 10, 4 pleraque vehicula vastis funibus illigata pone -ente virorum vel boum nisu valido. **c** *morbos, sim.*: CELS. 6, 6, 1 pituitae impetum. 7, 27 medicamenta, quae ad -endos purgandosque cancros proposuimus. 8, 4 sanguis . . . spongia . . . -endus est (PLIN. nat. 22, 147 vulnerum sanguinem. 23, 69 sanguinis profluvium. 27, 28. 93 abundantiam sanguinis). CELS. 8, 4 inspergenda squama aeris est, ut id (*sc. carnem excrescentem*) reprimat et -eat. PLIN. nat. 20, 161 urinae incontinentiam (28, 215. *cf.* 28, 62 urinae profluvia. 30, 138 urina infantium). 20, 189 vomitiones. 20, 196 singultus (23, 54. 32, 31). 20, 248 stomachi dissolutiones. 21, 147 vulnera. 21, 163 oculorum epiphoras. 22, 36 ulcera, quae serpant. 22, 155 papulas pruritusque. 23, 35 stomachi et intestinorum rheumatismos. 23, 41 alvum (29, 49). 23, 80 sudores (23, 161). 23, 111 carnes excrescentes. 23, 157 uvam. 25, 153 epiphoras aestivas oculorumque dolores sedandos. 26, 48 capillum fluentem (27, 138. *cf.* 24, 6 capillum). 26, 81 enterocelas (26, 134). 26, 144 quas vocant nomas. 27, 114 rheumatismos. 28, 215 testium tumor. 28, 243 ulcera, quae . . . serpant. 29, 39 oculis epiphoras. 32, 70 in palpebris pilos inutiles evolsos. 35, 196 papulas. 35, 195 parotidas. STAT. Ach. 2, 162 lues. SER. SAMM. 156 hoc *malum* matutina poteris -ere saliva. 683 ramicis immensum fertur -ere tumorem far. 779 aut si corruptus persederit altius umor, trita cupressus ibi Baccho iungetur acerbo, panibus et teneris, -bitque addita questus (*cf. infra l. 72*). PLAC. med. 1, 5 ventris solutionem. 4, 12 aurium dolores (sedat *cod. Montecas.*). CAEL. AVR. acut. 1, 1, 25 imminentem passionem. chron. 4, 3, 43. 5, 11, 132. **d** *corporis partes*: SEN. Med. 63 Martis sanguineas quae -et manus (STAT. Theb. 6, 815 -entque manus. GELL. 1, 25, 9 quod eo tempore non pugnetur et manus -eantur. 17, 8, 8 -eamus manus). Tro. 517 -e parumper ora questusque opprime. IVV. 5, 71 dextram -ere memento. HIER. epist. 130, 19 pedem domi (OROS. hist. 5, 5, 15 -ere pedem atque offirmare animum).

**2** *animantes*: **a** *generatim homines*: PLAVT. Merc. 64 adeo arte -itum se esse a patre. BELL. Afr. 98, 2 tempestatibus in portibus -batur. VERG. Aen. 3, 424 Scyllam caecis -et spelunca latebris. 9, 735 nec muris -et patriis media Ardea Turnum. HOR. carm. 1, 28, 2 te . . . -ent . . . pulveris . . . parva . . . munera. 2, 20, 8 nec Stygia -bor unda. 3, 4, 80 trecentae Pirithoum -ent catenae (*cf.* CVRT. 6, 2, 11 qui a Dareo capitali supplicio destinatus -batur in vinculis). epist. 2, 1, 255 claustraque custodem pacis -entia Ianum. LIV. 24, 36, 2 ea pugna deficientes ab Romanis cum -uisset Siculos. OV. trist. 4, 4, 55 frigida me -ent Euxini litora Ponti. SIL. 9, 138 furentem Varronem.



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Tac. ann. 11, 25 ipse -uit consulem. Ivv. 6, 365[31] pone seram, -e *mulierem* (= 6, 347, *ubi* prohibe). Apvl. met. 6, 21 per altissimam cubiculi, quo -batur, elapsus fenestram. 9, 1 clausum -eri. 9, 17 uxorem ... mira custodela munitam domi suae quam cautissime -bat. 9, 19 erilis cum comminatio domi -ret. flor. 18 p. 86 ipsis illecebris deterreor et stimulis refrenor et incitamentis -or. Socr. 11 p. 145 -endo Achilli. Avson. 206, 12 dum Constantini fratres opulenta Tolosa exilii specie sepositos -et. 429, 2 interea vigilum excubiis -entur Achivi. Amm. 25, 4, 10 nostros cedentes obiecto pectore suo aliquotiens -uit solus. Avg. civ. 20, 7 ab eis autem gentibus seducendis huius interdicti vinculo et claustro diabolus prohibetur atque -etur (*cf. p. 1545, 41*). Svlp. Sev. dial. 2, 1, 2 Martinum ... sua solitudo -bat. *subauditur obiectum*: Paneg. 8, 5 in commemorandis eiusdem malis et meus dolor et tuarum aurium consuetudo -bit.

**b** se cohibere: *α i. q. cupiditates suas vel sim. -ere*: Ter. Haut. 919 non tu te es? Cic. Tusc. 4, 41 animus perturbatus et incitatus nec -ere se potest. Svlp. Rvf. Cic. epist. 4, 5, 4 visne tu te, Servi, -ere. Plin. nat. 34, 166 Calvus orator -uisse se traditur. Sil. 7, 151 inventum, dum se -et terimurque sedendo, vincendi genus. Plin. epist. 9, 26, 8 Demosthenes ipse, ille norma oratoris et regula, num se -et et comprimit? Gell. 4, 9, 3 religiosus pro casto atque observanti -entique sese certis legibus finibusque dici coeptus. Paneg. 9, 1 -ere me silentio nequeo. Vvlg. gen. 45, 1 non se poterat ultra -ere Ioseph. *inde de rebus*: Sil. 2, 279 neque ... -ere minantum irae se valuere. Cod. Theod. 11, 30, 49 (*a. 389*) si ... summa se -et. Sidon. epist. 9, 9, 3 si diutius laetitia sese mea -uerit. *β* se *alicubi* -ere: Plavt. Mil. 596 -ete intra limen etiam vos parumper. Lvcil. 848 -et domi maestus se Albinus. Sil. 16, 219 tu te Ausonia -ere memento. Apvl. met. 4, 19 obdito cellae pessulo pavens et trepidus sese -ret. apol. 88 -bo me in tam prolixo loco. Svlp. Sev. dial. 2, 12, 2 in quo *agello* se ante complures annos pudica *virgo* -uerat.

**c** *animos, cupiditates sim.*: Cic. Marcell. 8 iracundiam (Verg. Aen. 12, 314 iras. Evstath. Bas. hex. 2, 5 p. 885[A] iracundiam). Phil. 3, 5 furentes impetus crudelissimosque conatus (14, 26 impetum. rep. 1, 9 insanos atque indomitos impetus volgi. Sen. nat. 6, 7, 1 Sarmaticos impetus. Plin. nat. 32, 52 canum impetus. Amm. 19, 11, 17 impetus regis Persarum. 24, 2, 10 telorum impetus). Cic. Phil. 5, 37 furorem (Sil. 11, 98. Drac. Romul. 8, 199 furorem. 10, 573 diros -ete furores. *cf.* Apvl. met. 9, 9 equorum rabies). off. 2, 18 motus animi turbatos, quos Graeci *πάθη* nominant. ac. 1, 45 temeritatem (Tert. scorp. 7). Carm. de bell. Aeg. 15 animos (Sen. clem. 1, 12, 4. Avg. civ. 5, 12 animos inquietos). Prop. 2, 25, 30 in tacito -e gaudia clausa sinu. Liv. 30, 30, 23 efferentem se fortunam. Manil. 4, 201 magna naturae munera (*de vitiis*). Colvm. 7, 6, 7 lascivia. 8, 2, 15 feri mores. Plin. nat. 8, 188 ferocia (Plin. paneg. 14 ferociam superbiamque). 14, 58 intemperantia. 20, 195 sitim. 25, 72 asperitatem *iumentorum discordantium*. 28, 262 virorum venus (32, 34 venerem). Mart. 8, 70, 2 -et vires ingeniumque pudor. Tac. ann. 3, 11 sensus suos. 3, 56 pravas aliorum spes. 6, 16 faenebre malum (Avg. civ. 11, 23 mala). 15, 21 laus falsa et precibus expressa perinde -eatur quam malitia, quam crudelitas. Plin. paneg. 79 affectus nostros. Gell. 4, 9, 14 ipsae virtutum amplitudines nullis finibus -entur. Apvl. met. 3, 10 paulisper -itus risus. 9, 39 insolentiam. Tert. adv. Marc. 2, 18 p. 359, 15 violentiam. Min. Fel. 38, 7 -eatur superstitio (Lact. inst. 5, 2, 7 p. 405, 4 -ita impia et anili superstitione). Avr. Vict. Caes. 19, 3 cupidinem. 33, 12 libidinem (Avg. civ. 14, 2. 16. 19 carnis libidines. contin. 3, 6. gen. ad litt. 12, 15 p. 401, 1 naturalem carnis motum). Amm. 25, 4, 8 vitia (Avg. civ. 2, 18. 5, 13. 14, 19). Heges. 1, 41, 9 effera vis animi. Anth. 405, 12 mens tecum est, nulla quae -etur humo. Avg. civ. 1, 31 luxuria (*cf.* Macr. sat. 3, 17, 14 sumptum). 2, 6 avaritia. 2, 9 poetica licentia. 3, 28 furibunda ... licentia iugulandi. 22, 22 parvulorum vanitates. Svlp. Sev. dial. 3, 15, 3 infelicis amentiam per mitia verba. Cod. Theod. 15, 2, 6 (*a. 395*) avidae cupiditatis frena. Drac. laud. dei 1, 547 ultio vitalis -etur limite mortis.

**d** *bestias*: Hor. carm. 4, 6, 34 Deliae tutela deae, fugaces lyncas et cervos -entis arcu. Plin. nat. 28, 24 si quis dicat 'duo', *scorpionem* -eri nec vibrare ictus.

**B** *additur*: **1 ab** *aliqua re aliquem vel aliquid*: Plavt. Trin. 1019 qui ab alieno facile -rent manus. Cic. Verr. 5, 101 eisne rebus manus afferre non dubitasti, a quibus etiam oculos -ere te religionum iura cogebant? Manil. 66 a pecuniis sociorum, ... ab eorum coniugibus ac liberis ... ab ornamentis fanorum atque oppidorum, ... ab auro gazaque regia manus, oculos, animum -ere. Mil. 76 a liberis ... et a coniugibus vestris numquam ille effrenatas suas libidines -uisset. nat. deor. 1, 1 a rebus incertis assensionem. ac. 2, 68. 94 etiam a certis et illustrioribus -es assensum. Bell. Afr. 3, 1 -et omnes a praeda. Liv. 22, 3, 9 ab effusa praedandi licentia hostem -endum. 38, 14, 5 -ret a populatione agri militem. Val. Max. 5, 1 ext. 2 et animum et vocem ab ira -uit. Apvl. met. 9, 25 vix eum ab impetu furioso -uissem. 9, 33 ob id ab itinere directo -itus. Itala psalm. 33, 14 (Cypr. testim. 3, 13) -e linguam tuam a malo (-e *A*, contine *W L M B v.* *παῦσον*, Vvlg. prohibe). Arnob. nat. 1, 6 *feritatis rabies* hostiles manus -ere a sanguine cognati animantis occepit. Lact. inst. 1, 4, 4 p. 12, 8 cum ceteros ab omni fraude -rent. Vvlg. num. 17, 5 et -bo a me querimonias filiorum Israel. II reg. 24, 25 et -ita est plaga ab Israel. Rvfin. Adamant. 1, 15 alius metu -etur a caede. Avg. civ. 1, 30 vos ab hac impudentia. 15, 7 eam ab illicitis operibus. 15, 20 a generando se. 19, 16 -ere a peccato (*deest obiectum*) vel punire peccatum. Zacch. 3, 2 linguam ... ab obtrectatione ... -ere. Evstath. Bas. hex. 6, 7 p. 929[B] -ere manus proprias a facinore. Nicet. spir. 18 p. 35, 4 quis me poterit ab eius religione -ere? **2** *seq.* ne, ut, quominus: Liv. 38, 29, 8 hae fundae Samaeos -uerunt, ne tam crebro neve tam audacter erumperent. Val. Max. 8, 3 pr. *feminas* condicio naturae et verecundia stolae, ut in foro et iudiciis tacerent, -ere non valuit. Tac. ann. 2, 10 quominus pugnam consererent, ne flumine quidem interiecto -bantur. 2, 24 *Germanicum* vix -uere amici quominus eodem mari oppeteret. Treb. trig. tyr. 30, 21 *Zenobia* Latini sermonis non usque quaque gnara, sed ut loqueretur pudore -ito. Symm. epist. 4, 23, 1 observatio me ... -bat, ne litteras primus emitterem. Cassiod. in psalm. 31, 13 ergo haec duo animalia supradicta -ent ista retinacula, ut ad arbitrium iubentis incedant, ne suis voluntatibus efferantur. Drac. Orest. 859 imago ciborum, quos nec ut attingat, furia -ente vetatur. **3** *seq. infinitivus*: Calp. ecl. 4, 20 iam puerum calamos et odorae vincula cerae iungere non -es. Plin. nat. 20, 147 eadem vi resistere et generationi creditur -endo genitalia densari. Dict. 3, 4 ni ... Hector nostrosque ulterius progredi ac suos fugere -uisset. Cael. Avr. chron. 2, 14, 218 ulcerationes ... in cicatricem venire -eant.

**III** *significationes singulares*: **A** *i. q. castigare, punire*: Liv. 23, 15, 10 aut poena -endus ... aut beneficio conciliandus. Phaedr. app. 6, 13 delicta vindicate, -ete impios. Plin. nat. 17, 173 ni -eatur castigatione tali. Tac. hist. 3, 69 militem. ann. 1, 56 Marsos congredi ausos prospero proelio -uit. Apvl. met. 5, 30 quibus modis stelionem istum -eam? Arnob. nat. 6, 26 ad peccata -enda. Priscill. tract. 10, 135 id quod erat carnis disciplinae lege -ret. Rvfin. Orig. in Ios. 7, 6 non saltem voce -es et correptionis clamore deterres? Avg. civ. 19, 20 -et temperanter. Svlp. Sev dial. 1, 22, 4 *in ludo verborum*: ut, quem non -uerat fides, catena -ret. Cod. Iust. 1, 54, 6, 1 proconsularem vero potestatem, si multandi necessitas imminebit, senarum unciarum auri summa -bit. Act. Petr. 15 continuo autem ommutescens et -itus exivit a Roma usque sabbato et in stabulum manebat.

**B** *de bestiis i. q. domare* (*cf. p. 1547, 65*): Stat. Theb. 6, 443 dum non -ente magistro spargitur in gyros dexterque exerrat Arion. Apvl. met. 4, 3 canibus iam aegre -itis.

**C** *t. t. mathematicorum*: Frontin. grom. p. 47, 11 -itis angulis.

*iuxta posita et synonyma*: astringere: Cod. Theod. 3, 8, 23 (*a. 382*). celare: Lvcr. 2, 678. coercere: Gell. 12, 5, 3. comparare: Liv. 9, 29, 5. compescere: Colvm. 7, 7 Pavl. Fest. p. 65 Avg. civ. 14, 19. comprimere: Plin. epist. 9, 26, 8 paneg. 4 Apvl. met. 11, 2. concludere: Lvcr. 3, 574. constringere: Avg. gen. ad litt. 8 p. 479, 23. continere: Cic. nat. deor. 2, 35 ac. 1, 45 Arnob. nat. 2, 25 Avg. civ. 14, 2. deterrere: Apvl. flor. 18 p. 86 Rvfin. Orig. in Ios. 7, 6. frenare: Manil. 4, 201 Avg. civ. 20, 7 contin. 3, 6 Lact. inst. 6, 23, 13 p. 566, 18 Evstath. Bas. hex. 2, 5 p. 885[A]. includere: Gell. 13, 29, 4. moderari: Paneg. 11, 28. multare: Cod. Iust. 1, 54, 6, 1. opprimere: Sen. Tro. 517. premere: Tac. ann. 3, 11 Svlp. Sev. Mart. 1, 1 Avg. civ. 1, 31. prohibere: Plin. nat. 21, 147 Avg. civ. 20, 7 Svlp. Vict. rhet. 39, *cf. p. 1547, 2. 82.* refrenare: Apvl. flor. 18 p. 86 Avg. civ. 14, 19 gen. ad litt. 12, 15 p. 401, 1. religare: Sen. Phaedr. 321 Oed. 413. reprimere: Cels. 8, 4 Rvfin. Orig. in psalm. 38 hom. 1, 4. repugnare: Avg. civ. 14, 19. retardare: Apvl. flor. 21 p. 100. retinere: Lvcan. 9, 926. sedare: Plac. med. 4, 12. sistere: Cypr. Gall. gen. 1393. spissare: Plin. nat. 27, 93. temperare: Evstath. Bas. hex. 2, 5 p. 885[A]. vincere: Cic. Marcell. 8.

*part. perf. pass. adi.* **cohibitus**, -a, -um. *compar. l. 66.* Gell. 7, 14, 17 genus dicendi magnificum in Vlyxe et uber est; subtile in Menelao et -um. Avson. 419, 64 cuius umquam egressus auspicatior fuit aut incessus modestior aut habitudo -ior?

*deriv.*: cohibentia, cohibilis, cohibitio.

gubernator quasi (**cohibernātor**) Isid. orig. 19, 1, 4.

**cohibilis**, -e *a* cohibere. Gloss. facilis. *εὐχερής*. bonus cohabitator. conducibilis. Gell. 16, 19, 1 celeri admodum et -i oratione ... fabulam scripsit Herodotus super ... Arione.

*adv.* **cohibiliter**: Apvl. apol. 36 praesertim cum ordinatius et -ius eadem graece et latine adnitar conscribere (*cf.* Gloss. V 180, 22 -ius: constabilius). Socr. 111 eandem istam fabulam in pauca cogamus, quantum fieri potest -r.

**cohibitio**, -ōnis *f. a* cohibere. **1** *i. q. moderatio libidinum*: Lact. ira 18, 3 irae suae -o. 18, 12 sui -o. Avg. gen. ad litt. 11, 7, 9 ratio ... docet ... bonam esse *naturam*, quae habet in potestate illicitam delectationem ... ita cohibere, ut ... de ipsius pravae delectationis -e laetetur. conf. 12, 17, 25 ante -em quasi fluentis immoderationis. Leo M. serm. 93, 3 p. 457 praestabitur nobis a ... deo ... -o cupiditatum. **2** *i. q. poena*: Tert. pudic. 5 quale delictum iam intellege, cuius (*sc. moechiae*) -em post idololatriam ordinavit. **3** *i. q. actus vetandi*: Tert. monog. 5 re-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pudii -o. 4 *i. q. actus reprimendi*: TERT. fug. 2 aut ex causa -is. *Lambertz.*

**cohibolus** *v.* conivolus *vol. IV p. 338, 15.*

**cohibum** *v.* conivum *vol. IV p. 341, 39.*

**cohomicīda,** -ae *m. a* co- *et* homicida. *i. q. socius in homicidio*: LVCIF. Athan. 2, 24 p. 193, 2 ethnicus aequitatis viam inter beatum Paulum et -as tuos Iudaeos (*sc. Christi interfectores*) tenuit.

**cohonesto,** -āvī, -ātum, -āre *a* co- *et* honestare. *forma contracta* cōnestare ACC. *l. 38; scribitur* quohonestare *fort. infra l. 29.* **1** *proprie idem q. honestare, decorare, ornare, efferre:* **a** *aliquem, aliquid: rem*: CIC. Quinct. 50 ad exequias -andas. LIV. 38, 47, 3 consilium dispensandae -andaeque (honestandaeque *var. lect.*) victoriae. APVL. Plat. 2, 23 etsi ante actae vitae ornamenta -ant *mortem*. DECRET. decur. Puteol. Marcian. (Corp. X 1784, 2; *a. 187*) 13 ad memoriam puellae ipsius -andam. SYMM. epist. 8, 72 (71) quaeso, ut praesentia tua festa nostra -et. POMP. gramm. V 308, 15 *periphrasis* fit aut -andae alicuius rei aut vitandae turpissimae (*syn.* 308, 17 honestam facere. 308, 28 honestat). *adde passive*: HEGES. 5, 15 l. 72 dignitate dominantium -antur obsequia servorum. *hominem*: CIC. epist. 13, 11, 3. SEN. benef. 3, 28, 1 quare potius persona rem minuat, quam personam res ipsa -et? SYMM. epist. 7, 123 illum longa militia et inculpata -at. **b** *aliqua re: rem*: CIC. Verr. 3, 168 quorum tu auctoritate statuas -are tuas conatus es, eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero? dom. 81 ut acta tui praeclari tribunatus hominis dignitate -es. LIV. 25, 16, 17 id -ent virtute. TAC. ann. 3, 76 laudatione pro nostris ceterisque sollemnibus funus. *hominem*: PS. CIC. exil. 30 quem . . . vestra laude -astis. PANEG. 12, 20 ille -atus affatu. CAPITOL. Opil. 6, 6 (*ex orat. Macrini*) ut -retur (quohonest- *cod.*; ut, quo honestaretur . . . sic *eqs. Vollmer*) prius nomine (*sc. Antonini*), sic etiam regni honore. GALLICAN. Avid. 9, 2 filias . . . auro, argento et gemmis. ARNOB. nat. 5, 23 *Iovem* bubulis . . . -atum cornibus. 5, 39 *Ceres* Nebridarum familiam pellicula -vit hinnulae. 7, 17 *deos* nidoribus -atis et sucis. OROS. apol. 16, 9 spiritu timoris dei -atum *hominem*. NOVELL. Theod. 22, 1, 7 (*a. 442*) *si quis liberos* velit . . . et curiae splendore -are et hereditatis opibus adiuvare. **c** *nota pro abl.*: cum *aliqua re*: ACC. trag. 445 pro se quisque cum corona clarum conestat (constat *vel* conectat *codd.*) caput. ex *aliqua re*: VOPISC. Aurelian. 31, 9 (*epist. imp. Aurel.*) ex his omnibus fac -ari templum. per *aliquam rem*: POMP. gramm. V 308, 18 *res* -atur [per periphrasin] per tropum istum. **2** *latiore sensu i. q. aliquid melius reddere: i. q. mederi, coercere*: PLIN. nat. 22, 34 defluvia capitis semine illito -ari (coercitari *Gronovius*). *i. q. fucare, dissimulare*: ARNOB. nat. 5, 43 -are res turpes.

**cohonōro,** -āre *a* co- *et* honorare. *i. q. una honorare*: MAR. MERC. Cypr. apol. p. 248 -ari autem dicere et connuncupari deum plane est confiteri duos esse -andos.

**cohorrēsco,** -ruī, -ere *a* co- *et* horrescere. *forma* comhorr- *latet fort. in corruptela l. 57. idem fere q. horrere, horrescere: ad horrorem corporeum potius spectat*: CIC. de orat. 3, 6 ex quo cum -uisset, cum febri domum rediit. EPIST. imp. Aug. Suet. Tib. 21 *quaedam* cum audio et lego . . . -it corpus meum (VAL. MAX. 5, 7 ext. 2 exciderunt lacrimae iuveni, -uit corpus, dilapsum diadema est *eqs.*). *ad horrorem animi (i. timorem, terrorem, dolorem) potius spectat: affertur causa terroris enuntiato vel ablativo*: CIC. rep. 6, 10 quem ubi agnovi, equidem -ui. Att. 5, 21, 12 -ui primo, erat etenim interitus civitatis. 7, 1, 1 -uisse (cum horruisset *M.*) autem me, quod *eqs.* SVET. Otho 10 memorante quodam *eqs.* . . . -uerit. DON. Ter. Phorm. 123 incipiens Phormionem describere, -uit consideratione eius. AMM. 16, 10, 9 angustus appellatus ⟨minime⟩ vocum lituorumque intonante fragore -uit. *absol.*: AMM. 20, 8, 9 -ui, fateor. *seq. infinitivus, i. q. timere* (*aliquid facere*): COMMENT. Lucan. 7, 466 quamquam cognovissent, non tamen -uerunt contra suos armatos insistere. *Mbr.*

✖**cohors** (chōrs, cōrs), -tis *f.* [*cf. c.* co- *et c.* hortus, hara, *osc.* heriiad 'capiat', *ind.* hárati 'capit, fert'. *Th.*]. VARRO ling. 5, 88 -s . . . quod circa eum locum pecus cooreretur. VEL. gramm. VII 69, 1 -es . . . a cooriendo ex eodem loco dictae sunt et eam differentiam esse maluerunt, ut -es militum cum aspiratione a mutua hortatione dicantur. 74, 16. ISID. orig. 15, 9, 1 -s vocata vel quod coartet cuncta, quae interius sunt . . . vel quod coerceat obiectu suo extraneos et adire prohibeat. *de pronuntiatione*: DIOM. gramm. I 431, 22 omnis vox disyllaba priorem syllabam . . . acuit . . . cum alterutra positione longa *est* . . . ut -s (MART. CAP. 3, 269). *de casibus: acc. plur.* -es *saepissime,* -īs *saepius in codd. abl. sing.* -ī: CORP. II 2584. *gen. plur. semper* -ium *inde a* SISENNA hist. 22 *et* 25. *hic illic codd. deteriores* -um. *in versu dactylico gen. plur. non legi; utuntur poetae plerumque nominativo* cohors *medio versu aut formis trisyllabis fine versus. leguntur formae secundum notiones hae* (*cf.* VEL. gramm. VII 69, 1 *l. 67.* DIFF. ed. Beck p. 47, 36 inter cors et chors: cortes sunt rusticorum, chortes militum castra). *sub I*: cohors *saepius in codd., metro evincitur* OV. fast. 4, 704; chors: VARRO frg. Non. p. 83, 15 VITR. 6, 6, 1 MART. 6$^{ies}$ (*sic metro certum, at idem* 10, 48, 2 *notione II A* cohors) ITALA Ioh. 10, 1 (Ps. Cypr. ad Novat. 2) VOPISC. Aurelian. 5, 1 NON. p. 83 AVG. in psalm. 49, 15. 17 CORP. VIII 16368 GLOSS. V 638, 72. cors *in codd.*: VARRO Men. 383 COLVM. 1, 6, 24 (*?*). 2, 14, 6. 8 (cohort- *S A*) ITALA Ioh. 10, 1 (cod. c) GROM. p. 334, 5. 336, 22 PALLAD. 1, 22 tit. 1, 23 PS. RVFIN. in psalm. 49, 10 SYMM. epist. 9, 28 (26) (*sed cf. l. 7*). DIOSC. 1, 17 GLOSS. V 354, 7. *cf.* GLAVCIA Cic. de orat. 2, 263 *l. 45 codd. nonn. integr.* curs *vel* curtis: GROM. p. 314, 30. 328, 21 SYMM. epist. 9, 28 (26) *F.* DIOSC. 3, 101 IORD. Get. 34, 179 GREG. TVR. hist. 10, 16 LEX Burg. lib. const. 23, 1. 92 (*quater*). LEX Sal. 6 add. 2. 7 add. 7. 34, 4. 34 add. 2 GLOSS. V 152, 13. *cf.* [*val.* curte, *it.* corte, *francog.* cour, *hisp.* corte. *M.-L.*] *sub II A*: cohors *semper* (*item ubique ap. poetas*) *praeter* chors: VARRO Men. 55 (chohort- *vel* coh- *codd.*, chortis *metro postulatur*). cors: CYPR. laps. 2 (coors $W^1$, cohors $W^2R$). *sub II B*: cohors *saepissime apud scriptores* (*item ap. poetas inde ab* ENNIO ann. 276 LVCIL. 1348 *al.*) *et in* INSCR., *ut* CONST. veteran. (Corp. III p. 852 *sqq.*). CORP. V 4055. 4056. 7820 *al. saepe etiam abbreviatum ut* coh. (CORP. II 2552. 4212. III 607. 1484. 3315. 4859 *al.*); coho. (CORP. IX 5843); cohor. (CORP. II 1314. 4140. 4251. 6065. V 929 *al.*); cohort. (CORP. II 1970. 4189. 4211. III 2049 *al.*). chors (*praeter* SEN. clem. 1, 10, 1 *N.* GLOSS. IV 220, 11. 276, 31) *saepissime in* INSCR. *ut* CORP. III 3758. V suppl. ital. 446. V 2506. 5072. 7162. VI 339. 2450 *al. saepissime etiam abbreviatum, ut* cho. (CORP. III 7449. V 904. 905. 924. VII 67 *al.*); chor. (II 403. 432. 4138. 4240. III 7449 *al.*), chort. (II 4232. V 2505 *al.*). cors: CIC. epist. 3, 6, 5 *M.* GLOSS. II 574, 19. V 448, 61. *saepissime in* INSCR. *ut* CORP. II 5238. III 2002. 3350. 11373. V 896. VI 2603. 2662 *al. saepissime etiam in abbreviatione, ut* cor. (CORP. III 2883. 10888. V 7594. VI 2601. IX 1424. 6168 *al.*). *inveniuntur in* INSCR. *etiam aliae ligaturae, quas non semper certo suppleas, ut* ch. (CORP. VI 2584); co. (VIII 9047). *nota soloecismos*: cohr. (II 4114); choort (II 4246). coors GLOSS. II 285, 52. IV 36, 58. 496, 8. V 278, 50 VEL. gramm. VII 74, 16 *cf. derivationem a* cooriri *p. 1549, 66 sqq. gen. plur. abbreviatur* cohh.: CORP. VI 130. *graecolatina*: κοόρτις: POLYB. 11, 23, 1. κοόρτη: INSCR. graec. Rom. Cagnat I 10 χειλ(ιάρχῳ) κοόρτ(ης) Θ' Βαταόνων. LYD. mag. 1, 46. χώρτη (*etiam in ligatura* χωρ.): INSCR. graec. Rom. Cagnat I 142 χώρτη σεπτίμα βιγλῶν. 465 Οὐάλεντι πρ(αιφέκτῳ) χώρ(της) ά Νουμιδῶν. 623. 700. III 130. 1168 INSCR. Bonn. Jahrb. 117 p. 186 Arch. epigr. Mitt. Österr. VIII 22, 61, Jahresh. Österr. arch. Inst. IV (1901) 207 PAPYR. Wessely, Wien. Stud. 24, 151. χῶρς, χόρς: INSCR. graec. Rom. Cagnat I 58 στρατ(ιώτης) χῶρτις. 266 στρατιώτης χόρ⟨...⟩ς. κώρτη: CORP. III 7414 πρετωριανὸς κώρτης τρίτης. INSCR. graec. Rom. Cagnat I 1335 κώρτης α' Θηβαίων. *de notionibus*: VARRO ling. 5, 88 -s quod ut in villa ex pluribus tectis coniungitur ac quiddam fit unum, sic . . . ex manipulis pluribus copulatur. VEL. gramm. VII 75, 3 tam militum quam rusticorum -es sunt. DIFF. ed. Beck p. 47, 36 *cf. p. 1549, 80 et* GLAVCIA Cic. de orat. 2, 263 (*lusu verborum*) villam in Tiburti habes, -em (*significat sub stabulo gregem defensorum*) in Palatio. *struitur ut dicunt κατὰ σύνεσιν*: STAT. Theb. 6, 262 conferti . . . bellatrix sedere -s (*in appositione*). 10, 9 -s . . . secernunt acies. Ach. 1, 841 solvuntur laudata -s. CLAVD. rapt. Pros. 2, 124 varios . . . cetera saltus invasere -s *comitum Veneris. pro masculino*: GRAMM. suppl. 123, 16 hic -s huius -is, *an teste nitatur dubium est. legitur inde ab* ENNIO *et* CATONE. *ad I, II A, II B 2 omnes locos attuli, ad II B 1 multa omisi.*

**I** ***saeptum, stabulum, area*** (*in re rustica*): VARRO ling. 5, 88 -em in villa Hypsicrates dicit esse graece χόρτον apud poetas dictum. NON. p. 83 -es sunt villarum intra maceriam spatia. GLOSS. (*non accurate*) multitudo rusticorum. V 152, 13 stabulis -bus ovium. 354, 7 tuun[i] (*anglosax. i. q. saepes,* 'Zaun'). *fort.* 638, 72 -es ariolae (*i.* harulae). CATO agr. 39 bubile, ovile, -em, villam bene purgato. orig. 78 *mapalia* quasi -es rotundae sunt. VARRO frg. Non. p. 83 rure in -e *cenitabant aestivo tempore.* Men. 383 promis caris mei in -bus pavit (*sic codd.; temptarunt viri docti varie*). rust. 1, 13, 2 faciundum . . . plaustris ac cetero instrumento omni in -e, ut satis magna sint tecta. 1, 13, 3 -es in fundo magno duae aptiores *eqs.* 2, 2, 9 portant secum crates aut retia, quibus -es in solitudine faciant *gregibus.* 3, 3, 6 in plano *erat* -s, in qua pascebantur gallinae. OV. fast. 4, 704 abstulerat multas illa (*volpes*) -is aves (MART. 7, 31, 1. 7, 54, 7. 11, 52, 14. 13, 45, 2). VITR. 6, 6, 1 -es magnitudinesque earum ad pecorum numerum atque quot iuga boum opus fuerit ibi versari, ita finiantur. in -e culina quam calidissimo loco designetur *eqs.* (CET. FAV. 13). COLVM. 1, 6, 24 omnis stercorata colluvies -is (2, 14, 8). 2, 14, 6 *silicem* permiscere cum purgamentis -is. 7, 3, 8 -s clausa sublimi macerie praeponi vestibulo debet. 8, 3, 3 *fenestellae* matutinum exitum praebeant avibus (*gallinis*) ad -em. 8, 3, 6. 8 -s ipsa, per quam vagantur *gallinae*, non tam stercore, quam uligine careat (8, 4, 3). 8, 4, 4 ubicunque -em porticus vel tectum protegit. 8, 5, 23 per aestatem consistens in -bus fuit aqua. 8, 13, 3. 8, 14, 1 -s *anserum* ab omni cetero pecore secreta clauditur alta novem pedum maceria porticibusque circumdata. MART. 3, 58, 12 turba sordidae -is, . . . anser gemmeique pavones *eqs.* 9, 54, 11 mittimus . . . tibi parvae munuscula -is. ITALA Ioh. 10, 1 (codd. bceff$^2$; Ps. Cypr. ad Novat. 2. Orig. in Matth. 18, 59) qui non introiit (intrat) per ostium (ianuam) in -em ovium (*αὐλὴν τῶν προβάτων*, VVLG. ovile ovium). VOPISC. Aurelian. 5, 1 in . . . mulieris -e nato Aureliano. PALLAD. 1, 22 -s ad meri-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

diem pateat et obiecta sit soli *eqs.* 1,23. SYMM. epist. 9,28 (26) satis fuerat Appennini spolia misisse; adiecta autem de -e plura fastidio esse potuerunt. AVG. in psalm. 49,17 *bestias* non includo in -e mea (PS. RVFIN. in psalm. 49,10). GROM. p. 314 casa *per M nomen habens* aquam in -e habet (p. 328. 334. 336). DIOSC. 1,17 nascitur *balsamum* in Iudea solummodo -bus (*sic vertit stulte κατά τινα αὐλῶνα*) vel locis humidis. 3,101 *alissum* collo suspensa stabulo et in -e morbum pecoribus arcet. IORD. Get. 34,179 area -is ingenti ambitu cingebatur. GREG. TVR. Franc. 10,16 accensis in -e cupis. LEX Burg. lib. const. 23,1 *si* is, cuius animal est, de -e per vim tulerit. 92 tit. de mulieribus, quarum crines in -e sua capulatae fuerint (29,1). 92,2 si ad batalia mulier foras -e sua exierit. 92,3. LEX Sal. 6 add. 2 canem custodem domus sive -is. 7 add. 7 si quis pomarium domesticum de intus -e aut de latus -e capulaverit aut involaverit. 34,4. 34 add. 2. CORP. VIII 16368 portic⟨um⟩ et caldar⟨ium⟩ et -e(m)...a solo...fecit.

II ***multitudo animantium*** (*raro rerum*). GLOSS. II 412,55 *πολυπληθία*. **A *generatim*:** **1** *hominum* (*interdum dubitare possis, sitne sensu latiore dictum e significatione II B ampliato, velut* SIL. 10,97 *l. 31* APVL. met. 4,18 *et* 7,4 *l. 47 et 48* CYPR. laps. 2 *l. 51* AVSON. 196,23 *l. 59* HYMN. Ambros. II 81,10 *l. 62* CYPR. GALL. exod. 12 *l. 74 al.*): VARRO Men. 55 -is cocorum atque hamiotarum aucupumque. CATVLL. 63,25 ubi suevit illa divae *Matris* volitare vaga -s (IVV. 6,515). VERG. Aen. 10,327 Cydon, Dardania stratus dextra ... iaceres, ni fratrum stipata -s foret obvia. OV. met. 11,89 *Bacchum* assueta -s Satyri Bacchaeque frequentant (SEN. Oed. 432 Bacchum Bassaridum comitata -s). SEN. Oed. 586 saeva prosiluit -s *inferorum*. Thy. 250 dira Furiarum -s ... veniat. epist. 22,11 tota ... -s Stoicorum. 110,17 -s culta servorum (IVV. 14,305). PLIN. nat. 7,143 raptus *Labeo*, ut praecipitaretur, convolante ... illa -e, quae patrem eum appellabat. SIL. 2,690 late fusa iacent pecudes custosque Molossus pastorumque -s (STAT. Theb. 9,191). 10,97 natorum armigeram pugnas tractare -em. 13,579 quanta -s ... *apud inferos* excubat et manis ... terret! HOMER. 1067 Pieridum comitata *Calliopen* -s, summitte rudentes. STAT. Theb. 6,23 -s *nautarum*. 6,595 nuda -s *curru certantium*. 9,372 Nereidum ... -s *Crenaeum* ad pectora matris impulit. 10,785 Tantalidum. 11,292 quid ... famulam ... -em respectas? silv. 1,2,249 eat enthea vittis atque hederis redimita -s. 3,1,87 -s gratissima Pollae. 4,7,5 regnator lyricae -is ... Pindare. 5,3,91 doctique -s Heliconia Phoebi. Ach. 1,841 solvuntur laudata -s *virginum*. MART. 10,48,2 pilata redit iamque subitque -s. IVV. 5,28 libertorum. GELL. 1,9,2 simulatque ... in -em illam disciplinarum *Pythagoricarum* recepti erat *discipuli*. 2,18,1 Phaedon Elidensis ex -e... Socratica fuit. 9,15,9 ceteris omnibus ex -e eius (*Iuliani rhetoris*), qui audire eum soliti erant, clamore magno exultantibus. 13,5,2 omnis eius (*Aristotelis*) sectatorum -s. 19,8,15 quaerite, an quadrigam et harenas dixerit e -e illa dumtaxat antiquiore vel oratorum aliquis vel poetarum. APVL. met. 4,18 -em nostram gladiis armatam ante ... fores Democharis ... sistimus. 7,4 suadet *latro* ... tirocinio novae iuventutis ad pristinae manus numerum Martiae -is facies integraretur. 11,14 e -e religionis unus. 11,23 stipatum me religiosa -e. CYPR. laps. 2 p. 237,17 adest militum Christi -s candida. NEMES. ecl. 46 Satyri, lasciva -s (CARM. c. pag. 66*?*). SYMPH. 6 verbosa -s *convivarum* ... nugas est meditata. LACT. epit. 46 (51),6 omnis daemonum -s hoc signo expellitur. FIRM. err. 4,3 cum -s vestra ad tribunal ... dei ... accesserit. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 2,9 erupit venenata -s haereticorum (COD. Theod. 16,5,20 CASSIOD. hist. 4,24 p. 973$^{B}$). OPTAT. 3,4 p. 83 ex quali numero sibi episcopus alter Donatus -es effecerat. SERM. Migne 13,641$^{D}$ in stadio iuvenum -s currere solebat. AVSON. 173,2 Euromi, e iuvenum lecte -e gener. 196,23 *Alethie*, Burdigalae ... patriae ... -is (*sc. rhetorum*) vexilla regens. QVEROL. p. 21,18 ubinam illa est *furum* -s fuliginosa, volcanosa, atra. HYMN. Ambros. II 81,10 vertit terga ... -s christicolarum. RVFIN. patr. 7,2 -s quaedam et conspiratio piratarum. CLAVD. 10,204 pennata -s *Amorum*. 19,16 procumbit pariter cum duce *Eutropio* tota -s. 24,296 ducitque -em quaeque *comitum Dianae* suam. rapt. Pros. 2,124 AVG. c. Faust. 15,5 angelorum -es (serm. ed. Mai 168,2 *cf.* DRAC. laud. dei 2,785 angelicas ... -es). MACR. sat. 1,24,8 quilibet ex plebeia grammaticorum -e (5,18,3). COD. Theod. 16,5,20 (*a. 391*) ne in quoquam loco sacrilega -s talium hominum (*sc. haereticorum*) colligatur. FAVST. REI. serm. 13 p. 273,26 martyrum regem (*i. Christum*) -es suas instruentem. SEDVL. carm. pasch. 3,229 miratur stupefacta -s *apostolorum* sub calle pedestri *Christi* navigeras patuisse vias. 5,141 nil inimica -s *Iudacorum* insontis *Christi* sanguine dignum repperiens. CYPR. GALL. exod. 12 pubes captiva *Iudaeorum* ... longa -es iam legione ciet. 284 hoc ... Chaldaea -s molita fatetur esse manum domini. DRAC. laud. dei 2,506 qui (*Christus*) ... frangeret ... per vexilla crucis hostis populando -es. ENNOD. opusc. 2,59. 3,175. 4,37. CASSIOD. in psalm. 36,1 multos ... sollicitat -s nefanda peccantium. 87,8 traditus est *Christus* a Iuda -bus insanorum. 118,53. 112 var. 11,1,19 hist. 4,7 p. 959$^{D}$ CARM. epigr. 1842 INSCR. christ. Rossi II p. 139,30,3.

**2** *latiore sensu de aliis: animalium*: PLIN. nat. 8,143 propter bella Colophonii itemque Castabalenses -es canum habuere. hae primae dimicabant in acie. VAL. FL. 6,112 pectora ferro terribilesque innexa iubas ruit agmine nigro latratuque -s *canum*. STAT. Theb. 3,531 *Amphiaraus loquitur*: fortior ecce adventat per inane -s; septem ordine fulvo armigeras ... Iovis ... intuor. APVL. met. 2,26 noctis indutias cantus perstrepebat cristatae -is. 9,33 una de cetera -e gallina. AVSON. Mos. 131 flumineas inter memorande -es gobio. PHOC. carm. de Verg. 53 lata -s apium ... *Vergili* labra favis texit. CLAVD. carm. min. 27,77 stipatque volantem *phoenicem* alituum suspensa -s. CASSIOD. var. 8,31,2 palumbi proprias diligunt -es. *rerum corporearum*: VAL. FL. 1,593 *Aeolum* iussa vereri saeva -s (cohoruis *V*) *ventorum*. AVSON. 369,26 signiferae ... -is *zodiaci* septimus ... limes. CYPR. GALL. deut. 197 *summam* sidereae tenent -es. *rerum incorporearum*: HOR. carm. 1,3,31 nova febrium terris incubuit -s. STAT. Theb. 10,114 *Somnia* noctis opaca -s. 12,56 queritur miserabile Graium nuda -s (*sc. in pugna occisorum*) vetitumque gemens circumvolat ignem *rogi*. LAMPR. Alex. 68,3 *viros* malorum -s depulerat, quae circumvenerat Alexandrum primis diebus. PAVL. NOL. epist. 18,10 *Victricium* meritorum ... -e comitatum. ANTH. 680$^{a}$,18 dat duodena -s *dierum Aegyptiacorum* septem inde decemque Decembres.

**B *speciatim in re militari publicaque*:** **1** *Romanorum (item Italorum eorumque qui Romano ordine disponuntur): i. q. pars exercitus pedestris vel legionum continens centurias et manipulos*: GLOSS. *σπεῖρα. τάξις (στρατιωτική). ἄθροισμα.* numerus militum. numerus peditum. militum castra (*cf. p. 1549,81*). *cf.* POLYB. 11,24,1. CINC. Gell. 16,4,16 in legione sunt centuriae sexaginta, manipuli triginta, -es decem. VARRO ling. 5,88 -s ex manipulis pluribus copulatur. SERV. Aen. 11,463 legio habebat decem -es, sexagintæ centurias, licet in his rebus accessu temporis ducum varietas semper mutaverit militiae disciplinam. HYG. mun. castr. 28 -s peditata miliaria habet centurias X ... peditata quingenaria habet centurias VI. VEG. mil. 2,6 sciendum est in una legione decem -es esse debere (2,12). 2,13 antiqui ... -es in centurias diviserunt. *adde*: CAES. civ. 3,66,1 -es quasdam, quod instar legionis videretur. VELL. 2,20,4 trecentas amplius -es conscripserat ac triginta legionum instar impleverat. FRONTIN. strat. 1,6,1. *coniunguntur vel opponuntur* manipuli *et* centuriae, *ut*: CATO or. frg. 1,13 unamquamque turmam, manipulum, -em temptabam. LIV. 22,5,7 ut in sua ... miles ... -e aut manipulo esset. 27,13,7 signa alicui manipulo aut -i ademisset? IVV. 16,20 tota -s ... omnesque manipli. TAC. hist. 4,78 AMM. 17,13,25. 21,13,9. 23,5,15. 26,2,3. *cf.* PANEG. 12,35 dispositae manipulatim -es. TAC. ann. 1,21 ciere ... centuriam quisque, ... -em, legionem. CORP. VI 2442 (-is) I (centuria) Rufelli. 2627 ex coh(orte) VII pr(aetoria) (centuria) Appi. VIII 1024 coh(ors) I urba(na) (centuria) Clodi Rufi. *sic passim in* INSCR. *de notione vocis posteriore aetate v. quae adnotavi p. 1555,46 et 1559,5.*

***genera*** *-ium (quae discernuntur plerumque epitheto vel genetivo addito)*: **a** *originis vel generis militum: α legionum et auxiliorum*: CIC. prov. 15 -e auxiliaria (CASS. Cic. epist. 12,13,4. CAES. civ. 1,63,1 auxiliaribus -bus. BELL. Alex. 62,1 SALL. Iug. 87,1. 92,2 TAC. hist. 2,24 *al.*). *cf.* LIV. 21,60,4 auxiliorum -es (TAC. hist. 2,24. 3,21). TAC. ann. 14,38 auxiliarium -bus. CAES. Gall. 3,11,3 -bus legionariis (civ. 1,73,3 BELL. Alex. 63,1 SALL. Iug. 51,3 LIV. 10,43,14. 34,28,7 VELL. 2,5,2 TAC. ann. 12,38 HYG. mun. castr. 4. 5). CAES. civ. 1,73,3 -ium alariarum (1,83,1. 2,18,1 LIV. 10,40,8. 10,41,5. 10,43,3 CAPITOL. Alb. 10,6). 2,19,3 *-es* colonicae. TAC. hist. 5,1 sociae -es (5,18 ann. 1,49. 13,38. 15,9). *cf.* SALL. Iug. 58,5 -bus sociorum (LIV. 10,33,1. 25,14,8. 29,19,9 TAC. ann. 2,16. 14,26). *β* -s praetoria (praetoriana, praetoris *al.*): *αα proprie -s militaris imperatoris personae addita*: PAVL. FEST. p. 223 praetoria -s est dicta, quod a praetore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quemque delegit, qui ab eo in bello non discederent et cetero munere militiae vacarent et sesquiplex stipendium acciperent. *cf.* SCHOL. Cic. Gron. p. 407 (GLOSS. V 657,36) -s praetoria dicitur quae circa praetorem facit. CIC. Verr. 2,36 dedi ... -i praetoriae (*falso* PS. ASCON. *ad l.* comitibus consularibus) ~~HS~~ mille sescenta triginta quinque milia quadringentos decem et septem nummos. Catil. 2,24 (*ironice*) cum hanc sit habiturus Catilina scortorum -em praetoriam. Phil. 8,25 si -i praetoriae praedia agrumque dederitis. GALBA Cic. epist. 10,30,1 Antonius ... eduxit ... -es praetorias duas, unam suam, alteram Silani. CAES. Gall. 1,40,15 sibique eam (*decimam legionem*) praetoriam -em futuram (1,42,6). civ. 1,75,2 *Petreius* cum ... praetoria -e cetratorum ... ad vallum advolat. SALL. Catil. 60,5 Petreius, ubi videt Catilinam ... magna vi tendere, -em praetoriam in medios hostes inducit (61,3). LIV. 2,20,5 dictator Postumius ... -i suae, quam delectam manum praesidii causa circa se habebat, dat signum, ut, quem suorum fugientem viderint pro hoste habeant. 2,20,6 -s dictatoris ... primum proelium iniit. *al. passim.* PLIN. nat. 5,20 colonia eiusdem *Augusti* deductā -e praetoria Gunugu. 9,15 *Caesar* cum praetorianis -bus populo Romano spectaculum praebuit. TAC. hist. 2,11 quinque praetoriae -es *praeveniebant. ibid. Othonem* comitabantur speculatorum lecta corpora cum ceteris praetoriis -bus. 2,18 tris praetorias -es ... veterano exercitui obicere. 2,21 praetoriarum -ium decus attollentium. 2,24 aggerem viae tres praetoriae -es altis ordinibus obtinuere. ann. 1,7 *Tiberius* defuncto Augusto signum praetoriis -bus ut imperator dederat. 1,8 praetoriarum -ium

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**3** *genetivus*: **a** *pendet a verbo* esse: TITIN. com. 7 uni -i sumus. GAIVS dig. 47, 22, 4 sodales sunt, qui eiusdem -i sunt. **b** *pendet a substantivis*: *α personis*: CORP. VI 31317 allector. V 7905 amp⟨liatori ur⟩bis et -o⟨rum III⟩. XIV 160, 11 totus numerus caligatorum decuriarum XVI -(i) fabrum (374, 18). DECRET. fabr. Pisaur. (Corp. XI 6335) 4 -(i) fab(rum) collegae universi. CORP. III 633. IV 1 cultores ⟨-⟩i Silbani (V 4432. X 4853 INSCR. Revue archéol. 4 sér. XII 1908 p. 332. *cf.* CORP. XI 5223 cultrices -i Fulginiae). CORP. III 3893 (se)v(iro) et dec(uriali) -(i) fab(rum) (5888). 1082, 4 dec(urio) -(i) fabrum (1210. 2107. 7910. 13779. 14347. 14543. V 731, 7. 2850 dec(urio) et quaestor. XIV 2630, 2). COD. Theod. 12, 19, 3 (*a. 400*) ne passim vagari curiae vel -i defugas in publica damna patiantur. CORP. V 908, 6 dolabrar(ius). VI 30872 honoratus. ACT. Arv. a. 57 II 19 magister (VAL. MAX. 1, 1, 9 a patre suo -i Saliorum magistro iussus. ASCON. Pis. p. 7 Cl. solebant autem magistri -orum ludos facere. CORP. III 1016, 5. 4272. 4496[a]. 4618 *al.* V 3411. 3439. 7904 ACT. lud. saec. Sept. Sev. [Corp. VI 32326] I 6. 14 CORP. IX 5450. X 543 mag(ister) q(uin)q(uennalis) [6585. XIV 5. 407, 6 *al.*]. 3773, 5. XII 3351 m(agister) bis -(i). *cf.* V 5310 *magister* officior(um) -(i) fabr(um)). CORP. III 1207, 8 mater (2687). V 4488, 15 officiales. III 975, 4 patronus (984, 5. 1051. 1083. 1217 *al. passim*. V 335 praefecto et patrono. 749, 8 *al.* 4484, 8 patrono -(orum) omnium [7375, 8]. IX 1684 -i et civitatis patrono. *al.* X 3910, 9 *al.*). DONATIO Monim. (Corp. VI 10231) 10 pleps universa -i. CORP. III 2026, 9 praef(ecto) et patron(o) (4557, 7. V 60. 335. 749, 8 *al.*). ACT. lud. saec. Sept. (Corp. VI 32328) III 81 per publicos -i suscepit. CORP. V 2850 dec(urio) et quaestor (5447. IX 5450, 4. 14. X 5917, 5). III 4045, 8 q(uin)q(uennales) (14211[2]. IX 2683. 2686. 3923, 9 fabrum tignuariorum [XIV 296[*], 6. 299]. X 543, 6. XI 5748, 20 [*a. 260*]. XIV 309. 403 *al.*). X 5968, 2 *rector*. IX 1596, 10 *reparator*. SVET. Aug. 100 *sacerdotes* (CORP. III 14624[1]. VI 31294 [*a. 71*] -oru⟨m⟩ omnium [IX 4955. III 12218 *a. 80* INSCR. Korr.-Bl. d. Westd. Zeitschr. 26, 1907, p. 65 *a. 80*]). VLP. dig. 29, 2, 25, 1 servus municipum vel -i. CORP. III 3893 *sevir* (INSCR. Notiz. degli scavi 1899 p. 475). XIV 2045, 6 *tribunicius*. III 8837 *vexillarius*. *adde numina*: CORP. V 7555 Concordiae -(i) fab(rum) Hastens(ium) (7617, 11 -(i) dendr(ophorum)). XIV 2156 Dianae Aug(ustae) -(i) lotor(um) sacr(um). VI 30872 numini Fortunae -(i) fa⟨brum⟩. III 1365 Victoriae Aug(ustae) et Genio -i eius (1424. 8086. 13629 [*an* co(loniae) le(gio)*?*]. V 4211. 7595. 8818. VII 1035. 1282. XIII 6688 [*a. 220*]. 7424 [*a. 242*]. 8183. 8808 INSCR. Jahresh. d. öst. archäol. Inst. VII 1904 Beibl. p. 12). *β rebus*: CORP. V 5612 *arca* (5738. 5869, 5). CIC. Vatin. 14 tuis actionibus augurum responsa atque eius -i arrogantiam impedimento non futura. CIC. div. 2, 70 *retinetur* et ad opinionem vulgi et ad magnas utilitates rei publicae ... ius augurium, -i auctoritas (LIV. 34, 44, 2 cum P. Licinius pontifex non esse recte factum ... ex auctoritate -i patribus renuntiasset). VARRO rust. 3, 2, 16 -orum cenae, quae nunc innumerabiles excandefaciunt annonam macelli. CORP. V 5869 dec(urio) dec(uriae) (quintae) ex (centuria) (quarta) -(i) fabr(um) et centon(ariorum) (5892, 5 patr(oni centuriarum) XII -(i)). CIC. epist. 3, 4, 2 -ique coniunctio praesertim tam honorifice a te approbata. CIC. Lael. 96 *cooptatio* -orum ad populi beneficium transferebatur. CORP. VIII 21106 hic situs est curā -i. CIC. dom. 38 adoptionem nullo decreto huius -i probatam (Vatin. 8 -orum omnium. Pis. 41 div. 2, 73 leg. 2, 31. CORP. V 5272, 26 l(ocus) d(atus) d(ecreto) -(i). 5287, 12. 5446, 13. 5447, 12. X 6071, 8. 6422, 4). CORP. III 7905 genio dec(uriarum) XIII -(i) fabr(um) (XIV 160, 11). CIC. Brut. 1 dignitatem nostri -i deminutam dolebam. DECRET. centon. Sentin. (Corp. XI 5749) 3 domus. CORP. III 4272 ob hon(orem) -(i) (*i. e. magisterii*) *iuventutis*. V 4341, 12 quod eius industria immunitas -i nostri sit confirmata (INSCR. Korr.-Bl. d. Westd. Zeitschr. 1905 p. 42 [*in Britannia a. 152*] ob immunitat(em) -(i)). VIII 21848, 6 impensa. TERT. idol. 18 *daemonia* unius (summi *Wissowa*) -i insignia, fasces et purpuras, gestant. CIC. har. resp. 13 *cum alii* multa de -i iudicio verba fecissent. HERMOG. dig. 27, 1, 41, 3 *qui* -i iure excusantur. CIC. Att. 3, 23, 4 lege enim -i sui non tenebantur *tribuni*. (LEX colleg. salut. Dian. et Antin. [Corp. XIV 2112] 1, 19 lexs -i: ⟨plac⟩uit *eqs.* 1, 33 e lege -i). ACT. Arv. a. 40, 4 pro magistro magisterii fraterculi fratrum Arvalium (CORP. III 3580 [*a. 201*] ob honorem magisterii -(i) fabrum). TAC. ann. 1, 73 cultores Augusti, qui per omnes domus in modum -orum habebantur. APVL. met. 11, 30 -i vetustissimi *munia*. CORP. X 7917, 11 munificentia. LEX salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 2, 12 idib(us) Aug(ustis) natali Dianae et -i. CIC. div. 1, 28 multa auguria, multa auspicia ... neglegentia -i amissa plane et deserta sunt. Sest. 34 servorum dilectus habebatur pro tribunali Aurelio nomine -orum (ACT. Arv. a. 36 c 4. GAIVS dig. 3, 4, 1, 1 quibus autem permissum est corpus habere, -i, societatis sive cuiusque alterius eorum nomine. APVL. met. 11, 17 CORP. III 10511). CORP. III 10858 ex num(ero) -(i) dendro(phorum) (V 3387. XI 5748 [*a. 280*]. XII 526). 1212 ob honorem patronat(us) -(i) fabr(um). 11255 ex co⟨l(lata) p(ecunia)⟩ -i fa⟨br(um)⟩. V 5773 l(ocus) d(atus) p(ermissu) -(i). LIV. 39, 5, 2 indignum -i eius potestate et sacratis legibus esse. Q. CIC. pet. 32 *propter* -i rationem valent (30 habeto rationem). LEX colleg. aq. (Corp. VI 10298) 4 ⟨re⟩mqu⟨e⟩ hoiusce -i. CORP. III 11042 scola -⟨i⟩ (IX 5568 schola Aug(usta) -(i) fabror(um) tignuar(iorum). *al. v. Waltzing IV p. 437*). INSCR. Notiz. degli scavi 1902 p. 121 (*Terracinae*) de -i sententia (LIV. 4, 41, 12. 4, 53, 7 ex. 22, 9, 11 ex -i pontificum sententia. TAC. ann. 6, 12 ante sententiam -i *quindecimvirum*. CORP. I 593). DECRET. centon. Sentin. (Corp. XI 5749) 4 sequella eiusdem -(i) (*sc. centonariorum*). PANEG. 8, 8 omnium signa -orum protulimus. CIC. p. red. in sen. 33 servos simulatione -orum nominatim esse conscriptos. LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 1, 12 neq(ue) sub specie eius -i nisi semel in mense c⟨oeant⟩. SVET. Aug. 32 plurimae factiones titulo -i novi ad nullius non facinoris societatem coibant. TREB. Gall. 8, 6 vexilla centena praeter ea, quae -orum erant, *ibant* (VOPISC. Aurelian. 34, 4 vexilla -orum atque castrorum. CORP. III 7900).

**4** *dativus*: CORP. V 5738, 9 allect(us) eidem -(o). CIC. har. resp. 40 committe vel consulibus vel senatui vel -o pontificum tuam *domum*. DONATIO Monim. (Corp. VI 10231) 8 *schola* consecrata Silvano et -o eius sodalic(i). VITR. 2, 8, 10 seniorum -o gerusiam dedicaverunt (*cf. l. 65*). VLP. dig. 40, 3, 1 divus Marcus omnibus -is ... manumittendi potestatem dedit (CORP. XIV 3003, 4 quinq(uennalis) perp(etuus) datus ab imp(eratore) Hadriano Aug(usto) -o fabr(um) tign(uariorum). CORP. III 882 -o Isidis d(ant) d(edicant). 941. *sim. saepe*). CIC. or. frg. A VIII 6 avunculus tuus ... populo Romano dedit et potentissimorum hominum -is eripuit cooptandorum sacerdotum potestatem. est: TAC. ann. 11, 11 -o quindecimvirum antiquitus ea cura. VLP. dig. 40, 3, 1 coeundi ius. LEX pag. Herculan. (Corp. I 571 = X 3772) 5 uteique ei -o ... locus in teatro esset. LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 1, 15 ⟨quod fa⟩ust⟨um fe⟩lix salutareq(ue) sit ...-oq(ue) nostro. *adde*: VAL. MAX. 1, 1, 8 *neque* -o pontificum auctoritas amplissimi viri impedimento fuit. CORP. III 1547, 9 ex suo fecerunt -o utriclariorum *templum* (4038 loca. IX 4973 -is ex (centum)viror(um) decr(eto) fec⟨it⟩). CALL. dig. 27, 1, 17, 3 nisi nominatim id privilegium eis indultum sit. SVET. Claud. 24 -o quaestorum ... gladiatorium munus iniunxit. CORP. V 5840, 4. 5 *-o* largitus est. SCAEV. dig. 32, 93, 4 -o fabrorum fundum cum silvis ... legavit (PAVL. dig. 34, 5, 20 cum senatus temporibus divi Marci permiserit -is legare. CORP. V 4105 dedit legavitqu⟨e⟩ s(estertium) n(ummum) II (milia). 6363, 9. XI 5047). TEST. Vrsae (Corp. V 4489, 3) 6 quae -(o) fabror(um) agellu(m) Aeseianum suum mancipavit (9 agellu(m)). CALL. dig. 50, 6, 6, 12 ius coeundi lege permissum est (CORP. V 7881, 13 -(a) tria quibus ex



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

s(enatus) c(onsulto) c(oire) p(ermissum) est). LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 2, 31 oleum -o in balinio publico pon⟨at⟩. COD. Theod. 12, 19, 2 (COD. Iust. 11, 66, 6 *a. 400*) qui curiae vel -o vel burgis ceterisque corporibus . . . servierit. CALL. dig. 50, 6, 6, 12 quibusdam -iis vel corporibus . . . immunitas tribuitur. LIV. 5, 25, 7 visum -o quod (*cf.* CORP. VI 30998, 14 ex viso [*i. e. somnio*] -o).

**5** *ablativus*: FLOR. epit. 1, 6, 3 *populus* -is distributus. AVSON. 419, 7 *pontificalia* sacerdotum tractata -o.

**6** *iuncturae praepositionum*: **a** *c. accus.*: ad: CIC. dom. 138 ex rebus palam per magistratus actis ad -umque delatis (Phil. 3, 83). dom. 131 ad -um rettulit (136 *bis.* har. resp. 12 LIV. 29, 19, 8. 29, 20, 10 ad -um [concilium *P*] pontificum relatum est. 31, 9, 8 *al.* ACT. lud. saec. Aug. [Corp. VI 32323] 29). CIC. nat. deor. 2, 11 e provincia litteras ad -um misit (VAL. MAX. 1, 1, 3). DONATIO Monim. (Corp. VI 10231) 16 quod ad -um pertinet ⟨Si⟩lvani (CORP. IX 1618 in per(pe)tuum ad -um medicor(um)). LIV. 26, 34, 12 quae eorum sacra ac profana essent, ad pontificum -um reiecerunt (41, 16, 2). CORP. X 5968 patron(o) et rectori . . . ob . . . munificentiam largitionesque, qu(a)e circa -um suum exibuerit. CIC. leg. 2, 30 neque ut ea ipsa . . . quisquam extra -um nosset. **in:** APVL. met. 11, 30 in -um me . . . allegit (IVS colleg. eborar. [Corp. VI 33885] 5 si alius quam negotiator, eborarius aut citriarius ⟨p⟩er ⟨fr⟩audem curatorum in hoc -um adlectus esset. *cf.* LEX Vrson. [Corp. II 5439] 67, 13 lectus cooptatusve. 67, 20 sublegito). DECRET. fabr. Sentin. (Corp. XI 5748) 13 ut per ordinem generis sui omnes in numerum n(ostrum) patroni in -um nostrum appellarentur. LAMPR. Comm. 1, 10 in -um sacerdotum ascitus est (AMM. 16, 1, 1. 23, 1, 1. 30, 7, 4 MEROB. pros. frg. 2 A 1). CALL. dig. 50, 6, 6, 7 antequam in -um assumeretur (LAMPR. Comm. 12, 1 assumptus est in omnia -a sacerdotalia sacerdos). LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 1, 12 in it -um coeant. CIC. Brut. 1 cooptatum me ab eo in -um recordabar (101. ad Brut. 1, 5, 3 LEX Vrson. [Corp. II 5439] 67, 12. 20 SEN. dial. 5, 31, 2 QVINT. inst. 7, 9, 12 INSCR. numm. Cohen I 311 p. 300 [*Neronis aet.*] sacerd(os) coopt(atus) in omn(ia) -(a) supra num(erum) ex s. c.). LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 1, 20 quisquis in hoc -um intrare voluerit. CAPITOL. Aur. 6, 3 *Pius Marcum* in -a sacerdotum iubente senatu recepit (MARCIAN. dig. 47, 22, 3, 2. *cf.* DECRET. colleg. inc. Pol. [Corp. V 61] 5 in -um *suscipere*). 4, 2 *Hadrianus* illum octavo aetatis anno in Saliorum -um rettulit. CIC. dom. 18 qui paucis illis diebus in -um venerat (CAES. civ. 1, 22, 4. PAVL. FEST. p. 161 minorum pontificum maximus dicitur, qui primus in id -um venit. VAL. MAX. 5, 7, 11). per: SVET. Claud. 22 in cooptandis per -a sacerdotibus. CALL. dig. 50, 6, 6, 22 quae tenuioribus per -a distributis concessa sunt. AVSON. 398, 46 haec non per vulgum mihi cognita . . . aut parasitorum -a. **b** *c. ablativo*: ab: LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 1, 33 ⟨a n(ostro) co⟩llegio dolus malus abesto. MARCIAN. dig. 47, 22, 1, 2 accepturum ex eo -o, a quo recedit, id quod ei competit. SVET. Nero 2 ius sacerdotum subrogandorum a -iis ad populum transtulit. de: DIG. 47, 22 de -is et corporibus. CIC. Att. 3, 15, 4 legem de -is perferri. TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 440, 18 *de* -o allegere. CIC. ad Q. fr. 2, 5, 1 hominem nequam Capitolini et Mercuriales de -o eiecerunt. CIC. dom. 117 de -o quis tandem affuit. **ex:** MARCIAN. dig. 47, 22, 1, 2 *accipere. v. l. 48.* CORP. III 49, 7 e -o fabrice elatus. CIC. rep. 2, 61 *quo* e -o laus est illa eximia C. Iulii. LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 2, 1 neque patrono neque patronae neque d⟨omino⟩ neque dominae neque creditori ex hoc -o ulla petitio esto. VLP. frg. Vat. 124 qui sunt ex -o. *praepositio pendet a substantivis, pronominibus sim.*: CIC. Arch. 9 quae *tabulae* solae ex illa professione -oque praetorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem (prov. 18 quod tribunus plebis solus ex toto illo -o L. Scipioni auxilio fuit. LIV. 4, 16, 5 soli ex -o tribunorum). Verr. 5, 108 ex amplissimo -o decemvirali sacerdotes. dom. 135 cum ex -o tanto non regem, non flaminem, non pontificem videret. Vatin. 17 quis ex toto -o. LIV. 2, 56, 4 ut intercederet aliquis ex -o. *al.* 3, 11, 9 A. Verginius ex -o unus (4, 30, 3). 4, 49, 12 neminem ex -o tribunorum militum saepius quam Postumium in disceptationem trahebat (5, 29, 3 nemo ex -o intercessurus erat). 5, 11, 4 ex -o tres (6, 36, 8 octo ex -o tribunorum plebi. *al.*). LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 2, 3 q⟨ui⟩squis ex hoc -o servus defunctus fuerit. 2, 7 quisquis servus ex hoc -o liber factus fuerit. LEX colleg. cornic. (Corp. VIII 2557) 34 item si qui ex -(o) amplio(re) grad(u) prof(iciscetur) accip(iet) denarios (quingentos). CORP. V 5701 option(em) cent(uriae) (tertiae) ⟨e⟩x -(o) fabr(um) et cent(onariorum). 5869, 10 centuria XII ex -(o) s(upra) s(cripto) patronis. **in:** LEX colleg. aq. (Corp. VI 10298) 3 ⟨pa⟩lam in -o aquae intra paticabulum. CIC. Lael. 8 *quod* Nonis in -o nostro non affuisses (ACT. Arv. a. 58. 59 II 2. 6. 13. 17. 21. 26. 32 *al. passim.*). CALL. dig. 50, 6, 6, 12 *omnibus* qui assumpti sunt in his -is. CYPR. epist. 67, 6 filios in eodem -o . . . apud profana sepulcra depositos. *ibid.* turpia et lutulenta convivia in -o diu frequentata. CIC. dom. 118 cum haberes in -o familiarissimos. LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 1, 18 qui novos in hoc -o intrare vole⟨s⟩ (*cf. supra l. 36*). CORP. V 4449, 12 in omnib(us) -(is) magisterio perfunctus. MARCIAN. dig. 47, 22, 3, 2 in -o tenuiorum recipi (CORP. V 4048, 9 immunes recepti in -(o) fabrum). PAPIN. dig. 50, 2, 6, 5 in suo -o primus sententiam rogatur. esse: LEX repetund. (Corp. I 198) 10 queive ⟨ei⟩ei sodalis siet queive in eodem -o siet. 20. 25. CIC. Brut. 127 qui in -o sacerdotum esset. Sest. 113. VLP. dig. 36, 1, 1, 15 in -o vel corpore. frg. Vat. 210 nec sufficit collegam dicere nisi in quo -o addiderit. *al.* PAVL. dig. 27, 1, 46 pr. (frg. Vat. 233) in -o pistorum. CIC. leg. 2, 32 et in -o vestro inter Marcellum et Appium . . . magna dissensio. 2, 33 qui hanc scientiam negat umquam in nostro -o fuisse. *c. subst.*: CORP. V 4105 inter primos colle⟨g⟩iatos in -o. CORP. II 1976 pius in -o. CIC. Cato 64 multa in -o vestra praeclara. CORP. X 1125, 11 in -o pontificum promagistro. LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 2, 17 quisquis quinquennalis in hoc -o factus fuerit. SEN. benef. 4, 30, 2 sacerdotem non in uno -o fecit. CORP. IX 5177 *singuli* in -o. pro: CIC. dom. 136 pontificem maximum pro -o respondisse (*ibid.* respondit. har. resp. 21). LIV. 4, 26, 9 *tribuni pro* -o pronuntiant. PAVL. FEST. p. 57 ponebatur in sacrificio pro -o pontificum. *aliter*: GRAN. LIC. 22, 3 pro -o (*i. e. coram*) quid in libris fatalibus scriptum esset palam recitare. LIV. 38, 36, 4 supplicatio triduum pro -o decemvirorum imperata fuit. GELL. 15, 27, 1 'calata' comitia esse, quae pro -o pontificum habentur. PAVL. FEST. p. 161 pro -o quidem augurum decretum est. TAC. ann. 11, 15 rettulit . . . super -o haruspicum.

**D** ***latiore sensu*** *i. q. manus, turba, conventiculum*: GLOSS. συναγωγή. HOR. sat. 1, 2, 1? *v. p. 1593, 5.* APVL. met. 4, 5 *pauci* fortissimi -i (*sc. latronum. item*: 6, 31 nec sectae -i nec mansuetudini singulorum *congruit.* 7, 1. 7 noluit esse Caesar Haemi -um. 7, 8 dotem -o vestro *offero*). apol. 100 scripsit heredem . . . temulentum illud -um, parasitos tuos (AVSON. 398, 46 parasitorum -a Plautinorum). TERT. adv. Val. 1 p. 177, 8 Valentiniani, frequentissimum plane -um inter haereticos. COMM. instr. 1, 19, 7 incopriat cives unus detestabilis omnes applicuitque sibi similis -o facto. AVSON. 416, 35 *praeceptor* primus in Aonidum qui te -a duxi (*in imag.*). SACR. Leon. 464 de quorum (*sc. apostolorum*) -o *beatus Andreas.* FAVST. REI. spir. 2, 1 p. 133, 26 recognoscit socium sibi templum (*corpus Mariae*) caeleste -um (*trinitas*). EPIST. pontif. 374 (Coelestin.) Migne 50, 77$^{A}$ ab universitate -i (συνεδρίον) et conventu christianorum te (*sc. episcopum*) prorsus esse seiunctum. SIDON. epist. 4, 11, 1 a -o . . . Conplatonicorum solo habitu ac fide dissociabatur. ENNOD. epist. 1, 20, 4 p. 32, 23 *-um* per totam Liguriam consistentium servorum et amicorum dei. 3, 21, 1 p. 87, 12 *Vitalem* sacri consortio gaudere -i. dict. 4, 5 p. 437, 6 *Antoninus et Cassianus faciunt* de terrena habitatione caeleste -um. opusc. 2, 76 p. 311, 13 plus adhuc remanserat in reverentia pulsati quam esset in nostri integritate -i (*de episcoporum synodo*). VAL. CEM. hom. 18, 4 ne quem a -o sanctitatis fragilitas humana segregaret (*de Machabaeis*). VEN. FORT. vita Leob. 7, 21 *cum dominus Avitum* terrenis exemptum impedimentis in -o sanctorum suorum connumeratum haberet. *nota de monasterio*: VEN. FORT. vita Leob. 10, 32 una de puellarum -o (*cf.* 20, 66 quaedam deo devota ex monasterio puellarum). *de diis*: CORP. IX 5730 -o deorum sacrum. *de actione conveniendi*: TERT. nat. 1, 20 numquid ipso vos -o offendimus? *adde de rebus*: PANEG. 12, 31 *secum* omnium scelerum postremorumque vitiorum stare -um. ENNOD. epist. 2, 9, 3 p. 49, 7 nec lunaris globi claritudinem minorum siderum aliquando illustravere -a. *inde idem fere quod societas, amicitia*: QVEROL. p. 12, 14 improborum facilius sustinetur odium quam -um. AMBR. exc. Sat. 1, 68 in fratribus consuetudinis usus atque -i acerbitatem doloris accendunt. CASSIOD. in psalm. 28, 12 ipsius regimine illuminati nesciant -um habere cum pessimis. *cf.* ENNOD. carm. 1, 8 praef. 2 p. 528, 13 huius (*sc. fistulae*) se solari, huius nititur mulcere -o *pastor agrestis.* *pro titulo comoediae Atellanae*: POMPONII Collegium (*cf.* NON. p. 104, 9). *nota singulariter*: GLOSS. II 451, 35 τάξις στρατιωτική.

**II** ***translate:*** *de societate muneris vel magistratus*: CIC. epist. 2, 13, 2 collegam meum praesertim et in ipsa -i laude et scientia studiosum mei. SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 12, 3 quae nostra officia fuerunt pro -o et pro propinquitate, *praestitimus.* LIV. 10, 13, 13 P. Decium, expertum mihi concordi -o virum (10, 22, 3 nihil concordi -o [*sc. consulum*] firmius ad rem publicam tuendam. 10, 24, 6 invidisse Decium concordibus -is tribus). SEN. benef. 6, 3, 2 ruptis totiens affinitatis, amicitiae, -i foederibus. FLOR. epit. 2, 2, 5 *Octavium* Gracchus contra fas -i, ius potestatis iniecta manu depulit rostris. QVEROL. p. 3, 5 ingenti me donas bono: hoc testimonio, hoc -o. HIER. epist. 52, 4, 3 audi fratrem -o, patrem senio. 60, 13, 3 *mitte* mihi, aetate patri, fratri -o. OROS. hist. 6, 17, 9 qui detrectavere -um, discant ferre dominatum. *additur collega*: TAC. hist. 1, 52 Vitellio tres patris consulatus, censuram, -um Caesaris *imponere imperatoris dignationem.* ann. 3, 31 sequitur Tiberii quartus, Drusi secundus consulatus, patris atque filii -o insignis. AVSON. 406, 70 quem curulis proxima -o nati dedit (406, 97). PANEG. 12, 8 tuum illud attingam cum patre divino castrense -um. *additur magistratus*: VELL. 2, 8, 2 *clarum exemplum Fulvi Flacci filiorum* in -o consulatus fuit (VAL. MAX. 1, 6, 9 et consulatus -um et erroris socie-



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tas et par genus mortis. 9, 14, 4 generosissimum consulatus -um Lentuli et Metelli fuit. TAC. ann. 3, 16 per -um consulatus *rogo*). VELL. 2, 90, 1 *Agrippam* usque in tertium consulatum et mox -um tribuniciae potestatis amicitia principis evexerat. AVSON. 419, 7 ad praefecturae -um filius cum patre coniunctus. AMM. 23, 1, 1 ascito in -um trabeae (*i. e. consulatus*) Sallustio. MEROB. pros. frg. 2 A 1 *me* in -um togae senatus ascivit. *nota*: TREB. trig. tyr. 12, 18 *Marcianus* Romano dignus -o, nostra dignus amicitia (*verba Valeriani*). *latiore sensu: i. q. quaevis societas, sodalitas*: CIC. Brut. 166 cognatione, sodalitate, -o . . . Philippum in consulatus petitione superavit. TERT. nat. 2, 4 docete etiam qualitatis inter illos esse consortium, ut iure consistat -um nominis communione substantiae. resurr. 40 p. 85, 1 secundum -a laborum consortia quoque decurrant necesse est praemiorum. 49 p. 102, 4 *portavimus* imaginem choici per -um transgressionis (PS. ORIG. tract. 17 p. 185, 17 quomodo portavimus imaginem terreni nisi per -um transgressionis, per consortium mortis). AVSON. 419, 16 habent (*sc. viri gloriae militaris*) tecum, ut semper laboris, ita dignitatis plerumque consortium, virtutis quam honoris antiquiore -o. PETR. CHRYS. serm. 146 p. 593$^{C}$ *nomen Mariae* hospitalitatis virtus, sanctitatis -um. GREG. M. epist. 9, 15 quaesivi autem, qui vobiscum adhaereant in lectionis sacrae -o. *nota*: PLIN. nat. 10, 39 auxiliatur accipiter -o quodam naturae bellumque partitur (ENNOD. opusc. 6, 2 p. 402, 2 favete etiam proximos, quos facit naturale -um). *id quod communio*: VICTRIC. 21 homo ipse in eo quod homo est unum tenet cum omnibus nascendi communione -um. ENNOD. carm. 1, 7 praef. 2 p. 524, 7 est vobis quoddam cum hominum factore -um. ille finxit ex nihilo, vos reparatis in melius. *cum genetivo rei*: TERT. resurr. 15 p. 44, 16 non sola anima transigit vitam, ut nec cogitatus . . . auferamus a -o carnis. PRVD. cath. 10, 36 spatium breve restat, ut alti repetat -a sensus (*corpus mortuum*).

*derivata*: collegialis, collegiarius, collegiatus. (collegiatio?). *Schwering.*

**collēgo,** -āre *a* con *et* legare, *cf.* collegatarius. NOT. Tir. 29, 77 conlegat (*inter* legat, ablegat . . . *et* delegat *al.*). 35, 60$^{b}$ collegat (*ante* colligat, *vix pro* colligat *scriptum est*).

**collēgus** *v. p. 1585, 80.* **colleibertus** *v.* collib-.

**collēma,** -atis *n.*, κόλλημα. PAPYR. Tebtun. II 686 (*saec. II—III*) -a toto mo⟨. . .⟩. MART. CAP. 3, 225 *in medicamento quodam* cera fago illita et gallarum gummeosque commixtio et Niloticae fruticis -ta notabantur. PLAC. med. 31, 2 est et una collima mixtum cum turis manna. *huc pertinere videtur*: GLOSS. III 588, 70 colima colifonia (610, 28 colofonia, *i.* Colophonia. κόλλημα *restituit Götz*).

**colleprōsus,** -a, -um *a* con *et* leprosus. *qui una (cum altero) leprosus est.* SIDON. epist. 6, 1, 2 -i mei . . . condicione.

**collēsis,** *acc.* -in *f.*, κόλλησις. *i. q. glutinatio (v. l. 50): proprie*: CHIRON 8 alii vero sanguine mixtum dixerunt ideo causis imponi propter -in medicamentorum. multis enim generibus -is (collectis *codd.*) medicamentorum aliter fieri potest. CASS. FEL. 19 p. 29, 19 -in futuram significat, id est glutinationem. *pro nomine herbae*: PS. APVL. herb. 4 *Graeci* hieran botanen (*i. verbenacam*) -in (callesin *vulgo*, colletin *A*, *cf.* GLOSS. III 557, 52 *et* 621, 54 -is id est verbena).

**collēticus,** -a, -um, κολλητικός. *i. q. glutinatorius, aptus ad glutinandum (cf. infra l. 59. 64): scribitur* collecticus (*quasi a* colligere, collectus *ductum*): CHIRON 229. 394. 472 GLOSS. *l. 65 et in varia lectione infra l. 59. 63, quod nescio an ipsis auctoribus tribuendum sit.* CHIRON 229 curabis clisteribus -is (VEG. mulom. 1, 46, 2 clysteriis -is [colecticis *p*, collectivis *A*] id est quae glutinent). 394 lenes et catarroicas et simplices et -as et refrigerantes potiones accipiendo (CASS. FEL. 39 p. 87, 18 adhibitis potionibus -is). 472 curabis rebus -is et stipticis. THEOD. PRISC. eup. faen. 65 et uteris pulvere -o (collectico *r*, collecto *Bb*). CASS. FEL. 39 p. 89, 4 habent enim -am virtutem, id est glutinatoriam (GLOSS. V 495, 8 -a [colectica *cod.*] glutinatoria).

**collēvīta,** -ae *m. a* con *et* Levita. GRAMM. suppl. 175, 5 'conlibertus', 'conlevita' . . . teste Isidoro. *i. q. consacerdos*: BEDA gramm. VII 260, 3 dulcissime fili et -a Gutberchte.

**collēvo,** -ātum, -āre *a* con *et* lēvare. *idem q. lēvare, leviorem reddere: proprie*: PLIN. nat. 17, 192 *in putandis vitibus convenit* plagam omnem obliquam fieri . . . et ad terram verti quam lēvissima cicatrice acie falcis exacta plagaque -ata (*Pintianus,* convelata *codd.*). *translate i. q. sanare, lenire*: SEN. epist. 64, 8 hoc *medicamento* asperitas oculorum -atur. PLIN. nat. 23, 30 prodest *mustum* renibus, iocineri et interaneis, vesicae; -at enim ea[s]. [COLVM. 6, 17, 8 collevata *Sang. pro* levigata.]

[**collianōrum** publicanorum vel impiorum GLOSS. Scal. V 595, 51. tol⟨on⟩eariorum *Götz*, telon⟨ar⟩iorum *malim, cf.* GLOSS. V 580, 56 telonarius *eqs.*] *Mbr.*

**collīberat** NOT. Tir. 34, 29. *a* con *et* liberare.

**collībertīnus** NOT. Tir. 34, 39$^{a}$. *a* con *et* libertinus, *cf.* collibertus.

✖**collībertus,** -ī *m. a* con *et* libertus. *in titulis persaepe scribitur* conl-, *ex. gr.*: CARM. epigr. 959, 3 (*aetatis Sullanae*) *al., item:* GRAMM. suppl. 175, 5 *v. p. 1574, 55 et* NOT. Tir. 34, 38. *multo rarius* coll-, *velut*: CORP. XII 3637 (*Nemausi, post a. 73*) colliber-tís. INSCR. Notiz. degli scavi 1909 p. 114 (*saec. I*). *cf.* CORP. XIII 1097 (*Mediolani Santonum*) cobliberti. colibertus *sim.*: CORP. III 10551 (*Aquinci*). X 2848. 4206 (*litteris antiquioribus*). 7887. XII 1428. XIV 1467 INSCR. Notiz. degli scavi 1907 p. 211. *apices*: CORP. XII 1898 (*Viennae*) collíbe⟨rto⟩. 3455 (*Nemausi*) conlíb(ertus). INSCR. Notiz. degli scavi 1903 p. 510 (*Romae*) collíb⟨erto⟩. conleibertus: CARM. epigr. 959, 3 (*aetate Sullana*). *notatur saepe* conlibert *vel* conlib *vel* conl. *singulis locis*: CORP. IX 4741 conliber-(tis). V 964 con(liberto). GLOSS. συναπελεύθερος, σύνδουλος. libertati redditus. NOT. Tir. 34, 38. *legitur inde a* PLAVTO (*semel*) *apud* CIC. (*semel*) PETRON. (*quater*) ICTOS (*saep.*) CAPITOL. (*semel*) *et in* INSCR. *saepissime inde ab aetate Sullana.* [*francog. vet.* cuivert. *M.-L.*]

*i. q. servus ab eodem domino manumissus*: PLAVT. Poen. 910 meus -us faxo eris, si di volent (PETRON. 58 istud -o meo dono. CARM. epigr. 1140, 5. VAL. dig. 32, 94 suo. *al.* CAPITOL. Opil. 4, 4 [non liberto *codd.*]. CORP. VI 34126 *al.* PAPIN. dig. 34, 1, 9 pr. nostro). CARM. epigr. 959, 3 (*aetate Sullana*) vir -us fuit, eidem, quo careo (*cf.* CORP. III 14352$^{2}$ coniunx et -u⟨s⟩. INSCR. Notiz. degli scavi 1905 p. 38). CIC. Verr. 6, 154 qui *Puteolani mercatores* . . . partim libertos, partim -os spoliatos . . . esse dicunt (CORP. V 2576, 5. VI 33906, 8. XIV 3720 INSCR. Notiz. degli scavi 1907 p. 209). CORP. I 1203 (= X 4010) Philargur(us) -(us) fecit de suo. PETRON. 38 -os eius *Trimalchionis* cave contemnas. 57. 59. CARM. epigr. 396, 2 sibi et gnato -oque (CORP. II 2486. IX 4741. XII 4996). 831, 1 -i et conservi merito posuerunt (*cf.* CORP. XII 289 -i et fam⟨ili⟩a. INSCR. Rev. épigr. 1902 n. 1502). SCAEV. dig. 36, 3, 18 pr. patrem eundemque -um scripsit *mulier* heredem (*cf.* PAPIN. dig. 31, 77, 13 -um patris eundemque filium. VLP. dig. 36, 1, 18, 4. 37, 15, 1, 1 inter -os matrem et filium. CORP. II 4087 fil(io) et -o. *cf.* III 10551 Iulií Crispinus et Lynx -(i) et fratres. X 549). PAVL. dig. 17, 2, 71, 1 -i societatem coierunt. *al.* CORP. II 4184 Hilarus -us tabul(arius) XX her(editatium) prov(inciae) Lusitaniae. 4319 -o et educ(atori) b(ene) m(erenti) (*cf.* VI 33930$^{a}$ magistro. XII 3356). III 3195$^{b}$ (= 8807) -(o) VIVIR(o) Aug(ustali) (V 964). 8944 optimo. X 4206 (*Capuae, litteris antiquioribus*). XII 1006 benemerito (XIV 929 b. m.). 3637 (*post a. 73*) oblátá sibi a -ís immúnitáte. 3832 (*litteris bonis*). XIV 1658 (*Ostiae*) ⟨conse⟩nsu -orum. INSCR. Notiz. degli scavi 1903 p. 510 (*Romae*) fructuoso -⟨o⟩. *nota*: EVSTATH. Bas. hex. 9, 6 p. 965$^{A}$ -os nostros (*i. angelos;* ὁμοδούλους) auctores humanae formationis efficiunt *Iudaei.*

*fem.* ✖**collīberta,** -ae. *de formis: scribitur saepissime in titulis* conl- (*fere 40$^{ies}$, ex. gr.*: CORP. VI 26947 = I 1089); coll- *scribitur*: CORP. VI 11125 INSCR. Nuovo bull. crist. 1908 p. 258 (*Romae*). INSCR. Notiz. degli scavi 1907 p. 470 (*Romae*). TAB. devot. Audollent 216, 9. *cf.* INSCR. Notiz. degli scavi 1896 p. 332 (*Metae*) conllibert(ae). coliberta *sim.*: CORP. III 8011 (*Plugovae*). VI 35393. IX 717. XI 3189. conliberte (*dat.*): CORP. III 9134 (*Spalati*). X 641 (*Salerni*). conlibertabus: CORP. VI 34471—34474. *apices*: CORP. XI 6416 (*Pisauri*) conlíberta⟨e⟩. XII 3512 (*Nemausi, litteris pulchris*) conlíbertae. *notatur varie, ex. gr.*: co(n)lib, con (CORP. V 964), co (CORP. III 8011). GLOSS. συναπελευθερική. *praeter* INSCR. *non legitur nisi* VLP. dig. *l. 57.*

CORP. VI 26947 (I 1089) Sulpicia Q. l. vixit ann. VII Aeliae -ae et sibi (IX 4866. XI 6361. 6416. XII 4554 INSCR. Notiz. degli scavi 1896 p. 332). VLP. dig. 38, 16, 3, 5 'non nisi -am' *ducat libertus.* CORP. III 8011 proscriptus (*i. e. titulus?*) per Baebatiam Gam⟨i⟩cem co(n)-i(ugem) et -am (14355$^{15}$. X 641. XIV 381. XII 4894 uxori. *cf.* VI 11125 -ae eidem contubernali. XI 6234 -a⟨e⟩ et concubínae ⟨s⟩uae). V 2576, 6 conlibertis suí⟨s⟩ et -ae gratae suae (VI 34136. 35393. XI 3189 INSCR. Nuovo bull. crist. 1908 p. 258). CORP. V suppl. ital. 1177 (*litteris vetustis*). VI 34471—34474 conlibertis et -abus. VIII 24713 -ae dulcissimae. IX 1710 (*litteris optimis*). 5280 Anchariae C. ⟨l.⟩ Successae . . . -ae ⟨b.⟩ m. (X 2637 [*litteris bonis*]. XIV 959). XII 3512 optumae.

**collibēscit** [*cf. c.* collibet. *Th.*]. *formas perfecti v. sub* collibet. GLOSS. placet. complacet, delectatur. quia valde delectat. complacat, delectat. NOT. Tir. 22, 2 -it.

**collibet,** -uit (-itum est) *a* con *et* libet. GLOSS. -uit placuit. complacuit. NOT. Tir. 22, 1 -uit. *perfectum* -itum est *saepius vi praesentis temporis adhibetur*; -uit *hic illic fortasse incohative intelligendum a* collibescit.

*generatim idem fere q. libet: absolute*: PLAVT. Amph. 343 servusne ⟨es⟩ an liber? :: utcumque animo -itum est meo. CATO or. frg. 40, 5 cantat *M. Caelius*, ubi -uit. TER. Eun. 1056 si quid -uit (*Bemb. et pars codd. Call.*, -itumst *rell.*), *efficis.* CIC. nat. deor. 1, 108 simul ac mihi -itum est, praesto est imago *rei cogitatae.* HOR. sat. 1, 3, 6 si -uisset *Tigellio*, ab ovo usque ad mala citaret 'io Bacche' (COLVM. 11, 1, 2). *seq. infin.* (*cf. p. 1601, 11*): PLAVT. Amph. 858 facinus mirum est, qui illi -itum siet . . . sic me insimulare falso facinus. Cist. 128 magis libera uti lingua -itum est mihi (Merc. 258 visere. Most. 295 potare). CIC. epist. 15, 16, 2 simul ac mihi -itum sit de te cogitare. SEPT. SER. carm. frg. 21 pingere -itum est. ARNOB. nat. 2, 56

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-itum dicere est *philosophis* . . . periturum *mundum*. Ps. Cic. in Sall. 6, 17 quod ipsi facere -uisset. Cypr. Gall. lev. 279 si -itum *est* . . . ire. Carm. de fig. 1 -itum est nobis . . . perscribere. Vincent. Ler. 4, 6 quoscumque -uisset . . . percutere. Prisc. gramm. II 175, 21 cui *auctoritati* si -uisset . . . dicere 'sanguines'. *nota*: Mart. Cap. 1, 24 fit -itum manere iussis. 1, 91 *ni* id ferre in medium -itum foret. *nota de libidinibus, de re Venerea; fere i. q. in libidine est*: Plavt. Bacch. 28 sin lenocinium forte -itum est tibi. Sall. Catil. 51, 9 matres familiarum pati, quae victoribus -uissent (-uisset *codd. det., Augustin.*). Ps. Sall. in Tull. 2 nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alicui -uisset. *item c. infin.*: Ps. Cic. in Sall. 5, 13 ad ea patienda, quae alteri facere -uisset.

**collībrātio,** -ōnis *f. a* collibrare. Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 112[A] ea *corpora*, quae procul sunt et ab ista -e (*syn.* libramen, libra) longius posita, *sol* conservat in candore suo.

**collībro,** -āre *a* con *et* librare. *transitive:* Cato agr. 19, 2 inter arbores *vasorum vinariorum* medium quod erit, id ad mediam *suculam* -ato (conlibato *codd.*, conlibrato *apogr.*). *ibid.* lingulam cum facies, de medio prelo -ato. *intrans.*: Rvfin. Orig. in gen. 2, 6 non possunt ligna quadrata nominari *auctores saecularium librorum*, quod in eis nequaquam vita et sermo -et. *Hofmann.*

**collicellus,** -ī *m.* [*a* 1. colliculus *deminutive. Th.*]. Grom. p. 335, 16 aqua viva super via in -o. p. 337, 20 super pratum . . . in -o . . . orculam invenies. p. 338, 8. 364, 7. *Bannier.*

**colliciae,** (colliquiae) -ārum *f.* [*cf. c.* con *et c.* liqui, liquere, delicia. *Th.*]. *inter* -ci- *et* -qui- *variant codd.* *i. q. tegulae, quibus aquae pluviales deducuntur* (Pavl. Fest. p. 114 -ciae tegulae, per quas aqua in vas defluere potest. Gloss. colliquiae [contiquiate *cod.*]: imbrium collectio): *in aedificiis*: Vitr. 6, 3, 1 tuscanica sunt, in quibus trabes in atrii latitudine traiectae habeant interpensiva et -cias. Serv. auct. georg. 1, 264 (*ex Aelio Gallo*) *tegulae*, quae supra -cias infimae ponuntur. *in agris*: Colvm. 2, 8, 3 ut patentes liras crebrosque sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus et omnem umorem in -quias atque inde extra segetes dirivemus. Plin. nat. 18, 179 -cias . . . quae in fossas aquam educant. *in medicina*: Chiron 958 scobem eburneum ciatos singulos in collivias (*sic codd.*, colli⟨q⟩uias *scribas*) in cannales sparges. *hic fortasse afferendum*: Plin. nat. 31, 113 specus eos, *in quibus nitrum colligitur*, colligas (-cias *coni. Mayhoff., an a* colligere *formatum?*) vocant.

*deriv.*: colliciaris.

**colliciāris,** -e [*a* colliciae, *cf.* deliciaris. *Th.*]. *ad collicias pertinens*: Cato agr. 14 conliciares *tegulae* quae erunt pro binis putabuntur. *cf. Marquardt-Mau, Privatleben p. 237 adn. 3 et p. 638. v. etiam* colluviarium. *Mertel.*

**colliclārius** *v.* cornicularius *vol. IV p. 957, 34.*

**collicōsus,** -a, -um *a* collis. *fere i. q. collinus*: Prob. Verg. georg. 3, 338 dumi vocantur aspera loca inculta -a. *Bannier.*

**collictārius** *v.* collectarius *p. 1582, 84.*

**?collictus** (conl- *cod.*) sublictus Gloss. V 627, 17. conlectus sublatus *Götz, estne* -us *part. verbi* colliqu(e)o? *Mbr.*

**1. colliculus,** -ī *m. a* collis *deminutive. collis exiguus, clivus, exaggeratio terrena*: Frontin. grom. p. 43, 14 locorum elationes et clivia et -i finem faciunt. Hyg. grom. p. 114, 16 (*in instrumentis publicis*) ex -o qui appellatur ille ad flumen illud. Apvl. flor. 1 p. 4 -us saepimine consecratus. Itala Ios. 15, 2 (Lugd.) facti sunt fines illorum ab austro et usque ad partem maris salinarum -o (λοφιᾶς, Vvlg. a lingua), qui ducit ad Africum. Itin. [Silv.] 2, 6 ut . . . prorsus toti illi montes, quos excelsos videramus, ita infra nos essent ac si -i permodici essent. 3, 8. 7, 5 Sochoth . . . est clivus modicus . . . iuxta quem -um fixerunt castra filii Israel. 13, 3 per girum . . . -i. 13, 4. 14, 2. Hil. in psalm. 68, 31 Sion . . . -us templo . . . iunctus (*cf. l. 66*). Serv. Aen. 6, 783 breves septem -os a Romulo inclusos (8, 53). Rvfin. hist. 2, 17, 8 regio . . . sita -is (ἐπὶ γεωλόφου). Ps. Rvfin. in Os. 4, 13 Pallad. hist. mon. I 24 p. 306[B]. Grom. p. 326, 14 *II* . . . per -os descendentes dextra laevaque aquam habet. *nota*: Cassiod. in psalm. 68, 37 Sion . . . parvus omnino -us. [Svet. Nero 50 -o hortulorum *cod. Gudianus*, collo *ceteri.*] *Bannier.*

**2. colliculus, collicus** *v. s.* colic-.

**collīdo,** -īsī, -īsum, -ere [*a* con *et* laedere. *Th.*]. *scribitur* conl- *saepius in codd.* *nota* conl(a)esus: Vindic. gyn. p. 446[5]. Gloss. -dit et contundit: συνθλᾷ. -dit: elidit, confrangit. -sit: confregit, elisit. -sum: συμπιασθέν. Not. Tir. 50, 7 -dit (*post* allidit). 50, 11 -sit (*post* allisit). *legitur inde a* Cic. (*fort. a* Lvcilio? *v. infra l. 77*); *adhibetur saepius a pedestribus scriptoribus quam a poetis, e quibus habent singulis locis*: Lvcr. Hor. Ov. Manil. Lvcan. Nemes. *al., binis*: Stat., *ternis*: Avien., *quaternis*: Cypr. Gall., *quinis*: Sil. [*loci dubii*: Lvcil. 1256 porro homines nequam, malus ut quartarius cippos †colligere (collisere *Scaliger*) omnes. Pavl. Fest. p. 241 agri . . . qui[a] non mancipatione, sed usu tenebantur, et ut quisque occupaverat, †-bat (possidebat *Vrs.*; colebat *A. Aug.*). Vell. 2, 52, 2 conlisa (*sic Gelenius*; consilio *AP*) inter se duo rei publicae capita. Cvrt. 10, 9, 2 primum ergo -sere (*codd.*, conmisēre *Ieep*) vires, deinde disperserunt. Ps. Qvint. decl. 5, 15 datur tamen colludere catenis (*sic B*; collidere catenas *V*)].



**I** ***transitive:*** **A** *proprie*: **1** *i. q. complodere, concutere, in unum conferre*: Sall. hist. frg. 4, 27 quia -si ibi fluctus latratus videntur exprimere (Cypr. Gall. exod. 498 fretum dubios solitum -ere fluctus. Vindic. gyn. p. 446[5] inscapulosus fluctus conl(a)esus). Manil. 1, 857 cum silva sibi -sa crematur. Sen. epist. 11, 2 quibusdam tremunt genua dicturis, quorundam dentes -untur . . ., labra concurrunt. nat. 1, 1, 5 cum levius -sus et . . . frictus est *aër*, minora lumina excutiuntur (1, 1, 15 aēre inter se -so). 1, 1, 6 nubes -sae mediocriter fulgurationes efficiunt (1, 1, 8. 2, 12, 5. 2, 32, 2 *bis*. 2, 55, 1. Apvl. mund. 12 sed cum tormentum illud ire pergit densasque et tumidas nubes prae se agit coactasque -dit, fit sonitus et intonat caelum. Hier. tract. in psalm. 96 p. 143, 13. 146 p. 296, 16 Drac. laud. dei 1, 710. 3, 15 Cassiod. in psalm. 96, 4. *cf.* Mart. Cap. 5, 427 velut fulgoreae nubis fragore -so). Sen. nat. 2, 28, 1 aversas inter se manus -e, non plaudent, sed palma cum palma collata plausum facit (Qvint. inst. 2, 12, 10 iam -ere manus, terrae pedem incutere, femur, pectus, frontem caedere, mire ad pullatum circulum facit. Physiogn. 99 manus saepe -et [συγκροτεῖν] vel inter se complicabit). Sen. nat. 7, 20, 1 fulmina . . . ignes sunt aeris triti et impetu inter se maiore -si. Petron. 132 iam pluribus osculis -sa labra crepitabant. Cvrt. 4, 3, 17 tum inhorrescens mare . . . fluctus ciere et inter se navigia -ere (9, 9, 16 -di inter se naves abstergerique invicem remi coeperunt. Heges. 3, 20, 2 navigiorum sonus, cum inter se -rentur). 8, 9, 8 magnoque motu amnis uterque (*Ganges et Indus*) -itur. Sil. 3, 698 -sis trabibus. Stat. Theb. 6, 591 nunc lubrica forti pectora -unt plausu. Ps. Qvint. decl. 12, 16 nec inter canentes -sarum aquarum spumas vela dinoscimus. Frontin. strat. 1, 12, 10 lapidibus -sis ignem excussit (Hier. tract. in psalm. 96 p. 143, 7. 11). Apvl. met. 9, 1 mensas etiam impetu meo -o atque disturbo. Nemes. ecl. 3, 34 applauditve manu mutilum caput aut breve mentum et simas tenero -dit pollice nares. Ivst. 4, 1, 13 undas, quas sorbentis aestus vorago -dit. Amm. 31, 13, 2 deinde -sae in modum rostratarum navium acies trudentesque se vicissim undarum specie motibus sunt reciprocis iactatae. Chiron 206 quidquid ergo ex his inciderit interius, statim prae dolore volutat et -dat se. 304 de pariete in parietem se -et et fantasietur et caput demissum habeat. Hier. epist. 14, 10, 3 super nudam metuis humum exesa ieiuniis membra -ere? (Cypr. Gall. gen. 165 multo -ens membra tremore). in Ezech. 7, 23 p. 269 et lacerabis ubera, quae fracta fuerant in Aegypto et quae amatoribus tuis subacta atque -sa sunt. Vvlg. gen. 25, 22 -bantur in utero eius parvuli. iud. 5, 11 ubi -si sunt currus. Sirach 13, 3 quando enim se -serint *caccabus et olla*, confringetur (προσκρούσει . . . συντριβήσεται). Dan. 5, 6 genua eius ad se invicem -bantur (Physiogn. 70 genicula cum in se conversa sunt atque -untur. 98 qui genua -dit). Nah. 2, 4 quadrigae -sae sunt in plateis. Soran. 2 (18), 10 p. 82, 12 ut ad superiorem partem lecti eas (*puerperas*) ligarent et inferiores partes sublevarent et dimitterent atque -rent. Vindic. gyn. p. 446 quando impetus ventorum in scopulis -itur. p. 447[d] scupolis -sus *impetus tempestatis*. Mart. Cap. 1, 16 licet *amnes* eam (*Virtutem*) magno fragore -serint, tamen opprimere non quiverunt. 2, 165 aer . . . animas quodam fluenti aestu -ens. 2, 166 in eo (*Pyriphlegethonte*) perenni strepitu volutata -itur animarum impietas. Sidon. epist. 2, 2, 19 meta . . . ad quam se iucunda ludentum naufragia -unt. Cassiod. in psalm. 150, 5 *parvissimae phialae* artificiosa modulatione -sae (*aliter infra l. 70*). Ven. Fort. vita Pat. 11, 35 quasi catenarum fragmenta fuissent -sa. Greg. M. moral. 18, 68 quasi adversantes se undae -unt (28, 45). *in imagine*: Dares 24 proelium interea -itur.

**2** *i. q. concutiendo, complodendo frangere, obterere, rumpere, laedere, saepe i. q. delere, necare*: **a** *res*: Cic. Phil. 2, 73 vestis Pompei non multa eaque maculosa; eiusdem quaedam argentea vasa -sa. nat. deor. 3, 31 umor ita mollis est, ut facile premi -ique possit (Cael. Avr. chron. 5, 10, 95 sonus auditur velut inclusi atque -si umoris). Lvcr. 1, 532 nam neque -i sine inani posse videtur nec frangi nec findi in bina secando *eqs.* Ov. ars 3, 221 anulus ut fiat, primo -itur aurum (Vlp. dig. 34, 2, 27, 3 aurum vel argentum . . . si fractum aut -sum sit. *cf.* 34, 2, 27, 4 argentum autem fractum et -sum. Gloss. II 448, 8 συντεθλιμμένον ἤτοι συνεπτυγμένον ἄργυρον -sum argentum). Colvm. 12, 16, 1 ne inter se pondere suo pressae -antur *uvae* (12, 45, 1 ne altera alteram -at). 12, 47, 2 ne -i possint *cydonea mala*. Lvcan. 4, 783 frangitur armatum -so pectore pectus. Petron. 51 -sa erat *phiala* tamquam vasum aeneum. Plin. nat. 5, 98 torquetur itaque -sus inter haec claustra *Taurus mons*. Itala (Aug. civ. 17, 10 p. 229 D.) *et* Vvlg. psalm. 88, 45 dissolvisti (destruxisti Vvlg.) eum ab emundatione et sedem eius in terram -isti (κατέρραξας). Pavl. dig. 50, 16, 14 pr. veluti scyphi -si aut tabula rasa pictura. Cypr. epist. 59, 14 oportet utique eos, quibus praesumus, non circumcursare nec episcoporum concordiam cohaerentem sua subdola et fallaci temeritate -ere. Symph. 170 inter saxa fui quae me contrita premebant, vix tamen effugi totis -sa medullis (*de farina*). Paneg. 9, 12 deditosque hostes gladii sui -si obtunsique tutantur, qui nihil eis prodesse integri acutique potuerunt. Arnob. nat. 6, 15 -sos deorum vultus (*ibid.* confracta atque imminuta simulacra). Hil. in psalm. 144, 19 differt . . . vi exteriore -i et ruisse suo casu. Avien. Arat. 838 non haec (*aquae aquarii stellae*) spatiosa per aethram intervalla tenent neque lumen lumine forte -unt. orb. terr.



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

211 gemit amplo murmure pontus, seu quod -sas Thetis indignata per arces saeviat obiectis *eqs.* AMM. 22, 8, 2 ubi Nauplius Palamedis pater classem -sit Argivam. 23, 4, 6 *scorpio* saxum contorquet quicquid incurrerit -urum. 23, 4, 13 ἑλέπολις -sis parietibus aditus patefecit ingentes. HIER. epist. 60, 18, 2 iam tibi ostenderem totius mundi ruinas, gentes gentibus et regnis regna -sa. VVLG. Ier. 48, 12 lagunculas (lagoenas *Amiat.*) eorum -ent. 51, 20 -dis tu mihi vasa belli et ego -am in te gentes et disperdam in te regna. CLAVD. 17, 82 *philosophi* vaga -unt caecis primordia plagis. AVG. civ. 10, 11 p. 420 caelum se -ere comminatur. 14, 15 p. 37 ut male scribentem stilum -at vel calamum frangat iratus. quaest. hept. 2, 144 iratus . . . Moyses videtur tabulas testimonii . . . -isse atque fregisse. SVLP. SEV. dial. 3, 10, 6 ad motum dexterae -sarum inter se fragorem audisse gemmarum. VINDIC. med. 3 *semen* ⟨non⟩ est aliud quam spuma sanguinis spiritu -si (*paulo ante* spiritus sanguinem suspendit). MAX. epist. p. 2 inter tot -si orbis acerba naufragia. EVSTATH. Bas. hex. 3, 8 p. 899A suo . . . pondere -sae deorum pelluntur *guttae.* **b** *animantes*: ITALA Marc. 9, 18 (cod. k) ubicumque eum (*filium*) adpraehendiderit *spiritus mutus*, colludit (*sic man. 1*; colliidit *legit Fleck; leg.* collidit. ῥήσσει, VVLG. allidit). AMM. 17, 13, 10 superruentium -si ponderibus (23, 2, 6 porticus lapsa quinquaginta milites tignorum tegularumque pondere magno -sit). 19, 2, 7 diffractis capitibus multos hostium scorpionum iactu moles saxeae -erunt. 21, 12, 6 lapidibus volutis in pronum -si. 25, 1, 15 ne . . . -sam sterneret plebem *elephantus*. VVLG. Ier. 51, 21 et -am in te equum et equitem eius et -am in te currum et ascensorem eius. 51, 22 et -am in te virum et mulierem et -am in te senem et puerum et -am in te iuvenem et virginem. 51, 23 et -am in te pastorem et gregem eius et -am in te agricolam et iugales eius et -am in te duces et magistratus. OROS. hist. 4, 8, 14 si . . . ictu aliquo -atur *serpens.* 5, 16, 13 parvulis suis ad saxa -sis. PETR. CHRYS. serm. 146 p. 593D delent patriam, lac miscent sanguini, coaevos eius parricidali furore -unt. SEDVL. op. pasch. 3, 6 tabularum trabibus inhaerentes aut bracchiali remigio pervolutos scopulosis credebant naufragos litoribus -endos. DRAC. Romul. 8, 575 -sus harenis ingemit *Menelaus.* PASS. Thom. p. 104, 20 -sit eam (*mulierem*) spiritus in terram. TAB. devot. Audollent 286B, 9 (*Hadrumeti, saec. fere III*) demando tibi (*daemon*) . . . ut equos . . . crucies, o(c)cidas et agitatore⟨s⟩ Clarum et Felice⟨m⟩ o(c)cidas, -a⟨s⟩.

**3** *i. q. violare, contundere (in arte medica)*: CELS. 2, 10 p. 53, 7 quacumque de causa ruptum aliquid intus atque -sum est. 5, 18, 7 si quid in corpore -sum est. 5, 23, 1 -sis corporibus (5, 26, 23. SIL. 4, 160 -saque quadrupedantum pectoribus toto volvuntur corpora campo. CYPR. GALL. exod. 311 hominesque . . . -so [et] corpore trudit *grando.* RVFIN. hist. 6, 41, 3 omne corpus *Metrani* membratim fustibus -erunt [παίοντες]. *cf.* HEGES. 5, 38 plerique fractis cruribus -si corpore moriebantur). CELS. 5, 26, 5 peius est, quod etiam -sum quam quod tantum discissum est. 5, 26, 23 si id quod -sum est, quamvis parum diductum est. 5, 26, 35 ubi integra cute interior pars -sa est. 8, 2 omne . . . os . . . aut vitiatur aut finditur aut frangitur aut foratur aut -itur aut loco movetur (8, 3 p. 332, 32 summum *os* . . . -atur exaspereturque. *ibid.* l. 36 *ossa* fracta, fissa, forata, -sa. 8, 8, 2. SIL. 2, 200 -sa per ossa. GAIVS inst. 3, 223 propter os vero fractum aut -sum. HIER. epist. 22, 7, 1 nuda humo ossa vix haerentia -bam). SEN. dial. 5, 22, 4 nunc -sum nasum deriderent (AMBROSIAST. in Rom. 14, 16 si quis . . . forte decorus habeat . . . nasum -sum). PLIN. nat. 29, 33 sucidam *lanam* imponunt et desquamatis, percussis, lividis, incussis, -sis, contritis, deiectis *articulis humanis.* GAIVS inst. 3, 217 unde non solum usta aut rupta aut fracta, sed etiam scissa et -sa et effusa et quoquo modo vitiata aut perempta atque deteriora facta hoc verbo (*sc. rumpendi*) continentur. ITALA lev. 22, 22 (Ps. Orig. tract. 10 p. 106, 11) non caecum aut -sum . . . offeretis deo vestro *pro hostia* (συντετριμμένον, VVLG. si caecum fuerit, si fractum. *cf. allegorice*: PS. ORIG. tract. 10 p. 110, 18 *sqq. ad l.* revolutus etenim de religione ad saeculum -sus in terra est . . . de caelo in terram ruit ac proinde -sus atque vexatus est *eqs.*). SER. SAMM. 956 si . . . caput infestus -serit ictus (AMM. 17, 7, 7 -sis quidam capitibus vel umeris praesectis aut cruribus). VVLG. psalm. 36, 24 cum ceciderit, non -etur (καταραχθήσεται. allidetur *Amiat.*), quia dominus supponit manum suam. BACHIAR. repar. laps. 16 licet in ruina tua omnia membra -seris (*cf.* GLOSS. V 447, 31 -sa membra: dibilitatem [*lege* debilitata] ex tristitia). AMBR. Noe 26, 98 eo quod *anima* gratiae caelestis munere defrudetur et velut -sa malitiae scopulis salubritatis suae corpus imminuat.

**B** *translate*: **1** *i. q. dissociare, discordiam serere, infestum reddere (cf. p. 1602, 75 sq.)*: **a** *aliquem*: SEN. dial. 4, 29, 2 est †suspicax et qui spectare ludos cupiat et ex longinquo tutoque speculetur, quos -sit. 5, 34, 3 diffusa et late patens via ne populos quidem -dit (AVELL. p. 4, 15 ut . . . nulla ulterius populos contentio nefanda -ret). PETRON. 10 alioqui mille causae quotidie nos -ent et per totam urbem rumoribus different. SIL. 7, 566 procursusque viros -serat acer. STAT. Theb. 6, 435 nec umquam ambitiosa pios -dit gloria fratres. ARNOB. nat. 3, 26 deum ergo dicemus in voluptatis suae dulcedinem -ere orbem totum, discordiarum et discriminum causas inter gentes serere *eqs.* ENNOD. epist. 7, 1, 2 p. 172, 11 dum . . . alterna se partes intentione -rent.



**I *loqui cum*** *aliquo* (*nec refert, utrum alter interloquatur necne, v. sub B, al.; sic etiam de litterarum commercio, cf. l. 17. 29. 35. 81. p. 1654, 29. 30. 60. v. etiam sub III. IV*): **A** *structurae*: **1** *absolute*: PLAVT. Amph. 223 imperatores in medium exeunt..., -untur simul. TER. Eun. 467 dare huic quae volumus, convenire et -i. CARM. inc. Cic. Tusc. 4,48 *gladiatores pugnaturi* -untur, congrediuntur, quaerunt aliquid, postulant. CIC. Caecin. 20 -untur. dies... sumitur. Att. 6,9,3. 7,8,4 ab hora octava ad vesperum secreto -uti sumus. 13,18 -i videbamur; ... tanta erat crebritas litterarum. epist. 4,1,2 CAES. Gall. 1,43,3 *al.* BELL. Afr. 57,2 vetat te (*Aquinium*) rex -i (*supra*: cum adversariis -i). SALL. Iug. 61,4 NEP. Con. 3,3 (*opp.* per litteras agere). *al.* LIV. 2,3,7. 2,45,7 velut deliberabundi capita conferunt, diu -untur. 3,36,2 *decemviri* rari aditus, -entibus difficiles. 8,18,9 ad -endum. 9,14,2 (*supra*: cum collega se communicaturum). *al.* CVRT. 10,8,9. PETRON. 59,3 cum Homeristae Graecis versibus -rentur (*v. Friedländer ad h. l.*). PLIN. nat. 28,104 magorum infestari artes, non elici deos nec -i. GELL. 20,1,2 ad eum ... accessit -utusque est nobis ... praesentibus. APVL. met. 9,30 manu pistori ... iniecta quasi quippiam secreto -ura ... deducit eum. ITALA Is. 1,18 (Ps. Cypr. adv. Iud. 8) venite -amur (*διελεγχθῶμεν*, VVLG. arguite me). PANEG. 3,11. PACIAN. epist. 1 p. 5 ad ea (*supra*: discutere). AVG. gen. ad litt. 9,5 p. 273,13 congruentius ad convivendum et -endum duo amici... quam vir et mulier habitarent. civ. 8,11 p. 337 (*opp.* scribere). 9,4 p. 372 securitas praebuit -endi vel etiam garriendi locum. SVLP. SEV. dial. 2,13,2 -entium murmur. CONSVLT. 9,5. SIDON. epist. 7,13,4 sermonem maximo temperamento cum -ente dispensat. CLAVD. MAM. anim. p. 90,4 de una tantum figura ... breviter -amur (*sequitur commentatio*). **2** c u m *aliquo*: PLAVT. Persa 728 ubi cum lenone me videbis -i (= 468; *Vssing al. delent*). TER. Hec. 131 ut -i mecum una posset. TITIN. com. 58 cum ea ... blanditer ... -i (conloq. $L^1$, conloquia *rell.*). CIC. S. Rosc. 74 cum homine (*supra*: quicum locutus est?). Cluent. 47 *al.* har. resp. 62 ut deus ... coetus hominum adeat, versetur in terris, cum hominibus -atur. Phil. 12,27 consul ... cum ... duce Marsorum inter bina castra. rep. 1,28 quicum (*opp.* qui ... secum ipsi loquantur). Tusc. 1,98 -i cum Orpheo, Musaeo *eqs.* (PLATO apol. 41$^A$ *συγγενέσθαι*). div. 1,64 di cum dormientibus. Att. 6,1,24. 11,14,2 (*ibid.* tecum ... locuti). 14,16,4 *al.* CAES. Gall. 1,19,3 per ... Troucillum (*sc. interpretem*) ... cum eo -itur. 5,36,2. 3 cum Ambiorige una -antur. civ. 1,24,5 interesse reipublicae ... se cum Pompeio -i (*infra*: si coram ... disceptetur). BELL. Afr. 29,1 Germani ... cum Caesaris equitibus fide data inter se. NEP. Them. 9,4 *al.* Att. 8,4 se[d] neque cum quoquam de ea re -urum neque coiturum. IMP. Aug. Suet. Claud. 4,1 LIV. 21,24,3 *al.* VELL. 2,51,3 VAL. MAX. 6,4,3. SEN. epist. 27,1 (*ibid.* remedia communico). 67,2 CVRT. 6,8,16 TAC. ann. 2,9 *al.* PORPH. Hor. carm. 1,28,9 se (*Minoem*) cum Iove -i. COMM. apol. 185 complacuit illi (*deo*) -i cum uno de nobis. IVST. 16,4,7 *al.* HIL. c. Const. 2 AMM. 15,5,10. 16. 21,14,5 non deos caelestes cum viris fortibus -utos. VVLG. II Macc. 11,20 -i vobiscum (*διαλεχθῆναι ὑμῖν*). AVG. civ. 22,8 p. 569 SVLP. SEV. dial. 2,13,3 *al.* *nota formulam* cum consilio collocutus (*technice de imperatore, magistratibus*): CORP. VIII 21826 (*saec. II*) conlocutus cum ⟨consili⟩o princ(ipum) gentium. COD. Iust. 7,26,6 imp. Philippus A. cum consilio -utus dixit *eqs.* *notatur per* C·C·C: NOT. laterc. gramm. IV 289. CORP. VI 266 (*saec. III*), 24 R⟨est⟩it⟨utia⟩nus c(um) c(onsilio) c(ollocutus) d(ixit). X 3334,8. II 4125,11 leg(atus) c·c·c decretum ... recitavit. *reflexive*: secum: *de singulis*: ARNOB. nat. 2,24 secum (*sic*) potius an cum altero -aris, cum altero sermocineris an secum. EVGRAPH. Ter. Eun. 225 secum -itur (cumloquitur, conl-, coll- *codd.*; loquitur *F*, *Wessner*). *sim.* cum animo (*i. secum*): TERT. idol. 23 p. 57,5 (*de Zacharia muto*). *de pluribus* (*i. q. inter se*): APVL. met. 4,5 *bis.* 8,30. CAPITOL. Opil. 12,5 *Macrinus insui bovibus milites iussit* capitibus, ut secum (*inter se? cum imperatore?*) -i possent, exertis. inter nos, se *al.*: CIC. de orat. 1,26. 32. 122 omnes ... significare inter sese et -i. *al.* CAES. Gall. 4,30,1 *al.* BELL. Afr. 29,1. 56,2 LIV. 26,36,9 CVRT. 7,1,25 *al.* HIER. epist. 67,5. mutuo: VVLG. gen. 50,15. ad invicem: VVLG. Luc. 4,36 (*συνελάλουν πρὸς ἀλλήλους*). 6,11 (*διελάλουν πρ. ἀ.*). Ioh. 11,56 (*ἔλεγον μετ' ἀλλήλων*). **3** *aliquem* (*i. fere q. alloqui*): PLAVT. Amph. 339 certum est confidenter hominem contra -i. Asin. 150 quem adeat, quem -atur quoique irato supplicet? 523 Argyrippum ... compellare aut contrectare, -ive aut contui. Capt. 833 perlubet hunc hominem -i. Men. 431 hunc (Most. 783). Mil. 1008 hanc. Pseud. 245 te (252). Trin. 1135 hos. 1150 homines. DAR. Aug. epist. 230,2 nos -i (alloqui *edd.*), ... scribere, ... salutare dignaris. *addo locos, ubi accusativum facile suppleas*: PLAVT. Aul. 474 hunc non ausim praeterire, quin consistam et -ar. Merc. 49 summo haec clamore *pater ad me*; interdum mus-sa⟨ns⟩ -i: abnuere, negitare ... me natum suom. Pseud. 620 ubi tu me novisti ... aut vidisti aut -utu's? Stich. 197 *parasitum* arcessitum missa sum. quae loquitur auscultabo prius quam -ar. TER. Andr. 974 salvos sum, si haec vera sunt. -ar. Eun. 367 conservam ... videbit, -etur. Phorm. 739 east ipsa. -ar. Ad. 446 opperiar hominem hic, ut salutem et -ar. CIC. Verr. 3,135 omnium inimicos diligenter cognoscere, -i, attemptare. Vatin. 26 ut ... eum ... revocares, -rere ..., interrogares. leg. 1,41 quid faciet ... nactus ... imbecillum ...? ... -etur, iuvabit, in viam deducet. ad Q. fr. 2,8,1 ut me et appelles et interpelles et obloquare et -are velim. D. BRVT. Cic. epist. 11,13,1 Caesari non credebam, priusquam convenissem et -utus essem. NEP. Eum. 11,2 qui ...-i consolarique (*Eumenem*) cuperent. **4** *alicui*: GELL. 17,17,2 omnium gentium viris haut umquam per interpretem -utus (locutus *OΠ*) est. TERT. adv. Marc. 4,22 p. 496,10 *v. infra l. 42.* ITALA Matth. 12,46 (cod. k) quaerentes -i illi (*αὐτῷ λαλῆσαι*, VVLG. loqui ei). COMM. apol. 625 Balaam sedenti asinam suam -i fecit. HIER. epist. 18$^A$,13,2 Moysi *deus*. CASSIAN. inst. 3,3,7. 4,16,2. 5,35. 8,11 conl. 7,6,1. 9,18,1 BOETH. trin. praef. p. 149,7. IVLIAN. epit. novell. 108,14 mulieri (*suspectus adulterii*). CONC. Matisc. a. 583 p. 156,16. *cf. infra l. 71 sqq.* **5** *adduntur de materia colloquendi*: d e: CIC. Cluent. 53 de insidiis ... secum (*cum Varo*) Cleophantum -utum esse. de orat. 1,26 leg. 1,8 NEP. Dion 2,4 *al.* LIV. 2,3,7 *al.* SEN. epist. 27,1 *al.* AVG. civ. 18,23 p. 285 *al.* CONSVLT. 9,5. *al.* s u p e r *c. abl.*: AMM. 15,5,10. *aliquid*: CIC. de orat. 1,26 multum (APVL. met. 3,21. *cf. l. 26 sq.*). rep. 1,18 perpauca. NEP. Them. 9,4 rebus quas tecum -i volo. LIV. 26,36,9 multa (TAC. ann. 15,55 multa ... ac secreta. APVL. met. 8,30). FRONTO p. 99,4 N. haec ... vel scribemus ... vel coram -emur. APVL. met. 9,30 quippiam. FAVST. REI. epist. 6 p. 197,5 ardua sunt, quae pro interrogantis fervore -imur. 7 p. 201,10 pro studio tuae salutis haec -or. CONC. Matisc. a. 583 p. 156,16 aliquid secretius. *per acc. c. inf.*: GAES. civ. 1,22,1 Spinther ... cum vigiliis ... -itur: velle ... Caesarem convenire. CVRT. 6,11,34 illi -uti satis quaesitum videri. AVG. gen. ad litt. 6,21 *v. p. 1655, 1.* q u o d: APVL. met. 4,5 secum ...-entes, quod in proximo nobis esset habenda mansio.

**B** *notanda de usu: loqui cum bestia*: CIC. Tusc. 5,115 Polyphemum Homerus ... cum ariete ... -entem facit. AMM. 22,16,21 *Pythagoras* cum aquila -ens subinde visebatur. *cum re personata*: CIC. epist. 1,9,10 cum ipsa quasi republica. APVL. met. 3,21 Pamphile *maga* multum ... cum lucerna secreto -uta. *cum deo* (*saepius i. q. orare*): TERT. adv. Prax. 14 p. 252,5 cum illo (*deo*) Moysen -entem. adv. Marc. 4,22 p. 496,10 eum (*Moysen*) -entem domino (*Christo, Luc. 9, 32*). RVFIN. hist. 5,1,56 Blandina *in martyrio* ... spe ipsa et animi praesumptione cum Christo iam -ens (*διὰ τὴν ... ὁμιλίαν πρὸς Χριστόν*). CASSIAN. inst. 5,35 hora hac deo -untur eumque in semet ipsis amplectuntur. conl. 7,6,1 domino. 9,18,1. FAVST. REI. epist. 3 p. 172,26 cum eodem (*deo*) ... humano ore et more. cum consilio: *v. p. 1653, 58 sqq.* *loquuntur bestiae, res*: SVET. Cal. 50,3 qui ... pelagi ... speciem -entem secum videre visus sit *in somniis.* GELL. 15,22,5 *cervam* instinctam Dianae numine -i secum (*cum Sertorio*) monereque et docere. COMM. apol. 625 *v. supra l. 16. cf. III.*

*adduntur adverbia*: simul: PLAVT. Amph. 224. blanditer: TITIN. com. 57. leniter et quiete: CIC. Tusc. 4,49. liberius: CAES. civ. 3,103,4. familiariter: CVRT. 6,8,16 (familiarissime: CASSIAN. conl. 9,18,1). Graecis versibus: PETRON. 59,3. pluribus: FRONTO p. 99,4 N. concorditer: PANEG. 3,11. cupidius: IVST. 31,4,8. summatim: PACIAN. epist. 1,2 p. 5. erectius: AMM. 15,5,16 (*VPba*, secretius *ed. Gel.*). affabilitate ... solita: CASSIAN. inst. 8,11. breviter: CLAVD. MAM. anim. p. 90,4. clam, secreto, palam *saepius. cf.* IVST. 16,4,7 tacitus (*i. clam*) cum Mithridate ... -itur. per litteras: CIC. Att. 6,1,24 epist. 1,7,1. per *interpretem sim.*: CAES. Gall. 1,19,3 civ. 1,20,1 NEP. Alc. 5,3 GELL. 17,17,2. a stiva ipsa: CIC. Scaur. 25. ex equis: CAES. Gall. 1,43,3. de muro: CAES. civ. 1,22,1. ex propinquo: LIV. 36,14,13. coram: FRONTO p. 99,4 N. HIER. epist. 67,5. facie ad faciem: HIER. epist. 18$^A$, 13,2 SVLP. SEV. dial. 3,11,1.

**II** *latiore sensu i. q.* ***conversari*** *cum aliquo*: VVLG. Sirach 11,21 sta in testamento tuo et in illo -ere (*ὁμίλει ἐν αὐτῇ*). RVFIN. hist. 5,1,56 *v. l. 43.* *huc possis trahere* CASSIOD. inst. div. 17 p. 1134$^C$ in illo choro *auctorum christianorum* eum eligere poteris (*lector*), cum quo suavissime -aris. *speciatim i. q. concumbere*: ITALA (Aug. quaest. hept. 2, 78 p. 145, 9) *et* VVLG. Dan. 13,54 sub qua arbore vidisti (VVLG. videris) eos -entes sibi? (THEODOTIO, *ex quo Vulg., ὁμιλοῦντας ἀλλήλοις*. LXX: *ὄντας σὺν ἑαυτοῖς*). ITALA Dan. 13,58 (Aug. *l. l.* p. 145,18) comprehendisti eos -entes invicem (LXX *et* THEODOTIO *ὁμιλοῦντας ἀλλήλοις*. VVLG. conprehenderis eos loquentes sibi). *cf.* AVG. quaest. hept. 2,78 p. 145,2 *sqq.*, *imprimis* 145,18 significatur concubitus. *cf. supra l. 19.*

**III** *obscurata vi praepositionis (sim. sub I) i. q.* ***loqui***: BOETH. in Porph. comm. sec. 1,7 p. 154,8 ut ad intellegentiam simplicem huius libri editio prima sufficiat, ad interiorem vero speculationem confirmatis paene iam scientia nec in singulis vocabulis rerum haerentibus haec posterior -atur. *cf.* trin. praef. 150,11 ut haec ... mihi tantum vobisque ... -antur.

**IV** *in commune (congruenter) loqui, in aliquid* ***consentire***:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Avg. gen. ad litt. 6, 21 p. 195, 9 mors hominis, quam eum peccato commeruisse multa divina testimonia -untur.

*deriv.*: collocutio, collocutor, colloquium. *Hey.*

[**collotadum**] *πλαστόν* Gloss. II 103, 45 (coloratum *dg*, collatum *c*). *de* coloratum *cogitasse videtur Götz, cf.* Gloss. colorator *ινδικοπλάστης*.

***?*col⟨l⟩otaurium** luta de collo tauri Gloss. III 558, 59 (*inter nomina herbarum vel medicamentorum*).

(**colluāca**, -ae *f.*) *a* colluere *finxit* Mar. Victorin. gramm. VI 25, 9 non est cloaca . . . sed cluaca, quasi -a.

**collubrium** (conl- *codd.*) Not. Tir. 42, 17. *orig. et notionis incertae.*

**collubum, -us** *v.* collyb-.

***?*collūcātio** (-ōnis *f. a* collucare) *latet fort. in* Gloss. II 110, 22 conlucatis (conlocatio *f h*) *εἶδος* (*ἔδος f*) *νεκροῦ* (*δένδρου Heraeus*). *Mbr.*

**collūceo**, -xī, -ēre *a* con *et* lucere. Gramm. suppl. 175, 1 conlucet *v. p. 1574, 51.* conlucis: Prvd. perist. 5, 10. Gloss. -et *περιλάμπει*. Not. Tir. 72, 53 conluxit. 72, 54 conlucet. *legitur inde a* Cic. (*11ies*); *perfectum inde ab* Epiced. Drusi; *singulis locis*: Catvll. Lvcr. Cvlex Val. Fl. Mart.; *binis*: Colvm. Sil. Stat.; *ternis*: Ov. Liv. Cvrt. Plin. nat.; *saepius*: Verg. (*5ies*) Sen. (*quater*) Tac. (*quater*).

**I** ***intransitive*:** **A** *proprie*: **1** *collucent res*: **a** *absolute i. q. una vel undique vel plena luce lucere, lucem diffundere, fulgere, splendere: res lucidae*: Cic. Arat. 208 clare -ens Scorpius. 263 claro lumine. 286. 322 rutilo . . . corpore. 327. nat. deor. 2, 40 sol ⟨in⟩ immenso mundo tam longe lateque -eat. Verg. Aen. 4, 567 faces (Cvrt. 3, 8, 22). 9, 164 ignes *excubiarum* (Cvrt. 3, 8, 18). Ov. epist. 14, 25 lampades. Sil. 9, 608 Vulcanius ardor. Plin. nat. 2, 10 tot stellarum illos -entium oculos (Ps. Qvint. decl. 4, 13 *sidera* [Firm. err. 17, 4]). Sil. 5, 511 contermina caedis -et rapidoque involvitur aesculus igni. *alia*: Catvll. 64, 45 -ent pocula mensae. Plin. nat. 10, 132 quarum *alitum* plumae ignium modo -eant noctibus. 37, 119 in his *sappiris* aurum punctis -et. Gell. 1, 2, 2 lavacris nitidis et abundis et -entibus. Ivvenc. 4, 405 pulchra Caiphaeae -ent atria sedis. **b** *additur: ablat.*: Cic. Verr. 1, 58 vidi -ere omnia furtis tuis (*i. signis raptis*). 5, 71 cuius *candelabri* fulgore -ere atque illustrari Iovis Optimi Maximi templum oportebat. nat. deor. 2, 99 quorum *hominum* operibus agri, insulae litoraque -ent distincta tectis et urbibus (*cf.* Apvl. mund. 4 *terra* villulis urbibusque -ens). Tim. 31 ut quam maxime caelum *sole* omnibus -ret. Verg. Aen. 5, 4 quae *moenia* iam infelicis Elissae -ent flammis (Val. Fl. 3, 351 aequora), 11, 209 -ent ignibus agri (Ov. met. 4, 403 aedes. Stat. silv. 1, 6, 89 polus ignibus *lucernae*. Tac. hist. 5, 13 templum. Svet. Tib. 14 arae. *cf.* Cvrt. 3, 3, 3 castra . . . magno ignis fulgore. Amm. 20, 3, 6 nubes aeternorum ignium propinquitate. 25, 10, 3). Cvlex 217 taedis limina. Liv. 24, 21, 9 luminibus (Tac. hist. 3, 38 per noctem. Isid. orig. 14, 8, 30 lucus potest et a -endo crebris luminibus dici, quae ibi propter gentilium religionem fiebant). Sen. Thy. 908 tecta -ent face. Ov. fast. 5, 363 purpureis -ent floribus agri (*cf.* Colvm. 10, 293 fetibus horti). Mart. 2, 46, 3 suppositis -ent prela lacernis. Paneg. 10, 29 auro arma *Caesaris* -ent. Sedvl. carm. pasch. 1, 14 (*in imag.*) -entque (conlutent *T*, collucant *A*) suis aurea vasa favis *in cena doctorum velut divitum*. Cassiod. var. 8, 33, 3 -ere pulcherrimis stationibus latissimos campos. *nota*: Colvm. 3, 21, 3 versicoloribus pomis gravidus -et (conlocet *A*, conlöc& *S*) autumnus. *praepositiones*: ab: Cic. ac. 2, 105 qua *mare* a sole -et, albescit et vibrat. Lvcr. 6, 882 taeda . . . per undas -et (Tac. ann. 3, 4 -entes per campum Martis faces). Epiced. Drusi 257 qualis in Herculeae -xit *flamma* collibus Oetae (Sen. nat. 7, 5, 2 *trabes* in eadem caeli parte -ent). Stat. Theb. 2, 553 totum sub armis -ere iter.

**2** *homines*: Sen. Ag. 543 caeco mari -et Aiax. Verg. Aen. 10, 538 totus -ens veste atque insignibus armis *sacerdos* (Decl. in Catil. 39 calamistratos ac vestibus -entes. Prvd. perist. 5, 10 -is insigni stola). Liv. 4, 33, 2 facibus ardentibus tota -ens *multitudo*. 38, 6, 2 tota -ente flammis acie. Tac. hist. 3, 23 Vitelliani adverso lumine *lunae* -entes. *adde*: Pavl. Nol. carm. 23, 264 sanus *oculus* cernitur aeterni -ens munere (*i. gratia*) Christi.

**B** *translate: de rebus i. q. apparere, evideri*: Sen. benef. 4, 21, 6 placebit illi ignis, per quem bona fides -bit. Ps. Rvfin. in Am. 8, 11 *Iudaeorum* ipsa calamitas in ipsa rerum attestatione -et. Cassiod. inst. div. 15 in ecclesia domini quasi quibusdam lampadibus competenter accensis (*sc. scriptis patrum*) . . . totum splendidum . . . -eat. *nota impers., seq. infinit.*: Ps. Rvfin. in Os. 6, 5 rerum exitu pendente -eat me (*deum*) bonas affectiones . . . expetisse. *de hominibus i. q. praeclarum esse, splendere*: Cassiod. in psalm. 118, 25 quamvis sancti *in vita* . . . multa virtutum varietate -eant.

**II** ***transitive** fere i. q. collucare*: Martyr. gramm. VII 165, 4 artem . . . grammaticam nostris auctoribus . . . visum fuit insistere et illustrissimis suis nos -ere sudoribus *eqs.*

*deriv.*: collucescere.

**collucernātio** *v.* collurcinatio.

**collūcēsco,** -lūxī, -ere *cf. c.* collucere *et c.* lucescere, illucescere *sim.* Not. Tir. 72, 55 conlucescit. *proprie*: Oros. hist. 3, 23, 3 (*in imag.*) horrendi subito bellorum globi -xerunt *ut foci.* 5, 3, 1 *duarum urbium* miserabile -xit incendium. *translate*: Amm. 16, 1, 4 incrementis velocibus ita domi forisque -xit *Iulianus*, ut. Ps. Rvfin. in Os. 2, 21—24 tunc primum (*aetate apostolorum*) exaequatio *bonorum* . . . -xit. *impers.* collucescit *i. q. apparet*: Boeth. in top. Cic. 1 p. 271, 8 quod praeceptis ostenditur, exemplis multipliciter -at.

**collūco,** -āre [*a* con *et* lux *ductum esse videtur, cf.* interlucare. *Th.*]. cōlūco *fort. infra l. 12.* Pavl. Fest. p. 37 -are dicebant, cum profanae silvae rami deciderentur officientes lumini. Fest. p. 348 -are *est* succisis arboribus locum implere luce. Gloss. -o *διακαθαίρω δένδρον. cf.* Plac. V 14, 30 (55, 40) conlocare deputare. *cf.* Anth. 19, 15 pedam . . . -are (colucari *cod.*). *v. Loewe, Glossae nominum p. 210.* Cato agr. capit. 148 quem ad modum lucum -are debeas. agr. 139 lucum -are Romano more sic oportet. Colvm. 2, 21, 3 *feriis non permittitur* arborem -are. *intrans.* (*i. q. collucere*)*?*: *v.* Sedvl. carm. pasch. 1, 14 *p. 1655, 53.*

*deriv.*: *fort.* collucatio*?*

***colluctātio,** -ōnis *f. a* colluctari. *legitur inde a* Sen. phil. *duobus locis* (Rhet. Her. 1, 15, 25 *pars codd., emendatur* collocutio); *increbuit apud* Eccl.

**1** *i. q. collisio, nisus, pugna, lis, rixa*: **a** *proprie de luctatoribus*: Vlp. dig. 9, 2, 7, 4 si quis in -e vel in pancratio vel pugiles dum inter se exercentur, alius alium occiderit. Lact. inst. 1, 17, 13 in illa -e *Vulcani cum Minerva.* Amm. 15, 3, 4 ut in -bus callere nimis quidam solent palaestritae (*in explicando calumniatoris cuiusdam nomine* Catena). Novatian. trin. 19 figura ipsa -is *Iacob cum homine* (*cf. Vulg. gen. 32, 24*). *al. cf.* Ps. Phoebad. fid. 8 Pavl. Nol. epist. 5, 7 Svlp. Sev. chron. 1, 9, 7. *de amplexu venereo*: Apvl. met. 2, 17 his . . . -bus . . . pervigiles egimus. 9, 5 dum Veneris -bus securius operantur. *de bestiis*: Colvm. 6, 2, 4 distent *buculi* inter se aliquanto spatio, ne in -e alter alteri noceat. *nota*: Tert. virg. 11 non sustinuit *Rebecca* dexterae -em (*i. coniunctionem firmam*) nec osculi congressionem nec salutationis communicationem. **b** *i. q. pugna sim.*: Ps. Qvint. decl. 11, 2 in furorem se magnae -is exercuit. *ibid.* in cuius feritatis -e duravi. 19, 11 ex maximi facinoris (*i. parricidii*) -e (coniunctione *vel* coniunctatione *codd.*) veniens. Amm. 28, 5, 3 *Severus* barbaros ante -em adeo terruit, ut. Cassiod. in psalm. 70, 5 (*in imag.*) *iuventus* ad certamen dirigitur et ad -es arduas . . . praeparatur. *de luctatione in morte*: Sen. nat. 3, 18, 1 (*de bestia*) ipsa -e *mulli* . . . rubor primum, deinde pallor suffunditur. Ps. Qvint. decl. 2, 20 *strepitum* factum -e morientis. Tert. adv. Marc. 5, 20 p. 648, 16 non exaggera⟨re⟩t *apostolus* atrocitatem extollendo virtutem -is (collectionis *codd.*) *Christi. cf.* Ps. Qvint. decl. 5, 15 *vulnera* repugnantis roboris -e vincuntur. *i. q. lis, rixa*: Sen. dial. 2, 19, 1 non est in rixam -emque veniendum. Ps. Qvint. decl. 17, 8 victi *patris* et redeuntis in damnatam -em *ad iudices.* Don. Ter. Phorm. praef. 3, 3 tum lenonis et Phaedriae -o *sequitur.* *nota*: Qvint. inst. 11, 3, 56 est aliis concursus oris et cum verbis suis -o.

**2** *i. q. conflictatio, vexatio*: Itala (Priscill. tract. 1, 13) *et* Vvlg. Eph. 6, 12 non est vobis (Vvlg. nobis) -o contra (Vvlg. adversus) carnem et sanguinem (*πάλη*; *cf.* Novat. p. 67[A] Rvfin. Orig. princ. 1, 5, 2 Pavl. Nol. epist. 40, 10 Avg. c. Secundin. 10 [*bis*] c. Fort. 23 agon. 5, 5 in Iob p. 622, 20 in psalm. 29, 2, 1. 55, 4. 143, 18 Fvlg. Rvsp. ad Tras. 2, 5. *cf.* Avg. c. Iul. op. imperf. 1, 72 est . . . inter carnem et spiritum -o. Leo M. serm. 42, 2). Firm. err. 14, 2 cum . . . Christus cum diabolo divina maiestatis suae -e certaret. Zeno 2, 18, 3 in -e martyrii (*cf.* Hier. in Gal. 1, 6 p. 381 absque -e et tormentis. Pass. Rogat. 2 persecutionis). Pass. Mar. Iac. 3 quaererent in terrena -e . . . victoriam (*cf.* Pass. Max. 2 in hac -e. Cassiod. in psalm. 62 concl. mundi istius. 113, 25 multiplici [*syn.* agone]. 114, 8 istius vitae). Op. imperf. in Matth. 12 p. 698 quod cum maiore -e facimus, pro illo dignius coronamur. Cassiod. in psalm. praef. unde se possint *haeretici* aliqua -e defendere. 118, 69 qui subiturus erat -is incertum (*syn.* certamen).

**colluctātor,** -ōris *m. a* colluctari. Lact. opif. 1, 7 ille -r et adversarius noster (*sc. diabolus*) scis quam sit astutus. Ps. Rvfin. in Os. 12, 3—6 quod eo protectore sublimandus esset *Iacob*, quo -e (*i. deo*) bene extitisset superior. *ibid.* a -is sui simulatione.

**colluctor,** -ātus sum, -ārī *a* con *et* luctari. *inde a* Sen. contr. Gloss. *συμπαλαίω*. Not. Tir. 95, 55 conluctatur. **1** *collidi, confligere, rixari, pugnare* (*de bestiis: l. 76. 78. 81*): **a** *absolute*: Sen. contr. 1, 2 them. militem . . . -antem et vim inferentem *meretrici* (*ante coitum, cf. l. 76 et p. 1657, 5. 10sq.*). Sen. nat. 5, 2 nascitur ventus, cum illa *corpora*, quae -bantur (*i. collidebantur*), incubuere. Colvm. 6, 37, 10 ne femina (*i. equa*) -ari . . . possit. Svet. Dom. 17 *Domitianum* -atum *esse* diu *cum Stephano.* Apvl. met. 2, 32 ut quemque *latronum* -antem offenderam. Tert. apol. 9 aper ille, quem cruentavit, -ando detersit. Amm. 20, 7, 6 ambobus (*Persis et Romanis*) obstinatissime -atis. 30, 6, 6 animam diu -atam efflavit *Valentinianus* (*cf. p. 1657, 24*). Pelagon. 213 ne se -ando (*i. torquendo*) vexet *equus.* Vvlg. Sirach 51, 25 (*in imag.*) -ata est (*διαμεμάχηται*) anima mea in illa *sapientia.* Cael. Avr. chron. 5, 11, 133 *convenit* alienis laboribus exercitio, hoc est -antium vel co⟨ex⟩ercentium, quam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Graeci haterocopian vel τραχελισμόν vocant. Ps. Avg. serm. 51,1 (*in imag.*) fortiter -atus est diabolus. *nota*: Hier. epist. 96,3 -antibus (*i. furentibus*) ventis et ex omni parte fluctibus excitatis. Svlp. Sev. epist. 1,13 crepitante et -ante incendii sono. **b** *seq.* cum (*adde l. 41. 48 sq.*): Sen. contr. 1, 2, 6 negas -atam te *meretricem* tamen cum viro. Novatian. trin. 19 qui -batur (*cf.* Vvlg. gen. 32, 24 luctabatur. LXX ἐπάλαιεν) tunc cum Iacob (*cf.* Hil. syn. 38. 49 in psalm. 68,19 Maximin. c. Ambr. 134 Svlp. Sev. chron. 1, 9, 6 Avg. serm. ed. Mai 80, 2 *cf.* Hier. epist. 22,11. *seq. dativ.*: Zeno 1, 2, 3 deo. Heges. 5, 16, 28 domino. Pavl. Nol. epist. 24,8 [*syn.* congrediendum]). Arnob. nat. 5, 9 -atus ... cum invita *matre* est *Iuppiter* (*antea*: certamen). Ivst. 13, 8, 8 Neoptolemus cum Eumene. Amm. 31, 7, 16 Romanos cum ... multitudine. Ambr. parad. 12, 55 quae *potestates* veluti -antur nobiscum (*cf. Vulg. Eph. 6,12*). Hier. hom. Orig. in Ier. 5 p. 801 non est opus sapientiam dei descendere et cum ea *sapientia mundi* -ari. *nota cum re* (*translate*): Sen. dial. 1, 2, 7 magnos viros -antes cum aliqua calamitate (*praecedit* rixa). 5, 43, 3 cum minoribus malis. nat. 1 praef. 5 cum affectibus (epist. 85, 6). epist. 28, 7 cum difficultatibus rerum (*postea* pugna). 52, 1 cum animo nostro. 66, 1 cum corpusculo suo. Colvm. 1, 3, 9 cum sit -andum cum eo *agro*, si fundus praevaleat, allidi dominum. Plin. nat. 27, 5 cum eo solo *veneno* -atur *aconitum haustum* veluti praesentius invento. Gell. 12, 5, 9 philosophum ... cum petulantia morbi. Tert. scorp. 9 (*in loco corr.*). Ivl. Val. 3, 56 rex ... cum illa pernicie (*i. veneno*). Amm. 21, 15, 3 cum anima ... iam discessura. 31, 6, 4 cum tot cladibus. Inscr. christ. Rossi II p. 244, 2 cum ⟨m⟩u⟨n⟩do -ans (cum lutans *cod.*) nudus hanc nudam sequere crucem. **c** *seq.* contra: Novatian. trin. 19. Ps. Avg. quaest. test. I 126, 6 contra hostes christiani nominis. adversus: Avg. c. Secundin. 10. **d** *seq. dativ.* (*cf. supra l. 9*): Tert. carn. 3 homini angelus. pudic. 22 tormentis. Heges. 4, 2 casibus. Prvd. ham. 521 his -amur praedonibus (*syn.* congredimur, *coniunguntur* luctamen, bellum). Pavl. Med. adv. Cael. 3 sibi. Cassian. inst. 5, 11, 1 robustioribus aemulis (*seq.* conflictu). conl. 2, 13, 9 quibus *hominibus* ille *diabolus* cotidie confligere et -ari ... instigatur. **2** *latiore sensu i. q. repugnare, discrepare*: Priscill. tract. 10, 134 -antia inter se mundi et dei in nobis opera. Favst. Rei. grat. 1, 1 p. 7, 8 gemini inter se -antur errores. Cassiod. in psalm. 32, 20 quae *patientia* omnia vincit adversa non -ando, sed sustinendo, non murmurando, sed gratias agendo. *i. q. contendere, disputare*: Ivl. Vict. rhet. 4, 1 p. 386 potius ... est, si litis condicio patitur, adversarium ab actione depellere quam cum intentionibus eius -ari. Amm. 30, 4, 19 quasi cum Antaeo vetere -ati perseveranter flagitant ... mercedes *advocati*. **3** *attenuata fere vi praepositionis i. q. coniti, versari*: Sidon. carm. 7, 193 ludus erat -anti ... lacerto vasta per adversas venabula cogere praedas. Mart. Cap. 5, 441 in superiore (*sc. quaestione finita*) crebro assidueque -or (*postea* versor). *seq. infin.*: Mart. Cap. 4, 336 his praeceptis parere -ans *dialectice*. **4** *i. q. una (cum altero) niti, collaborare*: Mar. Victorin. in Phil. 1, 27 -amini (*cf. gr.* συναθλοῦντες; Itala Mar. Victorin. *in l.* concertantes, Vvlg. collaborantes) una anima cum fide euangelii.

*synonyma*: collaborare, confligere, congredi, versari.

*?***collūdio,** -ōnis (*f.?*). Gloss. IV 41, 6 conlutiones (colludiones *Götz*) studiis intentas, studentes fabulas (famulas *Cassin.*, feminas *Heraeus*). *cf. l. 58.*

**collūdium,** -ī *n.* [*a* colludere. *Th.*]. *masc.* conludius: Lex Sal. capit. 4, 10. *at* Gramm. suppl. 41, 25 sic declinandum est per omnes hos casus: ... -um vinculum. Gloss. -um συνδοιασμός; turpis ludus; est dolus. *cf.* II 442, 31 συμπαιγνία conlusio conludio (*i.* conludium *?*).

**1** *i. q. lusus, iocus: de amore*: Sol. 12, 10 post assueta -a recedentem *puerum* impatientius sequitur *delphinus*. Symm. epist. 3, 5, 2 quia pares sumus, dulce -um est, ut cum altero neuter expostulet. **2** *i. q. consilium dolosum, conspiratio clandestina, dolus, fraus* (*frequenter in iudicio; saepius vi praepositionis evanida de fraude unius*): Sol. 9, 17 cum nuptias ageret *Philippus luscus*, acciti tibicines carmen cyclopium quasi de -o concinuisse traduntur. Symm. epist. 4, 20, 1 -o quodam moratus *frater* indicium. 4, 50 agnosco religiosa -a. 5, 54, 4 cuius scrinii -o publica damna latuerunt. Amm. 18, 5, 1 debitum per -a in nomen fisci translatum. 30, 4, 19 ex praemeditato -o. Cod. Theod. 9, 42, 7 (*a. 369*; Cod. Iust. 9, 49, 7) per gratiam atque -um. 9, 42, 20 (*a. 408*) si iussa nostra aut dissimulatione neglexerint aut -o praetermiserint. 16, 2, 39 (*a. 408*) ut -o ... locus non sit. *ibid.* illicitam conventiam et -a foeda (Cod. Iust. 11, 32, 3, 1 [*a. 469*] sine ulla fraude seu nundinatione vel -o seu conventia ... venditiones procedant). 11, 30, 64 (*a. 412*) ne ... -um differat litigantem. *ibid.* eorum culpa atque -o. Cypr. Gall. Ios. 290 callida versuto celerant -a (conlodia *B*) facto. Cassian. conl. 15, 1, 5 -o daemonum ac factione. Leo M. epist. 19, 1 novo ambitu foedoque -o (*cf. supra l. 73*). Sidon. epist. 1, 2, 7 sine motu evaditur, sine -o evadit *in ludendo tesseris*. Clavd. Mam. anim. 2, 9 p. 134, 12 velut assentante -o. Max. Tavr. serm. 43. Ennod. dict. 1, 13 p. 426, 29 adhibito ... -o. Novell. Iust. 54, 2 pr. si ... quoddam -um (συμπαιγνία) fiat (Lex Sal. capit. 4, 10). Greg. Tvr. Franc. 6, 31. 10, 11. Gild. Brit. 35 chron. III p. 46, 24 *feminae* -o ac suggestione. p. 50, 17 *regis* -o et uxoris dolo. Lex Burg. lib. const. 6, 3 suorum -o aut conscientia. 6, 6. extr. 21, 9 fraudem aut -um. Lex Sal. capit. 4, 9, 1 intercedente -o. 4, 12, 1. Lex Visig. 2, 3, 3 si ... aliquod -um fecerit. 5, 4, 17. 7, 1, 5. *cum genet. rei*: Symm. epist. 1, 92 ne videatur inertiae quoddam esse -um semper aequa lance censeri *in litteris dandis*. 10, 23, 4 nescio quis ... de officii mei -o vel iniquitate conquestus est. Cod. Theod. 15, 1, 41 (*a. 401*) absque ullius gratiae -o. *nota*: Ambr. in psalm. 1, 13 noli putare, quod -um tibi praestet silentii *diabolus* (*i. factum tuum celet*), qui vult tecum supplicii habere consortium.

*synonyma et iuxta pos.*: ambitus, coniventia, conscientia, culpa, dissimulatio, dolus, fraus, gratia, nundinatio, suggestio.

**collūdo,** -sī, -sum, -ere *a* con *et* ludere. *in codd.* (*cf.* Gloss. III 159, 16. 17) *hic illic scribitur* conclud-. Gloss. συμπαίζω. -it συνδοιάζει, συμπαίζεται. συμπαίζει. Not. Tir. 50, 15 -it. 50, 20 -sit. *legitur inde a* Cic. (*et* Varrone *? v. infra l. 17*); *singulis locis*: Cic. Verg. Hor. Petron. Plin. nat. Qvint. decl.; *quater*: Sen. contr.; *saepius apud* Ictos *et posteriores*. [*dub. et corr.*: Varro ling. 7, 21. Lampr. Comm. 2, 9 coniusit *codd.*, conlusit *Petschenig*. Itala (cod. k) Marc. 9, 18 *v. sub* collido *p. 1603, 18.*]

**I** *de animantibus*: **A** *proprie i. q. ludere cum aliquo: absolute*: Vlp. dig. 47, 10, 15, 23 si quis -endi, si quis officii honeste faciendi gratia *assectatur* (συμπαίξαι *BS*). *adde de bestiis*: Plin. nat. 8, 5 vulgare erat *elephantis in harena* ... gladiatorios congressus edere aut lasciviente pyrriche -ere. Cassiod. var. 8, 33, 6 -unt illic gregatim laetissimi pisces. *de sortiendo digitis*: Corp. VI 1770, 8 ratio docuit ... consuetudine micandi summota sub exagio potius pecora vendere quam digitis -entibus (concludentibus *Cyriacus*) tradere. *c. dativo*: Hor. ars 159 gestit paribus -ere *puer*. Cael. Avr. chron. 1, 5, 165 habet ... quidquam *calculorum ludus*, quod animum exerceat et magis si peritior aegrotanti -at. **B** *translate i. q. lusorie agere, praevaricari, fraudi una interesse, ex composito fallere, tam in iudicio quam extra id: absolute*: Sen. contr. exc. 5, 3 omnes aiebant fratres -uros (*i. non serio dimicaturos esse*). contr. 9, 4, 5 fili, fortius ... feri, ne nos -ere tyrannus intellegat. Ps. Qvint. decl. 6, 20 nemo non vos (*matrem et filium*) putasset -ere. Vlp. dig. 4, 3, 5 tutore auctore -ente. 19, 1, 13, 27 procuratore (47, 10, 17, 15). 4, 3, 7, 9 transferre iudicium sub exceptione hac 'si -sum est.' 43, 29, 3, 10 quam *personam* verisimile est -ere vel calumniari. Prvd. perist. 10, 970 nundinatum hunc *medicum* arguit mercede certa pactus ut -ret. cum *aliquo*: Cic. Verr. 3, 58 nisi tecum tum -isset *Volcatius* (*cf.* Arvs. gramm. VII 462, 12). Sen. contr. 1, 5, 8 *puella* cum raptore (2, 3, 17). 7, 4, 2 cum matre (Ps. Qvint. decl. 16, 1). Petron. 44 *aediles* cum pistoribus. Qvint. decl. 388 p. 439, 5 cum avia. Ivlian. dig. 41, 4, 7, 6 emptor cum procuratore. Vlp. dig. 19, 2, 19 pr. cum tutore (44, 4, 4, 23). 29, 4, 6, 8 coheres ... cum patrono. 48, 5, 3 maritum ... cum uxore (*opp.* ex animo accusare). Marcian. dig. 48, 16, 1, 6 praevaricatorem eum esse ostendimus, qui -it cum reo. Op. imperf. in Matth. 54 p. 945 cum *hoste*. *c. dativo*: Avell. p. 42, 12 sibi invicem sub impia dissimulatione -unt *haeretici* (Op. imperf. in Matth. 19 p. 742). Sidon. epist. 2, 1, 3 illudens praefectis -ensque numerariis.

**II** *de rebus: per ludum agitari*: Verg. georg. 1, 369 *videbis* summa nantes in aqua -ere plumas *ante tempestatem*. *vario colorum lusu splendere*: Alc. Avit. carm. 6, 588 sanctis *pueris in fornacem missis* dum mollior ignis serviit et tepido -sit (conclusit *pars codd.*) pruna rubore. Cassiod. var. 1, 6, 2 venis -entibus *marmorum*. 5, 1, 1 tanta varietatis umbra -it, ut intextum magis credas variis coloribus lucidum metallum. or. frg. p. 481 prasini tremula viriditate -unt. *seq. dat.*: Avson. 361, 9 caulibus *vidi* ... patulis teretes -ere guttas.

*syn.*: calumniari, praevaricari. *oppos.*: ex animo accusare. *deriv.*: colludium (colludio*?*), collusio, collusus, collusor, collusorie.

**collūgeo,** -ēre *a* con *et* lugere. *absolute*: Cael. Avr. chron. 2, 5, 88 lacessiti *cataleptici* -ent, ingemunt attestante vultus rubore. *seq. dativ.*: Ps. Ambr. laps. virg. 1, 2 audite me nunc, qui ... ecclesiae eius (*domini*) gaudio congaudetis et tristitiae -etis. *acc.*: Visio Pauli 10 nos quidem angeli eorum (*hominum*) -emus eos.

**colluitio** *v.* collutio *p. 1665, 50.* [*Hofmann.*

**✖collum,** -ī *n.* (**collus,** -ī *m.*) [*i. q. got.* hals '*collum*'. *Th.*]. Isid. orig. 11, 1, 60 -um dictum, quod sit rigidum et rotundum, ut columna, baiulans caput et sustentans, quasi capitolium. cuius anterior pars gula vocatur, posterior cervix. Gloss. τράχηλος. αὐχήν. *de genere*: Non. p. 200 -um neutri est generis. masculino Accius (*trag. 302*). Dvb. Nom. gramm. V 573, 24 (*citatur* Prvd. cath. 9, 180). *masc. vetustiores omnes, legitur*: Naev. com. 115 Plavt. Amph. 445 (*Nonius*, -um *codd.*) Capt. 357. 902 Persa 691 Rud. 888 (*Priscianus*, -um *codd.*) Caecil. com. 56. 215 Cato or. frg. 77 Acc. trag. 302 Lvcil. 268. 703 Varro Men. 500 Calv. or. frg. Quint. inst. 1, 6, 42 Fronto p. 38, 5 N. Tab. devot. Audollent 135 A 5 Inscr. Notiz. degli scavi 1901 p. 207 Gloss. III 175, 37. 310, 59. 403, 18. *neutr. sing.* -um *inde a* Cic. Brut. 313, *plur.* -a *inde a* Catvllo Cic. nat. deor. Varrone rust. *de formis: frequentant poetae pluralem prae singulari, imprimis nom. acc. pl.* colla; *singulares formae notantur*: -is: Ov. Pont. 2, 1, 43 (*ad l. cf. Maas, Archiv 12 [1902] 532*) Amm. 14, 6, 9. -orum: Cic. S. Rosc. 80 Cael.



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVR. chron. 5, 10, 94. *vox inde a* NAEVIO PLAVTO CATONE *a poetis frequentata* (*praeter* TER., *cui deest, et* LVCR. *ter*) *raro legitur apud scriptores usque ad saec. II* (*ex. gr. non habent*: CAES. SALL. NEP. TAC., *singulis locis*: VELL. VAL. MAX., *binis*: LIV. CVRT., *saepius*: CIC. SEN. COLVM. PLIN. nat.), *inde saepius, imprimis in* VVLG. [*it.* collo, *francog.* cou, *hisp.* cuello. *M.-L.*]

**I** ***proprie*** *corporis pars*: **A** *hominum*: **1** *generatim*: PLAVT. Amph. 445 sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasum vel labra, malae, mentum, barba, -us (*Non.*, -um *codd.*): totus. Persa 312 quid hoc hic in -o tibi tumet. :: vomicast. LVCIL. 948 -o caput ⟨su⟩stentatur, truncus sustinetur [a] coxendicibus (NIGID. frg. Isid. orig. 11, 1, 72. SEN. Phaedr. 368 vix labante sustinet -o caput. *v. etiam l. 26 sq. cf.* LVCR. 5, 541 nec caput est oneri -o. SEN. dial. 8, 5, 4 caput ... -o flexili imposuit *natura*. ARNOB. nat. 3, 13 caput ... tereti rotunditate -i erectum. HIER. epist. 39, 1, 3 pallentem tremontemque faciem vix -um tenue sustinebat). CIC. Tusc. 5, 58 ne tonsori -um committeret, tondere filias suas docuit *Dionysius*. LVCR. 6, 1187 sudorisque madens per -um splendidus umor (*cf.* PETRON. 67 sudario manus tergens, quod in -o habebat. SVET. Nero 51 ligato circum -um sudario). VERG. Aen. 7, 394 ventis dant *matres* -a comasque. PROP. 4, 8, 77 -a cave inflectas (*cf.* OV. ars 3, 784 effusis -a reflecte comis). OV. epist. 18, 198 -aque pulvino nostra ferenda dedi. met. 1, 497 spectat inornatos -o pendere capillos. 2, 275 *Tellus* sustulit oppressos -o tenus arida vultus. 3, 182 altior illis (*nymphis*) ipsa dea (*Diana*) est -oque tenus supereminet omnes. CELS. 8, 1 utrimque recti valentesque nervi -um *continere* (*cf.* SEN. dial. 1, 6, 8 articulus ille qui caput -umque committit). SEN. Oed. 1054 relevate -a. MART. 1, 109, 8 *Issa* -o nixa cubat. IVV. 2, 41 hirsuto spirant opobalsama -o quae tibi? (*cf.* 3, 68). 3, 88 longum invalidi -um cervicibus aequat Herculis. AMM. 17, 7, 5 -o tenus aggeribus obruti (*cf.* CAEL. AVR. acut. 3, 3, 20). HIER. epist. 54, 7, 1 candorem oris et -i. *nota*: SCHOL. Ter. p. 155, 26 colaphus dicitur incussio -i. **2** *speciatim*: **a** *portandi sim. facultas in -o posita*: PLAVT. Asin. 657 hic pone, hic istam colloca cruminam in -o plane (Epid. 360. *cf.* Truc. 652 homo cruminam sibi de -o detrahit. 956 pecua ad hanc -o in crumina ego obligata defero). Bacch. 571 tollam ego ted in -um atque intro hinc auferam. Capt. 779 coniciam in -um pallium (Epid. 194 palliolum). Mil. 1399 quasi puero in -o pendeant crepundia. CATO or. frg. 77 accipite, si vultis, hoc onus in vestros -os. VARRO ling. 7, 97 quod pueri[li]s turpicula res in -o quaedam suspenditur, ne quid obsit, bonae scaevae causa Scaevola appellata (*cf.* 7, 107 in Stigmatia 'praebia' a praebendo, ut sit tutus, quod sint remedia in -o pueris). CATVLL. 10, 23 fractum qui veteris pedem grabati in -o sibi collocare posset. PROP. 2, 1, 68 ne tenera assidua -a graventur aqua (*cf.* OV. Ib. 356 Belides assidua -a premuntur aqua). EPICED. Drusi 208 certat onus lecti generosa subire iuventus et studet officio sedula -a dare. VITR. 10, 3, 7 ut ... aequas partes -is singuli ferant operarii. 10, 3, 9. MANIL. 5, 116 *pastori* fistula -o haereat. SEN. Herc. f. 72 meliusque -o sedit Herculeo polus. apocol. 15 irrita Sisyphio volvuntur pondera -o. COLVM. 2, 21, 3 arbores ... -o vel mulo clitellario afferre. LVCAN. 1, 603 Salius laeto portans ancilia -o. 8, 732 ut Romana suum gestent pia -a parentem (*cf.* HYG. astr. 2, 34 *Cedaliona* -o ferens *Orion excaecatus*. STAT. Theb. 10, 786 subit *heros* agmine longo -a inter iuvenum. HIL. op. hist. frg. 3, 9 consecratum domini corpus ad sacerdotum -a suspensum). PETRON. 38 -o suo ligna portare (*cf.* PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 6 farinam -o portari imperavit. COMM. instr. 2, 39, 16 victualia). 46 -o suo circumferebat onera venalia. 70 in -o (*sic Heins. pro* loco) adhuc amphoras habebant. PLIN. nat. 30, 125 *vermiculi* adalligati -o continent partum. 32, 74 *al.* (*cf.* 20, 215 radicem eius [*porcillacae*] filo suspensam e -o gerere. *sic aut sim. passim*). SVET. Vesp. 8 ruderibus purgandis manus primus admovit ac suo -o quaedam extulit. APVL. met. 9, 7 calamitosus faber -o suo gerens dolium (*cf.* IVST. 2, 6, 19 sarmenta -o gerens). TERT. adv. Marc. 3, 13 p. 396, 16 de nutricis aut gerulae suae -o sive dorso hostem destinaturus *infans* (*cf.* CAPITOL. Max. Balb. 9, 4 neque sedasset tumultum, nisi infantem Gordianum ... longissimi hominis -o superpositum produxisset. 15, 6. HIER. epist. 14, 2 licet parvulus ex -o pendeat nepos. 60, 9). TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 538, 26 molino saxo ad -um deligato (*cf.* VVLG. Luc. 17, 2 si lapis molaris imponatur circa -um eius [*περὶ τὸν τράχηλον*] *et cf.* ITALA Matth. 18, 6 [Hil. in Matth. 18, 2] mola asinaria -o suspensa [VVLG. suspendatur in -o eius]). COMM. apol. 650 grabatum in -o ferentem *paralyticum admirari*. FILASTR. 21, 2 p. 9, 30 formulas diversas ... baiulabant in -o. AMM. 14, 6, 9 sub ponderibus lacernarum, quas in -is insertas cingulis ipsis adnectunt. **b** *ornatus locus*: PLAVT. Capt. 357 quod -us collari caret. CAECIL. com. 215 immo -us, non res: nam ille argentum habet. NINN. carm. frg. 1 -um marmoreum torques gemmata coronat. QVADRIG. hist. 18 torquem ... sanguinulentam sibi in -um imponit (LIV. 7, 10, 11). CIC. Verr. 4, 76 haec civitas mulieri in redimiculum praebeat, haec in -um (*sic pars codd. cf.* OV. epist. 9, 71 detrahat Antaeus duro redimicula -o. fast. 4, 135 *sqq.*). VERG. Aen. 1, 654 -oque monile bacatum *pro munere fertur* (CIRIS 170 OV. epist. 9, 57 met. 5, 52 *passim. cf. expl.* PAVL. FEST. p. 138). Aen. 5, 559 it pectore summo flexilis obtorti per -um circulus auri. 8, 660 lactea -a auro innectuntur. 10, 135 gemma aut -o decus aut capiti. 11, 11 ensem -o suspendit eburnum. HOR. sat. 2, 3, 256 ex -o furtim carpsisse coronas. TIB. 1, 7, 52 et capite et -o mollia serta gerat (MIN. FEL. 38, 2 sertis mollibus -a complectimur). PROP. 3, 17, 29 candida laxatis onerato -a corymbis. 4, 1, 121 ubi bulla rudi dimissa est aurea -o. 4, 5, 51 quorum titulus per barbara -a pependit. 4, 6, 72 blanditiaeque fluant per mea -a rosae (*cf.* OV. fast. 2, 739 fusis per -a coronis). OV. medic. 21 induitis -o lapides Oriente petitos. LVCAN. 10, 139 plena maris Rubri spoliis -oque comisque divitias Cleopatra gerit. PLIN. nat. 33, 40 habeant feminae in ... -o, auribus, spiris *aurum eqs.* 37, 88 utitur perforatis *sardonychibus* vulgus in -o. SIL. 15, 256 torque aurato circumdat bellica -a (4, 154. STAT. Theb. 10, 517 -oque decorus torques). STAT. Theb. 2, 292 Semele vix dona nocentia -o induit. MART. 6, 13, 6 nodo quem rapuit -o, parve Cupido, tuo (*cf.* 14, 206). 7, 87, 7 si gelidum -o nectit Glaucilla draconem (*sc. pro ornatu*). 14, 54 si quis plorator -o tibi vernula pendet. IVV. 6, 458 virides gemmas -o circumdedit. FRONTO p. 38, 5 N. iis margaritis -os filiarum tuarum despoliabis. APVL. Socr. 23 p. 173 si plena artis ornamenta capiti et -o circumiacent. COMM. instr. 2, 19, 14 obruitis -um margaritis (monilibus *al.*). HIL. epist. ad fil. 6 si tibi margarita offeratur aut suspendenda -o aut digito coaptando. HIER. epist. 24, 3 aurum -i sui, quod quidem murenulam vulgus vocat. 64, 14, 1 in superiori parte *tunicae talaris*, qua -o induitur. 107, 5 *ne* -um auro et margaritis premas. **c** *de amplexu sim.*: PLAVT. Asin. 696 meum -um circumplecte. Rud. 1203 uxor complexa -o retinet filiam (VERG. Aen. 1, 715 complexu Aeneae -oque pependit. OV. met. 1, 734 coniugis ... complexus -a lacertis. HIER. epist. 3, 1 tua artis stringerem -a complexibus. CARM. epigr. 950, 1 -o complexa tenere braciola). *cf.* SIL. 15, 361 -a amplectens (STAT. Theb. 7, 498 quid -a amplexibus ambis. MART. 12, 65, 7 amplexa -um. APVL. met. 3, 15 -oque meo manibus ambabus implexa). AFRAN. com. 246 mulier involat in -um. 323 viden tu lavere lacrimis me tuum -um, pater? CATVLL. 9, 8 applicansque -um iucundum os oculosque suaviabor. 35, 9 manusque -o ambas iniciens. 64, 332 levia substernens robusto bracchia -o. 68, 81 coniugis ante coacta novi dimittere -um. CAEL. or. frg. Quint. inst. 4, 2, 124 proximae cuiusque -um amplexu petebat (OV. met. 4, 597 dabat amplexus assuetaque -a petebat. SIL. 13, 648 -a amplexu materna petebat). VERG. Aen. 2, 792 -o dare bracchia circum (6, 700. *cf.* OV. epist. 15, 165 circumdare bracchia -o). TIB. 1, 4, 56 -o se implicuisse (OV. am. 2, 18, 9 implicuitque suos circum mea -a lacertos). 1, 8, 38 in -o figere dente notas. (*cf.* PROP. 3, 8, 21 immorso aequales videant mea vulnera -o. 4, 3, 26. 4, 5, 39 *al.* OV. am. 1, 7, 42. 1, 8, 98 *al.*). PROP. 1, 13, 15 vidi ego te toto vinctum languescere -o et flere iniectis ... manibus. 3, 11, 38 si socero -a daturus eras. 3, 12, 22 pendebit -o Galla pudica tuo (LYGD. 6, 45 pendentia bracchia -o. SEN. Thy. 524). 4, 8, 13 redeunt in -a parentum. OV. am. 1, 4, 35 nec premat impositis sinito tua -a lacertis. 3, 7, 7 illa quidem nostro subiecit eburnea -o bracchia. epist. 2, 93 -oque infusus amantis oscula per longas iungere pressa moras. 3, 131 -um solitis tetigisse lacertis. 8, 93 non ego captavi brevibus tua -a lacertis. 17, 164 dominae vobis -a tenenda dabo. 18, 103 in tua si veniunt alieni -a lacerti. 19, 58. ars 2, 457 candida ... cingantur -a lacertis. met. 3, 389 ut iniceret ... bracchia -o. 4, 335 manus ad eburnea -a *ferre*. 14, 306 haeremus ... ducis -o. 14, 385 -oque parentis circumfusa sui *Venus*. EPICED. Drusi 34 -aque et os oculosque ... ore premam. CVRT. 3, 26 Darei filium -o suo admovit. VAL. FL. 2, 426 labens in -a mariti. STAT. Theb. 4, 26 innectere -o bracchia. SVET. Cal. 33 quotiens uxoris vel amiculae -um exoscularetur. FRONTO p. 50, 25 N. ille fructus in tuo -o atque osculo situs est. APVL. met. 11, 25 -oque ... multis osculis inhaerens. **d** *de vinciendo, obstringendo -o, sim.*: PLAVT. Amph. 953 cum ego Amphitruonem -o hinc obstricto traham (Aul. 78 Curc. 693. 707. *cf.* APVL. met. 7, 25 -o constrictum. 9, 9). Amph. frg. 15 optorto -o teneo furem (Poen. 790 Rud. 853. 868 CIC. Cluent. 59 SEN. apocol. 11 PS. APVL. Ascl. 12 HIER. epist. 117, 5. *cf.* PLAVT. Rud. 626 [*in imag.*] praetorquete iniuriae ... -um. LIV. 4, 53, 8 consul armatus cum paucis appellantibus tribunum -um torsisset). PLAVT. Rud. 688 in columbari -us ... erit. Trin. 595 actumst de -o meo. CIC. Verr. 5, 37 quod homini iam perdito et -um in laqueum inserenti subvenisti (*cf.* OV. epist. 2, 141 -a quoque ... laqueis implicuisse iuvat. SEN. Phoen. 148 artis -a laqueis inseri prohibebis?). VERG. Aen. 12, 356 pede -o impresso dextrae mucronem extorquet *eqs.* HOR. carm. 2, 12, 12 ductaque per vias regum -a minacium (*cf.* OV. ars 1, 215 ibunt ante duces onerati -a catenis. EPICED. Drusi 273 regum liventia -a catenis. SEN. apocol. 12 Brigantas dare Romuleis -a catenis iussit. SIL. 9, 634 quem vinctum -a catenis ... ante tuos currus promisimus urbi?). HOR. epist. 1, 16, 37 laqueo -um pressisse paternum. PANEG. in Mess. 117 libera Romanae subiecit -a catenae. PROP. 3, 15, 10 nec femina ... ulla dedit -o dulcia vincla meo (OV. met. 1, 631 indigno circumdat vincula -o). OV. am. 2, 2, 41 aspicis indicibus nexas per -a catenas. met. 10, 381 aptabat pallenti vincula -o. 10, 386 ereptaque -o vincula dilaniat. Pont. 1, 6, 39 multos laqueo sua -a ligantes. SEN. suas. 6, 12 -um tritum habet (*cf.* IVV. 8, 66). VELL. 2, 19, 2 iniecto in -um loro. CVRT. 7, 5, 36 Spitamenes eum (*Bessum*) tenebat -o inserta catena. SIL. 4,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

359 iniectus Spartanis -a catenis Regulus. 11, 382 resolutaque vincula -o. CALP. decl. 10 contentus laqueus adulescentis -a tenebat. ARNOB. nat. 2, 41 *animae in hominum corpore translatae* innecterent catenis -a. CORIPP. Ioh. 1, 22 saeva superpositis plectuntur -a catenis. CASSIOD. in psalm. 3 praef. Abessalom . . . ramis eius -a nectentibus in aeris sublimitate suspensus est. **e** *de percussis, iugulatis sim.*: PLAVT. Merc. 308 decide -um stanti (*cf.* CAECIL. com. 55 hunc -um Ludo praecidi iube. SEN. apocol. 6. LVCAN. 8, 607 Pellaeusque puer gladio tibi -a recidit. SIL. 15, 470 absciso . . . -o). CIC. Tusc. 2, 41 quis (*gladiator*) . . . ferrum recipere iussus -um contraxit? Q. CIC. pet. 10 qui . . . vivo stanti -um gladio sua dextera -um secuerit (VERG. Aen. 9, 329. *cf.* 8, 438 desecto vertentem lumina -o. SEN. Ag. 974 more pecudum -a resecari placet. MART. 3, 24, 8 resecat cultro -a. STAT. Theb. 1, 544 praesecto Gorgona -o). HOR. carm. 3, 27, 60 potes . . . zona bene te secuta laedere -um. PROP. 2, 7, 7 citius paterer caput hoc discedere -o. OV. am. 1, 12, 17 praebuit illa arbor misero suspendia -o. rem. 17 cur aliquis laqueo -um nodatus amator a trabe sublimi triste pependit onus? met. 1, 718 falcato nutantem vulnerat ense qua -o est confine caput. 5, 170 cupiens saltu (*var. lect.*) dare vulnera -o. 12, 488 fractaque dissiluit percusso lammina -o (15, 126 percussit -a securi. SEN. Thy. 727. PASS. Mar. Iac. 12 p. 61, 7). trist. 4, 2, 45 -aque Romanae praebens animosa securi. LVCAN. 2, 82 fas haec contingere non est -a tibi. 5, 361 ferienda-que tendite -a (10, 347 ferire). 9, 600 frangere -a Iugurthae. SIL. 2, 622 raptam librans dilectae in -a securim coniugis. 5, 285 -a . . . demetit (*cf.* 9, 224 metens). 15, 726 aversi turgentia -a disicit (*corr. Heins.*, destitit *codd.*) ense Mosae. STAT. Theb. 6, 876 fictumque (ictumque *M*) in -a minatus. FLOR. epit. 2, 5, 4 strictae in principum -a secures. *adde in imagine*: CASSIOD. in psalm. 66, 4 *iudex* novit humilium corda sanare et superborum -a concidere.

**B** *bestiarum*: **1** *generatim*: PLAVT. Capt. 902 (*iocose*) iam ut ego -os praetruncabo tergoribus. LVCIL. 268 olorum atque anseris -us. VARRO Men. 500 pavonis. rust. 1, 20, 2 si *iuvencorum* -a in furcas destitutas incluserit (*cf.* CATVLL. 64, 38 mollescunt -a iuvencis). 2, 9, 15 melium i. e. cingulum circum -um *canis eqs.* 3, 9, 5 *fuse de gallis.* 3, 10, 5 *anseres* in pascendo . . . abrumpunt -um. VERG. georg. 3, 421 sibila -a tumentem *viperam* deice (*cf.* Aen. 2, 381. 5, 277 MACER carm. frg. 7. SEN. dial. 3, 1, 6 inflantur irritatis -a serpentibus. PLIN. nat. 8, 85 -a aspidum intumescere. SIL. 2, 547 sibilat insurgens capiti *Tisiphones* et turgentia circa multus -a micat squalenti tergore serpens. STAT. Theb. 11, 314 tumefactaque frustra -a sedent. APVL. met. 5, 17 colubrum multinodis voluminibus serpentem veneno noxio -a sanguinantem. *de aliis*: OV. met. 6, 377 inflataque -a *ranarum* tumescunt. VAL. FL. 2, 547 cum -a tumens, tum celsior armis taurus. STAT. Theb. 2, 29 iam nigra tumebat -a minax *Cerberus.* 6, 418 -a toris crinita tument *equi*). VERG. Aen. 6, 419 horrere videns iam -a colubris *Cerberi* (*cf.* PROP. 3, 18, 23 exoranda canis tria sunt latrantia -a. OV. met. 10, 66 tria . . . -a canis vidit. SEN. Ag. 14 Herc. f. 62. 1106 qui -a gerit vincta catenis . . . Cerberus. LVCAN. 6, 664 villosaque -a colubris Cerberus excutiens. *al.*). VERG. Aen. 7, 701 longa canoros dant per -a modos *cygni.* 11, 622 *equorum* mollia -a reflectunt (CVLEX 221 AVG. serm. ed. Mai 1, 1. *cf.* OV. epist. 4, 79 ferocis equi luctantia -a recurvas. 18, 12 flectitis aut freno -a sequacis equi. met. 1, 730 *Io* procubuit genibus resupinoque ardua -o . . . tollens ad sidera vultus. PLIN. nat. 10, 105 -a non resupinare. 10, 113 aliae flectunt -a. 11, 256 *iynx* -um circumagit in aversam se. STAT. Theb. 5, 562 mollia -a refusus in tergum serpens. AVG. serm. ed. Mai 72, 2 *de diabolo serpente*: rotatis cursibus sua -a inflectens). PROP. 4, 8, 24 *taceo* armillatos -a Molossa canes. OV. met. 4, 599 lubrica permulcet cristati -a draconis (*cf.* 4, 220 SEN. Herc. f. 807). 4, 785 eripuisse caput -o. 7, 429 feriuntque secures -a torosa boum (*cf. sim. de sacrificio*: 12, 249 qui candida tauri rumpere sacrifica molitur -a securi. fast. 1, 83 -a rudes operum praebent ferienda iuvenci [securi *R M*]. trist. 4, 2, 5 candidaque adducta -um percussa securi victima. Pont. 4, 4, 31 *al.* NVX 174 stringi cultros in sua -a videt *vacca.* SEN. Ag. 898 ad aras -a taurorum popa [prius *codd.*] designat. Herc. f. 300 tibi . . . indomiti ferent centena tauri -a. Oed. 135 -a tacturus steterat sacerdos. Phaedr. 500 nivei -a summittunt boves. Tro. 296 opima Phrygii -a caedantur gregis [*libri*, greges *Büch.*]. VAL. FL. 1, 90 dabit auratis et cornibus igni -a pater. SIL. 5, 64 pressamque ad -a bipennem incerta cervice ferens taurus. IVV. 10, 269 *bos* domini cultris tenue et miserabile -um praebet). OV. met. 11, 358 nant alii *boves* celsoque instant super aequora -o. 15, 515 -a feroces ad freta convertunt . . . quadrupedes. fast. 3, 450 Gorgonei -a videbis equi. GRATT. 272 *fusius.* PHAEDR. 2, 7, 5 clarumque -o iactans tintinnabulum. 3, 6, 3 vide, ne dolone -um compungam tibi. 3, 7, 16 a catena -um detritum canis (cani *V. cf.* SEN. Phaedr. 35 fortia trito vincula -o. MART. 9, 57, 4 nec ruptae recutita -a mulae). PHAEDR. 3, 18, 7 *de pavone.* SEN. Ag. 738 victor ferarum -a sublimis iacet . . . leo. Phaedr. 348 Poeni quatiunt -a leones. NERO carm. frg. 2 -a Cytheriacae splendent agitata columbae. PETRON. 62 servus . . . lancea -um eius (*lupi*) traiecit. COLVM. 6, 17, 6 *creta* cum siccata est, -o boum suspenditur. 7, 6, 2 caper, cui sub maxillis binae verruculae -o dependent. PERS. 5, 160 *cani*, cum fugit, a -o trahitur pars longa catenae. CALP. ecl. 6, 38 sub ipsis cornibus *cervi* e (et *cod. Neap.*) tereti pendent redimicula -o. PLIN. nat. 3, 41 tam nobilia pecudi vellera, tam opima tauris -a. 10, 59 *gruum* dux erecto providet -o. 10, 89 candidis admixta pinnis -o. STAT. Theb. 12, 669 hispida torquentem luctantis -a iuvenci. MART. 9, 27, 2 vulturino mentulam parem -o *portare.* 11, 84, 8 -aque pulverea nudet equina iuba (*aliter Friedländer, Sittengesch. III p. 633*). APVL. met. 2, 9 *capillus* caeruleus columbarum -is flosculos aemulatur. SOL. 33, 11 phoenix circa -a fulgore aureo. *de bestiis inter sidera, ex. gr.*: SEN. Herc. f. 952 verni petet frangetque Tauri -a. HYG. astr. 3, 7 p. 84, 8 *Olor* habet . . . in -o (*ἐπὶ τοῦ τραχήλου*) alteram *stellam.* SCHOL. Germ. Bas. p. 72, 15 Leo habet stellas in capite III, in -o II, in pectore I. *al.* *una memorantur aliae corporis partes*: VARRO rust. 2, 2, 3 circum cervicem et -um (*v. p. 947, 20*). 3, 9, 14 e capite, e -o eorum (*pullorum*) crebro eligendi pedes (*v. p. 386, 57*). VERG. Aen. 11, 497 luduntque iubae per -a, per armos (SIL. 16, 442. *cf.* PLIN. nat. 8, 42 cum -a armosque vestiunt iubae). 12, 86 circumstant . . . aurigae manibusque lacessunt pectora plausa cavis et -a comantia pectunt (*cf.* OV. ars 1, 630 depexaeque iubae plausaque -a iuvant). OV. met. 2, 672 crescit et oris et -i spatium *eqs.* 2, 854 -a toris extant, armis palearia pendent *eqs.* (*cf.* STAT. Theb. 3, 331 taurus . . . redit, averso cui -a suoque sanguine proscissisque natant palearibus armi). 5, 403 per -a iubasque (SIL. 16, 237 fulva manu mulcebat -a iubasque. *cf.* OV. met. 10, 699 levia fulvae -a iubae velant. 13, 848. SEN. Herc. O. 70 iactans fervidam -o [caelo *codd.*] iubam. STAT. Theb. 9, 687 *de equo Parthenopaei*: -a sedent nodis et castigata iubarum libertas). OV. met. 14, 499 comaeque in plumas abeunt, plumis nova -a teguntur. CELS. 2, 18 p. 65 ex avibus -a alaeve recte infirmissimis *cibis* adnumerantur. COLVM. 2, 2, 23 plus . . . queunt pecudes -o et pectore conari quam cornibus. 6, 14, 4 intumescit -um *bovis* nervique tenduntur. 7, 1, 3 *asellus* pleraque utensilia et vehere in urbem et reportare -o vel dorso commode potest (*cf.* GAIVS inst. 2, 16 animalia etiam -o dorsove domari solent. PELAGON. 243 si -a vel dorsum mulae ruperint). PLIN. nat. 11, 180 nec -a nec guttur. STAT. Theb. 12, 603 quamquam ora et -a *tauri* cruento imbre madent. Ach. 1, 280 *equus* non -a iugo, non aspera praebet ora lupis.

**2** *speciatim de bestiis iugum trahentibus sim.*: VERG. ecl. 6, 50 quamvis -o timuisset aratrum. georg. 2, 542 equom fumantia solvere -a (*cf.* ELEG. in Maecen. 1, 100 arator liberat et merito fervida -a bovi). 3, 204 Belgica vel molli melius feret esseda -o (SIL. 3, 337). 3, 167 ubi libera -a servitio assuerint. HOR. carm. 3, 3, 15 indocili iugum -o trahentes *tigres* (*cf.* epod. 2, 64 vomerem inversum boves -o trahentes. *cf.* OV. epist. 12, 40 ut dura ferorum insolito premeres vomere -a boum [*v. etiam l. 52*]. STAT. Theb. 9, 84 taurus iners -oque iugum deforme remisso parte trahit). PANEG. in Mess. 170 -a iugo didicit summittere taurus (MANIL. 4, 143 SEN. Med. 1023 *al. et v. l. 84. cf.* OV. am. 3, 10, 13 *Ceres* prima iugis tauros supponere -a coegit. fast. 4, 403 *Ceres* iugo tauros -um praebere coegit. rem. 171). OV. ars 3, 810 duxerunt -o qui (*cygni*) iuga nostra suo (AMBR. exc. Sat. 1, 8 *de bove*). met. 2, 315 consternantur equi et saltu in contraria facto -a iugo eripiunt. 4, 25 biiugum pictis insignia frenis -a premis lyncum (7, 211 unco impatiens oneris -um pressistis aratro. 12, 77 -a iugo canentia pressos exhortatus equos. fast. 3, 376 trist. 4, 6, 2. *cf.* SEN. Oed. 300 appellite . . . bovem . . . numquam -a depressum [*codd.*, depressam *Leo*] iugo). met. 8, 798 serpentum -a levavit (*cf.* SEN. Ag. 460 lassa Titan -a relevabat iugo. IVV. 14, 146 boves macri lassoque famelica -o iumenta). Pont. 1, 5, 24 subducunt oneri -a perusta boves. 3, 7, 16 *taurus* subtrahit et duro -a novella iugo. MANIL. 2, 250 taurus depositis -o sopitus aratris. PHAEDR. app. 10, 7 refugiens impari -o iugum. SEN. Ag. 366 *tauri coniunx* nescia aratri, nullo -um signata iugo. COLVM. 2, 2, 22 quo . . . minus -a eorum (*boum*) labefactentur *eqs.* 6, 2, 8 *contundere* (6, 14, 3). SIL. 10, 464 inclinatus -a et summissus in armos *equus Cloelii.* STAT. Theb. 6, 330 nivei dant -a iugales. MART. 1, 104, 1 picto quod iuga delicata -o pardus sustinet. APVL. met. 6, 6 picta -a torquentes iugum gemmeum subeunt *columbae.*

**II** *in imagine:* *sumitur imago de tauris iugum ferentibus*: HOR. sat. 2, 7, 92 eripe turpi -a iugo. TIB. 1, 4, 16 paulatim sub iuga -a dabit. PROP. 2, 5, 14 iniusto subtrahe -a iugo (OV. rem. 90). SEN. Tro. 747 famulare -o nobili subeat iugum. epist. 104, 34 subducere iugo -um. STAT. Theb. 1, 175 totiens mutare timendos *dominos* alternoque iugo dubitantia subdere -a? (AMM. 17, 10, 10 Romanae potentiae iugo subdidere -a). MART. 10, 12, 5 desiderium tanti est, ut messe vel una urbano releves -a perusta iugo. ITALA gen. 27, 40 (Hil. myst. p. 15, 12) erit autem, cum deposueris iugum ipsius a -o tuo (*ἀπὸ τοῦ τραχήλου σου*, ITALA Lugd. de -o tuo, VVLG. de cervicibus). *de vinctis, summissis, onera ferentibus*: TIB. 1, 2, 90 vidi ego . . . Veneris vinclis subdere -a senem (*cf.* PRVD. ham. 468 vinclis dum subdita -a solvit). PROP. 2, 10, 15 India quin (quis *codd.*), Auguste, tuo dat -a triumpho (*cf.* ANTH. 420, 4 libera victori quam cito -a dedit *gens victa*). 2, 30, 8 gravis ipse (*Amor*) super libera -a sedet. OV. rem. 530 vinctusque teneris et tua saevus Amor sub pede -a premit. SEN. Tro. 151 non Argolici praeda triumphi subiecta feret -a tropaeis. SIL. 6, 414 numquam summissus -a dolori. 10, 215 Fortunae subdere

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-a. 11, 19 Afrisque ad barbara iussa Thespiadum docuit submittere -a nepotes. CAES. AREL. epist. de hum. 7 si ... superbiae infelicia -a submittimus. FAVST. REI. serm. 12 p. 272, 6 qui ... avaritiae vel luxuriae infelicia -a subdiderit. *latiore sensu i. q. superbia* (*cf.* cervices *p. 950, 33 sqq.*): ITALA deut. 31, 27 (Lugd.) contumaciam tuam et -um (*τράχηλον*, VVLG. cervicem) durum tuum. Ier. 7, 26 (Tert. adv. Marc. 4, 31 p. 527, 26) et non audiit populus meus et non intendit auribus suis et obduravit -um suum (*τράχηλον*, VVLG. cervicem). AMM. 15, 8, 7 -a superbarum gentium detumescent. VICTRIC. 27 intemperantiae, lasciviae ... irae ... superbiae -a fregerunt.

**III** *translate de variis rebus corporeis: vasorum sim.*: CATO agr. 88 amphoram defracto -o puram impleto (*cf.* PROP. 4, 5, 75 sit tumulus lenae curto vetus amphora -o). VARRO Men. 372 -um procerum fictum levi marmore (*cf.* PLIN. nat. 17, 161 per -a fictilia). PHAEDR. 1, 26, 10 lagonae (PLIN. nat. 28, 174). PERS. 3, 50 angustae -o non fallier orcae. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 163 qua de subiecto consurgunt -a (*sc. vasorum*) rotundo. *cf.* PLIN. nat. 15, 55 *infra l. 22.* *arborum, herbarum*: VERG. Aen. 9, 434 lassove papavera -o demisere caput. HOR. carm. 4, 6, 11 velut ... impulsa cupressus Euro procidit late posuitque -um in pulvere Teucro. COLVM. 10, 234 fragilique cucurbita -o (11, 50). 10, 238 deflexaque -o nunc adaperta manet *cinara*. PLIN. nat. 15, 55 a -o ampullacea *appellatur pirus*. 16, 185 quodam -o carnis in se convoluto. 19, 72 semina quae proxima -o fuerunt, proceras *cucurbitas* pariunt. 21, 23 *de -o lilii.* AVIEN. Arat. 1181 frondentia late bracchia lucorum ... silvae -a comasque. CASSIOD. in psalm. 102, 15 fenum est quod in pluviis velociter in auras caput erigit, sed in ardoribus -a deponit. *corporis partium*: SORAN. 11 p. 8, 1 *matricis* -um. *al.* 17 p. 10, 8 vesicae (PS. SORAN. quaest. med. 236 CAEL. AVR. chron. 5, 4, 65 *al.*). *montium*: STAT. Theb. 9, 644 Parnasi frondea praeter -a tenebat iter (*sic potius intelligendum, quam de arboribus ipsis*). *cf.* ISID. orig. 14, 8, 19 colles sunt iuga montium quasi -a.

*deriv.*: collaris (-e), collarium. *comp.*: collotaurium. decollare. *Probst.*

**collūmino,** -āre *a* con *et* luminare. *i. q. pleno lumine perfundere*: APVL. Socr. 7 p. 135 regni futuri signa ..., ut ... Servius Tullius flamma -etur a capite. [PRVD. c. Symm. 2, 831 haud aliter solis radius, cum luminat (*v. l.* conluminat) omnes diffuso splendore locos, ferit aurea tecta]. *Hofmann.*

**colluo,** -uī, -ūtum, -ere [*a* con *et* lavere. *Th.*]. *formae*: *passim legitur* conluo. *cf.* NOT. Tir. 82, 18 con(luit). cōluo: CASS. FEL. 36 *et saepius.* *de significatione*: FRONTO p. 64, 14 N. os -ere dicam; pavimentum autem in balneis pelluere, non -ere: lacrimis vero genas lavere (labere *m. pr.*, labare *m. sec.*) dicam, non pelluere neque -ere. GLOSS. -batur: -ui (convolui *G, quod addendum videtur Büch.*) est, ⟨ut⟩ si dicamus 'in sinum maris -i'. lues enim lapsus dicitur circumfluentis elementi. -endas: obdulcas (obluendas? obdulcandas *Büch.*). *legitur apud* CATONEM OV. met. PERS. *singulis locis*, SCRIB. LARG. *ter*, PLIN. *saepe.*

**1** *propria vi praepositionis i. q. aquarum vi congerere*: POMPON. dig. 41, 1, 30, 2 *amnis* paulatim -endo locum eminentem supra alveum fecit et eum alluendo auxit. **2** *attenuata vi praepositionis fere idem q. lavere*: **a** *artiore sensu, fere i. q. lavando purgare, sanare*: GLOSS. -endum: quod in ore tenet et reiectat. CATO agr. 100 oleum si in metretam novam induturus eris, amurca ... prius -ito agitatoque diu, ut bene combibat. PAVL. FEST. p. 55 cloacae a -endo dictae. SCRIB. LARG. 53 prodest -ere os frequenter radice herbae quinquefoliae incoctae in vino (54 aqua calida. 62 aqua oleastri. *cf.* PERS. 1, 18 liquido cum plasmate guttur mobile -eris. PLIN. nat. 23, 57 neque aliter os -unt venena exugentes. 28, 56 mero ante somnos -ere ora. 37, 155 melle. FRONTO p. 64, 14 N. GARG. MART. med. 46 CAEL. AVR. acut. 2, 29, 149). PLIN. nat. 20, 41 ad dentes -endos instillavere (20, 53 decocti aqua. 20, 137. 23, 140 eo. 28, 178 sive infricentur sive -antur. 31, 117 ex vino si cum pipere -antur. PLIN. med. 1, 13 caprino lacte). nat. 20, 58 *caulis et folia* trita ex aceto -uta ... dentium dolorem prohibent. 20, 186 anesum ... faetorem ... tollit manducatum ... vino -utum. 20, 232 radix aceto decocta, si -atur sucus, dentibus auxiliatur, si vero bibatur, morbo regio (25, 144). 23, 105 faciunt oris suavitatem decocto ... -uti. 24, 12 unguium scabritias expolit, si ... illinantur nitroque -antur. 24, 41 taedae ... decoctae ... in aceto dentium dolores efficaciter -unt. 24, 42 lentisci ... semen ... illinitur in umidis ... gingivas -uit. 24, 120 ut -antur eo oris ulcera. 26, 119 radix excussa tantum nec -uta. 28, 174 aures ... perluendas ... -utas ... calida aqua. 28, 252 lacte equino ... vulvae -utae. 30, 94 luteis pedibus, prius aqua purificatis, dein -utis vino. 30, 140 rostrum ... vino -utum. 32, 58 omnia testacea modice -unt. 34, 120 *sori* prodest ... dentium dolori, si contineatur atque -at (-atur *codd.*). SER. SAMM. 245 gelida gingivas -e lympha. CASS. FEL. 32 iugiter dabis, ut -ant. *ibid.* oleum myrtinum dabis -endum. **b** *sensu latiore i. q. infundere*: CHIRON 494 conteres *tus et murras* in se, -e aceti sextaria II. PLAC. med. 16, 30 caprinum sevum in sorbitionem -utum. *i. q. perfundere*: APIC. 8, 367 -es haedum, macerabis in furno. 8, 368 fervens *haedus* -itur in disco, ex aceto sumitur. *i. q. conspergere*: OV. met. 5, 447 sitim collegerat, oraque nulli -erant fontes. HIER. epist. 108, 14 subsistam parumper et arentia ora -am.

*deriv.*: collutio. colluvies (-io, -ium).

**collurcinātio,** -ōnis *f.* [*cf. c.* con *et c.* lurchinabundus, lurcari. *Th.*]. *i. comissatio*: APVL. apol. 75 qua ... omnia in paucis annis ita hic degulator studiose in ventrem condidit et omnimodis -bus dilapidavit. *cf.* CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 4 stipem suam variis -bus (*Schottus*, co$^{en}$ lucernationibus *codd.*) dilapidavit. *Mertel.*

**collūrium, collūrus** *v.* collyr-. **collus** *v.* collum.

✖**collūsio,** -ōnis *f. a* colludere. *scribitur* conlisio: GLOSS. III 475, 72. GLOSS. *συμπαιγμός. συμπαιγνία. σύνδοιασμός.* -o et compactum *συνδοιασμός*. II 442, 31 *v. p. 1657, 58.* *legitur inde a* CIC. (*semel, item* APVL.), *bis* SEN. rhet., *saepissime apud* ICTOS.

*i. q. conspiratio, machinatio, fraus, praevaricatio* (*cf. Leist, PW. IV 482*): **1** *absolute*: SEN. contr. 10, 2, 15 nolui ... videri per -em *meam* patri titulum fortissimi viri contigisse (GAIVS dig. 40, 16, 1 PAPIN. frg. Vat. 13 [= HERMOG. dig. 19, 1, 49 pr.]. VLP. dig. 17, 1, 8, 1 *al.* PAVL. dig. 12, 2, 30. MARCIAN. dig. 8, 5, 19. 49, 1, 5, 1. *adde l. 20. 31. 33. 34*). DIG. 40, 16 (= COD. Iust. 7, 20 tit.) de -e detegenda (*cf.* GAIVS dig. 40, 16, 1 si quis probasset per -em quicquam factum, ... fieret eius servus, qui detexisset -em. PAPIN. dig. 40, 10, 1, 1 VLP. dig. 2, 4, 8, 1 *al.* HERMOG. dig. 40, 16, 5, 1). VLP. dig. 4, 4, 49 etiam si -o non intercessit *re pupillari distracta*, distractio ... revocatur. 29, 4, 6, 4 suspicio -is (*cf. l. 38*). 47, 20, 3, 1 si quis imposturam fecerit vel -em in necem alterius (MOD. dig. 50, 1, 36 pr.). COD. Iust. 7, 20, 1 (*a. 290*) excogitandae ingenuitatis -e (*syn.* velamento). HERMOG. dig. 40, 16, 5 pr. sententiam pro ingenuitate dictam -is praetextu semel retractare permittitur. COD. Iust. 2, 58, 2, 4 (*a. 531*) quidam -e aliqua utentes. **2** *seq. genet.* (*cf.* CIC. *l. 36*): GAIVS dig. 40, 12, 9 pr. non debet alterius *adversus servum agentium* -e aut inertia alteri⟨us⟩ ius corrumpi. VLP. dig. 17, 1, 8, 1 si per -em (collusium *F prima m.*) procuratoris absolutus sit adversarius. 40, 16, 2, 2 aetas eius, cuius retractatur -o. 43, 30, 3, 4 per -em vel imperitiam alterutrius contendentium. COD. Iust. 2, 36, 3 (*a. 294*) per -em sive fraudem tunc temporis procuratoris nostri. **3** *seq. praepos.*: cum: CIC. Verr. 4, 33 cum vero verbo iudicium sit in edicto, re quidem vera tuorum comitum ...-o cum decumanis. inter: SEN. contr. 2, 3, 22 suspicionem ... inter raptae patrem et raptorem -is. APVL. apol. 75 illa inter virum et uxorem non tam -o ⟨quam conluvio⟩ (*add. O. Rossbach, aliter alii*). VLP. dig. 5, 2, 29 pr. -o ... inter scriptos heredes et eum, qui de inofficioso testamento agit.

*syn. et coniuncta*: dissimulatio, fraus, impostura, velamentum. imperitia, inertia.

**collūsor,** -ōris *m. a* colludere. *est pro adi.*: *l. 59. 61. 64. 71. 72.* *inde a* LVCILIO. **1** *i. q. socius ludi cuiusvis, cf.* NON. p. 118 congerro meus, ut -r meus, qui easdem exerceat nugas: CIC. Phil. 2, 56 Licinium Lenticulam de alea condemnatum, -em suum, restituit *Antonius*. 2, 101 compransoribus tuis et -bus. 5, 13 M. Curio consessore eodemque -e *Lysiadis*. VAL. MAX. 9, 9, 3 cum *Lars Tolumnius* in tesserarum prospero iactu per iocum -i dixisset. SEN. benef. 2, 17, 3 necesse est ... lusor bonus aliter illam *pilam* -i longo, aliter brevi mittat. 2, 17, 5 -em traducere. SVET. Cal. 41 proximo -i *aleae* demandata vice sua. VLP. dig. 11, 5, 1, 1 si rapinas fecerint inter se -es. *ibid.* susceptorem ... prohibuit *praetor* vindicari, non et -es. TERT. nat. 2, 10 *calculorum*. AVG. conf. 1, 9, 15 in certamine pilae. PS. AVR. VICT. orig. 3, 5 aleatores posito numero opertoque optionem -bus ponunt. ISID. orig. 18, 69, 2 'suram' dicitur 'dare', qui pilam crure prolato feriendam -bus praebet. *de pueris ludentibus*: SPART. Carac. 1, 6 septennis puer cum -em suum puerum ob Iudaicam religionem gravius verberatum audisset. Sept. Sev. 4, 6 cum ... filius ... -bus puerulis manu largiore *poma* divideret. *nota de collegio*: CORP. II 3853 (*Sagunti, litteris optimis*) M. Baebio M. f. Gal(eria) Crispo aed(ili) pontif(ici) Salio -es. *adde de bestiis*: IVV. 9, 61 rusticus infans cum matre et casulis et -e catello. *seq. genet.*: PLIN. epist. 9, 33, 8 delphinum gestatorem -emque puerorum. **2** *socius conspirationis, fraudis; praevaricator*: COD. Iust. 7, 20, 2 (*a. 294*) libertinae condicionis ... mutare statum non licere ... contra -em poenā statutā ... declaratur. AVG. catech. rud. 16, 25 *concordes pugnatores* persequuntur *spectantes* et tamquam -es ut fustibus verberentur, exclamant. PS. HIER. epist. 6, 20 p. 103$^{D}$ per sapientiam mundi, qua sibi mundus -r interpolatores invenerat. PALLAD. hist. mon. I 24 quod per monachum aliquem -em suum (*συμπαίκτην ἀσκητήν*) ... semet ipsum distraxerit.

**collūsōriē** *adv. a* colludere, *cf.* collusor. *intercedente collusione, fraudulenter*: VLP. dig. 30, 50, 2 si subiecit delatorem sibi ..., non se exonerat *heres* exemplo eius, qui -e de hereditate litigavit (*antea* lusorie). *Hofmann.*

**collūstrium,** -ī *n.* [*a* collustrare. *Th.*]. *i. q. lustratio*: CORP. V 5005 (*a. 201*) in tutela eius ~~HS~~ N CC -o fundi Vettiani dedit (*cf. Ruggiero, Diz. epigr. p. 603*).

**collūstro,** -āvī, -ātum, -āre a con *et* lustrare. *legitur singulis locis*: VERG. GRATT. FRONTIN. TAC. ann., *bis* STAT., *6$^{ies}$* APVL., *8$^{ies}$* CIC. *in codd. extat etiam* conlustrare. [*locus dubius*: GRATT. 541 onlustrat prata.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**1** *proprie i. q. illuminare*: CIC. carm. frg. 3, 2 aetherio flammatus Iuppiter igni ... totum -at lumine mundum (div. 1, 17). nat. deor. 2, 92 sol omnia clarissima luce -ans (APVL. met. 7, 1 candidum solis curriculum cuncta -bat. mund. 29. CASSIOD. in psalm. 36, 6 sol orbem terrarum nimia claritate perfundit et ... perspicuo fulgore -at). CIC. div. 2, 91 *solis* lumine -ari putatur luna. FRONTIN. strat. 1, 5, 28 pecus *facibus ad cornua alligatis* ... montes ... -vit. APVL. apol. 16 qui forte constitit in loco -ato atque cum alter e tenebris prospectat. met. 1, 18 iubaris exortu cuncta -antur. 11, 2 ista luce feminea -ans cuncta moenia *Proserpina*. Socr. 1, 117 *luna* quanto longius facessat a sole, tanto longius -ata (MART. CAP. 8, 862 luna ... -etur. *cf. l. 6*). HIER. in Ioel 2, 1 p. 185 cunctos montes aurora -at. MART. CAP. 2, 196 ipse totius mundi membra -ans. DRAC. laud. dei 1, 214 *luna* candida somnigeris -ans cornibus axem. Romul. 6, 74 flammeus axis volvitur australis -ans cardinis oras. ANTH. 483, 35 *Phoebus* terram -et curribus altis. *latiore sensu*: HIL. in Matth. 33, 7 illuminans ... mortis tenebras et infernorum obscura -ans. AVG. epist. 120, 10 luminis fulgor ... mentem ... quasi visibili candore -at. PS. AVG. serm. 186, 2 -vit eos inundans divinitas deitatis.

**2** *translate de actione mentis: i. perquirere*: CIC. rep. 3, 7 si magnam illam Graeciam -are animo voluerimus. ARNOB. nat. 5, 28 Liber Stygem ... curiosa inquisitione -at. AMM. 16, 10, 14 urbis membra -ans. PS. RVFIN. in psalm. 41, 4 omnia quae -vi per corpus ea me -asse cognosco (AVG. in psalm. 41, 7). AVG. in psalm. 134, 4 consideratis ... omnibus et -atis, quae forinsecus vides. MART. CAP. 6, 586 decenti -ans divos conspectansque censura. CYPR. GALL. exod. 83 omnia -at. BOETH. diff. top. 2 p. 1183$^{A}$ si cuncta perlegant contextionemque operis mente ac ratione -ent. VEREC. in cant. 2, 10 cordis occulta -ans *dominus*. *i. q. videre, perspicere*: GLOSS. *συμπερινοστῶ. συμπεριέρχομαι.* -at: *συμπεριέρχεται.* circuit. circum-⟨m⟩eat. -are: ubique considerare. circumquaque conspicere. CIC. rep. 3, 14 si quis ... multas et varias gentes et urbes despicere et oculis -are possit. Tusc. 5, 65 cum omnia -rem oculis. VERG. Aen. 3, 651 omnia -ans hanc primum ... classem conspexi. STAT. Theb. 2, 510 *Sphinx* -at campos, si quis concurrere ... audeat. 4, 738 ceu flavam Libyen ... -ent. TAC. ann. 2, 45 Arminius equo -ans cuncta (*fere i. q. visitans*). PANEG. 2, 3 oculis ac mente -es. LACT. opif. 16, 9 *animus* uno temporis puncto caelum omne -et. AMM. 20, 11, 5 favillis oppleta *moenia* -ans. 24, 5, 3 civitatem desertam -ans. 27, 10, 11 centurias et manipulos capite intecto -ans. *inde fere i. q. pererrare*: IVVENC. 2, 715 ille *daemon* venenatis -at passibus oras.

*part. perf. pass. adi.* **collūstrātus**, -a, -um. *i. splendidus*: CIC. orat. 36 in picturis alios horrida ... alios nitida, laeta, -a delectat.

*deriv.*: collustrium. *Mertel.*

*?***collūsus**, -ūs *m. a* colludere. *i. q. ludus communis?* CAPITOL. Gord. 18, 1 bonitatis insignis adeo, ut semper in -u, si quis (*Peischenig,* in conlissici *B*, in scolis si quis $P^{3}$ *in rasura*) puerorum verberaretur, ille lacrimas non teneret. *Mbr.*

**collūtio** (colluitio), -ōnis *f. a* colluere. colluitio *scribitur* CAEL. AVR. acut. exc. 7 p. 692. *t. t. med. i. q. lavatio. cf.* CASS. FEL. 32 -o, quam Graeci diaclysma vocant, faciens ad dentium dolores. SCRIB. LARG. 53 dolor *dentium* varie sedandus est, partim -e quorundam, partim commanducatione, nonnumquam suffitione aut impositione aliquorum. CAEL. AVR. acut. 2, 6, 27 oris -o adhibenda (2, 6, 28 sola fomentatione utemur atque oris -e. chron. 1, 4, 86 erit adhibendus fotus atque oris -o. 1, 5, 85. 3, 2, 28 oris -o ex aqua frigida sive pusca. 4, 3, 36 iugis adhibenda oris -o. CASS. FEL. 32 lac asininum aut caprinum in -e oris datum. 61 lini seminis sucus -i oris adhibitus ... sitim mitigat). CAEL. AVR. acut. exc. p. 692 colluitione ori ... adhibita.

**collutulento**, -āre [*a* con *et* lutulentus *vel* lutulentare. *Th.*]. *idem quod lutulentare, dehonestare*: PLAVT. Trin. 693 haec famigeratio te honestet, me -et si (*sic codd. h. l., item fere post v. 704, ubi versus iteratur*: me autem conlutulent et si. *at* NON. p. 84 et me conlutelet et si; *idem legisse videtur* GLOSS. *l. 70*) sine dote duxeris. *cf.* NON. p. 84 *et* GLOSS. *infra l. 69 sqq.*

(**collutulo**, -āre) *a* con *et* lutum *vel* lutare *finxisse videntur grammatici, cf.* collutulento. *i. q. dehonestare*: NON. p. 84 -et significat dedecoret. GLOSS. Non. V 639, 1 -et (conludet *cod.; 'hoc est* conluclet' *Götz*): dedecoret. *ad* PLAVT. Trin. 693 *l. 63 sq. spectat uterque.*

**colluviāris** porcus dicitur, qui cibo permixto et colluvie nutritur PAVL. FEST. p. 57. *a* colluvies, colluvium, *cf.* colluviarium.

*?***colluviārium**, -ī *n. si recte vox conicitur, a* colluvies *vel* colluvium, *cf.* colluviaris. *i. q. canalis*: VITR. 8, 6, 6 in ventre -a (colliviaria *codd.*) sunt facienda, per quae vis spiritus relaxetur. [*leg.* colliquiaria*? cf.* colliciaris, colliquiae. *Th.*]. *idem coniecit Degering, Rhein. Mus. 57 (1902) 23.*

**colluviēs**, -ēī *f.* [*cf. c.* colluere *et c.* colluvio. *Th.*]. *legitur etiam* conluvies. *cf.* NOT. Tir. 82, 24 conlubies. *extat singulis locis apud* CIC. Att. POMP. TROG. SEN. nat. LVCAN. PLIN. nat. VAL. FL. APVL. met., *ter* COLVM., 5$^{ies}$ TAC. **1** *proprie de confluendo: cloacarum aqua*: PAVL. FEST. p. 59 cloacale flumen dixit Cato pro cloacarum omnium -e (*cf.* VLP. dig. 43, 23, 1, 4 cloacae ... est locus cavus, per quem -es quaedam fluat). *i. q. potus confusus*: PAVL. FEST. p. 57 *p. 1665, 72* (PLIN. nat. 24, 176 addita in -em poturis *subus*). *materies immunda*: GLOSS. -em sordem. SEN. nat. 4, 10 editior aer, quo longius a terrarum -e recessit, hoc sincerior puriorque est. COLVM. 1, 5, 6 *pestes serpentium* hiberna destituta uligine, caeno et fermentata -e ... natas emittit *palus*. 1, 6, 24 stercorata -es. 2, 14, 8. LVCAN. 4, 311 nigro ... turbida limo -es immota iacet. VAL. FL. 4, 497 sola -e atque illisis stramina mensis foeda rigant *Harpyiae*.

**2** *latiore sensu i. q. confusio*: CIC. Att. 9, 10, 7 in certamine vinci cum illo ... facilius patiaris, quam cum hoc in ea ... -e regnare. TAC. hist. 2, 16 in multa -e rerum maioribus flagitiis permixtos. *i. q. commixtio*: POMP. TROG. Iust. 38, 7, 1 *se* clariorem illa -e convenarum esse. TAC. ann. 2, 55 -em ... nationum. 14, 15 nec ulla ... plus libidinum circumdedit quam illa -es. 14, 44 -em istam *nationum* non nisi metu coercueris. IVST. 2, 6, 4 non advena neque passim collecta populi -es originem urbi dedit. OROS. hist. 2, 16, 14 ex hac -e *peregrinorum* muros ... tueantur. *i. q. congregatio*: TAC. hist. 5, 12 magna -es et ceterarum urbium clade aucti *incolae*. HIER. epist. 130, 6 -em perfugarum atque servorum ... concidisse.

**3** *translate i. q. immunditia*: APVL. met. 5, 23 exiluit deus *Amor* visaque detectae fidei -e ... avolavit [*coni.* 5, 28]. AVG. gen. ad litt. 10, 16 p. 316, 18 ne obesset ei ex corpore peccati participata -es. civ. 2, 18 -e morum pessimorum ... civitas prolapsa. PETR. CHRYS. serm. 95 p. 468$^{B}$ gravissimum trahebat reatum ex tanta praecedentium -e peccatorum.

**colluvio**, -ōnis *f.* [*cf. c.* colluere *et c.* colluvies. *Th.*]. *extat etiam* conluvio. *legitur apud* CIC. *quater,* LIV. 9$^{ies}$, *singulis locis apud* CVRT. PLIN. epist. SVET. GELL. APVL. **1** *proprie i. q. materies immunda*: GLOSS. liquor sordidus. congregatio sordium, quae fit ex (sordium vel *R*) affluxione multa (*cf.* ISID. *p. 1667, 1*). collectione sordium. SALV. gub. 7, 63 sicut in sentinam profundae navis -es omnium sordium, sic in mores eorum ... vitia fluxerunt. *in imagine*: ARNOB. nat. 5, 22 *Iuppiter* locus quidam expositus in quem spurcitiae se omnes sentinarum e -bus derivarent. *i. q. congregatio*: LIV. 3, 6, 3 ea -o mixtorum omnis generis animantium. *in imagine*: CIC. Sest. 15 ille nefarius, ex omnium scelerum -e natus (CAPITOL. Aur. 19, 6 nullus ... ex omnium dedecorum ac scelerum -e concretus). GELL. 1, 15, 17 lingua tam prodiga infrenisque ..., ut fluat semper et aestuet -e verborum taeterrima. *de nimis edendo*: AMM. 25, 10, 13 fertur perisse ex -e ciborum avida (27, 4, 14).

**2** *translate i. q. confusio*: CIC. Vatin. 23 leges ... quae in Gracchorum ferocitate et in audacia Saturnini et in -e Drusi et in contentione Sulpici et in cruore Cinnano, etiam inter Sullana arma vixerunt. har. resp. 55 nisi forte existimatis hanc tantam -em illi tantamque eversionem civitatis in mentem ... venire potuisse. Cato .84 o praeclarum diem, cum ... ex hac turba et -e discedam. LIV. 3, 9, 8 iacente aegra civitate, in -e omnium rerum (3, 11, 5). 4, 2, 5 -em gentium, perturbationem auspiciorum ... afferre (22, 43, 2. 28, 12, 3. 30, 35, 7). 26, 40, 17 quattuor milia hominum ... mixti ex omni -e. 34, 51, 4 *civitates* ex omni -e et confusione in aliquam tolerabilem formam redigendae. CVRT. 10, 2, 6 -em ordinum hominumque aegre ferebant. PLIN. epist. 5, 8, 11 ne tanta quasi -e turbatus ibi faciam, quod hic debeo. APVL. apol. 31 quasi quadam -e naturae de summis montibus in mare. IVST. 5, 6, 6 ex -e hominum ... exercitu conscripto. COD. Theod. 13, 3, 7 (*a. 369*; COD. Iust. 10, 53 [52], 8) exceptis his, qui a probatissimis approbati ab hac debent -e secerni. AMM. 15, 2, 5 caesus in -e illa Neroniani saeculi. 30, 4, 15. *i. q. commixtio* (GLOSS. commixtio): SVET. Aug. 40 sincerum atque ab omni -e peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum. APVL. apol. 75 inter virum et uxorem non tam collusio ⟨quam -o⟩. *contagio, immunditia* (NON. p. 82 labes ex immunditia. GLOSS. contagio. immunditia): LACT. inst. 6, 23, 16 mens ... contagione impudici corporis inquinata non potest nisi ... longo tempore ... ab ... -e purgari. AMBR. virg. 1, 1, 4 immaculatam sibi familiam ... in hoc pleno -um fragilitatis humanae corpore consecravit. exc. Sat. 1, 30 virginum ... -em. off. 1, 2, 6 mundum cor a peccatorum ... -e. bon. mort. 9, 40 meretricis ... taetram -em (Iob 4, 9. 35 ut qui taetra prius -e sordebat ... fulgore resplendeat). 11, 49 maculis et -bus. 12, 55 cupiditatibus atque omnibus corporeis -bus et passionibus. HEGES. 2, 5, 1 imperatoris -o lex flagitiosorum est. HIER. epist. 14, 5, 3 membra Christi ... nefaria -e violavit. 69, 3 omnia scorta et publicae -is sordes. AMM. 21, 14, 5 *animas* a -e peccandi immaculata corporis societate discretas (AVG. c. Pelag. 4, 11, 31 detersa peccatorum -e [*syn.* labes]. *cf.* c. Iul. 2, 4, 9 iustificatio per gratiam ... -o per culpam. SALV. gub. 7, 14 -e vitiorum. LEO M. serm. 66, 4 a -e ... peccati). AMM. 31, 9, 5 -e ... incesti. PRVD. perist. 14, 126 intende nostris -bus. SALV. gub. 7, 16 se in barathro sordidissimae -is immersit. CASSIAN. conl. 2, 23, 1 ista -e *cscarum* respersos. 12, 4, 4 sciens impurissimae -is aspergine se protinus maculandum. 12, 6, 7. 12, 7, 7. 14, 16, 5 maioris caeni -e sordescat. 22, 6, 7. EPIST. pontif. Thiel Gelas. 12, 7 quantas et quam letales haereses in sua contineat -e *Eutychianum dogma.*

**colluvium**, -ī *n.* [*cf.* colluvies. *Th.*]. GLOSS. colluvium (conl-), commixtio, commixtum, *σύγχυσις.* ISID. diff. 1, 40 alluvium con-



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sumptio est riparum ex aquis, -um autem congregatio sordium, quae fit a fluxione (affluxione? *cf.* GLOSS. *p. 1666, 29*) multa. *Mertel.*

**collybista,** -ae *m.*, *κολλυβιστής*. GLOSS. *κολλυβιστής*. trapezita, nummularius. *cf.* V 617,42 colobist(a)e sunt, qui colobia vendunt, id est vilia munuscula, quae et bellaria vocantur. *bene huc traxerunt Heraeus et Götz*: GRAMM. suppl. 95,10 hic ... colosista (*codd.*). *addasne* CORP. VI 31893[d] coll⟨. . .⟩? *v. p. 1572, 20.* HIER. in Matth. 21,12/13 p. 164 excogitaverunt et aliam technam, ut pro nummulariis -as facerent, cuius verbi proprietatem latina lingua non exprimit ... quia usuras accipere non poterant -ae, ... pro usuris accipiebant varias species *eqs.*

**collybium** *v. l. 17 sq.*

**collybus,** -ī *m.* (collybum, -ī *n.*), *κόλλυβος*, *κόλλυβον*. *de genere: masc.*: CIC. Verr. 4,181. *neutr.*: HIER. *l. 30 et* GLOSS. *ubique, reliqua incerta.* *scribitur*: collyb-: *passim*, collub-: CIC. Att. 12, 6, 1 colubo *M.* GLOSS. III 442,50. 484,46 (*in* GLOSS. *corrupte* collibum, conlivum, conclivum, conlivim, conlibrum, conlivo). collybium: GLOSS. V 180, 31 -a. *cf.* IV 322,45 *et* 46 conlibium. 222, 55 colivium. colobia (*plur.*): GLOSS. V 617, 42 *l. 4.* PRISC. gramm. III 497,1 *infra l. 35.* **1** *i. q. nummulus, latiore sensu i. q. quaestus trapezitarum*: GLOSS. *κόλλυβος* (*-ον*). *τέλεσμα μικρὸν κατὰ τῶν ἀγοραίων. κερμάτιον.* cermatium (crematum *trad.*). genus pecuniae. genus est certae pecuniae. tantum numerum sui, genus est certae pecuniae. CIC. Verr. 4,181 ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primum pro spectatione et -o ... haec omnia, iudices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt vocabula. nam -us esse qui potest, cum utuntur omnes uno genere nummorum. Att. 12, 6, 1 certe in -o est detrimenti satis. SVET. Aug. 4 *v. infra l. 38.* **2** *i. q. placentae genus, cuppedium*: HIER. in Matth. 21, 12/13 p. 164 -a dicuntur apud eos (*Hebraeos*) quae nos appellamus tragemata vel vilia munuscula, verbi gratia frixi ciceris uvarumque passarum et poma diversi generis (GLOSS. V 180, 31 collybia *etc. adde*: PRISC. gramm. III 497, 1 *cod. L τραγήματα* vilia munuscula, ut sunt nuces et pa⟨ssae uvae? (panes *Lindemann*)⟩, quae latine dicuntur colobi[d]a). CASS. PARM. frg. Suet. Aug. 4 materna tibi (*Augusto*) farina est ex crudissimo Ariciae pistrino, hanc finxit manibus -o decoloratis Nerulonensis mensarius (*falso interpretatur* SVET. *ad l.* non tantum, ut pistoris, sed etiam ut nummulari nepotem sic taxat Augustum, *de notione 1 cogitans*).

*deriv. gr.*: collybista. Collybiscus. *Mbr.*

**collȳra,** -ae *f.*, *κολλύρα*. *genus quoddam panis*: PLAVT. Persa 92 -ae (collir(a)e *codd.*) facite, ut madeant et colyphia, ne mihi incocta detis. ITALA III reg. 14, 3 (Vindob.) -as *v. infra l. 78.* VVLG. (*Amiat.*) lev. 7, 12 *et* 8, 26 *v. infra l. 64.* [ITALA III reg. 19, 6 (Hier. epist. 22, 9, 1) et ecce ad caput eius panis olyrae (*Hilberg*, olere *K*, collirae, collirida *al. codd., sed cf.* LXX *ἐγκρυφίας ὀλυρίτης*, VVLG. subcinericius panis)]. *in imagine de coma composita*: TERT. cult. fem. 2, 7 vos ... adicitis ad pondus -as (collurias, colliridas, collirydas *sim. codd.*, colluras *Oehler*) quasdam vel scuti umbilicos cervicibus astruendos. *pro nomine v. nom. propr. v. Daremberg-Saglio II 1297.*

**collȳriacus,** -a, -um *a* collyrium, *cf.* collyricus. *ad collyrium pertinens*: DIOSC. 2, 145 *piper* iste ad colliriacas virtutes intrat (*εὐθετοῦν ... εἰς τὰ ὀφθαλμικά*) *eqs.*

**collȳricus,** -a, -um, *κολλυρικός*. *ad collyram pertinens*: PLAVT. Persa 95 nisi cremore crassost ius -um, nihilist, macrum illud epicrocum pellucidum: quasi iuream esse ius decet -um.

**collȳrida,** -ae *f.* [collyris collyrida *ex gr. κολλυρίς. Th.*]. *panis quoddam genus*: GLOSS. panis modicus, subcinericius panis (*v. l. 48*). -ae: bracidelli, cibus, quem nos nebulam dicimus. HIER. in Ezech. 20, 1 p. 222 deferens munuscula panes et -as (*cf.* ITALAM *et* VVLG. III reg. 14, 3 *l. 75 sqq.*), uvas et lagunculam mellis. *cf.* VVLG. lev. 7,12 offerent panes ... et -as (*Amiat.* colliras) olei. 8, 26 -am (*Amiat.* collyram) conspersam oleo. II reg. 6, 19 partitus est ... singulis -am panis. AVG. serm. 51,14, 24 accepit calicem aquae et -am panis (*spectat ad* ITALAM .II reg. 19, 6, *v. supra l. 45 sq.*). LIB. iubil. 22, 4 fecit Rebecca -am novam de frumento novo. [ITALA III reg. 19, 6 *et* TERT. cult. fem. 2, 7 *v. supra l. 47 et 49 sq.*]. *in imagine*: HESYCH. in lev. 8, 22 p. 883[D] quomodo autem eum proposuit panem? absque fermento, et -am conspersam oleo, id est apostolicam doctrinam. *cf.* collyris.

**collȳrion** *v.* collyrium *p. 1668, 2. 18. 68.*

**collȳris,** -idis (*acc.* -in *l. 82*) *f.*, *cf.* collyrida. *i. q. panis* (GLOSS. panis -is): ITALA III reg. 14, 3 *et* 6 (Lucif. reg. apost. 5 p. 46, 3. 11; *cf.* HIER. in Ezech. 20, 1 p. 222 *supra l. 62*) accipe in manu tua homini dei panes et -des (*ἄρτους καὶ κολλυρίδα*, ITALA Legion. 14, 3: -em, 14, 6: -a, Vindob.: collyras; VVLG. panes et crustulam) ... et uvas et vas mellis. AVG. gen. ad litt. 8,5 p. 239,2 usitatus panis aliquid ... amplius habuit, cuius una -de hominem deus ab indigentia famis ... vindicavit. *nomen herbae malvae*: PS. APVL. herb. 41 malachen agrian Graeci vocant ... alii collyrin (collurin *cod. Vrat.*) ... Itali malvam rusticam. *cf.* GLOSS. III 557, 29 colorus i. malva (621, 47 cholorus). *nomen urbis v. nom. propr.*



✖**collȳrium** (-on), -ī *n.*, *κολλύριον*. *in codd. extat* collurium, collirium, cullirium, colleria, collorium, collyrion, colirion *sim. masc.* collyrius: DIOSC. 4, 71 ORIBAS. syn. 8, 41. *in signaculis medicorum oculariorum*: CORP. XII 5691, 7. XIII 10021, 55 *sqq.* c⟨o⟩l. col. coll. colly. colyr. collyr. colliri. colyriu⟨m⟩. collyrium. GLOSS. *κολλύριον*. *κολλύριον ἰατροῦ*. iniectio, solvitorium. dicitur multa medicamenta in unum collecta. -a: medicamenta, empla[u]stra. II 573, 42 -um (colybum *codd., corr. Loewe*): genus pigmenti. *legitur semel apud* HOR. sat. *et* IVV., *quater apud* COLVM.

**1** *proprie*: **a** *genera medicamentorum: medicamentum, quo utuntur medici ad unguendum; saepe in balani formam redactum*: HOR. sat. 1, 5, 30 hic oculis ego nigra meis -a lippus illinere. CELS. 5, 28 ex ... eo -um fieri debet altera parte tenuius, altera paulo plenius. *ibid.* quae in omnibus fistularum -is perpetua sunt. *ibid.* aliquid ex penicillo in modum -i astrictum ... illinere. *saepe.* COLVM. 6, 30, 4 -um tenue inditur foramini, quo manat urina. SCRIB. LARG. 19 ad conturbationes ... oculorum scio multa -a ... effectus habere. *saepe.* PLIN. nat. 1, 27, 59 glaucion III, collyrion, medicinae II. 20, 201 damnaverim -is addi *semina papaveris.* 22, 117 non fecit ceratum, malagmata, emplastra, -a antidota *natura. saepe.* IVV. 6, 579 si prurit frictus ocelli angulus, inspecta genesi -a poscit. GAIVS dig. 41, 1, 7, 7 si ex medicamentis tuis emplastrum aut -a *fecero. ibid.* vinum vel emplastrum aut -a ad medicamenta reverti *non possunt* (PAVL. dig. 33, 7, 18, 10). ITALA (Apring., Primas., cod. g) *et* VVLG. apoc. 3, 18 -o inunge oculos tuos, ut videas (*κολλύριον ἐγχρῖσαι τοὺς ὀφθαλμούς*). AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 22 si turbatus est oculus, facile dolor omnis sedatur -o. HIER. in Eph. prol. p. 540 ad instar imperiti medici uno -o omnium oculos ... curare. c. Ioh. 5 imperiti medici ad omnes oculorum dolores uno utuntur -o (*cf. Otto, Sprichwörter p. 88*). PELAGON. 193 postero die -um inducitur. *passim.* CHIRON 93 tale -um tam validum et longum similiter, ut tardus subiat nec exire possit, fasciabis locum. *passim.* VEG. mulom. 2, 11, 3 -o acri inungis assidue, ut caligo ex oculis possit auferri. *saepe.* AVG. in psalm. 43, 14 caecus quando inungitur, -um in manu medici non videt. in euang. Ioh. 2, 16 omnia ... -a et medicamenta nihil sunt nisi de terra. PS. APVL. herb. 18, 2 orbicularis in -um facta (*cf. infra l. 71*). PLAC. med. 1, 1 in -is oculorum eo (*cornu cervi*) utuntur. THEOD. PRISC. eup. faen. 32 si ... -i experimento uti placet. gyn. 25 ex quo *suco* ...-a vel balanos confecerunt. DIOSC. 1, 2 fistulas ...-a ... purgant. 4, 71 ano iniectus *mandragoras* sicut -us somnium prestat. *saepe.* CAEL. AVR. acut. 2, 8, 35 cum acriora -a tumentes oculos in dolores atque lacrimas ... cogere videamur. 2, 12, 83 supponenda podici acria -a ... quae appellavit balanos (*cf.* chron. 1, 4, 136. 2, 1, 39 -a, quae Graeci balanos vocant). *saepius.* CASS. FEL. 29 -um ... ad reumata repellenda. *passim.* ALC. AVIT. epist. 11 p. 45, 20 Tobiam ... latens in angelo medicina reduxerit per -um fellis ad dulcedinem sanitatis. ORIBAS. syn. 5, 26 post aliquos dies senape et ficus teris et facta colleria in auribus mittis. 8, 41 quale est dia rodon Nili -us. *saepius.* VEN. FORT. Mart. 2, 43 cuncta salutifero superans -a tactu *Martinus.* GREG. M. moral. 5, 82 infirmanti oculo -um immittitur. ISID. orig. 4, 9, 10 -a latinum sonat, quod vitia oculorum detergant (GLOSS. V 181, 1). PASS. Thom. p. 149, 5 oculi infirmi, qui non recipiunt -um a medicis non curantur. CORP. XIII 10021, 55. 64 *et persaepe in signaculis medicorum oculariorum.* *in imagine*: HIER. c. Ioh. 38 libenter nostra rusticitate languemus, ne -o vestro impio videre discamus. EVCHER. instr. 1 p. 117, 3 quasi infusus -o videre non poterat veritatem. *medicamentum quasi unguentum, quod liquidum adhibetur*: CELS. 6, 6 utendum ... vel iisdem -is est ex lacte aut ovo. *ibid.* usus -i vel ex ovo vel ex lacte est. COLVM. 6, 6, 5 -a immittuntur alvo. SCRIB. LARG. 22 opium et in hoc et in omni -o ... adicere oportet. 142 fiunt -a magnitudinis nucleorum pineorum. PLIN. nat. 27, 83 huic temperatur -um ... sumitur ex aqua. 29, 39. *medicamentum mixtum unguenti modo, quod inter edenda adhibetur*: COLVM. 6, 30, 4 vel de bitumine -um inseritur naturalibus. 6, 30, 8. *cf. Daremberg-Saglio II 1297; Ruggiero II 409 sqq.* **b** *genus quoddam terrae ad medicinam pertinentis*: PLIN. nat. 35, 191 Samiae *terrae* II *genera* sunt, quae -um et quae aster appellantur. DIOSC. 5, 178 ge samias ... quem multi colirion vocant. *cf.* GLOSS. III 535, 19 asterosamia (*fort. leg.*: aster ⟨terr⟩a Samia) id est colliria, sunt smegmata (signata *cod.*) [id est cimolia]. *cf. Blümner, Technologie IV 468, 5.* **c** *genus herbae, ut videtur*: GLOSS. orbicularis -ii herba. collorii id est herba orbicularis. *cf. supra l. 36.*

**2** *translate: de statu mentis* (*cf. p. 1667, 70*): CYPR. eleem. 14 ungue oculos tuos non stibio diaboli, sed -o Christi. AVG. conf. 7, 8, 12 acies conturbata et contenebrata mentis acri -o salubrium dolorum sanabatur. serm. 136, 4 *Iesus* de sanguine suo -um fecit caecis. in euang. Ioh. 2, 16 ipsa nativitate *verbum* -um fecit, unde tergerentur oculi cordis nostri. in psalm. 39, 21 adhibeatur mordax praeceptum quasi -um. PAVL. NOL. carm. 19, 34 mentes ... -o ... medentis inunguere Christi. epist. 45, 1 quasi -o declarationis infuso oculis mentis meae purius video. RVRIC. epist. 2, 17 -o bonorum operum oculos cordis acuamus. APRING. in apoc. 3, 18 -um autem, quo ungueri oculos mandat, cordis est compunctio et lacrimae paenitentis et revertentum sanabilis dolor. APON. 7 p. 127 paenitentia -um cordis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

esse probatur et interioris hominis oculus. Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 7 ut illuminetur visio caecitatis -o claritatis. Greg. Tvr. Franc. 6, 40 p. 280, 11 adhibe -a lippis oculis et lucem praedicationis apostolicae percipe.

**collyrus,** -ī (collurus) *m.* [*cf.* collyra, collyris? *Th.*]. **1** *genus piscium*: Plin. nat. 9, 61 asellorum *piscium* duo genera, -i (calliri, colliri *codd.*) minores et bacchi, qui non nisi in alto capiuntur. *cf.* 32, 146 peculiares . . . maris . . . callarias (callyris, cullyris, collyris *codd.*). **2** *genus lapidum*: Damig. lapid. 38 collurus lapis: hic similis est sapphiro, subalbidum habet colorem marinum. *Mertel.*

*?* **colmiam:** calamum cum spica sua Gloss. lib. gloss. *cf.* culmus. *fort.* culmiam *scribendum?*

**colminia** (culminia) *vel* **colminiāna,** -ae *f., nomina generis oleae* [*cf. nomina* Culminius, Colominaeus; *v. W. Schulze, Eigennamen p. 155. Th.*]. Cato agr. 6, 1 in agro crasso et caldo oleam . . . colminianam . . . serito (Varro rust. 1, 24, 1 colminiam). *cf.* Colvm. 5, 8, 3 olearum . . . genera . . . in meam notitiam decem omnino pervenerunt . . . culminia (*AS*). 12, 54, 1 culminiam bacam. Macr. sat. 3, 20, 6 olearum genera . . . culminea. *Mor.*

**1. cōlo,** -āvī, -ātum, -āre [*a* 1. colum. *Th.*]. *legitur inde a* Manil. Gloss. II 103, 12 -at ὑλίζει, διηθεῖ. [*loci dubii*: Apic. 7, 275 elixam . . . collare si voles. 7, 287 hoc collare pergito (*Schuch utroque loco* colorare).]

**I** ***proprie:*** *secernere crassiorem materiam a tenui vel liquida*: **A** *de eis quae cribro vel colo secernuntur* (*colari dicuntur tam solida, quae in colo remanent, ut aurum, quam liquida*): Colvm. 2, 2, 20 glebae . . . more faeculenti vini diligenter -atae. 7, 8, 7 thymum contritum cribroque -atum. 9, 16, 1 cera per stramenta vel iuncos defusa -atur. 12, 11, 1 expressa . . . aqua -etur (*ibid.* spurcitia . . . eximatur). 12, 17, 1 *acetum* (12, 57, 1). Scrib. Larg. 134 omnia contusa, non cribrata, macerantur . . . vino . . ., -atur liquor. 269 *haec* -antur (coniciuntur *trad., corr. ex* Marcell. med. 35, 7) macerata. 271 per linteum vel ex iunco factum de industria colum. Plin. nat. 13, 82 diligentior cura mollia panis . . . -at[a] aqua fervente. 16, 54 *resinam.* 21, 83 *favos* sportā (Pallad. 3, 27 *vinum*). 22, 157 aqua in potum -ata (*cod. Dalecamp.*, collecta *rell.*). 25, 164 *sucum* linteo (*opp.* densare). 26, 31 *salviam.* Porph. Hor. sat. 2, 4, 54 'lino vitiata saporem': per saccum -ata *vina.* Garg. Mart. med. 43 aqua caelestis . . . transfusa -atur. Ps. Garg. Mart. p. 211 *compositio* per saccum -ari debet usque ad claritatem. Ser. Samm. 20 hedera ex oleo -ata vetusto. Chiron 201 sucum -atum . . . potionare oportet. 346 per lentiolum -ato sucum eius *compositionis.* Pelagon. 148 ebuli radicem . . . per linteolum. 461 *cantabrum* per sabanum. Veg. mulom. 2, 126, 2 aluminis -ati scrup. I. Hier. epist. 52, 11, 3 coctis . . . frugibus aqua pinguior -atur. Marcell. med. 8, 79 *omnia medicamenti* -bis tenui linteo (*ibid.* exprimes per linteum delicatum. 8, 84 per linteolum delicatum -bis). 8, 95 lauri folia . . . diluito et linteo -ato. 8, 127. Plac. med. 5, 13 sulphur -atum. 14, 12 stercus equi siccum et . . . liquefactum et -atum. Theod. Prisc. eup. faen. 26 adipes . . . -ati (41. 45 *cf. adnot. Rosii ad 45*). Apic. 1, 4 vinum -as. 3, 65 aquam . . . in mortario. 4, 125 asparagos . . . aqua suffundes . . . per colum -bis (4, 129). Cael. Avr. chron. 4, 3, 68 mala . . . contusa atque -ata. *scoriis purgare*: Apvl. flor. 6 p. 21 arvum colere vel aurum -are (Hier. psalt. sec. Hebr. 12, 7 argentum igne probatum, . . . -atum septuplum [Vvlg. *Amiat.* -atum, *rell.* purgatum]. Op. imperf. in Matth. 5 p. 661 aurum vel argentum combustis in fornace sordibus -atur. *adde l. 73*). Isid. orig. 19, 17, 1 colores autem dicti sunt . . . quod in initio -bantur. *singulariter dictum*: Manil. 5, 193 -are vagos inductis retibus amnes (*i. piscari*). **B** *de eis quae naturaliter secernuntur*: Sen. nat. 3, 5 occulto . . . itinere subit terras . . . -aturque in transitu mare (*i. q. ibid.* amaritudinem ponit). Plin. nat. 31, 38 quibus (*puteis*) et exercitationis ratio . . . continget et illa tenuitas -ante terra. 31, 48 *tofus aquas* dulces . . . levissimasque facit et -ando continet sordes. Tert. adv. Val. 23 p. 200, 17 si non et istum (*aërem*) Sophiae maestitia -asset.

**II** ***in imagine et translate:*** *de rebus*: Tert. anim. 53 p. 386, 23 *anima* vi mortis exprimitur de concretione carnis et ipsa expressione -atur (*cf. supra*: *corpus* animam . . . concretione carnis infaecat). resurr. 61 p. 122, 19 forata sunt inferna in viro et in femina, nimirum qua libidines fluitent: cur non magis, qua (ut *M, om. rell.*) defluxura -entur? Agnell. epist. p. 318$^{D}$ conturbatio (*fidei*) cum -ata fuerit, omnis faeculentia proiicitur; et hoc quod liquatum fuerit, custoditur. *de animantibus*: Vvlg. Mal. 3, 3 purgabit filios Levi et -bit (χεεῖ) eos quasi aurum (Hier. in Mal. 3, 2 p. 973 sacerdotes. *ibid.* emundati et -ati). *nota*: Hil. in Matth. 24, 7 irridet eorum (*pharisaeorum*) in -andis culicibus diligentiam (*cf.* Itala Matth. 23, 24 [Schol. Hor. Vind. ars 139] -antes [volantes *cod.*] culices et absorbentes camelum, Vvlg. excolantes culicem, διυλίζοντες. Itala [*v. vol. IV p. 1287, 13 sqq.*] liquantes).

*part. perf. pass. pro adi.* **cōlātus,** -a, -um. *compar.*: *v. p. 1670, 6.* Gloss. διηθ[μ]ημένον, liquidum, mundum, purum. III 568, 26 lupiatu (liquatum? *Götz*) i. colatu. *proprie* (*cf. sub I A*): Plin. nat. 31, 95 vitium huius (*muriae*) est allex atque imperfecta nec -a faex. Cael. Avr. chron. 5, 1, 18 liquefactam calcem, quam vulgo -am vocant. Oribas. syn. 4, 42 quae surgunt aquae *in apertis locis* -ae sunt et limpidae. *huc pertinere videtur* lucerna colata *(i. munda, nitida? ex argilla purgata facta? v. adn. ad Corp. VIII 22642, 4): passim in inscr. lucernarum, ut* Corp. VIII 22642, 2$^{b}$ lucernas -as de oficina Donati. 22642, 4$^{b}$ emite lucernas -as ab asse (XIII 10001, 19$^{b}$). *cf. l. 12.* *translate*: Tert. anim. 9 p. 311, 15 nec berullis ideo aquosa materia est quod fluctuent -o nitore. 48 p. 379, 1 certiora et colatiora somniari. nat. 1, 5 p. 65, 17 serenitas tam -a *caeli.* Rvfin. Orig. in lev. 9, 8 -a . . . et defaecata vult esse vel verba nostra vel opera.

*neutr. pro subst.* **cōlātum,** -ī. *de potione*: Pelagon. 9 facies inde -um per linteolum. *obscurius*: Greg. M. epist. 7, 37 p. 486, 22 quia -um (collatum *codd.*) ac viritheum non libenter bibo, . . . cognidium requiro. *de vase* (*cf. supra l. 1 sqq.*): Isid. orig. 20, 3, 7 -um vas proprium nuncupant, in quo deportatur *vinum.* [*cf.* Plin. nat. 34, 157 *Ricc. et Voss.*: in -is (cutalis *B*), quibus aurum colligitur.]

*derivata*: colatorium, colatura. *composita*: de-, excolare (*cf.* Rvfin. Orig. in num. 27, 12), in-, per-, re-, transcolare. *Hey.*

***2. colo,** -uī, cultum, -ere [*ex* *quelō *factum, idem q. gr.* πέλομαι, *ind.* carati 'versatur, ambulat, peragrat, tractat'; *cf. c. gr.* ἀνα-τέλλειν, τελέθειν *et c.* inquilinus, Esquiliae, colus, *fortasse c.* coluber, columna; *v. Curtius, Grundzüge d. griech. Etymologie*$^{5}$ *p. 470; Corssen, Beitr. zur ital. Sprachkunde p. 73. Th.*]. Varro ling. 5, 36 ager -ltus ab eo quod ibi cum terra semina coalescebant. *forma vetustior* quolo *legitur* Inscr. coc. Falisc. (Carm. epigr. 2) 2 ad veitam quolundam. *de coniugatione*: Varro ling. 9, 108 cur non sit analogia, afferunt, quod ab similibus similia non declinentur, ut ab 'dolo' et '-o'; ab altero enim dicitur 'dolavi', ab altero '-ui'. *ibid.* '-is'. Prisc. gramm. II 526, 8 '-o -ui'. 571, 18 in 'lui' . . . desinentia 'ui' in 'tus' convertunt in participio, ut '-o, -ui, -ltus'. Mart. Cap. 3, 319 '-o -ui -ueram'. Gramm. suppl. 180, 2 frequenter . . . o in u vertitur, quando consonantes duae sequuntur, ut . . . '-o -ltus'. *imperat. praes. act.* -ito: Verg. georg. 2, 413 (*cf.* Gloss.) Colvm. arb. 5, 3 Plin. nat. 18, 232. cole: Cic. epist. 2, 11, 2 Cvlex 381 Ov. rem. 29 Ps. Sen. mon. 138. *de supino cf. vol. IV p. 1324, 58 sqq. gerund. in* -und-: Inscr. coc. Falisc. *supra l. 23.* *nota* coleo: Gloss. II 248, 6. *cf.* Lyd. mag. 1, 20 colientes *p. 1680, 4.* *de constructione*: Prisc. gramm. III 274, 16 adorativa quoque *verba accusativo sociantur*: '-o te, honoro, adoro' *eqs.* *de significatione*: Non. p. 250 -ere est venerari . . . exercere, ut rustici . . . inhabitare . . . diligere . . . ornare . . . pati (*seq. Ter. Haut. 136*). Prisc. gramm. II 404, 1 sunt alia, quae una voce et una coniugatione diversas tamen habent significationes, ut . . . '-o' quoque pro 'diligo' et 'habito' et 'aro' accipitur. Avg. civ. 10, 1 dicimur . . . -ere etiam homines, quos honorifica vel recordatione vel praesentia frequentamus. nec solum ea, quibus nos religiosa humilitate subicimus, sed quaedam etiam, quae subiecta sunt nobis, perhibentur -i. nam ex hoc verbo et agricolae et coloni et incolae vocantur et ipsos deos non ob aliud appellant caelicolas, nisi quod caelum -ant, non utique venerando, sed inhabitando, tamquam caeli quosdam colonos *eqs.* Diff. ed. Beck p. 47, 42 inter '-ere' et 'incolere' et 'venerari' et 'diligere' et 'suspicere': -imus deum vel agrum, incolimus solummodo agrum, veneramur *eqs.* Gloss. *v. infra singulis locis, nota*: II 103, 49 -it: σέβεται, γεωργεῖ. *diversae significationes coniunctae sunt his locis* (*cf. p. 1672, 3*): Naev. com. 93 domos (domi *Ribb.*) patres patriam ut -atis potius quam peregri probra (*cf.* Avson. 193, 13 ut placidos mores, tranquillos sic -e manes). Verg. Aen. 4, 343 (*Aenean*) urbem Troianam . . . dulcesque meorum relliquias -rem (*cf.* Cvlex 86 illi [*pastori*] falce deus -itur, non arte politus, ille -it lucos. *sim.*: Ov. met. 11, 146 *Midas* perosus opes, silvas et rura -bat Panaque montanis habitantem semper in antris. Sen. Phaedr. 406/407 regina nemorum, sola quae montes -is et una solis montibus -eris dea. Lvcan. 8, 338 Chaldaeos -ure focos et barbara sacra *Pompeius. cf.* Clavd. 5, 267 quid nobis patriam, quid cara revisere tandem pignora dilectosque iuvat -isse penates?). Hor. epist. 2, 1, 7 Romulus et Liber pater et cum Castore Pollux, . . . dum terras hominumque -unt genus *eqs.* Lygd. 6, 20 nec torvus Liber in illis qui se quique una vina iocosa -unt. Ov. medic. 12 forsitan antiquae Tatio sub rege Sabinae maluerint quam se rura paterna -i. met. 13, 633 Ancus, quo rege homines, antistite Phoebus rite -batur. Sen. epist. 21, 3 (*Epicurus Idomeneo scribit*) si gloria . . . tangeris, notiorem te epistulae meae facient quam omnia ista, quae -is et propter quae -eris. 67, 12 *virtus* nobis non ture nec sertis, sed sudore et sanguine -enda est (*cf.* 115, 5 -itur . . . non taurorum opimis corporibus contrucidatis nec auro argentoque suspenso nec in thensauros stipe infusa, sed pia et recta voluntate). Macr. 2, 4, 10 Vettius cum monumentum patris exarasset, ait Augustus: hoc est vere monumentum patris -ere. *legitur inde a* Naevio *et* Inscr. coc. Falisc. (Carm. epigr. 2) (*saec. fere III a. Chr. exeunte*). [*loc. inc.*: Plavt. Cas. 523 Liv. 44, 14, 10 Qvint. inst. 5, 7, 7 Svet. Vit. 12 Fronto p. 122, 11. 126, 18. 191, 7. 236, 6 N. Min. Fel. 5, 11 Vopisc. Aurelian. 24, 1 Carm. epigr. 665 Corp. X 5506.] *adde nom. propr.* Colendus, -a.

**I** *i. q.* ***incolere, habitare:*** Non. p. 250 -ere inhabitare (Gloss. IV 434, 35 -i dedit: inhabitare permisit). Prisc. gramm. II 404 habito. Avg. civ. 10, 1 *v. supra l. 42.* *nonnumquam dubites hucine an ad II A 1 loci referendi sint.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**A** *cum accusativo.* **1** *de hominibus*: NAEV. com. 93 domos...patriam *v. p. 1670,53*. PLAVT. Bacch. 198 regiones -ere mavellem Acherunticas (*cf.* VERG. Aen. 5,735 amoena priorum concilia Elysiumque -o. OV. Ib. 174 in loca ab Elysiis diversa vocabere campis, quasque tenet sedes noxia turba, -es. SIL. 5,241 deus ima -entum. STAT. Theb. 12,76 tu superum convexa licet coetusque perenni...virtute -as. MART. 9,51,5 Elysios. NEMES. ecl. 1,40 si sublimes animae caelestia templa sidereasque -unt sedes mundoque fruuntur. *cf.* CARM. epigr. 755,3. INSCR. christ. Rossi II p. 104, 38, 6 adsertor Christi sidera iure -es). PLAVT. Stich. 670 peregrina omnia relinque, Athenas nunc -amus. VARRO ling. 5,163 *Ennium* -isse Tutilinae loca. VARRO AT. carm. frg. 14 terrae extremas inter *zonas* mediamque -untur (CIC. rep. 6,21. 22 ex his ipsis -ltis notisque terris. Tusc. 1,68 globum terrae ...duabus oris distantibus habitabilem et -ltum, quarum altera quam nos incolimus *eqs.* [*ibid. opp.* ceteras partes incultas]. nat. deor. 2,164 *homines* qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem -unt [*ibid.* incolimus]. VERG. Aen. 1,532 [*cf.* 3,165]. 3,13 terra procul vastis -itur Mavortia campis — Thraces arant —. SEN. dial. 11,7,10 MELA 2,52 TAC. ann. 2,60 hist. 5,2 *infra l. 27*. FLOR. epit. 4,12,66 tum dum -it terras *Augustus*. APVL. mund. 7 AVIEN. orb. terr. 1061). CIC. Verr. 5,119 -iturque ea pars *urbis* et habitatur frequentissime (OV. epist. 10,97 sive -unt habitantque viri *insulam*, diffidimus illis). CIC. epist. 2,11,2 urbem, urbem, mi Rufe, -e et in ista luce vive (VERG. Aen. 4,343 *v. p. 1670,55*. CVRT. 4,8,6 magnam illam urbem advenarum frequentiam -uram. SIL. 15,192 urbs -itur, Teucro quondam fundata vetusto, nomine Carthago. TAC. hist. 5,2 Assyrios ... proprias urbes Hebraeasque terras et propiora Suriae -isse. AVSON. 319,3 vicinas urbes). CATVLL. 63,70 algida Idae nive amicta loca. LVCR. 5,955 nemora atque cavos montes silvasque -bant *homines* (OV. met. 11,146 silvas et rura *p. 1670,57*. CVLEX 381 fontes et virides nemorum silvas et pascua). VERG. Aen. 3,73 sacra mari -itur medio ... tellus, ... quam pius arquitenens ... immotam ... -i dedit et contemnere ventos (*cf.* GLOSS.). 7,684 quique altum Praeneste viri quique arva Gabinae Iunonis gelidumque Anienem et roscida rivis Hernica saxa -unt. 7,714 qui Nomentum urbem, qui Rosea rura Velini, qui Tetricae horrentis rupes montemque Severum Casperiamque -unt Forulosque et flumen Himellae. PROP. 2,19,2 devia rura (OV. medic. 12 rura paterna. met. 11,146. 765 secretos montes et inambitiosa -bat rura. AVSON. 417,80 Aquitanica rura). OV. epist. 4,107. met. 6,149 Maeoniam virgo Niobe Sipylumque -bat. CVLEX 86 lucos *v. p. 1670,56*. LIV. 5,33,2 agros ... ab Etruscis antea -ltos possedisse *Gallos*. 10,2,7 tribus maritimis Patavinorum vicis -entibus eam oram. 38,15,9 agrum Sagalassanum. 38,17,2 omnium, quae Asiam -unt gentium. 38,38,3 insulas (TAC. Germ. 29 insulam Rheni amnis. OV. epist. 10,97 *supra l. 22*. TAC. hist. 4,15 partem insulae. ann. 12,61 OROS. hist. 1,2,78). MANIL. 1,225 medio subiecta polo quaecumque -untur. SEN. Herc. f. 1165 quisquis Ismeni loca, Actaea quisquis arva, qui gemino mari pulsata Pelopis regna Dardanii -is. Phoen. 128 quisquis ... Spartamque fratre nobilem gemino -is. Phaedr. 932 orbemque nostris pedibus obversum -as. Herc. O. 140 Dircaea ... moenia (MART. 10,103,9 moenia ... dominae pulcherrima Romae). CVRT. 7,7,4 saltum (alium *codd.*) ultra Istrum iacentem. 8,2,3 ulteriorem ripam (TAC. Germ. 28 ipsam Rheni ripam. hist. 4,64 ann. 1,59). MELA 2,59. 122. 3,10 LVCAN. 3,205. 9,650. CALP. ecl. 1,74 quaecumque notum gens ima iacentem erectumve -it boream. PLIN. nat. 6,208 Africae ... latitudo, qua -itur *eqs.* VAL. FL. 1,44 STAT. Theb. 7,308. MART. 4,57,3. QVINT. decl. 259 p. 56,28 unam sibi domum, quam -ret, elegit. IVV. 3,193. 15,76. TAC. Agr. 11 Britanniam. PLIN. epist. 3,19,2 unam villam -ere et ornare, alteram tantum tueri. 6,10,1 hunc enim -ere secessum atque etiam senectutis suae nidulum vocare consueverat. AMPEL. 6,2 orbis terrarum, quem nos -imus (*at* incolo: 1,4. 2,10. 6,1). GELL. 1,10 Italiam. APVL. met. 1,19 Aetoliam. 3,17 tectum scandulare ... quod ... secreto -it *Pamphile*. MIN. FEL. 25,5 quicquid Romani tenent -unt possident audaciae praeda est (PANEG. 2,13 quicquid homines -unt). TERT. nat. 2,12 mons quem -erat (*adde l. 39*). PALLAD. 1,16 provincia quam -imus. AVIEN. orb. terr. 113 Massiliam. *al.* AVSON. 175,14 iuncta -is thalamo nunc monumenta tuo (*uxor mortua. cf.* INSCR. christ. Rossi II p. 64,10,12 fac sub pace -i templa dicata tibi). 418,69 deserta. AMM. 23,6,43. CLAVD. carm. min. 28,21 vasta -it sub rupibus antra (*cf.* LVCR. 5,955 *l. 29*). PAVL. NOL. carm. 21,389 nos ... super addita tecta -entes. OROS. hist. 1,2,81. *latiore sensu fere i. q. aquas accolere*: VERG. Aen. 7,684 *l. 33*. 7,714 *l. 35* CVLEX 381 *l. 31*. CVRT. 8,9,2 quae gentes -rent *flumen*. VAL. FL. 1,44 SIL. 3,322 qui stagna -unt Tritonidos alta paludis. 14,231 qui fontes, vage Chrysa, tuos et pauperis alvei Hipparim ac facilem superari gurgite parco Pantagian rapidique -unt vada flava Symaethi. MART. 10,58,5 flumineos...lacus. TAC. Germ. 32 certum iam alveo Rhenum...Tencteri -unt. AVSON 296,4 *Garumnam* innumeris -ltam populis. *nota in imagine*: PROP. 3,5,19 me iuvat in prima -isse Helicona iuventa Musarumque choris implicuisse manus (OV. Pont. 4,2,11 inter ... Helicona -entes [*i. poetas*] uberius nulli provenit ista seges; *cf. p. 1672,20*). AVSON. 470,41 pectoris ut nostri sedem -is, alme Syagri, communemque habitas alter ego Ausonium. *i. q. tenere, possidere*: INSCR. christ. Rossi II p. 127,7,15 culmen apostolicum -uit tres ferme per annos.

**2** *de diis* (*significat nonnumquam i. q. custodire, servare*): PLAVT. Persa 581 di omnes qui caelum -unt (AVG. civ. 10,1 *p. 1670,42*). Poen. 950 deos deasque veneror, qui hanc urbem -unt (OV. met. 15,642 LIV. 24,38,8 *infra l. 27*. 31,30,9). TRAG. inc. 217 Liber, qui augusta haec loca Cithaeronis -is. CATVLL. 36,14 o caeruleo creata ponto, quae sanctum Idalium Vriosque apertos quaeque Ancona Gnidumque arundinosam -is quaeque Amathunta quaeque Golgos quaeque Durrachium Hadriae tabernam (61,17 Idalium. VERG. catal. 14,2 Paphon, ... sedes ... Idalias). VERG. ecl. 2,62 Pallas quas condidit arces, ipsa -at (*syn.* habitarunt). HOR. epist. 2,1,7 *v. p. 1670,63*. OV. am. 2,13,7 Isi, Paraetonium genialiaque arva Canopi quae -is et Memphin palmiferamque Pharon *eqs.* (met. 9,773). met. 1,576 nymphis...-entibus undas. 2,679 nec...tunc aderas (*Delphice*): Elin Messeniaque arva -bas. 4,302 nympha -it *stagnum* (14,332 fontana ... numina, naiades, ... quae ... -unt Scythicae stagnum nemorale Dianae finitimosque lacus. CLAVD. carm. min. 53,43 qui fluvios, qui stagna -unt). 5,495 Sicaniam peregrina -o (*Arethusa*). 5,663 deas Helicona -entes. 14,681 haec loca sola -it *Vertumnus*. 15,545 hoc nemus inde -o (*Hippolytus*). Pont. 1,2,80 -ltaque Oresteae Taurica terra deae. fast. 1,241 ipse (*Ianus*) solum -ui, cuius placidissima laevum radit harenosi Thybridis unda latus. 1,398 quae ...-unt amnes solaque rura deae. 2,598 Tiberinides omnes quaeque -unt thalamos, Ilia diva, tuos. LIV. 5,21,3 'te simul, Iuno regina, quae nunc Veios -is, precor, ut nos victores in nostram tuamque mox futuram urbem sequare *eqs.*' 24,38,8 'superi infernique di, qui hanc urbem, hos sacratos lacus lucosque -itis'. 29,27,1 'divi divaeque ... qui maria terrasque -itis'. SEN. Herc. f. 5 tellus -enda est *mihi* (*sc. Iunoni*); paelices caelum tenent. Phaedr. 406. COLVM. 10,265 nymphasque Napaeas, quae -itis nemus Amphrysi, quae Thessala Tempe, quae iuga Cyllenes et opaci rura Lycaei antraque *eqs.* LVCAN. 9,990 Phrygias ... ruinas. SIL. 3,393 Nebrissa Dionyseis conscia thyrsis, quam Satyri -uere leves *eqs.* STAT. silv. 1,1, 106 certus ames terras et quae tibi templa dicamus, ipse -as (*sc. Domitianus*). 3,3,5 *Pietas*, qualis adhuc praesens nullaque expulsa nocentum fraude rudes populos atque aurea regna -bas. NEMES. ecl. 2,20. PS. SOL. Pont. 22. CORP. VIII 2581 moenia qui Risinni Aeacia, qui -is arcem Delmatiae, nostri publice Lar populi (*i. Aesculapius*) *eqs.* *nota*: CLAVD. rapt. Pros. 3,289 deserta -bat *Proserpina errans*.

**3** *de bestiis: fabulosis*: PLAVT. Aul. 701 pices ... aureos montes -unt. LVCR. 5,30 Stymphala -entes. VERG. Aen. 3,212 Strophades ... insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno harpyiaeque -unt aliae *eqs.* (*cf.* NON. p. 250). CLAVD. carm. min. 27,8 haec fortunatus nimium Titanius ales (*phoenix*) regna -it. *de naturalibus*: VERG. georg. 3,430 *anguis* qui ... stagna -it ripisque habitans *eqs.* TIB. 3,9,2 seu quis bona pascua campi seu -is umbrosi devia montis aper. OV. ars 2,150 quasque -at turres, Chaonis ales habet. met. 2,380 quae -at elegit *cycnus* contraria flumina flammis (SEN. Ag. 679 Histrum cycnus Tanainque -ens). LVCAN. 9,710 ambiguae -ret qui Syrtidos arva chersydros.

**B** ***absolute*:** PLAVT. Poen. 13 exerce vocem (*praeco*), quam per vivisque et -is (vales *Geppert*). Pseud. 202 huncine hic hominem pati -ere iuventutem Atticam? CAEL. hist. 55 Maurusii qui iuxta Oceanum -unt. LIV. 21,26,6 -unt autem circa utramque ripam Rhodani *Volcae* (MANIL. 1,237 hanc *terram* circum variae gentes hominum atque ferarum aeriaeque -unt volucres). 24,49,5 prope Oceanum adversus Gades (45,29,7 prope Axium flumen ad regionem orientis). 38,18,12 litora qua Cilices maritimi -unt. CVRT. 4,7,19 qua vergit ad occidentem ... Aethiopes -unt. *al.* TAC. Germ. 16 -unt discreti ac diversi. ann. 1,56 catervas Germanorum cis Rhenum -entium (*cf.* GELL. 9,4,6 Sauromatas, qui ultra Borysthenen fluvium longe -unt). 2,41. VLP. dig. 43,13,1,4 si modo hoc factum eius incommodum circa -entibus afferat. GELL. 14,1,8 in patentibus campis. 16,11 tit. in Syrtibus Africanis. 16,11,5. APVL. met. 1,21 extra pomerium et urbem totam. ANTH. 407,7 illustri ... graves nobilitate domos devita et longe †vivus -e. IVL. VAL. 1,25 AVIEN. orb. terr. 5. 250 *al.* SERV. Aen. 3,399 PAVL. NOL. carm. 17,250. 21,405.

**II** *i. q.* ***curare, tractare,*** *diligere sim.*: GLOSS. *τημελῶ. ἀσχῶ.* *de notione cf. synonyma*: TEST. Galli (Corp. XIII 5708) 1,11 -atur ... id aedificium et ea pomaria et lacus ... impensaque praestetur ⟨ad⟩ reficiendum restituend(um) *eqs. ibid.* 13. TERT. anim. 17 ipsius dei providentiam excaecas qui cunctis operibus suis intellegendis [in]colendis dispensandis fruendisque fallaces et mendaces dominos praefecerit sensus. PS. APVL. Ascl. 5 inanimalia institui et -i sine hominibus non possunt. PRISCILL. tract. 6,94 non tam -i vult mundi instituta quam distrui.

**A** ***res corporeas*:** **1** *de agricultura; cf.* NON. p. 250 -ere exercere ut rustici. GLOSS. *γεωργῶ.* II 103,49 -it ... *γεωργεῖ.* PRISC. gramm. II 404,1 aro. DIFF. ed. Beck 47,42 *v. p. 1670,48*.

**a** *proprie*: ***α*** *cum accusativo*: ***αα*** *proprie agrum, terram sim.*: agrum: TER. Phorm. 365. CATO agr. capp. LXX quo modo ager -atur. 61 quid est agrum bene -ere? bene arare. quid

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

secundum? arare. quid tertium? stercorare. or. frg. 11, 1 adolescentiam meam abstinui agro -endo, saxis Sabinis, silicibus repastinandis atque conserendis. SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 29 quei intra eos fineis agrum posedet ... eos ita posidere -ereque liceat (VARRO ling. 5, 36. CIC. leg. agr. 2, 84 a plebe). VARRO ling. 5, 96. rust. 1 capp. p. 3, 24 agri quibus rebus -antur (rust. 1, 2, 14) *et saep.* Men. 415 agros -unt harenosos. CIC. S. Rosc. 39 qui ... in agro -endo vixerit. 48. 50 suos ... agros studiose -bant, non alienos cupide appetebant (OV. fast. 3, 779). 51. Verr. 4, 43 ut ... aratoribus ... arare atque agros -ere expediret (CATO agr. 61 *p. 1672, 84 sq.* CIC. leg. agr. 2, 67 qui arari aut -i possit). leg. agr. 2, 88. de orat. 3, 133 de fundo emendo, de agro -endo. rep. 2, 26. 3, 16 Lycurgus ... agros locupletium plebi, ut servitio -endos dedit. 5, 3 Tusc. 2, 13. Cato 54 -entem agrum et eum stercorantem (*cf.* CATO agr. 61 *supra l. 1*). nat. deor. 2, 151 ferrum ..., rem ad -endos agros necessariam. *al.* HIRT. Gall. 8, 7, 2. SALL. Catil. 4, 1 agrum -endo aut venando, servilibus officiis, intentum. ALF. dig. 50, 16, 203 LIV. 3, 26, 8 *al.* FEST. p. 241 (collidebat *cod.*). VAL. MAX. 4, 4, 6 agrum ... -endum locari. SEN. dial. 3, 21, 2 benef. 4, 14, 3 epist. 94, 14 CVRT. 5, 3, 15. 5, 5, 24 -i serique. 8, 1, 36. COLVM. 1 praef. 14 non minus industrie -erit, quam fortiter armis quaesierat. 1, 7, 1 sedulo. 1, 7, 3 *urbanus colonus* qui per familiam mavult agrum quam per se -ere. 2, 2, 8 est antiquius facere agrum quam -ere. 4, 3, 3 bonis ac malis rationibus. MELA 2, 11 -unt Georgi exercentque agros (VLP. dig. 33, 7, 8 pr. SVLP. SEV. chron. 1, 53, 4). LVCAN. 1, 571 PLIN. nat. 1, 18, 8. 6, 91 diligenter. 18, 11 agrum male -ere censorium probrum iudicabatur. 18, 36 optime (CATO agr. 61 bene *p. 1672, 84.* PLIN. nat. 18, 38 bene -ere necessarium est, optime damnosum). 18, 37 agros ... coemendo -endoque. *al.* QVINT. decl. 249 p. 24, 14. 298 p. 179, 27 *agellum* (PLIN. epist. 3, 1. APVL. apol. 18 publica pecunia). SVET. gramm. 23 FLOR. epit. 1, 22, 3 POMPON. dig. 24, 3, 9 VLP. dig. 7, 8, 10, 4. 33, 7, 12, 8 *al.* PAVL. dig. 6, 3, 1 ita -endi dantur, ut privatim agros nostros -endos dare solemus. APVL. apol. 17 PORPH. Hor. carm. 1, 1, 12. 3, 5, 23 CAPITOL. Alb. 11, 7. AVSON. 320, 21 agri bis centum -o iugera. AVG. civ. 7, 74 CASSIOD. in psalm. 118, 148 COD. Iust. 11, 48, 22, 3. *adde s. v.* ager *vol. I p. 1290, 13 sqq.*

fundum: CATO agr. 2, 1 quo modo fundus -ltus siet (COLVM. 1, 4, 6). VARRO rust. 1, 1, 2 bene -endo fructuosum ... facere (COLVM. 4, 3, 6 melius). ALF. dig. 15, 3, 16 -endum servo suo locavit (IVLIAN. dig. 19, 2, 32. 23, 4, 22 certa pensione). IAVOL. dig. 19, 2, 51 ea lege fundum locavi, ut, si non ex lege -retur *eqs.* MARCELL. dig. 36, 1, 46, 1 -endo ... fundo vel in cogendis fructibus insumpsit operam. SCAEV. dig. 33, 7, 20, 1 si non fide dominica, sed mercede, ut extranei coloni solent, fundum -isset. VLP. dig. 8, 3, 3 boves per quos fundus -itur. CORP. IX 3674 colono f(undi) Tironiani, quem -uit ann(os) n(umero) L. *reliqua v. s. v.* fundus. loca: VARRO ling. 5, 36. rust. 1, 17, 2 gravia loca. TEST. Galli (Corp. XIII 5708) 1, 27 neq(ue) quisquam post me dominium potestatemve eorum locorum habeto, nisi in hoc, ⟨ut⟩ melius -antur et conserantur perficianturq(ue). terram (*aliter p. 1671, 12 sqq.*): VARRO rust. 1, 2, 3 nullam arbitror esse *terram* quae tam tota sit -lta *quam Italia.* VERG. georg. 2, 222 illam *terram* experiere -endo et facilem pecori et patientem vomeris unci. OV. fast. 1, 668. SEN. benef. 7, 10, 5 vasta spatia terrarum -enda per vinctos. nat. 3, 11, 5 PLIN. nat. 17, 41. 31, 53 et -i moverique terram callumque summae cutis solvi aquarum interest. QVINT. inst. 5, 11, 24 *terra* neglecta sentes ac dumos, -lta fructus creat (*syn.* excolendum). FLOR. epit. 2, 3, 5 ferrum quo terra -retur. PS. APVL. Ascl. 6 HIL. myst. p. 6, 30 RVFIN. hist. mon. p. 426[B] VVLG. Ier. 27, 11 *al.* AVG. civ. 7, 24 nullum genus esse terrae tam remotum ac vehementer ferum quod non subigi -ique conveniat. COD. Iust. 1, 27, 2, 8. 11, 48, 23, 1 GREG. M. epist. 4, 21.

hortos: VARRO rust. 1, 16, 3 sub urbe -ere hortos late expedit, sic violaria et rosaria, item multa quae urbs recipit, cum eadem in longinquo praedio ... non expediat -ere. VERG. georg. 4, 118 pingues hortos. OV. met. 14, 624 *Pomona* -uit sollertius. Pont. 1, 8, 45. MANIL. 5, 256 *Corona* -et nitidis gemmantem floribus hortum, pallentes violas et purpureos hyacinthos liliaque et Tyrias imitata papavera luces vernantisque rosae rubicundo sanguine florem caeruleum foliis. CVRT. 4, 1, 19 suburbanum hortum. IVLIAN. dig. 5, 3, 54, 2 *p. 1674, 50.* CASSIOD. inst. div. 28 (*syn.* agros exercere). PALLAD. hist. mon. I 2 p. 259[a] *hortulum.* 19 p. 298[b]. praedia: VARRO rust. 1, 18, 7. CIC. S. Rosc. 43 (*bis*) tot praedia, tam pulchra, tam fructuosa ... -enda ac tuenda. 44. 49 studiose. ALF. dig. 32, 60, 3 COLVM. 1 praef. 12 PLIN. nat. 7, 151 SCAEV. dig. 20, 1, 32 *al.* VLP. dig. 19, 2, 15, 3. 50, 8, 2, 1 praedia publica. PAVL. dig. 26, 7, 46. 49, 14, 50 domino.

silvam (*aliter p. 1671, 29 sqq.*): VARRO rust. 1, 23, 6 seras ac -as silvam caeduam. rus, rura (*aliter p. 1671, 38 sqq.*): VARRO rust. 2 praef. 1 *opp.* qui in oppido sederent (*cf.* 3, 1, 1 tempus, cum rura -rent homines neque urbem haberent. COLVM. 1 praef. 17 eos, qui sub umbra civitatis intra moenia desides cunctarentur, quam qui rura -rent ..., segniores visos). CATVLL. 64, 38 HIRT. Gall. 8, 3, 1. VERG. georg. 2, 413 laudato ingentia rura, exiguum -ito. TIB. 1, 5, 21. OV. epist. 18, 9 modo venando, modo rus geniale -endo. trist. 5, 10, 23. MANIL. 5, 272 arvorum ... studium rurisque -endi. SEN. benef. 3, 19, 1 labore summo. COLVM. 1, 9, 5. 8, 1, 1 ruris exercendi -endique scientiam. 12 praef. 10 non solum -erant, sed habitaverant rura. LVCAN. 3, 191. PLIN. nat. 18, 36 -i rura ab ergastulis. VAL. FL. 6, 405 HOMER. 885 MART. 13, 15, 1. QVINT. decl. 298 p. 176, 21 rus paternum. AMM. 23, 6, 50. 31, 4, 9 GREG. M. epist. 4, 21. *nota:* OV. met. 15, 367 de putri viscere *taurorum mactatorum* passim florilegae nascuntur apes quae more parentum rura -unt. tellurem: LVCR. 5, 1441 PLIN. nat. 18, 21. AVIEN. orb. terr. 14 qua -itur populis, qua tellus paret aratro.

arva: HOR. carm. 3, 5, 24. TIB. 1, 10, 45 pax arva -at. PANEG. in Mess. 163 non illic -it arva deus Bacchusve Ceresve. OV. am. 1, 1, 10 met. 3, 584 quae duri -rent ... arva iuvenci. *al.* (*v. etiam p. 1690, 22*). PLIN. nat. 6, 107. 18, 24. QVINT. inst. 1, 12, 7 suademus agricolis, ne arva simul et vineta et oleas et arbustum -ant. APVL. flor. 6 p. 21 arvum -ere vel aurum colare. CLAVD. rapt. Pros. 2, 181 CASSIOD. in psalm. 130 praef.

solum: OV. ars 3, 102 -lto stat seges alta solo. fast. 1, 692 nec sterilis -lto surgat avena solo. humum: OV. fast. 4, 560 primus arabit et seret et -lta praemia tollet humo. glebam: OV. Pont. 1, 8, 50. fines: LIV. 5, 36, 3 Gallis ... quam -ant Clusini, partem finium concedant. COLVM. 1 praef. 14. regionem: COLVM. 2, 10, 17. 4, 23, 1. 6 praef. 3 ut hominum ita armentorum adiutorio.

heredia: PLIN. nat. 18, 39. *cf.* APVL. flor. 10 p. 42 qui herediolum sterilem et agrum scrupulosum, meras rupinas et senticeta miseri -unt. *varia:* VARRO rust. 1, 6, 5 campestria. 1, 18, 3 si minus CCXL iugera oliveti -as (*ex Catone. cf.* 1, 22, 3). 1, 18, 7 quot ... melius aut deterius habeas -ltum. LIV. 21, 30, 7 Alpes quidem habitari, -i, gignere atque alere animantes. LIV. 28, 11, 8 minime convenire Siciliae quam Italiae -endae maiorem curam esse. CVRT. 5, 1, 27 cetera (*eas partes urbis, quae non tectis occupantur*) serunt -untque (VARRO rust. 1, 23, 6 *p. 1673, 74*). MELA 3, 27 ne illa quidem (*quae possident*) enixe -unt *Germani.* PLIN. nat. 14, 49 ipsum Africani -bat exilium (*i. locum exilii*). MART. 12, 18, 10. CARM. epigr. 1238, 5 ruri mea vixi -endo. COD. Iust. 7, 32, 4 (*a. 290*) desertam praediorum possessionem. LAMPR. Alex. 58, 5 quod acceperant. IVST. 2, 1, 20 Aegyptum. 12, 7, 7 si *mons* manu -ltus -entiumque industria exornatus esset. AMM. 31, 4, 5 Thraciae partes. AVG. civ. 5, 18 cum *Quinctius Cincinnatus* quattuor iugera possideret et ea suis manibus -ret. CASSIOD. inst. div. 32 lucos. *ββ strictiore sensu fructus qui proferuntur, excoluntur, foventur, curantur, sc. fere i. q. colendo producere, fovere:* fructus: VARRO ling. 5, 134 instrumenta rustica quae serendi aut -endi fructus causa facta. CIC. nat. deor. 2, 156 neque enim serendi neque -endi nec tempestive demetendi percipiendique fructus neque condendi ac reponendi ulla pecudum scientia est. LVCR. 5, 1369 blande. VERG. georg. 2, 36 fructusque feros mollite -endo, *agricolae* (*cf.* NON. p. 250). vitem: CIC. fin. 4, 38 phil. frg. I 18 neque serit vitem neque quae sata est diligenter -it. CATVLL. 62, 49. 55. COLVM. 3, 1, 4 quo habitu ... pro regionis statu. arb. 5, 3 per brumam (*cf.* PLIN. nat. 18, 232). PLIN. nat. 14, 25. *cf.* vineam: TIB. 1, 10, 35 *l. 64.* COLVM. 2, 21, 3 vineam conductam. 3, 3, 10. 3, 13, 3 prout cuique mos est ... vel aratro vel bidente (*cf.* 5, 5, 3). 4, 4, 1 maiore studio -amus. 4, 18, 2 magis aut minus. 4, 28, 2. 5, 1, 1 de constituendis -endisque vineis. 11, 2, 55 de fodiendis -endisve novellis vineis. PLIN. nat. 6, 107. IVLIAN. dig. 5, 3, 54, 2 quia vineae pomaria horti extra consuetudinem patris familias defuncti -lta sunt. MENOL. Colot. *et* Vall. Febr. (Corp. I[2] 1 p. 281) vinearum superficium -itur. TEST. Leon. I (Corp. X 114) 35 AVSON. 320, 22. vinetum: COLVM. 3, 3, 4 neglegenter. 3, 9, 3. QVINT. inst. 1, 12, 7 *v. supra l. 10.* arbores: HOR. carm. 2, 14, 22. SEN. Thy. 653 ferro -i. clem. 2, 7, 4 rectas procerasque arbores. PLIN. nat. 14, 1. 17, 139 veteres arbores. 18, 265 urbanarum *arborum* quaeque topiario *opere* tantum -untur. TERT. anim. 21 non dabit ... arbor mala bonos fructus, si non inseratur, et bona malos dabit, si non -atur. AMM. 14, 4, 3. *cf.* FRONTO p. 7, 17 N. arbusculae manu -ltae rigataeque. arbusta: SEN. benef. 4, 14, 2 quae -imus, ne siccitate aut immoti et neglecti soli duritia laborent. QVINT. inst. 1, 12, 7. *singulas arbores:* PLIN. nat. 15, 77 ficus arbor. 17, 150 *castanea* ipsa se -it. segetem: TIB. 1, 3, 61 fert casiam non -lta seges. 1, 10, 35 non seges est infra (*in inferis*), non vinea -lta. LVCAN. 7, 403. uvam: OV. ars 3, 101 -ltis bene Liber ab uvis provenit. oleam: QVINT. inst. 1, 12, 7 *supra l. 10.* olivetum: PORPH. Hor. carm. 2, 15, 8. *varia:* VARRO rust. 1, 2, 5 em ibi tu quicquam nasci putes posse aut -i natum? 1, 16, 3 si -endo in tuo ea (*quae opus sunt in fundum ut pedamenta aut perticae aut harundo*) parare possis. OV. met. 14, 687 quae tibi poma -untur. 15, 134 fruges. COLVM. 2, 10, 28 *Medicam herbam.* 2, 11, 1 quoniam, quando quidque serendum sit persecuti sumus, nunc quemadmodum quotque operis singula eorum quae rettulimus -enda sint demonstrabimus (11, 3, 14). 2, 11, 7 *fabam.* 2, 12, 6 sesami sextarii sex tribus iugis a proscissione -untur (tolluntur *A S*). 4, 30, 6 *salicta.* 4, 31, 2 *salicem.* 5, 9, 4 bidentibus aut sarculis seminarium -ere. 11, 2, 19 arundineta nunc ponere, vel etiam pristina -ere. 11, 2, 29 rosarium serotinum. arb. 30, 1 *violam* modo eo, quo et cetera holera, ut runcetur, ut sarriatur, ut interdum etiam rigetur. 30, 2 *rosam.* PLIN. nat. 1, 21, 14—37 quemadmodum quaeque nascantur, serantur, -antur. 17, 247 amygdalae ... fossione. 18, 134 *lupinum.* 19, 42 laserpicium ... si -retur, in deserta fugientem. 21, 145 polium tractari ... -i. IVLIAN. dig. 5, 3, 54, 2 pomaria *v. supra l. 51* (*cf.* TEST. Galli [Corp. XIII 5708] 1, 11 *p. 1672, 71*). PORPH. Hor. carm. 3, 24, 14 nec plus





digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-unt quam unde unius anni fructum percipiant. RVFIN. hist. mon. 9 p. 427$^{c}$. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 259$^{b}$ balsamum multo labore ad imaginem vinearum et plantatur et -itur et putatur.

*β absolute*: CATO ad fil. frg. 6 vir bonus est ... -endi peritus. SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 31 ne *quis* alium intro (*in agros*) mitat nisi Genuatem aut Veiturium -endi causa (VARRO rust. 1, 5, 3. CIC. Caecin. 59 -endi aut pascendi causa esse in agro. CAES. Gall. 4, 1, 7 privati ac separati agri apud eos nihil est, neque longius anno remanere uno in loco -endi [β, incolendi α] causa licet. NERAT. dig. 25, 1, 16 VLP. dig. 33, 7, 12. 50, 1, 27, 1). VARRO rust. 1, 1, 4 quemadmodum quidque te in -endo oporteat facere (1, 3, 3). 1, 1, 11 quae ipse in meis fundis -endo animadverti. 1, 2, 4 magis eam (*Italiam*) fuisse opportunam ad -endum quam Asiam (1, 6, 6. 1, 9, 7 idonea terra ad -endum). 1, 2, 8. 1, 5, 4. 1, 6, 3 qui -unt deorsum, magis aestate laborant, qui susum, magis hieme. 1, 17, 1. 2. 1, 23, 1. CIC. rep. 5, 4 bono patri familias -endi aedificandi ratiocinandi quidam usus opus est. VERG. georg. 1, 121 pater ipse -endi. OV. rem. 169 rura ... studiumque -endi. LIV. 2, 34, 11 MANIL. 5, 244. COLVM. 1, 1, 1 qui et -ere sciet et poterit et volet. 1, 3, 13 neque enim satis est ... possidere velle, si -ere non possis. 1, 7, 4 per domesticos. 2, 2, 4 neque enim aliud est ere, quam resolvere et fermentare terram. PLIN. nat. 17, 9 veram -endi rationem absolutamque. 19, 50 QVINT. inst. 2, 19, 2 IVLIAN. dig. 19, 2, 32. SCAEV. dig. 33, 7, 18, 4 non pensionis certa quantitate, sed fide dominica. VLP. dig. 7, 1, 7, 3 nec arare prohiberi potest aut -ere. 7, 1, 9 recte. PAVL. dig. 19, 2, 54, 1 si *colonus* pensionibus paruerit et ut oportet -ret. 47, 2, 26, 1 *colonus* nummis -at. COD. Iust. 7, 32, 5. INSCR. Notiz. degli scavi 1887 p. 115 (*cf. Ruggiero, Diz. epigr. II 339*) cum sim colonus hortorum olitoriorum ...-ens in asse annuis (sestertiis viginti sex millibus) et quod excurrit.

**b** *in imagine*: CIC. Brut. 16 seremus igitur aliquid tamquam in inculto et derelicto solo; quod ita diligenter -emus, ut *eqs*. Cato 9 aptissima omnino sunt ... arma senectutis artes exercitationesque virtutum, quae in omni aetate -ltae, cum diu multumque vixeris, mirificos efferunt fructus. Tusc. 2, 13 ut agri non omnes frugiferi sunt, qui -untur ... sic animi non omnes -lti fructum ferunt. VITR. 9 praef. 2 Pythagorae ... praecepta Democriti Platonis Aristotelis ceterorumque sapientium cotidiana perpetuis industriis -lta non solum suis civibus sed etiam omnibus gentibus recentes et floridos edunt fructus. OPTAT. 1, 12 p. 14, 19 bene clausisti hortum haereticis ... bene abstulisti -endi potestatem, ne arbusculas -rent ii, quos ab hortulo et a paradiso dei constat alienos. PETR. CHRYS. serm. 89 p. 452$^{B}$ *sterilitas Elisabethae* -batur tempore, virtute serebatur, maturabatur aetate, senectute crescebat, ut in filio singulari tota fecunditas pensaretur. ARATOR act. 2, 450 facundus in orbe viator (*Paulus*) ambulat atque -it ... ut crescat divinus ager.

**2** *varias res*: **a** *i. q. custodire, servare: domum, ianuam sim.*: PLAVT. Aul. 4 (*Lar familiaris loquitur*) hanc domum iam multos annos est cum possideo et -o patri avoque iam huius qui nunc hic habet (NON. p. 250 *pro* inhabitare *interpretatur*). SEN. Herc. f. 166 ille superbos aditus regum durasque fores expers somni -it. TEST. Galli (Corp. XIII 5708) 1, 11 aedificium ... lacus *v. p. 1672, 71.* *ignem*: VARRO frg. Non. p. 55 (*cf.* SERV. auct. Aen. 3, 134) culina dicta ab eo quod ibi -bant ignem (PORPH. Hor. carm. 3, 5, 10 'aeternam ... Vestam' propter aeternos, qui in ara eius -untur, ignes dixit). PAVL. FEST. p. 107 inquilinus qui eundem -it focum (MART. 12, 18, 20 focus ... superba vicini strue -ltus iliceti. FLOR. epit. 1, 2, 3 focum Vestae virginibus -endum dedit). *cibum*: STAT. silv. 4, 9, 13 *libellum* rosum tineis situque putrem, quales aut Libycis madent olivis aut tus Niliacum piperve servant aut Byzantiacos -unt lacertos (*v. etiam p. 1679, 24*). **b** *i. q. regere, ministrare*: MANIL. 4, 569 ultimus in caudae Capricornus acumine summo militiam ponto dictat puppisque -endae dura ministeria. SIL. 11, 284 tantos damnat honores esse epulis facilesque -i tanto agmine mensas.

**B** ***animantia*:** **1** *bestias*: CALP. ecl. 5, 38 nam tibi praecipuo fetura -etur amore. PLIN. nat. 11, 19 Philiscum ... Thasium in desertis apes -entem. 11, 106 *Lemnii* graculos quoque ob id -unt adverso volatu occurrentes earum (*locustarum*) exitio. *in imagine*: EVCHER. instr. 1 p. 120, 8 lupi persecutores sunt, oves autem christiani sunt, qui tempore persecutionis a lupis -untur.

**2** *homines; cf.* SERV. Aen. 1, 16 veteres -ere dicebant, etiam cum maior minorem diligeret. DON. Ter. Ad. 927 adnotandum -i a superiore. ISID. orig. 10, 36 clemens, misericors eo quod -at, id est protegat et tueatur, sicut solet patronus clientem. **a** *alios*: *α generatim: i. q. sustinere, adiuvare sim.* (*-untur homines et latiore sensu urbes*): PLAVT. Cist. 22 merito vostro amo vos, quia me -itis et magni facitis. Poen. 1187 Iuppiter, qui genus -is alisque hominum, per quem vivimus vitalem aevom, quem penes spes vitae sunt hominum omnium (*cf.* VERG. ecl. 3, 61 Iovis omnia plena; ille -it terras [NON. p. 250 *ad l.* -ere diligere. SERV. *ad l.* amat; ceterum superior -itur, non -it inferiorem. Aen. 1, 16]). TER. Ad. 352 (*Sostrata loquitur*) *Hegio* nostro Simulo fuit summus et nos -uit maxime. 927 iubeo ... quam maxime unam facere nos hanc familiam, -ere adiuvare adiungere (DON. *ad l.* '-ere' ad Syrum pertinet, 'adiuvare' ad Hegionem, 'adiungere' ad Sostratam). RHET. Her. 2, 13, 19 quo iure parentes a liberis et a parentibus liberi -untur. CIC. nat. deor. 1, 115 quid est enim, cur deos ab hominibus -endos dicas, cum dei non modo homines non -ant, sed omnino nihil curent, nihil agant? SALL. Iug. 85, 34 neque illos (*milites*) arte -am, me opulenter (TAC. hist. 3, 49 ut captam Italiam persultare, ut suas legiones -ere). VERG. Aen. 1, 16 *Karthaginem* Iuno fertur terris magis omnibus unam posthabita -isse Samo. (SERV. ecl. 3, 61 '-isse' ... id est amasse. DON. Ter. Ad. 927. GLOSS. -isse: amasse. amasse, diligere). VERG. Aen. 4, 343 meorum relliquias, *v. p. 1670, 55.* HOR. epist. 2, 1, 7 Romulus et Liber pater et cum Castore Pollux ... terras hominumque -unt genus, *v. p. 1670, 63.* OV. met. 13, 633 *rex homines; v. p. 1670, 67.* STAT. silv. 4, 3, 85 (*Volturnus loquitur*) nunc limite me -is beato. TAC. ann. 12, 44 Radamistus ... pergit ad patruum multaque ab eo comitate in speciem liberum -ltus *eqs*. PANEG. 2, 1 ut urbem illam (*Romam*) sic -as conditam, quasi ipse condideris. *β speciatim: i. q. amare* (*cf. praeter* NON. *p. 1675, 81* SERV. *p. 1675, 81 et l. 9* GLOSS. *l. 10 etiam* PRISC. gramm. II 404, 1 *p. 1670, 39*): TER. Haut. 389 (*Bacchis meretrix loquitur*) forma impulsi nostra nos amatores -unt (NON. p. 250 *ad l.* -ere, diligere). OV. met. 14, 334 spretis ... omnibus unam ille -it nymphen. DON. Ter. Ad. 149 'quam hic non amavit meretricem' et hoc cum venia et defensione, nam -ere meretricem flagitium ⟨non⟩ est. CORP. XII 5687, 39 (*vas ornatum, Arausione: vir et mulier in lectulo cubantes*) -isti anum. CARM. epigr. 969, 3 quam -uit dulci gavisus amore puella(m). *i. q. aegrotos curare*: VARRO ling. 9, 69 Aquae Caldae ... cum ut -rentur venissent in usum nostris. LIV. 2, 22, 7 liberaliter habiti -ltique in calamitate sua. *i. q. educare*: MELA 1, 45 apud Garamantas ... nulli certa uxor est. ex his qui tam confuso parentium coitu passim incertique nascuntur, quos pro suis -ant formae similitudine agnoscunt. *i. q. docere*: MART. 7, 32, 5 iuvenes alios fracta -it aure magister. *nota*: MANIL. 4, 707 Libra -it clunes et Scorpius inguine regnat (*ibid.* amavit, defendit, vindicat). 4, 769 Italiam (*ibid.* regit).

**b** *se ipsum curare*: CIC. fin. 5, 37 dubitari non potest quin, cum ipsi homines sibi sint per se et sua sponte cari, partes quoque et corporis et animi et earum rerum, quae sunt in utriusque motu et statu, sua caritate -antur et per se ipsae appetantur (APVL. Socr. 21, 168 nihil aeque miror quam cum omnes ... sciant non alia re quam animo vivi nec fieri posse quin, ut optime vivas, animus -endus sit, tamen animum suum non -ant. AVG. civ. 1, 32 si aliqua luce mentis animum corpori praeponitis, eligite quem -atis). *cf.* SEN. dial: 9, 1, 11 sibi ipse animus haereat, se -at, nihil alieni agat, nihil quod ad iudicem spectet. OV. medic. 12 se *v. p. 1670, 66.* LYGD. 6, 20 *v. p. 1670, 65.* GELL. 3, 1, 12 in sese -endo non aeque esse parcum. APVL. flor. 7 p. 26 viliter semet ipsum -ere sui contemptus est. APVL. apol. 7 impensius cetero corpore os -endum.

**C** ***res incorporeas*:** **1** *generatim virtutes, officia, artes, litteras sim.*: aequum: PLAVT. Men. 580 *p. 1677, 34.* SEN. benef. 3. 15, 1 aequum -ens animus. affinitatem: RHET. Her. 3, 3, 4 *p. 1678, 7.* amicitiam: PLAVT. Cist. 26; *syn.* iunctam bene habent inter se. CIC. fin. 2, 82. 83 fructibus et emolumentis et utilitatibus. off. 1, 5 neque amicitiam -ere ... nec iustitiam nec liberalitatem. part. 62 quibus officiis (epist. 15, 14, 2). epist. 10, 1, 3 sanctissime (SEN. epist. 94, 26 sancte). SALL. Iug. 14, 12 diligenter. LIV. 34, 9, 10 pari -bant fide. SEN. epist. 48, 3 ad ... interiorem societatem amicitiae -endam. MART. 5, 19, 8. TAC. hist. 1, 10 [*metonymice*] insignes amicitias iuvenis ambitiose -erat. APVL. met. 4, 16 *p. 1677, 27.* 6, 3 *p. 1677, 8.* ANTH. 407, 4. IVST. 9, 8, 9 utilitate, non fide. 15, 2, 9 honestius. PANEG. 7, 10. AVSON. 206, 9. 319, 22 sincero ... foedere. *alia v. vol. I p. 1896, 11 sqq.* amorem: CIC. epist. 6, 12, 1 diligentissime. VERG. Aen. 11, 584 TIB. 2, 4, 52. FRONTO p. 8, 1 N. officiorum ratione. AVSON. 185, 4. artem: PLAVT. Mil. 186 *mulierum* artem et disciplinam. Trin. 296. CIC. de orat. 2, 160 illi ... qui hoc solum (*dicendi artem*) -endum ducebant. Cato 9 *p. 1675, 32.* SALL. Iug. 85, 43 *p. 1677, 38.* OV. rem. 29 maternas ... artes. SVET. Tib. 70 studiosissime. APVL. flor. 17 p. 77 sedulo. AVSON. 36, 4 VEG. mil. 3, 10. *reliqua v. vol. II p. 669, 8 sqq.* beneficium: LIV. 7, 30, 3. bonum: PLAVT. Men. 580 *p. 1677, 34.* SEN. epist. 9, 15 PLIN. nat. 14, 6. breviloquentiam: CIC. rep. 5, 11 in dicendo. clementiam (*aliter p. 1679, 66*): SEN. clem. 1, 2, 1. clientelam: RHET. Her. 3, 3, 4 *p. 1678, 10.* cognationem: RHET. Her. 3, 3, 4 *p. 1678, 11.* CIC. off. 1, 149 communem totius generis hominum conciliationem et consociationem -ere, tueri, servare debemus. concordiam: PANEG. 2, 11 sancte iustitiam et concordiam. COD. Iust. 3, 28, 20 *uxor* cum marito. curam bonae famae: VAL. CEM. hom. 1, 7. diligentiam: CIC. de orat. 2, 148 praecipue (*syn.* adhibenda). disciplinam: PLAVT. Mil. 186 *l. 65.* CIC. Brut. 117 Ps. SEN. mon. 138. dolum: PLAVT. Capt. 222 doli non doli sunt, nisi astu -as, sed malum maxumum, si id palam provenit. eloquentiam: TAC. dial. 4. errorem: OPTAT. 2, 5 p. 40, 16. exercitationes: CIC. Cato 9 *p. 1675, 33.* famam: LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 1, 35. fas: LIV. 27, 17, 13 *p. 1677, 26.* fidem (*aliter p. 1679, 68. 1687, 44. 1688, 55*): CIC. inv. 1, 3 fidem -ere et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iustitiam retinere. Flacc. 9 *p. 1678, 1.* Ov. met. 1, 90 fidem rectumque. Liv. 9, 9, 4 *p. 1687, 42.* 21, 7, 3 fidem socialem. 22, 37, 10. 24, 4, 5 *syn.* inviolatam servarent. Cvrt. 7, 8, 29. 10, 3, 9 non fortitudinem magis quam fidem -itis. Val. Fl. 1, 839 Stat. silv. 4, 3, 108 Porph. Hor. carm. 1, 35, 21. Avson. 181, 6 verumque fidemque. 183, 2 qui laetum ingenium, mores qui diligit aequos, quique fidem sancta cum pietate -it. foedus: Val. Fl. 4, 103 *infra l. 26.* Apvl. met. 6, 3 foedus antiquum amicitiae. Lact. Phoen. 164 Veneris foedera. fortitudinem: Cvrt. 10, 3, 9 *supra l. 3.* frugalitatem: Sen. dial. 9, 9, 2. genus: Cic. part. 80 *p. 1678, 23.* haruspicinam: Cic. div. 2, 28. honestum: Cic. off. 3, 17 id, quod communiter appellamus honestum. Sen. benef. 4, 1, 2 honesta in mercedem. 4, 16, 2. 5, 14, 5 dum honestum discitis, quidquid est, in quo nomen honesti iactatur, id -ite. epist. 75, 16. hospitium: Rhet. Her. 3, 3, 4 *p. 1678, 10.* Liv. 7, 20, 4. 42, 1, 10 privata hospitia . . . benigne comiterque. humanitatem: Sen. dial. 5, 43, 5. ignaviam: Sall. Iug. 85, 43 *infra l. 39.* immortalitatem: Paneg. 11, 32 immortalitatem munerum tuorum -am officiis sempiternis. inanimalia: Ps. Apvl. Ascl. 5 *p. 1672, 76.* innocentiam: Qvint. decl. 314 p. 235, 23. Min. Fel. 32, 3 qui innocentiam -it, deo supplicat, qui iustitiam, deo libat. instituta mundi: Priscill. tract. 6, 94 *v. p. 1672, 77.* inventa: Cic. rep. 3, 7 *infra l. 77.* ius: Rhet. Her. 3, 3, 4 *p. 1678, 9.* Cic. rep. 3, 5. leg. 1, 33. 48 per se . . . ius est expetendum et -endum; quodsi ius, etiam iustitia; sin ea, reliquae quoque virtutes per se -endae sunt. Catvll. 66, 83 casto -itis (queritis, petitis *al. codd.*) quae (*puellae*) iura cubili. Liv. 27, 17, 13 ius ac fas. Val. Fl. 4, 103 non foedera legum ulla -unt placidas aut iura tenentia mentes. Apvl. met. 4, 16 ius amicitiae summum. iussa: Inscr. christ. Rossi II p. 137, 19, 8 divinae legis iussa verenda. iustitiam: Cic. rep. 6, 16 iustitiam -e et pietatem. leg. 1, 48 *supra l. 23.* fin. 3, 73 (*ibid.* ad tuendas amicitias et reliquas caritates). Tusc. 2, 31. off. 1, 5 *p. 1676, 54.* 1, 35. 2, 42 omni . . . ratione -enda et retinenda iustitia est. Vlp. dig. 1, 1, 1, 1 *p. 1687, 50.* Min. Fel. 32, 3 *supra l. 19.* Sol. 30, 10 *syn.* amant aequitatem. Paneg. 2, 11. Ivst. 2, 2, 5 ingeniis . . . non legibus. leges: Plavt. Men. 580 neque leges neque aequom bonum. Cic. parad. 34 sequitur et -it, quia *eqs.* Val. Fl. 4, 103 *supra l. 26.* Arnob. nat. 7, 7 *syn.* inviolabili obsecutione servari. liberalitatem: Cic. off. 1, 5 *p. 1676, 54.* litteras: Avson. 192, 9. 10 (*cf.* 195, 20 opus Camenarum -ens). luxuriam: Sall. Iug. 85, 43 luxuria et ignavia, pessimae artes, illis, qui -uere eas, nihil officiunt. mansuetudinem: Zacch. 3, 2. medicinam: Cic. Tusc. 3, 1 cur . . . corporis curandi tuendique causa quaesita sit ars . . . , animi autem medicina nec tam desiderata sit, ante quam inventa, nec tam -lta, posteaquam cognita est. memoriam: Cic. p. red. ad Quir. 24 benevolentia sempiterna. fin. 2, 101. Frontin. aq. 4 fontium memoria cum sanctitate adhuc extat et -itur. Svet. Nero 57 Ivst. 36, 2, 5 Filastr. 111, 4 Amm. 27, 7, 5. Corp. V 2046 dedit coll(egio) fab(rum) ad mem(oriam) col(endam) rusarum et vindemia(rum denarium) foll(es) quingentos. 5907 in cuius mem(oriam) colend(am). 7357. V suppl. ital. 1287. militiam: Ov. fast. 2, 508 (*ibid.* patrias artes). morem (*aliter p. 1679, 69*): Plavt. Cas. 963. Cic. rep. 5, 2 non modo non -antur, sed iam ignorentur (Avg. civ. 2, 21). Sall. Catil. 9, 1 domi militiaeque boni mores -bantur (Vlp. dig. 48, 5, 14, 5). Verg. Aen. 7, 602. 603 Ov. fast. 1, 226. Plin. paneg. 1, 1 usurpandus -endusque est. munus: Cic. leg. 1, 16 muneris -endi efficiendique causa. *cf.* Paneg. 4, 19 nulli umquam antehac principes pari cura belli munia et huiusmodi pacis ornamenta -erunt. necessitudinem: Cic. epist. 13, 19, 1 sancte. nobilitatem: Val. Max. 4, 7, 2. observationem: Cod. Iust. 6, 28, 4, 2. officium: Plavt. Stich. 36 illi suom officium non -unt, quom tu tuom facis (40 suom officium . . . -ere et facere). Cic. off. 1, 4 *opp.* neglegendo. ad. Q. fr. 1, 1, 23 (*ibid.* retinere). Ov. rem. 628 Avson. 192, 29. opus: Plin. epist. 2, 14, 4 tanta veneratione. Tert. anim. 17 opera *dei v. p. 1672, 73.* Avson. 195, 20 *l. 38.* orationem: Cic. off. 1, 3 aequabile et temperatum orationis genus. pacem: Varro frg. Non. p. 149 qua fide et iustitia eas (*paces*) -erint (Liv. 8, 17, 10. 45, 8, 4 cum summa fide). Ov. ars 2, 175 -lta pax sit amica. met. 11, 297 -lta mihi pax est, pacis mihi cura tenendae . . . fuit. Tac. hist. 4, 74 pacem et urbem . . . amate -ite. Paneg. 3, 18. Val. Cem. hom. 19, 5 ut . . . castitatem diligas, pacem -as. philosophiam: Cic. Brut. 315 *p. 1678, 15.* fin. 3, 76 quid philosophia magis -endum . . . ? Tusc. 3, 6 universa philosophia, quanto opere et expetenda esset et -enda. Sen. nat. 6, 13, 2 partem philosophiae maxime. epist. 53, 11 *philosophiae* asside, hanc -e. pietatem: Plavt. Asin. 509 (*cf.* 506 ubi piem pietatem [*ad quem locum* Non. p. 151 piem: -am, custodiam]). Ter. Hec. 447 Rhet. Her. 2, 24, 37 Cic. carm. frg. 36 (*εὐσεβεῖν*) rep. 6, 16 *supra l. 29.* Phaedr. app. 6, 8. Sen. Thy. 511 sanguis ac pietas . . . -antur. Avson. 162, 1 (183, 2 *supra l. 5*). *paulo aliter p. 1688, 65.* placita: Tac. ann. 14, 22. praecepta: Cic. rep. 3, 7 sapientium praecepta et inventa. probra: Naev. com. 93 *v. p. 1670, 53.* propinquitatem: Cic. Quinct. 26 si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas -itur. pudicitiam: Cic. Verr. 4, 6 pudorem ac pudicitiam. Cod. Iust. 6, 28, 4, 2. officium: Plavt. Stich. 36 illi suom officium non -unt, quom tu tuom facis (40 suom officium . . . -ere et facere). Cic. off. 1, 4 *opp.* neglegendo. ad. Q. fr. 1, 1, 23 (*ibid.* retinere). Ov. rem. 628 Avson. 192, 29. opus: Plin. epist. 2, 14, 4 tanta veneratione. Tert. anim. 17 opera *dei v. p. 1672, 73.* Avson. 195, 20 *l. 38.* orationem: Cic. off. 1, 3 aequabile et temperatum orationis genus. pacem: Varro frg. Non. p. 149 qua fide et iustitia eas (*paces*) -erint (Liv. 8, 17, 10. 45, 8, 4 cum summa fide). Ov. ars 2, 175 -lta pax sit amica. met. 11, 297 -lta mihi pax est, pacis mihi cura tenendae . . . fuit. Tac. hist. 4, 74 pacem et urbem . . . amate -ite. Paneg. 3, 18. Val. Cem. hom. 19, 5 ut . . . castitatem diligas, pacem -as. philosophiam: Cic. Brut. 315 *p. 1678, 15.* fin. 3, 76 quid philosophia magis -endum . . . ? Tusc. 3, 6 universa philosophia, quanto opere et expetenda esset et -enda. Sen. nat. 6, 13, 2 partem philosophiae maxime. epist. 53, 11 *philosophiae* asside, hanc -e. pietatem: Plavt. Asin. 509 (*cf.* 506 ubi piem pietatem [*ad quem locum* Non. p. 151 piem: -am, custodiam]). Ter. Hec. 447 Rhet. Her. 2, 24, 37 Cic. carm. frg. 36 (*εὐσεβεῖν*) rep. 6, 16 *supra l. 29.* Phaedr. app. 6, 8. Sen. Thy. 511 sanguis ac pietas . . . -antur. Avson. 162, 1 (183, 2 *supra l. 5*). *paulo aliter p. 1688, 65.* placita: Tac. ann. 14, 22. praecepta: Cic. rep. 3, 7 sapientium praecepta et inventa. probra: Naev. com. 93 *v. p. 1670, 53.* propinquitatem: Cic. Quinct. 26 si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas -itur. pudicitiam: Cic. Verr. 4, 6 pudorem ac pudicitiam. Cod. Iust. 6, 28, 4, 2. quaestum: Plavt. Persa 54 veterem atque antiquom quaestum maio⟨rum meum⟩ servo atque obtineo et magna cum cura -o. Poen. 1097. rationem: Cic. inv. 1, 2 divinae religionis. rectum: Ov. met. 1, 90 *l. 1.* Porph. Hor. carm. 4, 4, 34. religionem: Cic. Flacc. 9 testimoniorum religionem ac fidem numquam ista natio (*Graeci*) -uit (*aliter v. p. 1688, 51 sqq.*). res: Rhet. Her. 3, 3, 5 quas iustitia -ere cogit. rem militarem: Liv. 1, 16, 7 -ant sciantque *Romani.* rem rusticam: Colvm. 11, 2, 95 religiosius. sanguinem (*i. consanguinitatem*): Sen. Thy. 511 *p. 1677, 75.* sapientiam: Fronto p. 144, 9 N. Avg. civ. 10, 11. scisma: Optat. 1, 21 p. 24, 22 scisma aut facitis aut -itis. societatem: Rhet. Her. 3, 3, 4 iustitiae partibus utemur, . . . si societates atque amicitias studiose dicemus -i convenire; si, quod ius in parentes, deos, patriam natura comparavit, id religiose -endum demonstrabimus: si hospitia, clientelas, cognationes, affinitates caste -enda esse dicemus. Cic. Quinct. 26 *p. 1677, 79.* Sen. epist. 48, 3. sodalicium: *cf.* Val. Max. 4, 7 ext. 1 tertium sodalicii gradum mutua . . . benivolentia. studium: Lvcil. 627 (Non. p. 250, 19 *ad l.* -ere diligere). Cic. Arch. 5 vehementius. Brut. 315 studium . . . philosophiae numquam intermissum a primaque adulescentia -ltum et semper auctum. rep. 6, 18 divina studia. fin. 5, 50 (*ibid.* expetere). Tusc. 4, 2 studia doctrinae . . . neque solum expetita (*cf. l. 17*), sed etiam conservata et -lta videantur. Ov. rem. 199 venandi studium. Plin. epist. 8, 12, 1. Porph. Hor. carm. 3, 4, 21 studia musica. theologiam: Avg. civ. 6, 7 -enda et observanda censetur. veritatem: Cod. Iust. 7, 5, 1. verum: Avson. 181, 6 *p. 1677, 5.* virginitatem: Avson. 165, 9. virtutem: Cic. Arch. 16 ad percipiendam -endamque virtutem. leg. 1, 48 *p. 1677, 24.* part. 80 in aliquo genere virtutis praecipue -endo. off. 3, 12. Cass. Cic. epist. 15, 19, 3 virtutes et -unt et retinent (*ibid. ἡδονήν* sequitur, virtutem retinet). Sen. dial. 7, 9, 1 epist. 36, 3. 67, 12 (*cf.* 115, 5). 92, 26 Ps. Sen. mon. 138 Amm. 16, 7, 6. 25, 4, 1 intento studio. vitia: Sen. dial. 4, 13, 2 magno *pretio.* Plin. nat. 14, 6. voces: Gell. 13, 25, 4 subsicivo aut tumultuario studio (*aliter* Clavd. 17, 52 *infra l. 59*).

*adde varia*: Lygd. 6, 20 vina iocosa *v. p. 1670, 65.* Sen. nat. 6, 4, 2 huius materiae (*terrae motus*) tractatio . . . *non* mercede, sed miraculo -itur. epist. 90, 12 ista (*sc. ferri metalla et aeris*) tales inveniunt, quales -unt (*non sapientes*). Cvrt. 7, 3, 5 nationem . . . nullo commercio -entem (volentem *codd.*) mutuos usus. Apvl. flor. 20 p. 98 canit enim Empedocles carmina, Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon historias, Crates satiras: Apuleius vester haec omnia novemque Musas pari studio -it, maiore scilicet voluntate quam facultate.

**2** *notiones temporales; fere i. q. agere, degere, sustentare:* vitam *sim.* (*aliter p. 1679, 37 sqq.*): Inscr. coc. Falisc. (Carm. epigr. 2) 2 gonlegium, quod est aciptum aetatei age(n)d(ai), opiparum ad veitam quolundam festosque dies. Plavt. Aul. 187 sat habes qui bene vitam -as. Cas. 156. Most. 731 vino et victu probo, piscatu electili (Lvcr. 4, 1260 refert quo victu vita -atur. *cf.* Cic. Att. 2, 28, 2 nunc plane nec ego victum nec vitam illam -ere possum). Plavt. Pseud. 822 brevem vitam. Rud. 283 vix vitam -o. Trin. 700 nec quicquam hic tibi sit qui vitam -as. Ter. Haut. 136 dum ille vitam illam -et inopem carens patria (Non. p. 250 *ad l.* -ere: pati). Rhet. Her. 4, 14, 20 cum virtute. Cic. epist. 3, 13, 2 his artibus studiisque. Verg. georg. 2, 532. Gell. 20, 10, 6 in medio rerum et hominum vitam qui -unt. Apvl. Plat. 2, 23. Porph. Hor. carm. 1, 1, 16 rusticam vitam. Serv. georg. 1, 14. *alia*: servitutem: Plavt. Poen. 829 vel in lautumiis vel in pistrino mavelim agere aetatem . . . quam apud lenonem hunc servitutem -ere. aevum: Lvcr. 5, 1145 genus humanum defessum vi c⟨ol⟩ere (vigere *B*) aevom. 5, 1150. victum: Cic. phil. frg. V 43 lautum victum et elegantem magnifice. Att. 2, 28, 2 *supra l. 44.* Avson. 200, 43 tenuem victum habitumque. iuventam: Sen. Phaedr. 462 tristem iuventam Venere deserta -es? *nota i. q. sequi, audire* voces, vota: Clavd. 17, 52 diversoque tuas -erunt gurgite voces lentus Arar Rhodanusque ferox et dives Hiberus (*ibid.* paruit). Inscr. christ. Leblant 644 felices animae quae pia vota -unt.

**III** *i. q.* ***ornare*** (Non. p. 250 -ere ornare. Gloss. *ἀσκῶ*):

**A** ***proprie*** *i. q. ornare corporaliter; spectat ad speciem exteriorem:* **1** *res corporeas* (*aedificia, instrumenta, artificia sim.*): Varro Men. 525 in segetibus post messem colligebant stramenta, qui domicilia -rent (*sed cf. Gustafsson, Bull. de la Société linguist. 50 [1902] p. 68*). Ov. medic. 7 -lta placent: auro sublimia tecta linuntur *eqs.* met. 2, 737 pars secreta domus ebore et testudine -ltos tres habuit thalamos (Homer. 316 thalamos . . . testudine -ltos [custos, comptos, tutos, tectos *var. lect.*]). Lvcan. 9, 945 congesto non -lta (*sic pars codd.*, tunc [nunc] visa *al.*) mapalia culmo. Petron. 71 falsum est vivo quidem domos -ltas esse, non curari eas, ubi diutius nobis habitandum est. Mart. 10, 6, 4 omnis lucebit Latia -lta fenestra nuru. Ps. Rvfin. in Am. 5, 12 habitationes vestras grandibus . . . expensis. Lygd. 1, 17 -ltum . . . libellum (Mart. 1, 25, 2 -ltum docto pectore profer opus. 1, 11, 16 rasum pumice purpuraque -ltum . . . Martialem. 8, 72, 1 nondum murice -ltus asperoque morsu pumicis aridi politus *libellus.* 10, 93, 4 carmina purpurea sed modo -lta toga. 11, 1, 2 liber . . . -ltus Sidone non cotidiana). Plin. nat. 36, 77 rubrica facies monstri (*sphingis simulacrum*) -itur. Stat. silv. 4, 6, 58 sustinet at -ltum Nemeaeo tegmine saxum Hercules. Mart. 8, 51, 10 (*de phiala*) stat caper Aeolio Thebani vellere Phrixi -ltus. 10, 32, 1 haec mihi quae -itur violis pictura rosisque.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**2** *animantia*: **a** *homines*: *homines ipsos*: SALL. hist. frg. 3, 20 equis et armis decoribus -ltus *exercitus*. TIB. 1, 9, 74 -lta puella. OV. epist. 4, 76 fine -i modico forma virilis amat. ars 3, 225 medic. 30. met. 10, 534 indulgere sibi formamque augere -endo. EPIST. Sapph. 77. LIV. 4, 44, 12 *Postumiam virginem Vestalem* -i ... sancte potius quam scite iussit *pontifex maximus*. VAL. MAX. 2, 4, 6 translatum antea poenicis indutum tunicis M. Scaurus exquisito genere vestis -ltum induxit. SEN. epist. 94, 60 ille sub illis fascibus purpura -ltus (SVET. Nero 22). dial. 1, 6, 4 ad similitudinem parietum suorum extrinsecus -lti. 9, 1, 8 diligentius quam in tralatu vestita et auro -lta mancipia. epist. 110, 17 cohors -lta servorum. VLP. dig. 13, 6, 5, 10 *sponsa vel uxor* quo honestius -lta ad se deduceretur. COMM. instr. 2, 19, 6 fas in deo non est Christianam -i fidelem. *fere i. q. vestire*: CVRT. 3, 3, 14 haec ... turba, muliebriter propemodum -lta, luxu magis quam decoris armis conspicua erat. COLVM. 1, 8, 9 -ltam vestitamque familiam magis utiliter quam delicate habeat munitamque diligenter a vento, frigore pluviaque *eqs.* (11, 1, 21). PLIN. nat. 16, 25 sacerdos candida veste -ltus. IVV. 3, 95 Dorida nullo -ltam palliolo. corpus: LVCR. 4, 1281 munde corpore -lto. LIV. 28, 35, 6 habitus ... corporis non -ltus munditiis sed virilis vere ac militaris. SEN. epist. 92, 1 corpus in honorem animi -i. *partes corporis*: TIB. 1, 4, 4 non tibi -lta coma est. 1, 6, 39 quisquis -it arte capillos (1, 8, 9). CVRT. 8, 9, 21 bracchia quoque et lacertos auro -unt (PETRON. 32 lacertum armilla aurea -ltum). STAT. Theb. 2, 295 vultus hac laude (*monili*) -bas. MART. 5, 11, 4 multas in digitis, plures in carmine gemmas invenies: inde est haec, puto, -lta manus. **b** *bestias*: PETRON. 47 tres albi sues in triclinium adducti sunt capistris et tintinnabulis -lti. STAT. Theb. 6, 497 innumera ... formidine -ltum ... nefas (*i. monstrum*).

**3** *latiore sensu res incorporeas*: OV. ars 2, 121 ingenuas pectus (*i. ingenium*) -isse per artes ... et linguas edidicisse duas. fast. 6, 710 (*Minerva loquitur*) sum tamen inventrix auctorque ego carminis huius. hoc est, cur nostros ars -at ista dies. SEN. nat. 7, 27, 6 *natura* voluit et his (*cometis*) magnitudinem operis sui -ere (solvere ⊿). epist. 14, 14 *Stoici*, qui a re publica exclusi secesserunt ad -endam vitam et humano generi iura condenda sine ulla potentioris offensa (SIL. 13, 537 qui lactas artes vitaeque -endae invenere viam. *aliter p. 1678, 40 sqq.*). 114, 14 alter se plus iusto -it, alter plus iusto neglegit (*agit de cultu orationis*). SIDON. epist. 5, 5, 1 auctoris -lta versibus verba.

**B** ***translate:*** *i.q. honorare, laude et gloria afficere*: CIC. Arch. 27 in qua urbe imperatores prope armati poetarum nomen et Musarum delubra -erunt, in ea non debent togati iudices a Musarum honore et a poetarum salute abhorrere. SEN. Herc. f. 39 *ubique* indomita virtus *Herculis* -itur et toto deus narratur orbe. benef. 4, 30, 3 hoc debemus virtutibus, ut non praesentes solum illas, sed etiam ablatas -amus. epist. 79, 17 posterorum sermo ... etiam non sentientes -et ac frequentabit. PETRON. 131 silvestris Aedon atque urbana Procne, quae ... cantu sua furta (sura *aut* rura *codd.*) -bant. PLIN. nat. 14, 4 reges ... innumeri honore artium -bantur. STAT. silv. 1, 4, 36 nec tu ... sperne -i tenuiore lyra. 2, 7, 23 Romani -itur chori sacerdos. MART. 9, 24, 6 non solam tribuit Pallas tibi, Care, coronam; effigiem domini, quam -is, illa dedit. PLIN. paneg. 54 seria ... te carmina honorque aeternus annalium, non haec brevis et pudenda praedicatio -it. PANEG. 4, 20 quemadmodum cetera vitae nostrae commoda apud auxiliatores eorum deos -imus, ita singularem eorundem erga litteras dignationem in antiqua litterarum sede celebremus. CLAVD. 28, 658 hunc *annum consulatus* et quinque tui (*anni priores consulatus*) vel quos habiturus in urbe post alios Auguste -ant.

**IV** *i. q.* ***magni aestimare:*** OV. ars 3, 542 contempto -itur lectus et umbra foro. SEN. dial. 9, 113 magna quidem res tuas (*fortunae*) mercede -ui, sed quia ita imperas, do cedo gratus libensque. benef. 1, 2, 1 sicut medicinae apud aegros usus, etiam apud sanos honor est, ita clementiam, quamvis poena digni invocent, etiam innocentes -unt. 5, 10, 4 laudatur et inter maxima humani generis bona fides -itur. PLIN. nat. 35, 4 alienas ... effigies -unt. AVSON. 171, 1 qui ioca laetitiamque -is, qui tristia damnas. 197, 1 qui -is laetos hilaresque mores, qui dies festos, ioca, vota, ludum. SIDON. epist. 3, 13, 2 tempora praesentia -ens, praeterita carpens, futura fastidiens.

**V** *i. q.* ***venerari:*** FEST. p. 190 observasse dicitur, qui observat quid cuiusque causa facere debet. ita quod is (itaque bis *cod.*) observat, -isse aliquem dicitur. NON. p. 250 -ere est venerari. GLOSS. *σέβω. θρησκεύω.* -isse: amasse, diligere. -it: *σέβεται.* -or: *σέβομαι.* -itur: *σέβεται τιμᾶται.* -endus, -enda: *σεβάσμιος.* PRISC. gramm. III 274, 16 *v. p. 1670, 36.* *nota generalia quaedam de usu vocis*: OV. Pont. 1, 9, 35 tua non alio -uit penetralia ritu terrarum dominos quam -is ipse deos. LIV. 40, 10, 5 nihil praeter deos, pater, et te -ui. GELL. 2, 15, 1 maioresque natu a minoribus -bantur ad deum prope et parentum vicem. AVSON. 318, 1 post deum semper patrem -ui secundamque reverentiam genitori meo debui. SERV. ecl. 3, 61 superior -itur, non -it inferiorem (*at* Aen. 1, 16 *p. 1675, 72*). AVG. civ. 10, 1 *v. p. 1670, 42.* *alia de diis venerandis v. p. 1682, 75 sqq.*

**A** ***humana:*** **1** *homines vivos* (*vel res ad eos pertinentes*): **a** *generatim: maiores, patronos, amicos, patriam sim. revereri, observare, amare sim. cf.* ISID. orig. 10, 53 clientes prius -entes dicebantur, a -endis patronis (LYD. mag. 1, 20 *κλιέντης ἀντὶ τοῦ κολιέντης κατ' ἀντίστοιχον*). *adde p. 1690, 36*: **α** *homines ipsos*: NAEV. com. 93 patres *v. p. 1670, 53.* CIC. inv. 2, 66 observantiam, per quam aetate aut sapientia aut aliqua dignitate antecedentes reveremur et -imus (TAC. dial. 36 hos [*oratores*] ituri in provincias magistratus reverebantur, hos reversi -bant). S. Rosc. 106 patronos hospitesque ...-ere atque observare (*cf. infra l. 75 sqq.* Mur. 70 a quibus [*necessariis*] si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur, si uno basilicae spatio honestamur, diligenter observari videmur et -i. Phil. 2, 49 rep. 1, 18 *p. 1685, 37* Lael. 26. off. 1, 149 eos ... quorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est, bene de republica sentientes ac bene meritos aut merentes sic ut aliquo honore aut imperio affectos. Att. 2, 19, 5 diligenter [*cf.* epist. 6, 10, 2]. epist. 4, 4, 1. 9, 16, 5 assidue. 13, 22, 1 semper me -uit diligentissimeque observavit. *al.* SALL. Iug. 10, 8. FRONTO p. 152, 18 N. contemni denique et nullo honore esse rhetora videas; observari autem et omnibus officiis -i dialecticos. PORPH. Hor. epist. 1, 17, 6). CIC. Verr. 4, 59 cives Romanos -uit, iis indulsit, eorum voluntati et gratiae deditus fuit. Arch. 6. Flacc. 52 civitatem ... quam meus frater in primis -it atque diligit (*cf. infra l. 76 sqq.* Phil. 1, 33 *et* rep. 3, 27 *l. 39 sqq.* leg. 3, 5 nec vero solum ut obtemperent oboediantque magistratibus, sed etiam ut eos -ant diligantque, praescribimus. Cato 10. 83. Lael. 53 quis enim aut eum diligat, quem metuat, aut eum, a quo se metui putet? -untur tamen simulatione dumtaxat ad tempus. 85 Att. 16, 16, 14 *et* ad Q. fr. 2, 15, 1 *infra l. 58 sqq.* epist. 6, 20 *l. 71.* 9, 15, 1. 11, 27, 2 ut ille me diligeret, -ret, haberet in suis. 11, 29, 2 *infra l. 72.* 13, 29, 6. CVRT. 5, 3, 12 parentis ... loco. MART. 10, 20, 4 tu mihi simplicibus Mani dilectus ab annis et praetextata -ltus amicitia. PLIN. epist. 2, 9, 6 diligeris, -eris, frequentaris. 7, 19, 10. SVET. Otho 2 libertinam aulicam gratiosam, quo efficacius -ret, etiam diligere simulavit. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 13 minus -untur vivi, ... post obitum diliguntur). CIC. p. red. ad Quir. 23 Balb. 58. Planc. 45 plebem (SALL. hist. frg. 4, 47 *multitudinem* plurimum. LIV. 3, 18, 6 populi -endi velut hereditaria cura. 7, 32, 16 plebem Romanam. SIL. 2, 9 Publicola ... -ltam referens insigni nomine plebem. TAC. ann. 3, 55 etiam tum plebem socios regna -ere et -i licitum). CIC. Phil. 1, 33 carum esse civem, bene de republica mereri, laudari, -i, diligi gloriosum est (rep. 3, 27 laudetur, -atur, ab omnibus diligatur. PS. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 17, 4 a quibus -atur ac laudetur). CIC. Phil. 2, 99 patris loco (Brut. 1 in parentis ... loco. LIV. 26, 49, 13 pro parente. LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 1, 32 ⟨c⟩um aeque matrem meam ac tuos parentes -ueris. SEN. epist. 73, 2 ut parentem. CVRT. 4, 2, 10. 5, 3, 12 *supra l. 30.* 8, 8, 2 GELL. 2, 15, 1 *p. 1679, 80.* AVSON. 183, 13 socrum pro matre. HIER. epist. 60, 10, 3 quasi parentem. VVLG. Esth. 13, 6 patris loco). CIC. part. 19, 67 quem ad modum sint -endi parentes. leg. 1, 40. Cato 7 quod sperneretur ab iis, a quibus essent -i soliti (*cf.* SEN. benef. 3, 28, 6 eodem tempore servos despicis et -is. AVSON. 290, 6 *Capua* senatum sperneret an -ret dubitans). Cato 26 Lael. 22. 69 tamquam superiorem. off. 1, 46 neminem omnino esse neglegendum, in quo aliqua significatio virtutis appareat, -endum autem esse ita quemque maxime, ut quisque maxime virtutibus his lenioribus erit ornatus *eqs.* (PS. SEN. mon. 102). Att. 1, 19, 8. 9, 11ª, 2 quos praecipue -rem et quibus essem ... amicissimus. 10, 8, 9 suavissime diligentissimeque -isti (epist. 13, 25. 62 *infra l. 77*). 13, 30, 2. 16, 16, 14 patrem tuum plurimi feci, meque ille mirifice et -uit et amavit, nec mehercule umquam mihi dubium fuit quin a te diligerer (ad Q. fr. 2, 15, 1 *ut* diligamur, ... vehementer et -amur et amemur. 9, 16, 2 sic enim -or, sic observor ab omnibus eis, qui a Caesare diliguntur, ut ab eis me amari putem. SEN. clem. 1, 13, 4 amatur, defenditur, -itur. epist. 47, 18 qui -itur et amatur. MART. 2, 55 vis te, Sexte -i: volebam amare. parendum est tibi: quod iubes, -ere: sed si te -o, Sexte, non amabo. TAC. hist. 4, 74 *p. 1677, 67* FRONTO p. 56, 26 N. AMM. 16, 7, 7. HIER. epist. 134, 1 te amare, suspicere, -ere, mirari, tuaque dicta quasi mea defendere. SVLP. SEV. dial. 1, 2, 4 *illum* et amicum -ui et tunc etiam amavi, cum putabatur inimicus). CIC. ad Q. fr. 2, 13, 2 epist. 4, 1, 1. 4, 4, 5 summa ... observantia (12, 27). 5, 8, 2 aut -endi aut ornandi voluntas (CVRT. 4, 14, 6). 5, 19, 1. 6, 20 summa ... pietate te desiderant et diligunt et -unt. 11, 29, 2 te dilexi et semper me a te diligi sensi ... et me absentem et meos praesentes a te -ltos et defensos esse memini (LIV. 44, 1, 5 *p. 1681, 8* SEN. clem. 1, 13, 4 *supra l. 63*). 13, 16, 2 eos a se observandos et -endos putabat, quos ille dilexisset et quibus carus fuisset (13, 29, 1 me a te ... observari -i diligi. 13, 78, 1 MAT. Cic. epist. 11, 28, 8). epist. 13, 62 te enim semper sic -am et tuebor ut quem diligentissime. 15, 21, 5 absentem memoria -am (11, 29, 2 *supra l. 72.* NEP. Att. 20, 4 litteris). PLANC. Cic. epist. 10, 4, 2. Q. CIC. pet. 16 quisquis est enim, qui ostendat aliquid in te voluntatis, qui -at, qui domum ventitet, is amicorum numero est habendus. SALL. Iug. 14, 18 NEP. Att. 11, 4 VERG. Aen. 4, 422 (NON. p. 250 *ad l.* -ere, diligere). OV. am. 3, 4, 45. 3, 6, 62 te ... -ent amnes. trist. 1, 6, 25 omnes ... per annos. 3, 6, 8. 4, 4,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

27 (*cf.* Pont. 2, 2, 99). 4, 10, 41 -ui fovique poetas. 4, 10, 55 utque ego maiores, sic me -uere minores. Pont. 1, 2, 131. 2, 3, 3. 2, 3, 74 vestra domus (3, 1, 76 hoc domui debes, de qua censeris, ut illam non magis officiis quam probitate -as). 2, 3, 79. 4, 5, 26 a magnis hunc (*Caesarem Germanicum*) -it ille deis. *al.* fast. 1, 21 -lti facundia ... oris. Liv. 2, 35, 6 venientem Volsci benigni excepere benigniusque in dies -bant (37, 34, 7 *infra l. 10*). 25, 40, 4 ut socii fideles accepti -ltique. 26, 24, 3 socios (44, 1, 5 cum fide -ltis et ab omni genere iniuriae defensis. Tac. ann. 3, 55 *p. 1680, 39*). 31, 43, 7 donis (40, 57, 4. Cvrt. 3, 7, 11 donis ... et omni honore. 10, 1, 25). 37, 34, 7 neque liberalius neque benignius haberi -iquc adulescentem quam -ltus est potuisse. 40, 12, 14. 45, 20, 3 omnibus honoribus muneribusque (Cvrt. 3, 7, 11 *supra l. 10*. 7, 5, 19 praecipuo honore). *al.* Sen. contr. 2, 1, 27 suas. 6, 19. Val. Max. 4, 7, 4 familiariter (Sen. dial. 6, 4, 1 Plin. nat. praef. 4 Svet. gramm. 10). Sen. Phaedr. 631 pietate ... debita. 984 tradere turpi fasces populus gaudet, eosdem -it atque odit. dial. 2, 13, 3. 5, 41, 3 veneratur illos (*placidos*) populus idem -itque (Paneg. 8, 4 magno natu parentes magis magisque in dies veneramur et -imus. Hier. epist. 45, 3 *matronam* pro suae merito sanctitatis venerari, -ere, suspicere coepi). Sen. dial. 7, 26, 7 antistites *p. 1687, 46*. 10, 7, 2. 12, 9, 8 *Caesarem* suspiciant et -ant gentes. benef. 1, 9, 2 -unt ... detestanturque felicem. 2, 26, 2. 5, 11, 5. epist. 47, 17 -ant potius te *servi* quam timeant (18 *cf.* Cic. Lael. 53 *p. 1680, 26*). 47, 18 -ant *servi dominos* tamquam clientes, tamquam salutatores? Cvrt. 6, 10, 22 impensius. 7, 1, 27. 10, 1, 26. 10, 2, 29 -endo praeferendoque vobis. Lvcan. 8, 487 -e felices, miseros fuge. Plin. nat. 34, 17 *statuis in atrio positis* -ere patronos. Sil. 1, 658 per vos -lta diu Rutulae primordia gentis (*i. Ardea*). Mart. 6, 50, 1 quos -ere debet, laesit impio versu. 11, 5, 7. Qvint. decl. 301 p. 185, 21 amicum ... optavi ... et -ui. Ps. Qvint. decl. 13, 3 Ivv. 7, 37. Tac. dial. 9 se ipsum -ere, suum genium propitiare, suam experiri liberalitatem (*opp.* indulgentiam principis ingenio mereri). hist. 4, 11 ille unus ambiri -i. 4, 74 *p. 1677, 67*. ann. 2, 42 nullo officio. 2, 55 quod *Germanicus* contra decus Romani nominis non Athenienses tot cladibus extinctos, sed colluviem illam nationum comitate nimia -isset. 6, 8. 11, 16 celebrari -i. 15, 21 -imus externos et adulamur. Plin. epist. 6, 6, 5 paravit amicos, quos paraverat -uit (7, 31, 5 reverenter ... fideliter). Traian. Plin. epist. 10, 44 minus ... sumptuose. Fronto p. 134, 5 N. me curavit ... familiariter, non modo iis officiis, quibus senator aetate et loco minor maiorem gradu atque natu senatorem probe -it *eqs.* Apvl. flor. 15 p. 59 magistrum -uit. 22 p. 101 *Crates* ut lar familiaris apud homines aetatis suae Athenis -ltus est. Comm. apol. 1015 pro magno. Paneg. 3, 6 quanta vosmet invicem pietate -itis (*imperatores Maximianus cet.*). 7, 15 quem vestra tantorum principum -unt obsequia privatum. Capitol. Pius 1, 9 religiose. Lampr. Heliog. 31, 1 *meretricem* intactam velut virginem -isse. Ivst. 34, 3, 2 Avson. 195, 17. 470, 4 memori ... animo. Amm. 14, 6, 22. 14, 10, 8 ut dextris suis gestantes rem publicam -bantur. 15, 5, 27 ut spectabilis ... et intimus. 19, 9, 3 ut matrona nobilis. Hier. epist. 60, 10, 3 *syn.* admirabatur. 84, 3 Apollinarium Laodicenum audivi Antiochiae frequenter et -ui. Vvlg. sap. 14, 17 illum, qui aberat tamquam praesentem -rent (*κολακεύωσι*) sua sollicitudine. Clavd. 20, 212 meritos. Svlp. Sev. Mart. 17, 4 Martinum salutis suae auctorem miro -uit affectu. Sidon. epist. 1, 9, 4. Corp. VIII 7858 -ui poten⟨t⟩es neo dispexsi pau⟨peres⟩. X 4863 aequitate magnifico, benevolentia -endo, abstinentia continentiaq(ue) mirando. Carm. epigr. 1036, 8. 1551 E 2 meruit ⟨femi⟩na casta -i. Inscr. christ. Hisp. 413[a] te Ioannem Tarraco -uit mirificum vatem. *nota: de stellis inter se*: Manil. 2, 512 nudus Geminis intendit Aquarius aurem sublimemque -it Cancrum. *de diis inter se*: Apvl. met. 11, 25 te (*Isidem*) superi -unt, observant inferi. *reges, imperatores sim.*: Sen. Herc. O. 616 pauci reges, non regna -unt (632. 637. Mart. 10, 96, 13). Sil. 11, 531 populis sis omnibus una tum, Carthago, caput terrasque -ere per omnes. Stat. silv. 3, 3, 65 semper Caesareum -isse latus. Tert. Scap. 2 -imus ergo et imperatorem sic quomodo et nobis licet et ipsi expedit, ut hominem a deo secundum et quicquid est a deo consecutum et solo deo minorem. Porph. Hor. epist. 1, 17, 14 ut dignitatem huic sectae -endorum principum daret. 1, 17, 33 hominem. Paneg. 7, 4 idem enim est, quem rursus in te -imus, aspectus (*ac patris*). 9, 23 imperator noster ... a nobilissimis regibus timetur et -itur. Veg. mil. 2, 5 iurant ... per maiestatem imperatoris, quae secundum deum generi humano diligenda est et -enda. Clavd. 24, 11 os sacrum quod in aere -is miraris in auro, cerne libens.

*β res hominum: carmina, verba*: Prop. 2, 26, 26 carmina tam sancte nulla puella -it. 3, 2, 8 turba puellarum si mea verba -it. Paneg. 4, 13 verba illa divina caelestesque litteras, quibus mihi tanti principes instituendam iuventutem commendare dignati sunt, ... non ultra omnes laureas -am? *dies festos, natales sim., i. q. celebrare*: Cic. fin. 2, 102 dies natalis (Mart. 8, 38, 12 natalicium diem. 10, 87, 4 natalem. Paneg. 2, 13 quanto magis *Roma* hunc natalem suum diem -ret si *eqs.*). Ov. Pont. 2, 2, 91 hanc -et ante diem, nova qua decreta merenti venit honoratis laurea digna comis. fast. 1, 88 laeta dies ... a populo rerum digna potente -i. 3, 234. Sen. Ag. 402[a] sacris -amus prosperum tandem diem. Herc. O. 672 sequitur dira lampade Erinys quarum populi -uere diem (*i. uxorum regum*). Mart. 7, 74, 7 hunc semper Norbana diem cum coniuge Carpo laeta -at, primis quo coiere toris. 12, 60, 3. 4. Ivv. 3, 173 ipsa dierum festorum herboso -itur si quando theatro maiestas. Vvlg. Iudith 16, 31 dies ... victoriae huius festivitatis ab Hebraeis in numero sanctorum dierum accipitur et -itur a Iudaeis ex illo tempore usque in praesentem diem. *γ urbes*: Avson. 298, 39 diligo Burdigalam, Romam -o (Amm. 22, 9, 2 diligebat eam [*Constantinopolim*] ut genitalem patriam et -bat). *adde*: Cod. Iust. 1, 3, 51, 2 in omni terra, ubicumque christianorum nomen -itur.

**b** *speciatim: i. q. visitare*: Cic. Cael. 18 quo facilius et nostras domos obire et ipse a suis -i posset, conduxit in Palatio non magno domum. de orat. 1, 255 vereris ne tua domus, talis et viri et civis, si a litigiosis hominibus non -atur, a ceteris deseratur? (Qvint. inst. 6, 3, 94 dicenti candidato 'semper domum tuam -ui'). Att. 13, 11, 1 poterimus commodius -ere inter nos in Tusculano. Ov. Pont. 1, 7, 55 -lta quidem, fateor, citra quam debuit, illa (*ianua*) est. Sen. Phaedr. 482 urbem frequenta, civium coetum -e. Thy. 648 post ista vulgo nota, quae populi -unt, in multa dives spatia discedit domus. Mart. 1, 55, 5 quisquam picta -it Spartani frigora saxi. 3, 38, 11 atria magna (12, 68, 2 atria ... ambitiosa). Tac. ann. 3, 48 *Sulpicius Quirinus* datus ... rector Gaio Caesari Armeniam optinenti Tiberium quoque Rhodi agentem -erat. Plin. epist. 3, 7, 4 salutabatur, -batur. *i. q. comitari*: Hor. carm. 1, 35, 21 *Fortunam* spes et albo rara Fides -it velata panno nec comitem abnegat. Tac. ann. 3, 33 duorum (*proconsulis eiusque uxoris*) egressus -i, duo esse praetoria. *i. q. imitari*: Ov. met. 1, 694 Ortygiam studiis ipsaque -bat virginitate deam. Manil. 5, 176 *Iugulis* aspirantibus orti te, Meleagre, -unt.

**2** *homines mortuos*: **a** *ipsos*: *propinquos*: Sen. Tro. 300 patri (*Achilli mortuo*) quem -i poena iubes. Stat. silv. 2, 7, 126 haec (*Polla uxor*) te (*Lucanum*) non thiasis procax dolosis falsi numinis induit figura, ipsum sed -it et frequentat ipsum imis altius insitum medullis. Mart. 7, 23, 4 tu, Polla, maritum saepe -as et se sentiat ille -i. Tac. Agr. 46 admiratione te potius et immortalibus laudibus et, si natura suppeditet, similitudine -amus. Tert. adv. Marc. 5, 9 p. 601, 13 vulgus ipsum ea praesumptione defunctos -it, qua animas eorum manere confidit. Clavd. 22, 52 hac *gratia* tu Theodosium, tenuit dum sceptra, -bas, hac etiam post fata -is. Corp. VI 13101 quamdius vivo -o te post morte. *adde*: Corp. XIV 2934, 20 per singulos annos sine dubio -ant spiritum meum. *viros claros* (*cf. infra l. 70*): Sen. benef. 3, 37, 1 *Aeneas patrem Anchisem* -endum ... inter conditores Romani imperii posuit. Mart. 11, 49, 2 iam prope desertos cineres et sancta Maronis nomina qui -ret, pauper et unus erat. Silius et vatem, non minor ipse, -it. Plin. epist. 1, 17, 3 est omnino Capitoni in usu claros viros -ere. Spart. Sept. Sev. 19, 3 *M. Antoninum* ex omnibus imperatoribus tantum -uit, ut et Commodum in divos referret et Antonini nomen omnibus deinceps quasi Augusti ascribendum putaret. *martyres*: Avg. c. Faust. 20, 21 -imus ergo martyres eo cultu dilectionis et societatis, quo et in hac vita -untur sancti homines dei. Svlp. Sev. chron. 2, 51, 7 sectatores eius (*Priscilliani*), qui eum prius ut sanctum honoraverant, postea ut martyrem -ere coeperunt. Corp. XII 2115 (*Viennae*) Cerbasium Procerem Protasiumque -it. **b** *funebria*: busta: Stat. Theb. 7, 126 *infra l. 66*. cineres: Prop. 4, f1, 37 maiorum. Val. Max. 5, 3 ext. 3 cineribus nostris foede ac miserabiliter dispersis Oedipodis [ossa] ... honore arae decoratos sacro sanctiores -is. Mart. 11, 49, 1 *supra l. 44*. Carm. epigr. 1036, 5. dolores: Stat. silv. 5, 3, 245 Pharios aliae *viduae* ficta pietate dolores Mygdoniosque -unt et non sua funera plorant. effigies: Stat. silv. 3, 3, 200 assiduas libabo dapes et pocula sacris manibus effigiesque -am. *cf.* Tac. ann. 16, 7 obiectavit ... Cassio, quod inter imagines maiorum etiam C. Cassi effigiem -isset, ita inscriptam 'duci partium'. exequias: Stat. silv. 5, 1, 41 diligis umbram et -is exequias. funebria: Avson. 387, 4 Archemori Nemeaea -unt funebria Thebae (*aliter* 389, 2). inferias: Stat. Theb. 7, 126 inferias et busta -amus. inferna: Corp. X 1993 M. Acili Proculi fili optimi -untur. ossa: Mart. 1, 114, 6. sepulcra: Inscr. christ. Leblant 645 nati pietas ipsa sepulcra -it. sepulturam: Corp. V 2090 -endae sepulturae rosis et escis paganis. *dies natales hominum clarorum*: Mart. 12, 67, 4 Idus saepe -as et has et illas (*sc. Maias, Augustas, Octobres*), qui magni celebras Maronis Idus (Avson. 323, 22. 26 *ibid.* celebrare). [Stat. silv. 2 praef. cum hunc diem *natalem Lucani* forte consuleremus *codd.*, -remus *Skutsch.*]

**B** *divina: definitur*: Rvfin. Orig. in exod. 8, 4 aliud est -ere (*λατρεύειν*), aliud adorare (*προσκυνεῖν*). potest quis interdum et invitus adorare, sicut nonnulli ... adorare se simulant idola, cum in corde ipsorum certum sit, quia nihil est idolum. -ere vero est toto his affectu et studio mancipari (*ὁ ... ἐξ ὅλης ψυχῆς δουλεύων τούτοις, οὐ μόνον προσκυνεῖ, ἀλλὰ καὶ λατρεύει*). *ibid. idola* neque affectu -as, neque specie adores. Avg. civ. 6 praef. multos deos et falsos ... eo ritu ac servitute, quae graece *λατρεία* dicitur et uni vero deo debetur, venerandos et -endos putant. 10, 1 utrumlibet ... horum (*εὐσέβειαν — θεοσέβειαν*) nos uno verbo enuntiare non possumus quae



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

itaque *λατρεία* graece nuncupatur, et latine interpretatur servitus, sed ea qua -imus deum *eqs.* conf. 13, 1, 1 non ut tibi sic serviam, quasi ne fatigeris in agendo, aut ne minor sit potestas tua carens obsequio meo, neque ut sic te -am quasi terram, ut sis incultus, si non te -am, sed ut serviam tibi et -am te, ut *eqs.* DIFF. ed. Beck p. 47, 42 *v. p. 1670, 48.* *adde generalia quaedam de rebus personisve cultis*: CIC. har. resp. 28 omnia illa, quae vetustas, quae Persae, quae Syri, quae reges omnes, qui Europam Asiamque tenuerunt, semper summa religione -erunt. div. 1, 9 ego enim sic existimo, si sint ea genera divinandi vera, de quibus accepimus quaeque -imus, esse deos. SEN. epist. 90, 3 *philosophia* docuit -ere divina, humana diligere. TAC. ann. 13, 41 oportere dividi sacros et negotiosos dies, quis divina -rent et humana non impedirent. MIN. FEL. 10, 2. 22, 2 *al.* TERT. nat. 2, 9 et Athenis ara est inscripta: ignotis deis. -it ergo quis quod ignorat? Scap. 2 humani iuris et naturalis potestatis est unicuique quod putaverit -ere. COMM. instr. 1, 7, 21 -ui ... quo⟨d⟩ modo culpo (AVG. civ. 6, 10 -bat quod reprehendebat, agebat quod arguebat, quod culpabat adorabat). apol. 693 -it in vano quodlibet (AVG. civ. 5, 26 vana -ere). ARNOB. nat. 2, 72 quidnam sequi oporteret ac -ere. FIRM. err. 10 quicquid homines perdidit, -itur. HIER. epist. 22, 10 'quorum deus venter est'. id enim -it unusquisque, quod diligit. VVLG. act. 17, 23 quod ... ignorantes -itis (*εὐσεβεῖτε*), hoc ego annuntio vobis. II Thess. 2, 4 omne quod dicitur deus aut quod -itur (*σέβασμα*). AVG. civ. 6, 5 fieri ... potest ut ... ea -antur et ea credantur, quorum in mundo vel extra mundum natura sit nusquam. 7, 27 cum pro deo vero ... nefas sit -ere aut corpus aut animam. 8, 5 animae rationali ea, quae infra illam naturae ordine constituta sunt, pro deo suo -enda non *sunt.*

**1** *deos (deum) colere i. pro deo aliquem vel aliquid habere ac venerari*: **a** *deos personatos*: *α deos ipsos*: VARRO Men. 265 oportet bonum civem legibus parere, deos -ere, in patellam dare *μικρὸν κρέας.* frg. Serv. auct. Aen. 8, 275 privatos *deos esse* quos unaquaeque gens -it, ut nos Faunum, Thebani Amphiaraum, Lacedaemonii Tyndareum; communes quos universi, ut Castorem Pollucem Liberum Herculem. frg. Non. p. 510 (*cf.* CIC. leg. 2, 19 privatim -unto *deos,* quos rite a patribus ⟨-ltos acceperint⟩. LIV. 10, 7, 12 *expetimus* ut quos *deos* privatim -imus, publice -amus). CIC. carm. frg. 3 (de consul.) 70 rite igitur veteres ..., rite etiam vestri, quorum pietasque fidesque praestitit ac longe vicit sapientia cunctos, praecipue -uere vigenti numine divos (CATVLL. frg. 1, 3 FEST. p. 512 CVRT. 4, 2, 2 PLIN. nat. 4, 91 PORPH. Hor. carm. 1, 28, 29 *al.*). CIC. Verr. 5, 132 omnes ... deos patrios, quos a maioribus acceperunt, -endos sibi diligenter et retinendos esse arbitrantur (leg. 2, 26. nat. deor. 3, 47 si di sunt illi, quos -imus et accepimus. LIV. 29, 18, 2). leg. 2, 19 divos et eos, qui caelestes semper habiti, -unto et ollos quos -endo caelo merita locaverint *eqs.* 2, 25 omnibus patere ad se (*deum*) placandum et -endum viam (SIL. 13, 52 Phrygium placare -endo numen. TAC. Germ. 9. AVG. civ. 2, 29 indigne ab honestis -untur, qui per turpes placantur *daemones.* 19, 9). leg. 2, 27. 29. 37. nat. deor. 1, 45 praestans deorum natura hominum pietate -retur, cum et aeterna esset et beatissima — habet enim venerationem iustam quicquid excellit — (1, 56 naturam excellentem atque praestantem. 1, 116 eximia quaedam praestansque natura. *cf.* ARNOB. nat. 7, 31 deorum sublimitas praepotens, quam venerari, quam -ere officiis omnibus caerimonialibus debeas). nat. deor. 1, 115 *p. 1676, 4.* 1, 119 *deos* -ere, precari, venerari (2, 71. LIV. 39, 15, 2 -ere venerari precari. VAL. MAX. 2, 1, 6. 2, 5, 6 SEN. clem. 1, 19, 8 frg. 123 APVL. apol. 26 ARNOB. nat. 2, 8 *al.* DON. de com. 5, 8. AVG. civ. 2, 25 noxii daemones, quos illi deos putantes -endos et venerandos arbitrabantur. 10, 4 *ibid.* adorare. DRAC. laud. dei 3, 91 deum si verba -unt et mens veneretur). CATVLL. 61, 48 quem -ent homines magis caelitum *quam Hymenaeum*? CAES. Gall. 6, 17, 1 deum maxime Mercurium -unt ... post hunc Apollinem et Martem et Iovem et Minervam (*cf.* SEN. contr. exc. 8, 1 TAC. Germ. 9 STAT. Theb. 9, 611). VERG. Aen. 5, 63 penates et patrios ... et quos -it hospes Acestes. 11, 843 Dianam. PRIAP. 86, 5 huius nam domini -unt me deumque salutant pauperis tuguri *eqs.* HOR. carm. saec. 2—3 Phoebe silvarumque potens Diana, ... o -endi semper et -lti. TIB. 2, 4, 16 non ego vos (*Musas*), ut sint bella canenda, -o. CVLEX 86 falce ... non arte politus *deus* (*v. p. 1670, 57*). OV. met. 1, 747 nunc dea linigera -itur celeberrima turba (*sc. Io*). 6, 171 -itur Latona per aras. *al.* trist. 1, 10, 45. Pont. 1, 2, 150 iure venit -ltos ad sibi quisque deos (*in imagine*). 2, 2, 125 superos *al.* fast. 1, 648. 5, 44 Maiestas ... ex illo tempore -lta manet. *saep.* EPICED. Drusi 24. ELEG. in Maecen. 35. PRIAP. 70, 12 (*Priapus loquitur*) dum me -itis meumque numen. LIV. 4, 30, 11 *aediles* animadverterent, ne qui nisi Romani dii neu quo alio more quam patrio -rentur. 5, 52, 1 -lti neglectique numinis. 7, 20, 7. 42, 3, 9 tamquam non idem ubique di immortales sint, sed spoliis aliorum alii -endi exornandique. MANIL. 4, 756 te, Phoebe. FEST. p. 149 *al.* PAVL. FEST. p. 20. 243 Portunus qui et Palaemon a Romanis inter deos -batur. VAL. MAX. 8, 15 ext. 1. SEN. Herc. f. 917 Tonantem nostra adorabit manus, tu conditores urbis et ... laremque regis advenae Tyrium -es (frg. 26 ARNOB. nat. 7, 10 FIRM. err. 13, 3 TRACT. c. Arrian. p. 11, 31 neque enim aut homines aut angeli adorandi sunt vel -endi, quamvis dei plerumque nuncupantur. *al.* SCHOL. Cic. Bob p. 6, 3 Hild. HIER. epist. 109, 1 nos ... non dico martyrum reliquias, sed ne solem quidem et lunam, non angelos, non archangelos, non Cherubim, non Seraphim ... -imus et adoramus. VVLG. exod. 23, 24 II par. 7, 22 *al.* AVG. civ. 6, 10 serm. ed. Mai 119, 8). SEN. Oed. 486 Ag. 350 *al.* Herc. O. 792 dial. 6, 13, 2. benef. 4, 19, 3 atqui hunc (*deum*) vis (*Epicure*) -ere non aliter quam parentem grato ... animo (*cf.* AVG. civ. 12, 27 deos istos, quos a nobis volunt quasi parentes et conditores nostros -i *Plato et Porphyrius*). clem. 2, 5, 1 religio deos -it, superstitio violat (epist. 123, 16 superstitio error insanandus est: amandos timet; quos -it, violat). nat. 2, 45, 1 epist. 95, 47. 50 satis illos (*deos*) -uit, quisquis imitatus est (AVG. civ. 4, 32 non solum -ere, sed imitari etiam daemones). 117, 6 consensus hominum aut timentium inferos aut -entium (VVLG. IV reg. 17, 35 nolite timere deos alienos et non adoretis eos neque -atis eos. AVG. civ. 2, 23. 5, 24 deum timent diligunt -unt). SEN. frg. 34. COLVM. 1, 1, 18 ne malit urbanum, quam rusticum larem -ere (RVT. NAM. 1, 496 et -ere [excolere *codd.*] externos ... lares). 10, 279. LVCAN. 5, 6. 233 PLIN. nat. 2, 15. 22 Fortuna ... cum conviciis -itur. 7, 188 manes -endo (CORP. V 5933. VI 3608, 9. 13142. XI 6520, 16 ex reditu ~~HS~~ binum milium n(ummum) manes meos -atis). PLIN. nat. 35, 157 hae enim tum effigies deorum (*sc. fictiles*) erant lautissimae, nec paenitet nos illorum, qui tales eos -uere. *al.* SIL. 8, 47. 201 ex illo primis anni celebrata diebus per totam Ausoniam venerando numine -lta est (*sc. Anna*). *al.* HOMER. 32 numina. STAT. silv. 5, 1, 155 quid numina prosunt -lta deum? *al.* Theb. 8, 207 erit ille dies, quo te (*Amphiaraum*) quoque conscia fatis templa -ant. *al.* MART. 4, 1, 5. 8, 8, 4 te (*Ianum*) ... -at omnis honos. 8, 80, 6 tam -lto sub Iove. 9, 11, 17 Musas -imus severiores *quam Graeci.* 9, 42, 5 Palatia te (*Apollinem*) -ant amentque. *al.* QVINT. inst. 1, 7, 12 *Sol* qui -itur iuxta aedem Quirini. decl. 321 p. 263, 7. IVV. 1, 115. 4, 61. 15, 38 TAC. Germ. 40 hist. 4, 81. 5, 4. 5 PLIN. epist. 9, 10, 1 FLOR. Verg. p. 186, 9. APVL. met. 11, 2 tu caelestis Venus, quae ... nunc circumfluo Paphi sacrario -eris (*ibid.* veneraris, propitiaris). Socr. 16 p. 156 hic quem dico, privus custos (*proprius daemon*) ... si rite animadvertatur, sedulo cognoscatur, religiose -atur, ita ut a Socrate iustitia et innocentia -ltus est *eqs.* (FILASTR. 69, 7 *Christus* et homo nostrae causa salutis et deus verus creditur, cognoscitur, -itur et in ecclesia catholica praedicatur. AVG. civ. 4, 13 omnes *deos* esse -endos, qui cognosci et -i possunt. *al.*). VLP. reg. 22, 6. MIN. FEL. 6, 1. 24, 2 prius ... debere deum nosse quam -ere (AVG. civ. 4, 23). 25, 8. 27, 6 *al.* TERT. idol. 4 omnia ... -it humanus error praeter ipsum omnium conditorem (resurr. 26 p. 63, 9 ipsam conditionem -entes adversus conditorem [VVLG. Rom. 1, 25 et -erunt (*ἐσεβάσθησαν*) et servierunt creaturae potius quam creatori]. *cf.* adv. Marc. 5, 19 p. 644, 19 -entes conditionem adversus creatorem). TERT. idol. 18. nat. 1, 10 oneramini (*pagani*) credentes esse *deos* et contemnentes, -entes et despuentes, honorantes et lacessentes (*ibid.* alii alios deos -itis, eos, quos non -itis, utique contemnitis. AVG. civ. 4, 31 *deos* magis -ere quam despicere). TERT. nat. 1, 10 divinitatem. 2, 4 ille unus deus quem -imus (Scap. 2 TRACT. c. Arrian. 12, 9 *al.*). test. anim. 6 cur *anima* alium -ens deum nominat? (adv. Prax. 13 p. 249, 14 lumen mundi unum et deum et dominum -entes et nominantes). scorp. 8 adv. Marc. 1, 5 p. 297, 12. 14 *al.* ITALA Ios. 4, 25 (Lugd.) ut vos -atis dominum deum vestrum (*σέβησθε*, VVLG. timeatis; *cf.* ITALA Is. 29, 13 [Cypr. epist. 63, 14]). Ioh. 9, 31 (Aug. c. Faust. 12, 9) qui eum (*deum*) -erit (*ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ*, VVLG. si quis dei cultor est). PORPH. Hor. carm. 1, 35, 21 *saepius.* EPIST. Paul. et Cor. II rec. B 10 (rec. A: dei culturam). COMM. instr. 1, 3, 15 quos hodie -itis et deos oratis (TRACT. c. Arrian. 11, 30). apol. 854 SOL. 11, 9 *al.* PANEG. 7, 9 GALLICAN. Avid. 8, 2 LAMPR. Alex. 49, 6 VOPISC. Aurelian. 5, 5 *al.* LACT. epit. 17 (22), 1 Faunus ... Picum patrem tamquam deum -i noluit (FIRM. err. 13, 6 qui apud vos quasi dii -untur. AVG. civ. 18, 9 iam ... Minerva tamquam dea -batur regnante Atheniensibus Cecrope. 22, 6 *al.*). FIRM. err. 2, 3. 28, 11 ne hunc (*daemonem*) -as, ne hunc supplices, ne prostratus huic flectas genua (AVG. civ. 4, 23. 5, 25). *et saep.* SORT. Sangall. 11, 5 dae⟨mon⟩es ... quos -i⟨t⟩. TRACT. c. Arrian. 12, 15 *constat* unumquemque tot deos habere quot -it. *al.* PRISCILL. tract. 1, 18 FILASTR. 61, 3 *al.* 147, 5 sanctam adorandam trinitatem -entes (153, 2). AVSON. 153, 19 *al.* SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 98. HIER. epist. 3, 5, 2 *Christum.* 22, 24, 3 chron. a. Abr. 161. VVLG. deut. 8, 19 sin ... secutus fueris deos alienos, -uerisque illos et adoraveris (28, 14 III reg. 9, 9 Ier. 35, 15. AVG. civ. 10, 32 unum verum deum sequendo -uit. PASS. coron. 3). deut. 12, 2 subvertite omnia loca, in quibus -erunt gentes deos suos (*ἐλάτρευσαν τοῖς θεοῖς αὐτῶν*, ITALA Lugd. deservierunt ... d[a]eis suis) super montes excelsos et colles *eqs.* 12, 30 deos (*sim. saepius*). CLAVD. 18, 325 *al.* AVG. civ. *saepissime.* 2, 13 si dii tales -endi sunt, profecto etiam tales homines honorandi. 2, 24 daemones ... pro diis habeantur et -antur. 4, 2 *daemones* velut deos -bant (*cf.* 18, 53). 4, 15 dii habentur dii vocantur, dii -untur, ipsi pro suis partibus invocantur? (4, 21). 4, 23. 31 antiquos Romanos ... deos sine simulacro -isse. 5, 1 ut nullus omnino -atur aut rogetur deus. 10, 3 angelos sive bonos sive malos. 10, 25 omnes immortales beati ... plus *nos* adiuvant, quando unum deum cum illis -imus, patrem et filium et spi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ritum sanctum quam si eos ipsos per sacrificia -remus. 18, 53 Christi nomen. in psalm. 77, 20 hoc ... -itur quod diligitur. SVLP. SEV. chron. 1, 49, 5 *al.* GREG. M. moral. 2, 15. NICET. symb. 9 creaturam. CARM. c. pag. 1 *al.* CORP. II 6004. V 3034. INSCR. christ. Kraus I 199 Leblant 594 trino -it unam nomine mentem.

*β simulacra, signa, effigies sim.*: signum: CIC. Verr. 5, 74 -batur a civibus; ab omnis advenis visebatur *signum Dianae* (5, 127 *signum Paeanis* omnes propter pulchritudinem visere, propter religionem -ere solebant. 5, 130 *signum Iovis imperatoris* quod cives atque incolae Syracusani -ere, advenae non solum visere, verum etiam venerari solebant). OV. met. 14, 316. simulacrum: FEST. p. 317. VAL. MAX. 1, 8, 3 praecipua religione. SIL. 17, 282 nequicquam. SVET. Galba 4 menstruis ... supplicationibus et pervigilio anniversario. ITALA Ier. 16, 19 (Aug. civ. 18, 33) mendacia -erunt patres nostri simulacra (*ψευδῆ ἐκτήσαντο ... εἴδωλα*, VVLG. mendacium possederunt). AVG. civ. 7, 5. imaginem: MIN. FEL. 23, 9 hominum imagines consecratas vulgus orare et publice -ere. VOPISC. Tac. 17, 5. idola: TERT. spect. 3. idol. 4. 11 nisi si aliud omnino interpretemur idololatrian, quam famulatum idolorum -endorum. COMM. instr. 1, 2, 13 idola ... vana (apol. 436. 819). OPTAT. 4, 9 p. 116, 1 FILASTR. 109, 6 *al.* HIER. epist. 21, 10, 1 pro deo idola. VVLG. Dan. 14, 4 idola manufacta. AVG. civ. 8, 24. 18, 45 SVLP. SEV. chron. 1, 24, 3 dial. 2, 14, 1. deos pictos: COMM. instr. 1, 9, 8. statuam: HIER. epist. 58, 3, 5 VVLG. Dan. 3, 12, 14. *varia*: VVLG. exod. 20, 5 non facies tibi sculptile ... non adorabis ea neque -es (deut. 5, 9). deut. 29, 17 vidistis abominationes et sordes, id est, idola eorum, lignum et lapidem, argentum et aurum, quae -bant (Ezech. 20, 32 ligna et lapides. Bar. 6, 38 ea, *sc. deos ligneos, lapideos, aureos, argenteos*). IV reg. 17, 12 -erunt immunditias. sap. 12, 23 per haec quae -erunt (*διὰ τῶν ἰδίων ... βδελυγμάτων*). 14, 16 figmenta. Bar. 6, 25. Dan. 14, 3 rex quoque -bat eum (*sc. idolum nomine Bel*) et ibat per singulos dies adorare eum. AVG. civ. 8, 23 deos -endo, quos fecit. *nota*: STAT. Theb. 7, 268 qui breve litus Hyles Atalantaeamque superbi Schoenon habent notique -unt vestigia campi.

**b** *homines (vel heroas)*: *α vivos*: *αα additur* ut deum, pro deo *sim.*: CIC. p. red. in sen. 30 vos universos, patres conscripti, deorum ⟨in⟩ numero -ere debeo. rep. 1, 18 ut ... Africanum ut deum -ret Laelius, ... Laelium, quod aetate antecedebat, observaret in parentis loco Scipio. LIV. 45, 27, 10 *Oropi Atticae* pro deo vates antiquus -itur. CVRT. 8, 5, 11 Persas ... non pie solum, sed etiam prudenter reges suos inter deos -ere. SEN. apocol. 11 hunc deum quis -et? PLIN. nat. 1, 7, 48 quem viventem ut deum -i *di* iusserint. MART. 5, 3, 6 *regem* deum. GELL. 2, 15, 1 *p. 1679, 80.* IVST. 11, 11, 1 Alexandrum pro deo, non pro rege -rent. *imagines*: TAC. ann. 4, 2 -i ... per theatra et fora effigies eius (*Seiani*) interque principia legionum. SVET. Aug. 7 *puerilis imaguncula Augusti* inter cubiculi Lares -itur. Tib. 48 Seiani imaginem inter signa. Vit. 2 Narcissi quoque et Pallantis imagines aureas inter Lares -uit. *adde rem publicam personatam*: IVST. 18, 6, 8 quam diu Karthago invicta fuit, pro dea -lta est. *ββ absolute: reges*: VERG. georg. 1, 30 an deus immensi venias maris (*sc. Octavianus Caesar*) ac tua nautae numina sola -ant. OV. Pont. 1, 1, 50 *principem* (*Augustum*). 3, 1, 135 domus Augusti, Capitoli more -enda. LEX arae Aug. Narb. (Corp. XII 4333) 1, 12 qui se numini eius (*Augusti*) in perpetuum -endo obligaverunt (2, 33). VELL. 2, 107, 2 nostra quidem, inquit *barbarus quidam*, furit iuventus, quae cum vestrum numen (*Tiberium*) absentium -at, praesentium potius arma metuit quam sequitur fidem. SEN. apocol. 8 parum est, quod templum in Britannia habet, quod hunc barbari -unt et ut deum orant *μωρορ εὐιλάτου τυχεῖν*? CVRT. 4, 7, 28 divinis honoribus ... regem (5, 12, 16 *rex* deorum a suis honoribus -ltus [deorum auspiciis ac suis *codd.*]). 8, 5, 19. STAT. silv. 4, 4, 58 Latiique ducis (*i. imperatoris*) sic numina pergant, quem tibi posthabito studium est -isse Tonante. MART. 9, 64, 6. 9, 101, 12. TAC. ann. 1, 10 nihil deorum honoribus relictum, cum se templis et effigie numinum per flamines et sacerdotes -i vellet *Augustus*. MIN. FEL. 20, 5 reges suos -unt religiose. 29, 4 Aegyptii ... hominem sibi quem -ant eligunt; illum unum propitiant, illum de omnibus consulunt, illi victimas caedunt. TERT. nat. 2, 8 *p. 1686, 38.* PANEG. 12, 22 ipse ille rex eius (*Persidos*) ... in his te -it templis in quibus -itur. LAMPR. Heliog. 3, 4 ne quis Romae deus nisi Heliogabalus -retur. 6, 7. *effigies*: OV. Pont. 2, 8, 60 quos dedit ars, vultus effigiemque *Caesaris* -o. sic homines novere deos quos arduus aether occulit et -itur pro Iove forma Iovis. PLIN. paneg. 52 saevissimi domini atrocissima effigies. SVET. Tib. 65 *Seiani* imagines aureas. *sacerdotes*: COMM. instr. 1, 19, 14 non deos vos -itis, quos isti false prophetant: ipsos sacerdotes -itis in vano timentes. *β mortuos*: *αα additur* ut deos *sim.*: CIC. leg. agr. 2, 95 maiores nostros ... non ... in deorum immortalium numero venerandos a nobis et -endos putatis? (AMM. 23, 6, 6 numinis ... vice). Cato 81 apud Xenophontem ... moriens Cyrus maior haec dicit: ... 'sic me -itote ... ut deum'. OV. met. 15, 818 ut deus accedat caelo *Caesar* templisque -atur (*sic vulgo ex aliquot codd.*, locetur *multi codd.*), tu (*Venus*) facies natusque suus. SEN. epist. 64, 9 suspiciendi ... sunt et ritu deorum -endi (*qui ante nos fuerunt*). OCTAVIA 478 sic ille patriae primus Augustus parens complexus astra est -itur et templis deus. SVET. Vit. 1 Vitellia, quae multis locis pro numine -retur. IVST. 12, 12, 12 *Hephaestionem* post mortem -i ut deum iussit. 20, 4, 18 *Pythagoram* pro deo. AMM. 27, 7, 6 hos ... ut martyras, id est divinitati acceptos, -et religio christiana. VVLG. sap. 14, 15 acerbo ... luctu dolens pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem et illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tamquam deum -ere cōepit (*ἐτίμησε*) et constituit inter servos suos sacra et sacrificia. RVFIN. hist. 4, 8, 3 *Antinoum* quasi deum -ere (*ὡς θεὸν ... σέβειν*) coeperunt. AVG. civ. 3, 15 *Romulum mandasse* ut inter numina -retur. 8, 26 mortuum -i pro deo. 18, 2 *Telxionem* defunctum velut deum. 18, 3 ad eius (*Phegoi*) sepulcrum templum est constitutum, in quo -retur ut deus et ei boves immolarentur. 18, 24. 37 Isis, quam mortuam tamquam magnam deam -endam putaverunt. *ββ absolute*: SEN. dial. 11, 17, 5 *Gaius Caesar* numquam satis certus utrum lugeri vellet an -i sororem (*ibid.* templa illi constituebat ac pulvinaria). PLIN. paneg. 11 licet illum (*Nervam*) aris pulvinaribus flamine -as. TAC. ann. 2, 83 statuarum locorumve, in quis -retur (-rentur *M*) *Germanicus*, haud facile quis numerum inierit. AMM. 15, 10, 7 manes ... eius ... religiose -untur. AVG. civ. 8, 26 a paganis -ltos fuisse deos in templis, a nobis autem -i mortuos (*martyres*) in sepulcris.

**c** *bestias*: *α additur* ut deum *sim.*: CIC. leg. 1, 32 canem et felem ut deos -unt. PLIN. nat. 8, 184 bos in Aegypto etiam numinis vice -itur (30, 99 Aegypti magna pars scarabaeos inter numina -it. SOL. 32, 17 *Apim* ad instar -unt numinis). *imagines*: PLIN. nat. 6, 178 Rhadamata in quo felis aurea pro deo -batur. AVG. civ. 10, 8 serpentem *aeneum* ... tamquam idolum -ere. *β absolute*: MELA 1, 58 Aegyptii -unt effigies multorum animalium atque ipsa magis animalia, sed alia alii. PLIN. nat. 2, 20 monstra quoque -unt (MIN. FEL. 28, 2 quasi christiani monstra -rent). 9, 80 conchas ... apud Cnidiorum Venerem -i. IVV. 15, 2 quis nescit ..., qualia demens Aegyptus portenta -at? crocodilon adorat pars haec, illa pavet saturam serpentibus ibin. PS. APVL. Ascl. 37. MIN. FEL. 28, 7 caput asini (*ibid.* boum capita et capita vervecum et immolatis et -itis. OPTAT. 3, 7 p. 89, 3 temporibus Moysi populus Israhel caput vituli -uit). TERT. nat. 1, 11 vos totos asinos -itis. 2, 8 *Aegyptii* etiam bestias privatas -unt, ⟨feles, c⟩orcodillos (orcodrillos *A*) et Anubem suum. *ibid.* et feras et homines. adv. Marc. 2, 14 p. 355, 1 Aegyptius ... ibim et corcodrillum citius -ens quam deum vivum. SCHOL. Germ. Bas. p. 99, 4 pisces religiose. VVLG. exod. 8, 26. sap. 11, 16 mutos serpentes et bestias supervacuas. 15, 18 animalia miserrima. Dan. 14, 22 erat draco magnus in loco illo et -bant eum Babylonii (14, 26). Os. 10, 5 vaccas Bethaven -erunt habitatores Samariae. AVG. civ. 2, 22 Aegyptiorum bestias avesque -entium. *imagines bestiarum*: MELA 1, 58 *l. 28.* TERT. nat. 1, 11 consimilis bestiae (*onagri*) superficiem a Iudaeis -i.

**d** *res corporeas*: *signa, stellas*: MANIL. 2, 613 simplicior tamen est Aries, meliusque Leone prosequitur genitos et te, Centaure, creatos quam -itur. 4, 749 *Arietem* etiam venerata -it vicina Propontis et Syriae gentes et laxo Persis amictu. 4, 762. PLIN. nat. 2, 93 cometes in uno totius orbis loco -itur in templo Romae. COMM. instr. 1, 7, 15 si stellas -itis, -ite et bis sena sigilla (AVG. civ. 4, 11 stellas omnes). VVLG. deut. 4, 19 ne forte ... videas solem et lunam et omnia astra caeli et errore deceptus adores ea et -as (AVG. mor. eccl. 1, 20, 37 christiani non sint, qui solem et lunam non modo diligendos, sed etiam -endos putant). IV reg. 21, 3 adoravit omnem militiam caeli et -uit eam. II par. 33, 3. CORP. VII 759, 7 in caelo visum Syria sidus edidit Libyae -endum. SEN. dial. 12, 13, 4 scias licet ea demum fulmina esse iustissima, quae etiam percussi -unt. *aquas*: SEN. epist. 41, 3 magnorum fluminum capita veneramur. subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet; -untur aquarum calentium fontes, et stagna quaedam vel opacitas vel immensa altitudo sacravit (MART. 9, 58, 3 montana tuos [*Nymphae*] semper -at Vmbria fontes. FRONTIN. aq. 4 *p. 1677, 44*). LVCAN. 3, 230 Ganges. PLIN. nat. 31, 54 in Coryco monte amnis erupit posteaque coeptus est -i. FIRM. err. 2, 1 Aegyptii ... aquam -unt, aquis supplicant, aquas superstitiosa votorum continuatione venerantur. 2, 5. *lapides arte factos, arma, instrumenta*: CVRT. 4, 7, 23 id ⟨quod⟩ pro deo -itur, non eandem effigiem habet, quam vulgo diis artifices accommodaverunt: umbilico maxime similis est habitus smaragdo et gemmis coagmentatus. MELA 1, 26 parma elephantino tergori exsecta ingens ..., quam locorum accolae ab illo (*Hercule*) gestatam pro vero habent traduntque et inde eximie -unt. PLIN. nat. 34, 12 numinum vice ... candelabrum -uit. IVV. 16, 38 sacrum ... saxum *terminale*, quod mea cum patulo -uit puls annua libo. TAC. ann. 15, 55 ferrum (*i. pugionem*) ... olim religione patria -ltum. SOL. 15, 3 populis istis deus Mars est: pro simulacris enses -untur (-unt $HP^2$). IVST. 43, 3, 3 pro diis immortalibus veteres hastas -uere. AMM. 17, 12, 21 *mucrones* pro numinibus -unt. 31, 2, 23 *gladium* ut Martem, regionum, quas circumcircant, praesulem verecundius -unt. *arbores*: CVRT. 8, 9, 34 deos putant, quidquid -ere coeperunt, arbores maxime, quas violare capital est. LVCAN. 1, 143 frugifero quercus sublimis in agro (STAT. Theb. 9, 581 quercus erat, Triviae quam desacraverat ipsa [*Atalanta*] ... numenque -endo fecerat). SIL. 3, 691

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**I** *apud medicos: membrum corporis* (*cf.* CELS. 2, 12, 2 morbus maioris intestini ... quod Graeci κόλον [*sic*] nominant. PLIN. nat. 11, 202 media haec *alvus* umbilico adnexa omnibus, in homine suillae infima parte similis, a Graecis appellatur -on, ubi dolorum magna causa [1, 11, 79]. GLOSS. V 278, 14 -us interior pars ventris. *adde*: ISID. orig. 11, 1, 101 clunes vocatae, quod sint iuxta -um, quod est longao). SCRIB. LARG. 106 prodest compositio haec et -o inflato et ceteris intestinis. 119 -i inflationem (121. *ibid.* intestinorum alioqui dolorem. 173 *al.* PLIN. nat. 20, 108 *al.*). 122 p. 52, 28 -i dolorem (*ibid.* p. 54, 16. PELAGON. 459 ad -i [*trad.* colli] dolorem. CHIRON 206 *inter morbos ventris*: -i dolor. 212. VEG. mulom. 1, 41 -i dolore vexantur. MARCELL. med. 29, 24 *et saepius.* PLAC. med. 31, 22. GLOSS. V 352, 20 -i dolores ventris). SCRIB. LARG. 122 p. 54, 18. PLIN. nat. 22, 79 ad ... inflationes discutiendas -ique tormenta. 26, 75 -o infunditur hemina suci. 30, 62 -i vitium. CHIRON 209 in parte intestinorum, ... quae ducunt ab aqualiculo usque ad -um, quod appellatur typhlon enteron (VEG. mulom. 1, 40, 2. *ibid.* -um quod latine ieiunum dicitur). 211 ut haec coagulatio umoris ... in -um se conferat. 212 foramen ... -i. *ibid.* tenditur ... -us. 233 scies eum colicum esse. hic enim locus intestini -us (locus *cod.*) est (*cf.* 234). 420 intestinum ... monenteron, quod quidam -um appellant. 423. VEG. mulom. 2, 116, 1 -i passio. VINDIC. med. 31 in ore -i. CAEL. AVR. acut. 3, 17, 143 est ... -i vexatio unius intestini passio. chron. 2, 1, 11 -o paralysi vitiato. 3, 8, 96 aut -i aut ventris passione, quam Graeci κοιλιακὴν διάθεσιν vocant. 5, 10, 100. 101 CASS. FEL. 51 p. 130, 20 *v. p. 1571, 64*



(*ubi pro* '-on' *legas* 'colon'). ORIBAS. eup. 2, 1 S 12 mordicationes ... in ano aut intestino cholo. syn. 1, 19 p. 824 in intestinis aut choli intestino vel alibi. 1, 25 p. 831, 30 -o ... patientibus aut aliis intestinis. GREG. M. epist. 2, 45 tanta maestitia affectus sum, ut in -i (cholicam *edd.*) molestiam caderem. *interdum prorsus idem significat quod coli dolor vel morbus, ut in his*: SCRIB. LARG. 122 qui -o infestabatur. PLIN. nat. 20, 162 *cuminum* propter -um ... bibitur. 23, 145 *amygdalae* prosunt ... tussi et -o. 26, 9 alios *morbos* durare sicuti -um. 1, 26, 6 carbunculus ... elephantiasis ... -um. 28, 128 *lac* infunditur ad -um (*ibid.* ad intestinorum rosiones). 28, 211 ossa ... -o medentur. 30, 63 -o liberatus est. *ibid.* prodesse contra -um. 31, 102 *sal levat* -um torminaque et coxarum dolores. SER. SAMM. 573 tit. -o sedando. 574 cum -um (colus *codd., contra metrum. nisi* cŏlus *metiaris* [*cf. κόλος p. 1695, 61*]. *corr. Bährens*), invisum morbi genus, intima carpit. VEG. mulom. 2, 124 intestini ... versatio (vexatio *al.*), quod -um vocatur. HEGES. 1, 45, 9 -o medius vexabatur *Herodes* (*ibid.* interiorum dolores viscerum. IOSEPH. bell. Iud. 1, 33, 5 κώλου ... ἀλγηδόνες. RVFIN. hist. 1, 8, 6 doloribus ... -i ... cruciabatur. 1, 8, 9. *cf.* GLOSS. V 418, 11 *al.* -i: dolores ventris). MARCELL. med. 29, 16 ad ileon vel -um. 29, 17 -o remediando proderit. 29, 18 -o (*abl.*) laboranti. 29, 34 adversus -um ... remedium (*cf.* 29, 55 ad -um sanandum)

**II** *apud grammaticos al.: membrum orationis*: **A** *generatim*: SVET. vita Verg. p. 61 ut ... Augustus ... minacibus per iocum litteris efflagitaret, ut *Vergilius* sibi de Aeneide, ut ipsius verba sunt, 'vel prima carminis hypographa vel quodlibet -on' mitteret. **B** *sensu technico* (*latine* membrum: CIC. Brut. 162 membra quaedam, quae κῶλα Graeci vocant. *nota*: CIC. orat. 211 transferenda ... dictio est ad illa, quae nescio cur, cum Graeci κόμματα et κῶλα nominent, nos non recte incisa et membra dicamus. 223 QVINT. inst. 9, 4, 22 AQVILA rhet. 18 p. 27, 32 MAR. VICTORIN. gramm. VI 53, 26 DIOM. gramm. I 465, 5. 24. 466, 17. 494, 22 SERV. gramm. IV 428, 5. *cf.* DON. gramm. IV 372, 22 EXPLAN. in Don. gramm. IV 534, 10 GRAMM. suppl. 231, 5 AVG. doctr. christ. 4, 7, 11 MART. CAP. 5, 527. incisum *dicitur* POMP. gramm. V 133, 29. *cf.* articulus): **1** *in re metrica: definitiones*: FORTVN. gramm. VI 282, 14 συζυγία, a qua comma vel -on, et comma vel -on, a quo versus nascitur. 282, 27 -on est pars sive partes versus integris pedibus impletae, ... comma pars versus sive partes imperfectae. 283, 1 -on dictum quasi a corpore abscisum integrum membrum, comma vero quasi trunca pars membri a corpore amputata. MAR. VICTORIN. gramm. VI 54, 2 -on est membrum quod finitis constat pedibus, comma autem in quo vel pars pedis est. erunt itaque -a particulae solutorum metrorum, ut 'arma virumque cano'. omnis autem versus κατὰ τὸ πλεῖστον in duo -a dividitur, abusive autem etiam comma dicitur -on (*cf.* 184, 11). 54, 8 -on ... et comma intra dimetrum *sunt.* erit itaque -on, cum integrae fuerint syzygiae; comma vero, cum imperfectae (*cf.* 184, 11). 54, 10 *quid Graeci cola dicant.* 54, 17 versus, cum [ex] ea qua coniunctus erat parte dissolvitur, -a efficit; cum vero ea qua coniunctus erat parte absciditur, particula, quae divulsa ex eo est, comma dicetur. 55, 9 περίοδος ... subsistit ... ex commate (-tis *Wilmanns*) -is et versibus. 79, 2 clausulas id est minuscula -a. 83, 3 traditum est ... -um intra decem et octo tempora esse debere, metrum autem ex duobus -is subsistere (*cf.* 103, 25). 104, 2 -um portio versus. 184, 9 constat ... melos ex -o et commate. -on est quaedam ⟨pars⟩ orationis integra pedum compositione coniuncta, cuius pars comma dicitur. *sequitur definitio qualis habetur* 54, 2, *v. l. 42.* SERG. gramm. IV 485, 1 -a ... et commata eiusdem orationis singulae partes esse noscuntur. verum meminerimus in prosa -a et commata idem esse ..., in versu vero aliud et diversum. nam ubi duo liberi pedes sunt, -on dicitur, ut apud Horatium 'terruit urbes'; comma vero, quando post duos pedes vel post tres pedes sequitur syllaba, quae partem terminat orationis, ut ... 'arma virumque cano', item 'arma ... Troiae' (*sim.* POMP. gramm. V 133, 22 *sqq. cf.* 281, 33 *p. 1697, 38.* ISID. orig. 1, 19, 6). VLT. SYLL. gramm. IV 222, 20 nascitur ... ex pede comma, ex commate versus, ex versu (versus, ex versu *del. du Mesnil: Komma, Kolon, Periode. Frankfurt a. O. 1894 p. 111; possis transferre post* -o) -on, ex -o periodos. comma est, cum particula versus vim sensus ostendit ...; -on, cum in fine versus ex maxima parte sensus concluditur. CLEDON. gramm. V 34, 8 comma est caesura finita cum sensu, ut 'Caesar in arma furens' (*Lucan. 2, 439*); -on est caesura curta, ut 'Italiam fato profugus'. RHET. min. p. 590, 15 -on pars integris pedibus impleta, ut 'defecisse ... sua' (*Verg. Aen. 12, 2*), comma pars versus imperfecta, ut 'arma ... cano' (*ibid. 1, 1*). GRAMM. suppl. 231, 15 *v. p. 1697, 46 sqq.* GLOSS. Plac. V 92, 4 -a totus versus est, commata autem ipsae incisiones pedum. BASS. gramm. VI 266, 25 *metrum sapphicum* tri⟨a⟩ -a habet paria, quartum brevem clausulam. 267, 2 composita ... -a *sunt* huius carminis (*sapphici*) singula ex duobus commatibus. 267, 29 *al.* 270, 11 secundum -on, quod est longius, tres habet choriambos et unum antibacchium. QVINT. inst. 9, 4, 78 Anacreontion ... -on efficias. TER. MAVR. 1785 verbo numquam uno -a ligari. 1865 dactylicum *metrum* -is esse vides geminis. 2512 -on ... iunctum tribus trochaeis. 2535 -on ... in usu carminis est Horati. FORTVN.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gramm. VI 294, 26 strophe duobus ... -is explicata. 294, 27 quod ... -a mutentur. 300, 21 *al.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 52, 16 pro metro frequenter -is utimur, cum aliquam oden ... metimur per -a. 53, 26 de -is metrorum. 58, 6 *lyrica carmina* versibus -isve et commatibus componuntur. 58, 22. 64, 33 versus in duo -a formandus est. 74, 8 heroici versus hexametri -a seu commata alia sunt ... *ἀρκτικά*, alia *eqs.* 94, 28 -um ... pentasemum. 103, 26 -i mensuram. 142, 17 *metra* conectens per -a et commata. 154, 11 -on ... trochaeos ... recipit. 160, 34 unius generis ... -a. 178, 15 *hexametro* subiacet -um quod vocatur tetrametrum epicum catalecticum. 181, 14 *al.* DIOM. gramm. I 494, 21 *pedes hexametri* quattuor et viginti temporibus metri totius sive tomas vel commata sive -a ... concludunt. PRISC. gramm. III 459, 6 *primus versus Aeneidos* dividitur in caesuras per -a ... in novem, per commata ... in duas. 460, 12 per -a divisio separat integras partes orationis, per pedes vero secundum metri rationem, et per commata similiter. **2** *in oratione pedestri: definitiones*: DON. gramm. IV 372, 22 in lectione tota sententia periodus dicitur, cuius partes sunt -a et commata (DIOM. gramm. I 439, 9. 465, 5 SERV. gramm. IV 428, 5 IVL. VICT. rhet. 22 p. 439, 20 POMP. gramm. V 281, 21. 282, 7 MART. CAP. 5, 527 CASSIOD. gramm. VII 146, 19 ISID. orig. 1, 19, 2. *cf.* AQVILA rhet. 18 p. 27, 32 FORTVN. rhet. 3, 10 p. 127). DIOM. gramm. I 466, 3 fit ... ex coniunctione verborum comma, ex commatibus -on, ex -is periodos. ISID. orig. 2, 18, 1 componitur ... instruiturque omnis oratio ⟨verbis⟩ commate -o et periodo. comma particula est sententiae (*cf.* GLOSS. V 502, 49), -on membrum, ..., fit autem ex coniunctione verborum comma, ex commate -on, ex -o (-is *trad.*) periodos. 466, 17 *ex duobus commatibus* (*Cic. Mil. 1* 'etsi ... iudices' *et* 'ne ... timere') iam factum est -on, id est membrum, quod intellectum sensui praestat (ISID. orig. 2, 18, 2). IVL. VICT. rhet. 22 p. 439, 22 comma concisa in singulas partes brevis oratio, ut ... (*Cic. Catil. 2, 1*) 'abiit ... erupit'. -on vero per membra definitae breviter dictiones, ut ... (*Cic. Catil. 1, 1*) 'quousque ... audacia?' SERG. gramm. IV 485, 1 *sqq. v. p. 1696, 58.* POMP. gramm. V 133, 11 -a et commata non sunt partes orationis, sed partes periodi, id est non sunt membra quaedam continua, sed partes sunt continuorum membrorum. *sequuntur exempla petita ex Cicerone. nota* 133, 21 ubiubi suspendendus est sensus ita, ut nec iam videatur expletus nec desit aliquid, -on dicitur. 133, 24. 281, 33 -on dicitur, quotienscumque integri pedes determinant sensum; comma dicitur, quotienscumque post integros pedes superest syllaba, quae determinat sensum. *seq. exempla partim ex poetis petita.* GRAMM. suppl. 231, 8 *sqq.* -a et commata in communi sermone, i. in prosa unum idemque significant. sunt enim eiusdem dictionis partes, sed in minoribus partibus -on dicimus. in carmine vero, i. in metro aliud et diversum est. nam ubi duo pedes liberi sunt, i. nulla remanente syllaba (231, 15), -on est; comma vero, ubi post duos pedes superest syllaba, quae partem terminat orationis. GLOSS. IV 45, 18 -a dictio longa. V 278, 69 -a frust[r]a dictionum. 627, 14 -a sententia prolongata. FRONTO p. 151, 5 N. ut veterum commata, ut -a[s] synonymorum ratione converteres. DIOM. gramm. I 467, 21 in -is ... componendis struendisque. POMP. gramm. V 281, 32 componere ... in -is et in commatibus. 282, 8 quattuor esse necessaria -a *in periodo.* HIER. quaest. hebr. in gen. p. 13, 25 in praesenti -o (φ, loco βγ). praef. Vulg. Is. ut per -a scribantur et commata *Demosthenes et Tullius.* praef. Vulg. Ezech. adv. Rufin. 2, 27 ut ... silvam nominum ... sensuumque barbariem per versuum -a digererem. *sic de Hieronymi translationibus*: CASSIOD. inst. div. praef. p. 1109$^{C}$ -is et commatibus translationem suam ... distinxisse (*ibid.* ad vicem distinctionum -is et commatibus ordinavit. 12 p. 1124$^{C}$. 15 p. 1129$^{D}$). MART. CAP. 5, 520 de monosyllabo ... praeceptum in -o melius collocamus aut commate, non in fine sententiae. 5, 529 *periodum unius membri μονόκωλον περίοδον* appellant, cum sit -on potius. optima ... oratio fiet si ... -o consocietur. 5, 532 *ὁμοιόπτωτον* ... quod -a omnia in eosdem casus cadunt. 5, 536 *διεζευγμένον* ..., cum diversis redditionibus verborum -a disiungimus. ISID. orig. 1, 19, 1. *nota*: VEN. FORT. carm. praef. 1 *veteres* colae fonte proflui, commate succiso venusti. 5, 1, 6 -ae pampinosae diffundis propagines, quod vero libuerit acuti commatis falce succidis. **3** *diserte de signo distinctionis* (*cf. etiam supra l. 54*): ISID. orig. 1, 19, 2 prima positura subdistinctio dicitur, eadem et comma est. media distinctio ... est -on. 1, 19, 4 ubi ... aliquid superest de sententiae plenitudine, fit -on, mediamque litteram puncto notamus. GRAMM. suppl. 231, 6 per -on media intelligitur distinctio, per comma subdistinctio.

*composita graeca*: monocolos, tricolos (-on, -um), tetracolos. orthocolus. *Hey.*

**1. colōna** *v. sub* colonus.

**2. colona** (GLOSS. III 575, 61. 589, 52) *i. q.* cunila, *q. v.*

**colōnārius**, -a, -um *a* colonus. *ad colonos pertinens*: GLOSS. III 51, 8 -iis *κολωναρίοις*. COD. Iust. 11, 8 (7), 7, 1 (*a. 380*) si qua ... originaria *mulier* seu -a possessionis alienae ignaro domino ... associabitur. NOVELL. Valent. 31, (30), 1 (*a. 451*) eum ... iure -o serviturum (NOVELL. Iust. 7 praef. 1 hoc quod vocatur -um ius. GREG. M. epist. 4, 21). SIDON. epist. 5, 19, 2 plebeiam potius ... habere personam quam -am. CONC. Aurel. a. 538 p. 81, 19 ut nullus servilibus -iisque condicionibus (COD. Iust. 1, 4, 24. 8, 51, 3 pr. 1. 11, 48, 23, 1 LEX Burg. Rom. 46) obligatus iuxta statuta sedis apostolicae ad honores ecclesiasticos admittatur. COD. Iust. 11, 48 (47), 22, 3 (1) operis. [*traditur* VLP. reg. 19, 4 *cod. Vat. sed cf. p. 1704, 65.*]

**colōnātus**, -ūs *m.* [*a* colonus. *Th.*]. **1** *proprie colonorum condicio misera*; GLOSS. V 312, 11 res quae pertinet ad colonos, ius colonorum. COD. Theod. 14, 18, 1 (*a. 382*) ut ... eorum, quos natalium sola libertas prosequatur, -u perpetuo fulciatur quisquis ... lenitudinem prodiderit. 12, 19, 2 (*a. 400*) si -us quis aut inquilinatus quaestionem movere tentaverit. NOVELL. Valent. 27, 1, 1 (*a. 449*) emeritos aulicis honoribus viros trahi ad laqueos vilissimi -us. VICT. VIT. 3, 20 relegati -us iure ad excolendum agros accipiatis. NOVELL. Iust. app. 6 neminem de colonis, qui temporibus Vandalorum de possessione egressi sunt et inter liberos commorati sunt, iterum attrahi et ad -us condicionem iterum reduci. 9 clericos in officiis ecclesiasticis constitutos ex iure -us sollicitare. **2** *translate: usus, exercitatio*: SEDVL. op. pasch. 3, 1 p. 232 *Christus* vitis virtutis -u fructifera.

***colōnia**, -ae *f.* [*a* colonus. *Th.*]. SIC. FLACC. grom. p. 135 -ae ... inde dictae sunt, quod [populi] Romani in ea municipia miserint colonos. *cf. infra l. 55.* SERV. auct. Aen. 1, 12 -*a* dicta ... est a colendo. AVG. civ. 10, 1 p. 402. GRAMM. suppl. 98, 13 colonus coloni -a. NOT. Tir. 38, 41 colonus, -a. ISID. orig. 15, 2, 9 -a a cultu agri est dicta (*cf.* HYG. lim. grom. *infra l. 57*). *graecolatine κολωνία vel κολωνεία; κολονεία*: PAPYR. Wessely, Wien. Stud. 24 (1902), 134 INSCR. Graec. Rom. Cagnat III 303 (*?*). *scribitur* q(uolonia) *in nummis cf. Hübner, Hermes 8 (1874) 238sq. de formis: gen. sing.* -ai: CORP. I 1246 (= X 852). IX 5074. *dat. et abl. pl.* coloneis LEX Iul. munic. (Corp. I$^{2}$ 592) 83. 142. 158. colonis CORP. III 7334. colonís MON. Ancyr. 4, 27. 30. *in titulis tam perscribitur quam notatur, plerumque sine ulla, ut videtur, certa causa, sed notatur neque in* LEGE agr. (Corp. I$^{2}$ 585) *neque* LEGE Iul. munic. (Corp. I$^{2}$ 592). *notatur* c: LEX Vrson. (Corp. I$^{2}$ 594) *plerumque in formula* c(olonia) G(enetiva) I(ulia), LEX Rubr. (Corp. I$^{2}$ 592) *saepius in enumeratione* o(ppidum) m(unicipium) c(olonia) p(raefectura) f(orum) v(eicus), TAB. cer. Pomp. (Corp. IV suppl.) 138 *sqq. in formula* c(oloni) c(oloniae) V(eneriae) C(orneliae), LEX arae Aug. Narb. (Corp. XII 4333) 1, 11 c(oloniae) I(uliae) P(aternae) *al.* col: LEX Vrson. (Corp. I$^{2}$ 594) 91 (*bis*). 103. 106. 125 (*bis*), LEX arae Aug. Narb. (Corp. XII 4333) 2, 30. *in al.* INSCR. *passim.* colon: LEX Vrson. (Corp. I$^{2}$ 594) *ab* 61 *usque ad* 100 *passim, in aliis titulis rarius.* coloniar(um): CORP. VI 1419. *v. etiam nom. propr. legitur inde a* PLAVTO *et* CATONE. *agitur in titulis saepissime de rebus -arum, ut in* LEG. Iul. munic. Vrson. *al. nec non in scriptis, ut* LIB. col. *de re v. Kornemann, PW. IV 511 sqq.*

**I** ***deductio animantium*** *in alium locum* ***colendi causa*** *facta*: GLOSS. *ἀποικία*. II 573, 36 peregrinatio. **A** ***proprie*** *de hominibus: de variis gentibus (cf. p. 1703, 37 sqq.), imprimis de Romanis. generatim i. q. genus civitatis*: SIC. FLACC. grom. p. 135 civitates ... -ae dicuntur, municipia, quaedam praefecturae. p. 163 civitates id est ... municipia et -as et praefecturas. ISID. orig. 15, 2, 7 civitates sunt aut -ae aut municipia aut vici aut castella aut pagi appellantur. *definitur*: ASCON. Pis. p. 3 Cl. duo ... genera earum -arum, quae a populo Romano deductae sunt, fuerunt, ut Quiritium aliae (*sic Baiter*; fuerunt itaque *codd.*), aliae Latinorum essent. HYG. grom. p. 113 -ae sunt quae ex eo nomine accipiuntur, quod Romani in eisdem civitatibus colonos miserunt (PS. AGENN. grom. p. 18). SIC. FLACC. grom. p. 135. HYG. lim. grom. p. 176 augendae rei publicae causa illustres Romanorum viri urbes constituerunt, quas aut victoribus populi Romani civibus aut emeritis militibus assignaverunt et ab agrorum nova dedicatione culturae -as appellaverunt. GELL. 16, 13, 8 -*ae* non ... veniunt extrinsecus in civitatem nec suis radicibus nituntur, sed ex civitate quasi propagatae sunt *eqs.* 16, 13, 9 -ae quasi effigies parvae simulacraque *populi Romani* esse quaedam videntur. SERV. auct. Aen. 1, 12 veteres -as ita definiunt: -a est coetus eorum hominum, qui universi deducti sunt in locum certum aedificiis munitum, quem certo iure obtinerent. alii: -a est quae graece *ἀποικία* vocatur; dicta autem est a colendo; est autem pars civium aut sociorum missa, ubi rem publicam habeant ex consensu suae civitatis aut publico eius populi unde profecta est consilio. hae autem -ae sunt quae ex consensu publico, non ex secessione sunt conditae. ISID. orig. 15, 2, 9 -*a* defectu indigenarum novis cultoribus adimpletur. *coniungitur cum aliis civitatium generibus:* LEX agr. (Corp. I$^{2}$ 585) 22 oppidum (LEX Rubr. [Corp. I$^{2}$ 592] 2, 2. 26. 53. 58 LEX Vrson. [Corp. I$^{2}$ 594] 73, 2 PLIN. nat. 3—6 *et* LIB. col. I *et* II *passim. cf.* CIC. leg. agr. 2, 73 ut -*ae* esse non oppida Italiae, sed propugnacula imperii viderentur. PLIN. nat. 3, 7 oppida omnia numero CLXXV, in iis -ae VIIII). LEX agr. (Corp. I$^{2}$ 585) 31 moinicipieis (*bis.* LEX Mamil. [grom. p. 263] 3 CIC. *saepius, ut* leg. agr. 1, 17. 2, 75. 86. 98 *al. item al. passim, praecipue in* INSCR.). CIC. leg. agr. 2, 75 praesidiis. Pis. 51 praefectura (Phil. 2, 58. 4, 7 Q. CIC. pet. 30 LEX Rubr. [Corp. I$^{2}$ 592] 1, 42. 2, 2. 26. 53 *al. in* INSCR.). Q. CIC. pet. 30 locum (LEX Rubr. [Corp. I$^{2}$ 592] 1, 42). f(oro) v(eico) c(onciliabulo) c(astello) t(erritorio): LEX Rubr. [Corp. I$^{2}$ 592] 2, 2. 26. 53. 56. 58; LEX Mamil. [grom. p. 265] 5



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*sine* vico castello territorio. LEX Iul. munic. [Corp. I² 593] 83. 84 85 *al. item sine* vico castello territorio). BELL. Alex. 56, 4 conventibus. VARRO ling. 5, 143 urbes (PLIN. nat. 3, 88). *cf.* CIC. Catil. 2, 24 urbes -arum ... respondebunt Catilinae tumulis silvestribus. CORP. VIII *saepissime* res publica -ae, *ut* 2380 *sqq.* 4876 *sqq. al. similiter saepius* CORP. VIII ordo -ae. *significatur res, ut praecipue* PLIN. nat. 3—5 *in geographicis, sed plerumque metonymice subintellegendi sunt etiam -ae homines, incolae al.*

**1** *exempla secundum structuras ordinata:* **a** *pro subiecto:* CIC. Verr. 6, 58 quae -a est in Italia tam bono iure ... quam Mamertina civitas? Font. 46 propugnat ... pro salute M. Fontei Narbonensis -a. Sest. 32 nulla *erat* -a ... nullum collegium ... quod tum non honorificentissime de mea salute decrevisset. Phil. 3, 38 id ... -as provinciae Galliae recte ... fecisse et facere. 4, 7 -as ... num aliter iudicare censetis? 6, 18 eodem incumbunt ... -ae, cuncta Italia. Q. CIC. pet. 30 ne ... -am ... esse patiare, in quo non habeas firmamenti quod satis esse possit. HIRT. Gall. 8, 51, 1 exceptus est Caesaris adventus ab omnibus ... -is incredibili honore atque amore. SALL. Catil. 58, 9 si vincimus ... nobis ... -ae patebunt. Iug. 19, 3 secundo mari prima Cyrene est, -a Theraeon. LIV. 2, 16, 8 eodem anno duae -ae Latinae ... ad Auruncos deficiunt (3, 22, 2. 4, 17, 1). 3, 4, 3 suspecta -a Antium fuit. 3, 10, 11 -am *Antium* fidam propinquam infamem fieri. 7, 30, 19 nulla -a vestra erit, quae nos obsequio erga vos fideque superet. 8, 5, 3 -as ... vestras Latinum Romano praetulisse imperium. 27, 9, 7 triginta tum -ae populi Romani erant. 27, 9, 14 consensisse omnes -as ad prodendam Hannibali urbem Romanam. 27, 10, 1 -as in fide atque officio pristino fore: eas quoque ipsas, quae officio decesserint ... verecundiam imperi habituras esse. 37, 54, 18 non, quae in sŏlo illo antiquo sunt, Graecae magis urbes sunt quam -ae earum, illinc quondam profectae in Asiam. 43, 1, 5 -am suam (*Aquileiensium*) ... inter infestas nationes Histrorum et Illyriorum esse. SEN. contr. 7, 5 (20), 12 a -a Narbonensi rogatus. VAL. MAX. 9, 15, 1 Herophilus ... C. Marium ... avum sibi vindicando ita se extulit (extudit *Gertz*), ut -ae se veteranorum complures ... patronum adoptarent. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 9 -a ... Viennensium, quam longo iam tempore senatores huic curiae confert! 2, 16 -a ... solidum civitatis Romanae beneficium consecuta est. SEN. nat. 6, 1, 2 Nucerinorum -a ut sine clade, ita non sine querela est. MELA 1, 85 Halicarnasos Argivorum -a est. 2, 32 ima eius (*Athonis montis*) tenent parvae Pelasgorum -ae. 2, 75 antestat omnis Atacinorum Decimanorumque -a. 2, 84 inde est ora Sordonum, ... -a Ruscino. 2, 122 Corsica ... praeterquam ubi Aleria et Mariana -ae sunt a barbaris colitur. PETRON. 44 haec -a retroversus crescit tamquam coda vituli. PLIN. nat. 3, 7 in iis (*oppidis Baeticae*) -ae VIIII. 3, 10 circa flumen ipsum *Baetin est* ... dextrā Corduba -a. 3, 11 a laeva Hispal -a. 3, 12 huius conventus sunt reliquae -ae immunes Tucci ... Ituci .... 3, 19 reliqua in ora ... -a immunis Ilici. 3, 20 Valentia -a III pass. a mari remota; *sic* PLIN. nat. 3—5 *passim nomina oppidorum enumerans; plerumque* in iis (*oppidis*), in ora, in mediterraneo, primum, in principio, dein, deinceps, intus, ultra -a (-ae) *sim.* TAC. Agr. 32 nec quicquam ultra formidinis: vacua castella, senum -ae. hist. 2, 20 ornatum ipsius *Caecinae* ... -ae in superbiam trahebant. 2, 62 *pleraeque* -ae aemulabantur corruptissimum quemque adulescentium pretio illicere. ann. 15, 23 locus puerperio Poppaeae -a Antium fuit, ubi ipse *Nero* generatus erat. PLIN. epist. 2, 17, 26 ceteras copias (*praeter ligna*) Ostiensis -a ministrat *al. praecipue in* INSCR. *in formula usitatissima* -a *illi vel illi* s(acrum), *sim.*

**b** *pro obiecto: de origine -ae*: -am deducere, condere, mittere *al.* CORP. I² 621 (*a. 183/181 a. Chr.*) L. Manlius ... triu(m)vir Aquileiae -ae deducundae. LEX agr. (Corp. I² 585) 22 ⟨quo in agro loco IIIvir i⟩d oppidum -amve ex lege plebeive sc(ito) constituit deduxitve conlocavitve. 23. 24. 43 M. Baebius tr(ibunus) pl(ebis) IIIvir -ae deducend⟨ae⟩. LEX par. fac. Put. (Corp. I² 698) 1, 1 ab -a deducta anno XC. LEX Mamil. (grom. p. 263 *et* 264) 3. 5. CIC. inv. 1, 17 an eo [*Carthaginem*] -a deducatur. *sic passim, ex. gr.*: CIC. leg. agr. 1, 16 deducentur ... -ae. quot? [quo *codd.*]. quorum hominum? 2, 31 -arum deducendarum causa XviROS habere pullarios. 2, 34 deducere novas, renovare veteres. 2, 73 in hos agros ... -as ab his XviRIS deduci iubet. 2, 76 Capuam. Balb. 48 cum lege Apuleia -ae non essent deductae. Phil. 2, 102 negavi in eam -am, quae esset auspicato deducta, dum esset incolumis, -am novam iure deduci. MON. Ancyr. 5, 35—37 -as in Africa Sicilia Macedonia utraque Hispania ... militum deduxi. Italia autem XXVIII -as ... me⟨is auspiciis⟩ deductas habet. LIV. 2, 21, 7 eodem anno Signia -a, quam rex Tarquinius deduxerat, suppleto numero colonorum iterum deducta est. 5, 24, 4 -am in Volscos, quo tria milia civium Romanorum scriberentur, deducendam. 10, 13, 1 Carseolos ... in agrum Aequiculorum. 35, 9, 7 -am Latinam in castrum Frentinum. 35, 40, 5 ex senatus consulto plebique scito. VITR. 4, 1, 4 *Athenienses* XIII -as uno tempore in Asiam deduxerunt. PLIN. nat. 3, 56 LIB. col. I *et* II *passim, al.* CIC. leg. agr. 1, 16 ne in Ianiculo -am constituatis (Catil. 2, 20 p. red. ad sen. 29 HYG. lim. grom. p. 180. 191 SOL. 24, 3 IVST. 43, 3, 13. *cf. supra l. 61*). 1, 20 non praeponitur huic urbi ista -a, sed opponitur. 2, 73 -as sic ... collocarunt. ut esse non oppida Italiae, sed propugnacula imperii viderentur (2, 98. Phil. 5, 27. *cf. p. 1699, 62*). Catil. 1, 8 -am ... praesidiis custodiis vigiliis esse munitam. div. 1, 3 quam ... Graecia -am misit in Aeoliam Ioniam Asiam Siciliam Italiam sine Pythio aut Dodonaeo aut Hammonis oraculo? (CAES. Gall. 6, 24, 1 propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum. *sic saepe, ut* LIV. 2, 34, 6 Norbam in montes novam -am. 8, 14, 8 Antium nova -a missa. 10, 10, 5 adversus Vmbros. SEN. dial. 11, 7, 7 quot -as in omnem provinciam misit *populus Romanus*!). div. 1, 102 in lustranda -a ... bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur. VARRO ling. 5, 143 -ae item conditae ut Roma et ideo -ae ... conduntur (VELL. 1, 15, 1. 4. 2, 7, 8 PLIN. nat. 4, 11 TAC. ann. 13, 57 IVST. 13, 4, 21. 16, 3, 4), quod intra pomerium ponuntur (VELL. 2, 7, 7 FLOR. epit. 1, 4, 2). LIV. 8, 23, 6 *quod Romanus populus* -am ... in Samnitium agro imposuerint (10, 1, 7). PLIN. nat. 5, 2 Tingi ... a Claudio Caesare, cum -am faceret, appellatum Traducta Iulia (*ibid. iterum.* SOL. 23, 8 CAPITOL. Aur. 26, 9 POL. SILV. fast. Ian. 27). *de aliis rebus*: CIC. leg. agr. 1, 24 nihil esse metuendum, nullum exercitum, nullam manum, nullas -as. 2, 86 ut ... quas velint veteres -as colonis suis occupent (2, 98). Mil. 20 squalent municipia, afflictantur -ae. Phil. 2, 58 horum flagitiorum iste (*Antonius*) vestigiis ... -as ... impressit. 2, 100 peragratis veteranorum -is. 5, 24 circumsedet *Antonius* Mutinam, ... populi Romani -am (5, 27). 5, 27 ne -am populi Romani oppugnet *Antonius* (*ibid. iterum.* 7, 15 LIV. 5, 16, 2. 9, 12, 5. 10, 36, 16). 5, 37 oppressis ... -is. 6, 2 qui -am vestram ... obsideret (TAC. hist. 1, 65). 8, 17 conservari -am populi Romani cupio, tu expugnari studes (LIV. 5, 29, 3. 6, 22, 4. 37, 21, 4). 13, 31 'veteranorum -as ... sustulistis'. nos sustulimus an contra legem comitiis centuriatis latam sanximus? Att. 16, 8, 1 -as obire. HIRT. Gall. 8, 50, 1 *Caesar* in Italiam ... est profectus, ut ... -as appellaret (*aliter infra l. 53*), quibus M. Antonii ... commendaverat sacerdotii petitionem. 8, 50, 3 iustam sibi causam ... -as adeundi existimavit (SVET. Iul. 8). LEX Rubr. (Corp. I² 592) 1, 42 utei ea nomina et municipium -a locus in eo iudicio ... includantur concipiantur. VARRO ling. 5, 143 -ae nostrae omnes in litteris antiquis scribuntur urbis, quod item conditae ut Roma. NEP. Con. 1, 1 *Conon* Pheras cepit, -am Lacedaemoniorum (LIV. 8, 24, 4. 41, 14, 2 TAC. hist. 3, 19). LIV. 1, 27, 3 Fidenates, -a Romana ... ad bellum atque arma incitantur. 3, 4, 11 Latini Hernicique et -a Antium dare Quinctio subitarios milites iussi. 6, 21, 7 ni ... auctores ... defectionis ... avertissent -as a consiliis pacis. 6, 22, 4 -am populi Romani pertinaciter a colonis defensam. 7, 42, 8 Privernates ... Norbam atque Setiam, finitimas -as Romanas, ... depopulati sunt. 9, 4, 4 si agro Samnitum decederetur, -ae abducerentur. 9, 23, 2 cum ... Romanus exercitus ad ... recuperandam ... -am ... praevenisset. 21, 56, 8 ne duorum exercituum hibernis una -a premeretur. 28, 11, 11 Mamilio praetori mandatum, ut -as ab hoste tueretur (31, 48, 4 TAC. hist. 3, 43 CORP. VIII 9663). 31, 48, 11 -am liberatam obsidione (CORP. XI 4639 metu periculorum). 37, 46, 10 quosdam taedio accolarum Gallorum reliquisse -as (CVRT. 9, 7, 11. *cf.* LIV. 39, 23, 3 desertas -as Sipontum ... Buxentum). 38, 17, 11 Macedones ... sparsas per orbem terrarum -as habent (PLIN. nat. 3, 80. 5, 29. 6, 8). 41, 14, 3 -am ex hostibus eripere. VELL. 1, 3, 3 *Homerus* hanc urbem (*Corinthum*) et quasdam Ionum -as iis nominibus appellat, quibus vocabantur aetate eius. SEN. epist. 91, 1 *incendio* Lugdunensis -a exusta est (TAC. Agr. 31. *cf.* 5 incensae -ae. LAMPR. Comm. 15, 7 ASSVMPT. Moys. 3, 2). CVRT. 4, 1, 10 *Dareus* -as ... Graecorum Ionias omni clade vastavit (TAC. hist. 2, 88). 4, 4, 19 -ae *Tyri* ... paene orbe toto diffusae sunt. MELA 1, 93 sequens tractus tangit Gargara et Asson Aeolorum -as. PLIN. nat. 3, 18 provincia ... continet ... -as XII. 3, 99 secunda regio amplexa Hirpinos ... sinu, qui Tarentinus appellatur ... contributa eo maritima -a, quae ibi fuerat. 4, 11 applicata collo habitatur -a Corinthus. TAC. Agr. 14 redacta ... in formam provinciae proxima pars Britanniae; addita insuper veteranorum -a. 16 -am invasere *Britanni.* hist. 3, 8 -am copiis validam inferre. 3, 32 tempus ... mercatus ... -am maiore opum specie complebat (*cf.* ASSVMPT. Moys. 5, 6 implebitur -a ... sceleribus et iniquitatibus a deo). 3, 57 -ae impulsae. 4, 63 -am ... diripiendam. ann. 13, 31 -ae Capua atque Nuceria additis veteranis firmatae sunt. 14, 31 excindere -am nullis munimentis saeptam. PLIN. epist. 6, 18, 1 -am advocationis officio ... obstringere. PANEG. 4, 5 -am tot tantisque opibus totius imperii erigere atque animare.

**c** *dativus*: CIC. p. red. ad Quir. 15 senatus ... salutem *meam* ... -is omnibus commendavit. Phil. 5, 53 qui ager eis -is essent, quo milites veterani deducti essent. 8, 4 quam ... -is ad excludendum Antonium auctoritatem damus? LEX Vrson. (Corp. I² 594) 77, 35 fines, qui (-ae) dati erunt. VELL. 2, 81, 2 adiectum supplementum Campanae -ae. SEN. epist. 91, 14 huic -ae (*Luguduno*) ab origine sua centesimus annus est. CORP. IV 4262 -ae Puteolanae feliciter. TAC. ann. 12, 58 Bononiensi -ae igni haustae subventum centiens sestertii largitione. FRONTIN. grom. p. 18 maxima pars finium -ae est attributa. p. 52 munificentiam -ae deberi. p. 53 quidam subseciva -is concesserunt (AGENN. grom. p. 81). HYG. lim. grom. p. 169 quibusdam -is cardo maximus et decimanus non longe a civitate oriuntur (180). p. 202 siqua beneficio concessa aut assignata -ae fuerint. AVG.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

civ. 22, 8 p. 574 *castellum Sinitense* Hipponiensi -ae vicinum est. CORP. IX 2231 Lollia ... scholam domum ... -ae ... dedit. X 103 Hadrianus ... -ae ... aquam dat.

d *ablativus*: CIC. leg. agr. 1, 16 *Italiam* -is occuparetis. 1, 17 Italiam ... -is complere (2, 34. *cf.* VELL. 2, 6, 3 *Gracchus* novis -is replebat provincias). 2, 75 libertatem ... -is interclusam. Flacc. 64 Asiae ... oram ... non ... munitam -is ... sed ... obsessam. VELL. 2, 74, 2 qui ... nominatis ... -is agros amiserant. PLIN. nat. 3, 49 ab altero ... latere ... omnia nobilibus oppidis nitent, Libarna, Dertona -a *eqs.* 3, 146 *deserta Boiorum* -a divi Claudii Sabaria habitantur. TAC. Agr. 4 Agricola ... Foroiuliensium -a ortus. FLOR. epit. 1, 8, 3 ut urbem -a extenderet *Ancus*.

e *praepositiones*: in -a; *praecipue de magistratibus*: LEX Mamil. (grom. p. 263 *et* 265) 3 *et* 5 qui *magistratus* in ea -a iure dicundo praeerit. CIC. leg. agr. 2, 93 cum ceteris in -is IIviri appellentur, hi se praetores appellari volebant. Brut. 160. Att. 8, 11$^{b}$, 2 Libonem summa ... in illa -a auctoritate. LEX Rubr. (Corp. I$^{2}$ 592) 2, 2 a quoquomq(ue) pecunia ... in eorum quo o(ppido) m(unicipio) (-a) ... petetur. 2, 26. 53. 56. 58. LEX Iul. munic. (Corp. I$^{2}$ 593) 83 *et* 85 queiquomque in ... -eis ... c(ivium) R(omanorum) IIvir(ei) IIIIvir(ei) erunt ... neiquis eorum quem in ... -a ... ⟨in⟩ senatum decuriones conscriptosve legito neve sublegito .... 89 in ... -a ... IIvir(atum) IIIIvir(atum) neve quem alium mag(istratum) petito *eqs.* 95. 98. 109. 119. 124 *al.* LEX Vrson. (Corp. I$^{2}$ 594) 62, 16 quique in ea -a aedil(es) erunt. 64, 16. 65, 22 *al.* LEX Rubr. (*?*) Atest. (Corp. I$^{2}$ 600) 5. 10. MON. Ancyr. 3, 17—19 in -is militum meorum ... viritim millia nummum singula dedi; acceperunt id triumphale congiarium in -is hominum circiter centum et viginti millia. DECRET. decur. Pis. de C. Caesare (Corp. XI 1421) 5 cum in -a nostra ... ⟨m⟩agistratuus non essent. 24. 55. LIV. 4, 11, 7 remanendo in -a. 4, 49, 10 quod in ... -a ... minus praedicatione tribuni praedae fuerit. 29, 15, 14 dilectus in ... duodecim -is ... haud difficulter est perfectus. 34, 7, 2 magistratibus in -is ... togae praetextae habendae ius permittemus. VITR. 4, 1, 4 duces ... in singulis -is. PAVL. FEST. p. 243. SEN. contr. 10 praef. *Silonem* causas agentem in Tarraconensi -a. SVET. Aug. 46 genere suffragiorum, quae de magistratibus urbicis decuriones colonici in sua quisque -a ferrent. CORP. II 1572 sacerdoti perpetuae in (-a). 1676 aedilis duumvir in -a (1680. VIII 7124). IV 3678 tales cives in -a in perpetuo. V suppl. ital. 475 in -a quaestor aedilis II duumvir II pontifex. V 4466 decurio in -a. IX 4881 flaminicae in -a. in -am: CATO or. frg. 40, 3 in -am ... scribere nolim ... spatiatorem atque fescenninum. LEX agr. (Corp. I$^{2}$ 585) 61 quantum numer⟨um⟩ ... hominum in -am -asve deduci oportuit licuitve (CIC. leg. agr. 1, 17. 2, 75 Phil. 2, 102. 5, 3 MON. Ancyr. 1, 17 LIV. 10, 6, 3 CVRT. 9, 7, 1 TAC. ann. 14, 31 *al.*). CIC. dom. 78 cives Romani in -as Latinas proficiscebantur. Balb. 48 in singulas -as ternos cives Romanos facere. off. 1, 54 *consobrini, sobrini* in alias domos tamquam in -as exeunt. NEP. Cim. 2, 2 decem milia Atheniensium in -am misit (LIV. 4, 49, 14. 8, 21, 11. 9, 24, 15. 27, 9, 11. 32, 29, 4 *al.*). LIV. 27, 9, 10 redirent ... in -as (32, 26, 3; *cf.* 28, 11, 11 in -as reverterentur). 34, 42, 5 Latini, qui in -am Romanam nomina dedissent (PAVL. FEST. p. 14 GAIVS inst. 1, 131). CORP. V 4307 divus Augustus Ti. Caesar ... aquas in -am perduxerunt (TRAIAN. Plin. epist. 10, 91 CORP. VIII 11). PETRON. 57 puer capillatus in hanc -am veni (76). SVET. Iul. 42 octoginta ... civium milibus in transmarinas -as distributis. CORP. II 4249 Valerio ... adlecto in -am. pro: LEX agr. (Corp. I$^{2}$ 585) 31 -eis seive ⟨moi⟩nicipieis seive quae pro moinicipieis ⟨-ieisve sunt⟩. *ibid.* ⟨queiv⟩e pro -a ... fruentur. LIV. 27, 10, 3 pro duodeviginti -is M. Sextilius Fregellanus respondit. de (ab), ex: CIC. Balb. 48 T. Matrinius ... dixit causam ex -a Latina. de orat. 2, 223 quom ... Brutus ... alteri *lectorum* de -a Narbonensi Crassi orationem legendam dedisset. CAES. civ. 3, 87, 5 plerique *copiarum* sunt ex -is Transpadanis. LEX Vrson. (Corp. I$^{2}$ 594) 66, 32 quos pontifices quosque augures G. Caesar ... fecerit ex (-a) Genet(iva). BELL. Alex. 56, 4 *equites* ex omnibus ... -is ... conscriptos. BELL. Hisp. 7, 4 *legio* facta ex -is. SALL. Catil. 17, 4 eo convenere ... multi ex -is. 28, 4 *Manlius sollicitare* nonnullos ex ... -is. LIV. 5, 33, 7 alterum Atriaticum mare ab Atria, Tuscorum -a, vocavere Italicae gentes. 8, 3, 9 praetores tum duos Latium habebat ... ambo ex -is Romanis. 31, 48, 7. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 10 ex ... -a *Viennensium* ... L. Vestinum familiarissime diligo. SEN. dial. 11, 6, 2 ex ... -is suis ... confluxerunt *incolae Romae*. PLIN. nat. 3, 25 (*bis*). 4, 23 attingit Isthmum parte sui, quae appellatur Megaris ab -a Megara. 4, 48 *Cherronesus* habet a -a Apro XXII passuum Resisthon. EVSEB. hist. 5, 19, 3 *Αἴλιος Πούπλιος Ἰούλιος ἀπὸ Δεβελτοῦ κολωνίας τῆς Θράκης ἐπίσκοπος* (RVFIN. *ibid.* a Debelto -a Thraciae). CIC. Cluent. 140 *rogatio* contra -am Narbonensem ferebatur. Phil. 2, 76 per ... -as ... Galliae ... cucurristi (LIV. 38, 41, 10 TAC. hist. 2, 56 ann. 6, 12 PLIN. epist. 9, 33, 5 SVET. Tib. 38 HYG. lim. grom. p. 179). LEX Vrson. (Corp. I$^{2}$ 594) 64, 9 IIviri quicumque post (-am) deductam erunt (69, 26. 93, 19). LIV. 4, 11, 5 triumviri ad -am Ardeam deducendam creati (31, 11, 3 proficisci ad -am liberandam obsidione. HIRT. Gall. 8, 24, 3. FEST. p. 197). 6, 21, 2 hostes novi praeter Volscos ... Cerceiosque et Velitras -as ... Lanuvii ... subito exorti (8, 3, 9. *cf.* PLIN. nat. 5, 5 amnis ... praeter Banasam -am defluens). LIV. 27, 10, 1 si legati circa eas -as mittantur. SEN. contr. 1 praef. 11 bellorum civilium furor ... intra -am meam me continuit. PLIN. nat. 36, 190 Belus amnis ... in mare perfluens iuxta Ptolemaidem -am. TERT. ieiun. 16 apud quasdam ... -as ... idolis suis inediam supplicem obiciunt.

f *genetivus*: *α pendet ex nomine hominum: magistratuum, sim.*: CORP. I 1246 (= X 852) C. Quinctius ... M. Porcius duo vir(i) quinq(ennales) -ai (LEX Vrson. [Corp. I$^{2}$ 594] 81, 14. 126, 29. 127, 12. 128, 12. 129, 32. 130, 39. 131, 52. 134, 39. CORP. II 4274. VIII 6944; *passim*). CIC. Sull. 61 patronum, defensorem, custodem ... -ae (LEX Vrson. 130, 43 DECRET. decur. Pis. de L. Caesare [Corp. XI 1420] 8 LIV. 9, 20, 10 CORP. XI 5215. 6337. 6362 *et in aliis* INSCR. *sescenties. adde* CORP. IV 768 Sabinum ... defensorem -ae). LEX Iul. munic. (Corp. I$^{2}$ 593) 154 legatei (LIV. 29, 15, 8 TAC. hist. 2, 14 *cf.* ann. 1, 79 -arum legationes). LEX Vrson. 61, 8 colonis ... -ae (62, 20. 73, 6. 74, 15. 75, 22; *sic passim in* INSCR.). 66, 33 pontifices (67, 11. 19. 91, 2 CORP. II 1475. VIII 4600 *al.*). *ibid.* augures (67, 11. 91, 1). 81, 14 aed(iles) (126, 29. 128, 12. 129, 32. 130, 39. 131, 52. 134, 39 CORP. II 4272. VIII 6944; *passim*). 91, 1 decurio (92, 10. 96, 3. 98, 24. 123, 4. 125, 14. 18 CORP. V 785. 1842; *passim*). 126, 29 praef(ectus) (128, 12. 129, 32. 130, 39. 131, 52. 134, 39 EDICT. imp. Aug. de aq. Venafr. [Corp. X 4842] 39. CORP. VIII 6944 -arum. 7103 i(ure) d(icundo) -arum. 7123; *passim*). 131, 4 hospes. DECRET. decur. Pis. de C. Caesare (Corp. XI 1421) 49 princeps (LIV. 3, 4, 5 VAL. MAX. 9, 3, 8 CORP. IV 1177. *cf.* INSCR. Graec. Rom. Cagnat III 264 *Καλπούρνιος ... πρίνκεψ ... τῆς ... κολωνίας*). LIV. 29, 15, 8 -ae magistratus (29, 15, 11). 29, 15, 10 censoribus -arum (29, 37, 7). TAC. hist. 2, 86 dux -ae. SIC. FLACC. grom. p. 165 civibus -arum. HYG. lim. grom. p. 169 conditores -arum. CORP. II 1180 curatori -ae (III 6818. V 5869. VI 1419 *al.*). 1630 Aug(ustalis) (-ae) (4536 *sqq.* vivir Aug(ustalis)). 3278 sacerdoti -ae (4276). VIII 8318 f(lamen) .... IV -arum.

*aliorum*: CIC. Phil. 14, 9 Antonius huius -ae et ceterarum ... hostis *eqs.* LEX Iul. munic. (Corp. I$^{2}$ 593) 84 quei quoiusque ... -ae ... erunt. LEX arae Iovis Salon. (Corp. III 1933) 10 incolis (LEX arae Aug. Narb. [Corp. XII 4333] 11 *et* 30). LIV. 6, 22, 8 expugnatores -ae. 22, 9, 2 -ae ... viribus (31, 49, 6). 27, 28, 5 -arum iuniores. 27, 39, 12 nobilitas -ae. 29, 15, 11 primoribus (SVET. Claud. 1). ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 3 omnem florem -arum. *similiter saepissime in* INSCR. genius -ae; *cf.* TERT. idol. 22. *β rerum: corporalium*: LEX Mamil. (grom. p. 264) 5 fines -ae (LEX Vrson. [Corp. I$^{2}$ 594] 73, 2. 77, 31. 98, 34. 103, 4. 104, 10. FRONTIN. grom. p. 56 *al. cf.* HYG. lim. grom. p. 170 limitibus). CIC. Phil. 2, 102 florentis -ae territorium. LEX Iul. munic. (Corp. I$^{2}$ 593) 152 *legati* libros ... -ae ... edant. LEX Vrson. (Corp. I$^{2}$ 594) 76, 27 isque locus publicus (-ae) ... esto (FRONTIN. grom. p. 20. 55. *cf.* DECRET. decur. Pis. de C. Caesare [Corp. XI 1421] 34 celeberrimo -ae loco). LIV. 22, 14, 7 moenia Romanae -ae (27, 38, 5. 34, 56, 10 TAC. ann. 13, 57. *cf.* hist. 4, 64 muros). LEX Vrson. (Corp. I$^{2}$ 594) 81, 20 pecuniam publicam ... (-ae) (FRONTIN. grom. p. 54). CORP. I 1252 (= X 787) M. Holconius d(uo) v(ir) i(ure) d(icundo) t(ertium) C. Egnatius Postumus ... parietem ... privatum (-ae) Ven(eriae) Cor(neliae) ... faciundum coeraverunt. FRONTIN. grom. p. 2 ager -arum (HYG. grom. p. 116 SIC. FLACC. grom. p. 165). p. 54 fundus -ae (AGENN. grom. p. 85). CORP. VIII 309 porticus theatri. *incorporalium*: CIC. Flacc. 101 prosint ... -arum ... laudationes. Sest. 131 dies ... natalis ... -ae Brundisinae (Att. 4, 1, 4 CORP. IX 1540). dom. 75 -arum ... decreta (p. red. ad sen. 38 PLIN. paneg. 70). p. red. ad Quir. 10 nullus motus ... -arum factus est (Pis. 41). Phil. 3, 13 consensus ... -arum. 5, 36 cum ... exercitum ... summo studio ... -arum ... provinciae Galliae ... compararit. 13, 20 -ae ... dignitas (TAC. hist. 1, 66). LEX Vrson. (Corp. I$^{2}$ 594) 64, 19 pecunia poenae nomine ob vectigalia, quae (-ae) ... erunt, in publicum redacta. 66, 7 sacra publica. 93, 20 lege (133, 35 DECRET. decur. Pis. de C. Caesare [Corp. XI 1421] 38 HYG. grom. p. 118 FRONTO p. 193, 5 N.). 127, 1 ludi scaenici. DECRET. decur. Pis. de C. Caesare (Corp. XI 1421) 13 -ae ... nostrae unicum praesidium (SVET. Aug. 25 CORP. V 7002). 44 necessitate. LIV. 6, 22, 3 perniciem. 27, 10, 9 subsidio. SEN. nat. 1, 15, 5 auxilium. PLIN. nat. 5, 20 iure (TAC. ann. 14, 27. HYG. grom. p. 118 iurisdictio coercitioque ... -ae *al.*). TAC. dial. 3 clientelae. hist. 1, 66 vetustas. ann. 1, 79 preces. 14, 33 Londinium ... cognomento ... -ae non insigne. PLIN. epist. 10, 47, 1 rationes. 10, 90, 2 salubritati et amoenitati. GAIVS inst. 2, 195 vindicationem. CORP. XI 4639 salute. 8664 testamento (-ae). VIII 10569 splendore -ae.

2 *res variae ad -ae nomen statum originem sim. pertinentes*: a *additur nomen -ae (non paucae abierunt in nom. propr.): α substantivo: anteponitur nomen*: CORP. I$^{2}$ 621 Aquileiae -ae deducundae. LIV. 1, 3, 4 Lavinium et Albam Longam -am deductam. 2, 21, 7 Signia -a. 6, 21, 2 Cerceiosque et Velitras -as. 9, 12, 5 Fregellae; *passim*. *postponitur*: LIV. 3, 4, 3 -a Antium (3, 4, 11). 10, 3, 2 -a Carseoli. 40, 29, 1 Graviscae (ELOG. Corp. I$^{2}$ 1 p. 200 n. 32). VELL. 2, 7, 8 Carthago. *ibid.* Narbo Martius. MELA 2, 84 Ruscino; *passim*. *β adiectivo: anteponitur adi.*: CIC. Font. 46 Narbonensis -a. Att. 4, 1, 4 Brundisinae. SEN. contr. 10 praef. 14

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Tarraconensi. MELA 2, 64 Fanestris. SEN. nat. 1, 15, 5 Ostiensis (PLIN. epist. 2, 17, 26). epist. 91, 1 Lugdunensis (TAC. hist. 1, 51). TAC. hist. 2, 66 Taurinae. 3, 43 Foroiuliensem. ann. 12, 58 Bononiensi. PLIN. epist. 9, 33, 2 Hipponensis (AVG. civ. 22, 8 p. 574). SVET. Vit. 10 Agrippinensem. VLP. dig. 50, 15, 1, 1 Berytensis. 50, 15, 1, 3 Laodicena. 50, 15, 1, 9 Napocensis. *ibid.* Apulensis. SPART. Did. 1, 2 Adrumetina. AVG. civ. 3, 11 p. 108 Cumana. *al.* *postponitur*: CIC. Cluent. 140 -am Narbonensem (de orat. 2, 223 Brut. 160 SEN. contr. 7, 5 [20], 12 QVINT. inst. 6, 3, 44). Sest. 131 Brundisinae. VITR. 2, 9, 16 Fanestri. PLIN. nat. 3, 25 Accitana. *ibid.* Salariense. 4, 106 Agrippinensis (TAC. hist. 1, 57 *al.*). TAC. hist. 1, 80 Ostiensis (OROS. hist. 5, 19, 17). 1, 88 Aquinatem (2, 63). 2, 14 Foroiuliensi. 4, 45 Seniensis. ann. 1, 78 Tarraconensis. TRAIAN. Plin. epist. 10, 91 Sinopensem. CELS. dig. 50, 15, 6 Philippensis. LIB. col. I grom. p. 213 Florentina. p. 214 Volaterrana. p. 216 Ferentinensis. p. 217 Iunonia. *al.* AVG. civ. 22, 8 p. 577 Calamensi. CORP. II 1475 Astigitanae. 3278 Tuccitanae (4276). VII 248 Eboracensis. VIII 210 Cillitanae. IX 449 Venusinae. *adde* TAC. ann. 6, 12 Italicae -ae (*i. in Italia sitae*). *pron. possessivo*: DECRET. decur. Pis. de L. *et* C. Caesare (Corp. XI 1420 *et* 1421) *saepius* -a nostra (PETRON. 76 *mathematicus* venerat forte in -am nostram). ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 16 *Valerius Asiaticus* ante in domum consulatum intulit, quam -a sua . . . civitatis Romanae beneficium consecuta est. *γ genetivo gentis: anteponitur genetivus*: SEN. nat. 6, 1, 2 Nucerinorum -a, ut sine clade ita non sine querela est. MELA 1, 30 Cirta . . . , nunc Sittianorum -a, quondam regum domus. VLP. dig. 50, 15, 1 pr. Tyriorum. 50, 15, 1, 3 Ptolemaeensium. 50, 15, 1, 8 Zernensium. *postponitur*: TAC. hist. 4, 20 -a Agrippinensium. 4, 62 Treverorum (4, 72). FRONTO p. 193, 5 N. Concordiensium. CELS. dig. 36, 1, 33 (32) Philippensium (*bis*). IVLIAN. dig. 28, 6, 30 Leptitanorum. PAPIN. dig. 36, 1, 59 (57) pr. Beneventanorum. PAVL. dig. 50, 15, 8, 11 Antiochensium. CORP. II 1180 Arcensium. V 331 Aquil(eiensium) et Parentinorum. 785 Iriensium. VI 1419 Lugdunensium. VIII 309 Ammaedarensium. 4600 Petovionensium. 7044 Ardeatinorum, *passim*. *cf.* INSCR. Graec. Rom. Cagnat III 264 *Εἰκονιέων κολωνίας*. 302 *Ἀντιοχέων*. *ibid.* *Λυστρέων*. 309 *Τιβεριοπολειτῶν* 399 *Κομαμενῶν*. *al.*

**b** *notatur origo*: *α nomine populi conditoris: genetivo subst.: anteponitur genetivus*: CIC. Phil. 5, 24 Mutinam . . . *populi Romani* -am (MELA 1, 34). LIV. 5, 33, 7 Tuscorum. 8, 24, 4 Tarentinorum. 38, 41, 10 Graecorum. VELL. 1, 3, 3 Ionum. MELA 1, 77 Samiorum. 1, 84 Rhodiorum. 1, 93 Aeolorum. 1, 98 Pelasgorum (2, 32). 1, 104 Milesiorum. 2, 60 Romanorum. PLIN. nat. 3, 105 Hirpinorum. 3, 145 Corinthiorum (APVL. met. 10, 35 Corinthiensium). *postponitur*: CIC. Phil. 5, 27 -am populi Romani (8, 17 LIV. 6, 22, 4. 27, 9, 7). SALL. Iug. 19, 3 Cyrene . . . -a Theraeon. NEP. Con. 1, 1 Lacedaemoniorum. LIV. 24, 3, 11 Bruttiorum. 37, 21, 4 Mytilenaeorum. 37, 54, 18 *urbium Graecarum*. CVRT. 4, 1, 10 Graecorum. PLIN. nat. 6, 159 Milesiorum. *adiectivo*: CIC. leg. agr. 2, 86 vexillum Campanae -ae . . . Capuae a XviriS inferetur (VELL. 2, 81, 2). HYG. frg. Gell. 10, 16, 8 -a Chalcidicensi. AMM. 22, 8, 32 Graecarum (AVG. civ. 3, 11 p. 108). *persaepe* -a Romana, *ut* LIV. 1, 27, 3 Fidenates, -a Romana (4, 17, 1). 5, 29, 3 Vitelliam, -am Romanam. 7, 42, 8 Norbam atque Setiam . . . , -as Romanas. PLIN. nat. 5, 124 Alexandria, -a Romana. *pron. possessivo*: VARRO ling. 5, 29 -a . . . nostra Volturnum. LIV. 7, 30, 19 nulla -a vestra erit, quae nos obsequio erga vos fideque superet (8, 5, 3). *β nomine viri conditoris: genetivo*: PLIN. nat. 3, 146 -a divi Claudi Sabaria (5, 75 -a Claudi Caesaris Ptolemais. 6, 8). 4, 5 -a Augusti Actium (5, 2 -a Augusti Iulia Constantia Zulil. 5, 5. 20 [*ter*]). 5, 128 -a Caesaris dictatoris Pharos (PLIN. nat. 14, 62). *adiectivo*: SALL. Catil. 28, 4 Sullanis -is. PLIN. nat. 3, 80 *-am* Marianam (INSCR. Revue archéol. 4 sér. XII 1908 p. 472). CORP. I 1252 (-ae) Ven(eriae) Cor(neliae) (*i. Pompeiorum a Sulla deductorum*). *cf.* TAB. cer. Pomp. (Corp. IV suppl.) 138 *sqq.* *praecipue inde ab imperatoribus, a quorum gente vel cognomine nomina -arum plerumque adiectis cognominibus quibusdam derivantur, ut*: LEX Vrson. (Corp. I² 594) *passim* (-a) G(enetiva) I(ulia), (-a) I(ulia). CORP. II 656 (-ae) C(laritatis) Iul(iae) Vcubitanor(um). II 4071 (-ae) I(uliae) v(ictricis) t(riumphalis) Tarrac(onis). III 6891 (-a) Iulia Olbasena. LEX arae Aug. Narb. (Corp. XII 4333) 11 *et* 30 (-ae) I(uliae) P(aternae) N(arbonis) M(artii). VITR. 5, 1, 6 -ae Iuliae Fanestri. PLIN. nat. 4, 117 Augusta Emerita (5, 21). 5, 21. CORP. II 1630 (-ae) Aug(ustae) Fir(mae). 1676 -a A(ugusta) G(emella). 4536 (-ae) I(uliae) . . . Tarrac(onensis) et (-ae) F(aventiae) I(uliae) A(ugustae) p(iae) Barc(inonensis). III 335 (-a) Iul(ia) Conc(ordia) Apamea. V suppl. ital. 1273 -ae Civicae Aug(ustae) Brixiae. II 4249 -am Caesaraugustanam. IV 2152 -ae Clau(diae) Neronesi Putiolane. VI 31692 -a Flavia Pacis Deultensium. VIII 308 (-a) Fl(avia) Aug(usta) Emerita Ammaed⟨ara⟩. *cf.* PLIN. nat. 5, 69 -a prima Flavia a Vespasiano imperatore deducta. CORP. VIII 1779 -a Aelia Aug(usta) Lares. *al. passim*. *pron. possessivo*: CIC. leg. agr. 1, 17 totam Italiam vestris -is complere voluistis. 2, 34 suis -is. 2, 75.

**c** *epitheta*: CIC. leg. agr. 2, 34 -as deducere novas (Phil. 2, 102 LIV. 4, 49, 10. 43, 1, 5 VELL. 2, 6, 3 TAC. ann. 1, 59), renovare veteres (2, 86 TAC. Agr. 4). Balb. 48 firma (Phil. 5, 24. 7, 15) et illustri (TAC. Agr. 4). Phil. 2, 102 incolumis. *ibid.* florentis (13, 20). 5, 24 splendidissimam (TAC. Germ. 41 VLP. dig. 50, 15, 1 pr. APVL. apol. 24 CORP. VIII 1183. IX 1151. XI 5283 *al.* *cf.* INSCR. Graec. Rom. Cagnat III 264 *τῆς λαμπρᾶς Εἰκονιέων κολωνίας*. 302. 1040). Phil. 6, 2 fidissimam (LIV. 3, 10, 11. *cf.* INSCR. Graec. Rom. Cagnat III 399 *ἡ . . . πιστὴ . . . κολωνία*) fortissimamque. CAES. civ. 3, 87, 5 Transpadanis (ASCON. Pis. p. 3 Cl.). MON. Ancyr. 5, 37 ⟨celeberrimae⟩ et frequentissimae. LIV. 3, 10, 11 propinquam (31, 48, 7. *cf.* TAC. hist. 2, 21 vicinae. ann. 15, 33 proximis). 43, 1, 5 infirmam. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 9 ornatissima . . . valentissimaque. PLIN. nat. 3, 12 immunes (3, 24 CORP. II 1663. VIII 8931. 8933). 3, 99 maritima (*cf.* SIC. FLACC. grom. p. 135 -as . . . omnes maritimas appellaverunt; vel quod mare in his deduceretur . . . vel quod Italia ab Alpibus in mare porrigatur *eqs.*). TAC. hist. 1, 51 infensa. 2, 19 virium et opum valida (3, 8 copiis validam). 3, 19 plano sitam. 3, 32 ditem. 4, 3 minoribus. 4, 72 rebellis. VLP. dig. 50, 15, 1 pr. Tyriorum -a . . . nobilis regionibus, serie saeculorum antiquissima, armipotens, foederis, quod cum Romanis percussit tenacissima. 50, 15, 1, 1 Berytensis -a . . . beneficiis gratiosa. APVL. met. 10, 35 nobilissimae. *dub. an huc pertineat*: INSCR. Notiz. degli scavi 1907 p. 120 (*Romae*) -a patricia Corduba.

*nomen avis domesticae, de cuius generibus et educatione fusius*: VARRO 3, 7, 1—7 COLVM. 8, 8—9 PLIN. nat. 10, 104—110 PALLAD. 1, 24. **I** *generatim*: PLAVT. Mil. 162 gallinam aut -am se sectari aut simiam dicat. VARRO rust. 3, 2, 13 in quo *genere pastionum* sunt gallinae ac -ae. 3, 2, 14 vidi greges magnos ... -arum. 3, 3, 6 -ae in turribus aut summa villa (3, 7, 1 *v. supra l. 10.* OV. Pont. 1, 6, 51 prius incipient turres vitare -ae. *cf.* trist. 1, 9, 7 veniant ad candida tecta -ae. MART. 3, 58, 18. IVV. 3, 202 *tegula* molles ubi reddunt ova -ae. TERT. adv. Val. 3). VARRO rust. 3, 5, 7 *volucres* vernaculae ut ... -ae. 3, 8, 1. VERG. Aen. 5, 488 volucrem traiecto in fune -am ... suspendit. 6, 190. HOR. carm. 1, 2, 10 quae *ulmus* sedes fuerat -is. PROP. 2, 26, 40 Argus dux erat ignoto missa -a mari (3, 22, 13 OV Ib. 265 -a est data Palladiae praevia duxque rati. *cf.* VELL. 1, 4, 1 classis cursum esse directum ... -ae antecedentis volatu. STAT. silv. 3, 5, 80). OV. met. 7, 370 placidam de corpore natae ... nasci potuisse -am. 11, 300 Thisbaeas. 13, 833 munera contingent *tibi* ... par ... -arum (*sic* STAT silv. 1, 2, 102 hic nostrae deflevit fata -ae. MART. 1, 7, 1 Stellae delicium mei -a ... vicit ... passerem Catulli. 7, 14, 6 *Stellae* in Elysio nigra -a volat. HIER. epist. 31, 1 caritate magna sunt munera accepisse a virgine ... -as). OV. Pont. 3, 3, 19 aeriae. SEN. contr. 10, 5, 28. PETRON. 86 quanto facilius sit -as ... emere quam asturconem. PLIN. nat. 8, 101 -ae ... herba quae vocatur helxine *annuum fastidium purgant.* 10, 73 perennes *sunt* ... -ae. 10, 79 invecticias esse in Asia -as. 10, 107 -ae et turtures octonis annis vivunt. 10, 133. 135 ovorum alia sunt candida, ut -is. 10, 147. 159 -ae marem semper et feminam pariunt. 10, 166 irrita ova ... concipiunt ... *non* -ae tantum. 10, 207 amici pavones et -ae *sunt.* 11, 156 nictantur ab angulis membrana obeunte -ae. 11, 170. 200 geminos sinus habent. 18, 142 farrago ... -is grata. 25, 126 peristereos ... -is admodum grata, unde et nomen. 26, 69 *tithymalli* semine albo -is gratissimo. 36, 184 *in pavimento Pergameno* -a bibens (*sim.* MART. 8, 6, 10 *in poculo* pollice de Pylio trita -a nitet. GELL. 10, 12, 9 simulacrum -ae e ligno ... disciplina ... mechanica factum volasse. GREG. TVR. glor. mart. 71 -am auream ... elidere. LIB. pontif. p. 58, 1 patenam auream cum turrem ex auro purissimo cum -am. p. 89, 2. 108, 26). MART. 1, 7, 5 quanto passere maior est -a. 8, 32, 2 blanda -a. FRONTIN. strat. 3, 13, 8 *Hirtius* -is ... epistulas saeta ad collum religabat easque ... emittebat. SVET. Aug. 94 id avium genus duram et asperam frondem ... vitet. FRONTO p. 182 N. GAIVS inst. 2, 68 in ... animalibus 'quae ex consuetudine abire et redire solent, veluti -is (dig. 41, 1, 5, 5 -arum fera natura est nec ad rem pertinet quod ... avolare et revolare solent. VLP. dig. 10, 2, 8, 1 coll. Mos. 12, 7, 10. PAVL. dig. 41, 2, 3, 16 -as ... a nobis possideri. *cf.* TERT. scorp. 15 [*in imag.*] -ae libenter errantes). TERT. carn. 3 spiritum *sanctum* -ae corpore lapsum dedisse super dominum (bapt. 8 -a sancti spiritus advolat. CYPR. unit. eccl. 9 in -a venit spiritus sanctus. LACT. inst. 4, 15, 3. OPTAT. 4, 7 p. 113 spiritale oleum ... in imagine -ae descendit. HIER. epist. 31, 2, 1. VVLG. Matth. 3, 16 spiritum dei descendentem sicut -am. PAVL. NOL. epist. 32, 10 *et passim. v. etiam p. 1731, 18 sqq.*). *cf.* TERT. adv. Val. 2 Christum -a demonstrare solita est (27 devolasse ... Iesum per effigiem -ae. FILASTR. 42, 4 Christus descendit ad Iesum in figura et similitudine -ae et Christum ipsum -am esse docebat. ORIENT. carm. app. 2, 6 -a *inter cognomina Christi* [columna *codd., sed cf.* 3, 132 saepe -a *vocatur*, dolum quia nescit ac sine felle est]. PRVD. cath. 3, 166). PORPH. Hor. carm. 3, 4, 18—19. AMBR. epist. 55, 1 inter mundi huius procellas spiritalem nutrivit -am. OPTAT. 2, 18 p. 53, 12 quantum vult consumat edacitas vulturum,



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tamen maior est numerus -arum. SERV. Aen. 3, 80 *Liber filias Anii* in -as vertit. HIER. epist. 53, 8, 10 Ionas -a pulcherrima. 143, 1 assumptis alis -ae (*cf.* VVLG. psalm. 54, 7 quis dabit mihi pennas sicut -ae). tract. in Marc. p. 362, 21 -ae non includuntur ... in cathedris sed in caveis (VVLG. Matth. 21, 12 cathedras vendentium -as evertit). VVLG. gen. 8, 8 *Noe* emisit quoque -am post *corvum*. 15, 9 sume ... mihi (*deo*) ... turturem quoque et -am (lev. 1, 14 holocausti oblatio ... de turturibus aut pullis -ae. AVG. civ. 16, 24. 43. SIDON. epist. 8, 14, 4 *et saepius*). VVLG. cant. 1, 14 pulchra es, oculi tui -arum (4, 1. 5, 2). Is. 38, 14 meditabor ut -a (59, 11 quasi -ae meditantes gememus). Ier. 48, 28 -a nidificans in summo ore foraminis. PAVL. NOL. epist. 32, 14 quae ... super signum resident caeleste -ae. AVG. agon. 22, 24. civ. 16, 24 sive inter illas (*i. conversationes hominum*) degant, sicut -a (ISID. orig. 12, 7, 61 aves in hominum multitudine conversantes). EVSTATH. Bas. hex. 6, 9 p. 932[B] -arum parvissimarum tibi phantasiam quandam perhibent *insulae*. 8, 3 p. 948[C] aliae *aves* sunt communiter viventes sicut ... -ae. CASSIOD. inst. div. 28 in -is ... alendis ... probabiles. *nota*: HIL. in Matth. 21, 4 in -a ... sanctum spiritum intellegimus. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 145[D] -a indicium est spiritus sancti. AVG. in psalm. 130, 5 -a ... spiritum sanctum significat. EVCHER. form. 4 p. 23, 12 -a: spiritus sanctus. *cf. p. 1730, 72 sqq.* *adhibetur in re medica*: CELS. 4, 15 -ae iecur recens et crudum. 5, 5 *sanguis* -ae (6, 6, 39 PLIN. nat. 29, 126. 30, 78). 5, 8 stercus (5, 12. PLIN. nat. 22, 123. 29, 105 -arum silvestrium fimum. 29, 125. 30, 38. 76). PLIN. nat. 1, 29, 38 *remedia ex* -a. 29, 81 auxiliatur contra serpentes et -arum caro recens. 30, 141 *adeps*. *pro esca est hominibus*: CAEL. AVR. chron. 1, 1, 27 *escam aegrotanti dantes* -arum pullos (4, 3, 69. CASSIOD. inst. div. 28 languentes ... reficere aut -arum fetibus enutrire). -a agrestis, silvestris: GLOSS. V 318, 44 palumba: -a silvestris grandis. VARRO rust. 3, 7, 8 in turribus ac summis villis qui habent agrestes -as (*v. etiam p. 1733, 29*). PLIN. nat. 29, 105 *supra l. 24. v. etiam p. 1733, 25.*

**II** *speciatim*: **A** *de proprietatibus columbarum, quae in proverbium venerunt*: *color*: CIC. fin. 3, 18 plumae versicolores -is *donatae* (ac. 2, 19. 79 in -a plures videri colores nec esse plus uno). ac. 2, 79 te negas ... -ae collo commoveri (LVCR. 2, 801 pluma -arum quo pacto in sole videtur ... cervices circum collumque. PROP. 4, 5, 65 torquatae -ae ... guttura. SEN. nat. 1, 7, 2 speciem falsi coloris ... -arum cervix et sumit et ponit. NERO carm. frg. 2 colla Cytheriacae splendent agitata -ae. PLIN. nat. 37, 72. APVL. met. 2, 9 -arum collis flosculos aemulatur *capillorum color*. 6, 6 candidae -ae ... picta colla torquentes. AVSON. 392, 16 *anates* collum -is aemulas. ISID. orig. 12, 7, 61 *v. p. 1730, 13*). OV. met. 2, 537 niveis argentea pennis ales ut aequaret totas sine labe -as (13, 674 niveas. 15, 715 niveis ... frequens Sinuessa -is. *cf.* EPIST. Sapph. 37 variis albae iunguntur saepe -ae. LACT. inst. 4, 15, 3 candidae). APVL flor. 11 p. 42 decolorum -arum. *plausus in volatu*: VERG. Aen. 5, 213 -a ... plausum ... exterrita pennis dat tecto ingentem. 5, 516 alis plaudentem. MART. 3, 58, 18 sonantque turres plausibus -arum. FRONTO p. 230, 2 N. non ut -ae alis plaudere. TRACT. in Luc. 5, 28 HIER. epist. 49, 20, 2. *vox*: TREB. Gall. 11, 8 non murmura vestra -ae ... vincant. VVLG. Nah. 2, 7 ancillae ... gementes ut -ae. AVG. serm. ed. Mai 57, 4 gementem. *timiditas*: VARRO rust. 3, 7, 4 nihil ... timidius -a. VERG. Aen. 2, 516 praecipites atra ceu tempestate -ae ... sedebant. VAL. FL. 8, 32 pavidae ... de more -ae. VVLG. Ezech. 7, 16 erunt in montibus quasi -ae convallium omnes trepidi. *opponitur avibus ferocibus et rapacibus*: *accipitri*: LVCR. 3, 752 *potius* tremeret ... accipiter fugiens veniente -a. VERG. Aen. 11, 722 accipiter ... consequitur ... sublimem in nube -am. HOR. carm. 1, 37, 18. OV. ars 2, 363 accipitri timidas credis ... -as. met. 5, 605 ut fugere accipitrem penna trepidante -ae, ut solet accipiter trepidas urgere -as. fast. 2, 90 accipitri iuncta -a fuit (LACT. epit. 67, 5 -a cum accipitre congregabitur). trist. 1, 1, 75 terretur minimo pennae stridore -a unguibus *accipitri* ... saucia facta. SEN. dial. 4, 16, 1 adiuvat ... accipitrem impetus, -am fuga. PLIN. nat. 10, 22 -ae ... viso *accipitre* considunt vel subvolant. 10, 108 tinnunculus ... defendit -*as* ... terretque accipitrem (10, 109). SIL. 5, 282 territa pennas colligit accipitrem cernens ... -a. AVG. bapt. 3, 2, 22 raptores non -ae, sed accipitres dici possunt. *aquilae*: VERG. ecl. 9, 13 quantum Chaonias dicunt *valere* aquila veniente -as. DIRAE 5 fugient ... aquilae ante -as. HOR. carm. 4, 4, 32 neque imbellem feroces progenerant aquilae -am. OV. ars 1, 117 fugiunt aquilas timidissima turba -ae. met. 1, 506 aquilam penna fugiunt trepidante -ae. 6, 529. MART. 10, 65, 12 tam dispar aquilae -a non est. FRONTO p. 58, 15 N. AVG. civ. 19, 12. *miluo*: HOR. epod. 16, 32 adulteretur et -a miluo (PORPH. *ad l.* diversum animal sit miluus ac -a). PHAEDR. 1, 31, 3 -ae saepe cum fugissent miluum *eqs.* (*narratur fabula. cf. p. 1733, 20*). TERT. adv. Marc. 3. *corvo*: IVV. 2, 63 dat veniam corvis, vexat censura -as. AVG. bapt. 5, 16, 21 -a inter multorum corvorum improbitatem gemens. serm. ed. Mai 61, 4 SEDVL. hymn. 1, 104. *vulturi*: DRAC. satisf. 78 blanda -a avis est, aspera vultur avis. *caret felle*: TERT. bapt. 8 quod *animal* etiam corporaliter ipso felle careat -a. AVG. serm. ed. Mai 59, 1 -a est sine dolo, sine felle, quod est amaritudo peccati. ORIENT. carm. app. 3, 132 *p. 1730, 81.* SEDVL. carm. pasch. 2, 171 volucrem quae felle caret (op. pasch. 2, 13). CASSIOD. in psalm. 54, 6 in nullum animal fellita voluntate consurgit. GREG. M. in euang. 5, 4 -a ... simplex est animal atque a malitia fellis alienum. ISID. orig. 12, 7, 61. CARM. epigr. 787, 3 sine felle -am. *at cf.* PLIN. nat. 11, 194 iungitur *fel* ... intestino tantum ... in -is. *osculatio*: OV. am. 2, 6, 56 oscula dat cupido blanda -a mari. ars 2, 465 quae modo pugnarunt iungunt sua rostra -ae. PLIN. nat. 10, 32 exosculationem ... qualem in -is. 10, 158 -ae proprio ritu osculantur ante coitum. MART. 1, 109, 2 Issa est purior osculo -ae. 11, 106, 9 basia me capiunt blandas imitata -as. 12, 65, 8 basio ... tam longo blandita, quam sunt nuptiae -arum. PACIAN. epist. 2, 7 nos tecum quasi -a ore potius quam dente confligimus. OP. imperf. in Matth. 24 p. 757 quasi -ae -is caritatis oscula porrigatis. ISID. orig. 12, 7, 61 osculo amorem concipiant. *fecunditas*: VARRO rust. 3, 7, 9 nihil -is fecundius. PLIN. nat. 10, 147 -ae deciens anno pariunt, quaedam et undeciens. POTAM. epist. ad Athan. p. 1418[D] virgo puerpera ... -a fecunditate numerosior. SERV. Aen. 6, 193 *v. infra l. 44.* *libido*: TERT. anim. 32 non ... fient ... -ae ex pudicis. EVSTATH. Bas. hex. 8, 3 p. 949[A] libidinosa est -a. *pudicitia*: PLIN. nat. 10, 104 ab iis (*perdicibus*) -arum ... spectantur ... mores inter se; pudicitia illis plurima et neutri nota adulteria. TERT. monog. 8 avis non tantum innocuae, verum et pudicae, quam unam unus masculus novit. PORPH. Hor. epod. 16, 32 dicitur -a nulli alii succumbere, quam cui se semel iunxit. *amor*: PROP. 1, 9, 5 non me Chaoniae vincant in amore -ae. 2, 15, 27 exemplo iunctae tibi sint in amore -ae. PORPH. Hor. epist. 1, 10, 5 plurimus amor -arum. AVG. in psalm. 54, 8 -a ... pro signo dilectionis ponitur; ... nihil tam amicum gentibus quam -a. OP. imperf. in Matth. 4 p. 660 prae omnibus animalibus haec cultrix est caritatis. ORIG. in Matth. 17, 22 si de caritate locutus fuerit, protulit -am. *simplicitas, innocentia* (*cf. etiam p. 1731, 57 sqq.*): TERT. bapt. 8 animal simplicitatis et innocentiae (AVG. serm. ed. Mai 20, 3 -arum innocentiam teneamus. CASSIOD. in psalm. 54, 6 avis innocens, mansueta). VVLG. Matth. 10, 16 estote ... prudentes sicut serpentes et simplices sicut -ae (*cf.* TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 421, 23 simpliciter ut -ae. monog. 8 ad simplicitatem -ae provocat. AMBR. c. Aux. 21 quid sunt -ae nisi simplices mentes. in Luc. 2, 92 virginit. 12, 70 AVG. serm. ed. Mai 20, 2. EPIST. pontif. 375 [Coelestin.] Migne 50, 487[C] ei nec -ae simplicitatem nec prudentiam defuisse serpentis. SIDON. epist. 7, 13, 4 simplicitatem -ae in ecclesia servat, in foro serpentis astutiam. EVG. TOLET. carm. 7, 5). SEDVL. epist. 1 p. 8, 1 -ae simplicis animum. OP. imperf. in Matth. 1 p. 617 GREG. M. moral. 1, 2.

**B** *attribuitur dis*: *Veneri*: *cf.* SERV. Aen. 6, 193 Veneri consecratas propter fetum frequentem et coitum. ISID. orig. 12, 7, 61 -*as* antiqui Venerias nuncupabant ab eo, quod nidos frequentent et osculo amorem concipiant. *v. etiam infra l. 74.* VERG. Aen. 6, 190. PROP. 3, 3, 31 Veneris dominae volucres, mea turba, -ae. 4, 5, 65 cape torquatae, Venus ..., -ae ... ante tuos guttura secta focos (*cf.* OV. fast. 1, 452 uritur Idaliis alba -a focis). OV. am. 1, 2, 23 maternas iunge -as (met. 14, 597 iunctis invecta -is [CLAVD. 22, 354 Venus hic invecta -is. 31, 9. DRAC. Romul. 6, 72 Cypris subvecta -is apparet]. CLAVD. carm. min. 25, 104 purpureas adnectunt frena -as. DRAC. Romul. 6, 75 florea purpureas retinebant frena -as). OV. met. 15, 386 Cythereiadas (NERO carm. frg. 2 *v. p. 1731, 39*). SIL. 4, 112. MART. 8, 28, 13 Paphiae -ae. 13, 66 ne violes ... -as, tradita si Cnidiae sunt tibi sacra deae. APVL. met. 6, 6. *adde*: PETRON. 71 ponas statuam Fortunatae meae -am tenentem. 85. *fortasse huc pertinet*: SCHOL. Verg. Veron. Aen. 5, 488. *Iovi Dodonaeo et Ammoni sacra oracula dat*: *cf.* SERV. Verg. ecl. 9, 13 in Epiro dicitur nemus fuisse, in quo responsa dabant -ae; quod ideo fingitur, quia lingua Thessala peleiades et -ae vaticinatrices vocantur (MYTHOGR. 1, 96). georg. 1, 8 ex hac *quercu*, cum fuisset excisa, -ae, quae vaticinabantur, volasse dicuntur. Aen. 3, 466 Iuppiter ... Hebae filiae tribuit duas -as ... quarum una provolavit in Dodonae glandiferam silvam ... altera autem -a pervenit in Libyam ... ut Iovis Ammonis oraculum constitueretur. PROB. Verg. georg. 1, 7 *sq.* -as existimatur ab ea regione (*i. Chaonia*) Chaonias dictas et in hoc oraculo fuisse vocales et responsa dedisse consulentibus. MYTHOGR. 2, 227 Iuppiter hic (*in silva Dodonae*) dabat responsa per -as aereas. PROP. 1, 9, 5 Chaoniae. SIL. 3, 678 in gremio Thebes geminas sedisse -as. *adde*: SERV. Aen. 1, 393 -ae non nisi regibus dant auguria, quia numquam singulae volant, sicut rex numquam solus incedit. 6, 190 bene a -is Aeneae datur augurium et Veneris filio et regi; nam ad reges pertinet -arum augurium, quia numquam solae sunt *a Syris pro dea colitur*: HYG. fab. 197 p. 126, 4 super quod *ovum* -ae consederunt et excalfactum exclusisse Venerem, quae postea dea Syria est appellata ... ob id Syri ... -as ex deorum numero habent. SCHOL. Germ. Bas. p. 81, 22. 82, 10. TIB. 1, 7, 18 alba Palaestino sancta -a Syro. IVV. 6, 549. *nota metonym.*: VVLG. Ier. 25, 38 facta est terra eorum in desolationem a facie irae -ae (*i. Babylonis*). 50, 16 a facie gladii -ae.

**C** *vox in blanditiis usurpata*: PLAVT. Asin. 209 quasi -ae pulli in ore ambae meo usque eratis. 693 dic igitur me⟨d⟩ aniticulam,



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-am vel catellum. Cas. 138 meus pullus passer, mea -a, mi lepus. Vvlg. cant. 2, 10 amica mea, -a mea, formosa mea (2, 14. 6, 8 una est -a mea, perfecta mea. *cf.* Optat. 1, 10 p. 12, 4. 2, 1 p. 32, 7 ecclesiam -am suam et sponsam suam Christus appellat. 2, 18 p. 53, 15. Pacian. epist. 1, 3 -am dei atque reginam ... scindere niterentur *haereses*. Hier. epist. 18B, 4, 4. 65, 15, 13. Ps. Prosp. prom. 1, 7, 2 ex quo *sanguine* -a ecclesia ... processit). *v. etiam infra l. 17.*

*masc.* **columbus,** -ī. Diosc. 4, 55 *herba* peristerio ... ideo nomen accepit, quia utuntur eum -i libenter, quia -i peristere vocantur graeco vocabulo (Gloss. II 332 *κολουμβος περιστερός*. 563, 35 colonbu peristeri). Gloss. III 17, 51 *φάσσα*. 604, 38 palumbis: colu⟨m⟩bus maior. *legitur inde a* Plavto. [*it.* colombo, *francog. oet.* coulon. *M.-L.*] *adde nom. propr.*

**1** *generatim*: Plavt. Rud. 887 illic in -um, credo, leno vortitur. Colvm. 8, 10, 2 locum aeque munitum et apricum, quam -i, desiderant *turdi*. Pers. 3, 16 teneroque -o et similis regum pueris (Schol. *ad l.* pueros ... blandientes -os et passeres et pullos vocant. *cf. p. 1732, 83 sqq.*). Plin. nat. 10, 25. Avg. agon. 22, 24 verum corpus columbae sine aliorum -orum ministerio figurare. civ. 12, 22 in gregibus malint vivere ... -i. c. Petil. 2, 83, 184 miluus, cum pullos rapere territus non potuerit, -um se nominet (*cf. p. 1731, 77*). serm. 90, 7 proxima sunt sibi cuiusque generis animalia ... -us -o. Chron. Alex. chron. I p. 122, 272 populus in Samaria stercora -orum comederunt. *adhibetur in re medica*: Theod. Prisc. eup. faen. 60 -orum stercore combusto. 62 log. 108. Oribas. syn. 1, 35 stercus silvestrium -orum. *pro esca est hominibus*: Colvm. 8, 8, 1 palumbos -osque cellares pinguissimos facere (*ibid.* in -is farciendis). Theod. Prisc. log. 38 dabo *aegrotanti* ... -os matri subductos (61). Apic. 6, 213. 226. Anthim. 29 -i agrestes non sunt congrui, de domesticis vero -is pipiones ... boni et sanis et infirmis. Oribas. syn. 4, 1 -i de turribus meliora sunt domesticis. 4, 3. 10. 16 -orum pulli ... digestibilia sunt.

**2** *speciatim de proprietatibus eorum: vox*: Avg. doctr. christ. 2, 2, 3 -us gemitu columbam vocat: serm 82, 11, 14 geme ut -us. *libido*: Catvll. 29, 8 perambulabit omnium cubilia ut albulus -us haut idoneus. *amor. et osculatio*: Catvll. 68, 125 nec tantum niveo gavisa est ulla -o compar quae ... dicitur ... oscula ... decerpere rostro. *inde iocose de amicitia*: Hor. epist. 1, 10, 5 cetera paene gemelli fraternis animis ... annuimus pariter, vetuli notique -i.

*deriv.*: columbar(e), columbarius, columbinus, columbulus. columbari. *cf.* Columbanus, Columbalia.

**columbār(e),** -is *n.* [*a* columbus, columba, *cf.* columbarium. *Th.*]. collumb- *fort. per iocum l. 49.* **1** *i. q. cavea columbarum*: Gloss. III 357, 22 -e *περιστερεών*. **2** *i. q. locus quo oltae cinerum reponuntur, columbarium*: Corp. XIV 1650 Sulpicia ... -e et locum donavit. *adde*: VI 8131 Abucciae Helpidi columpar⟨e⟩ quinto ollas VI quas ile dedit Abuccia aucta. *v. etiam p. 1734, 18 sqq.* **3** Prisc. gramm. II 150, 10 -r quod significat genus vinculi. Gloss. V 495, 4 genus vinculi (566, 1), catena ferri. Plavt. Rud. 888 illic in columbum, credo, leno vortitur, nam in -i collum (collus *Prisc.*) haud multo post erit (*aut* collumbari *locutus est Plautus aut* nam *non eliditur*). [*huc pertinere voluit Scaliger al.* Plavt. frg. inc. 17; *at in cod. Fest. p. 169 legitur* columbari. *v. infra l. 67.*] *adi.* **columbāris,** -e *vix latet* Corp. XV 4803 (*in amphora*) olivas colonbares. 4855 olibarum columbarum, *ubi potius nomen loci subintellegendum esse videtur; cf. adn. Dresselii et v. nom. propr. an est forma vulgaris vocis* colymbas? *v. sim. p. 1745, 51 sq.*

**columbārius,** -a, -um [*a* columbus, columba. *Th.*]. *scribitur cum apice* columbárium: Corp. VI 8022, 4 (*at ibid. 7 sine apice*). *abl. plur.* columbaris *v. p. 1734, 10 sqq. de abbreviata scriptura v. p. 1734, 17 sq. nom. insulae* Columbaria *et nom. locorum* Columbarium *v. nom. propr.*

*masc. subst.* **columbārius,** -ī: **1** *i. q. custos, dominus columbarum*: Varro rust. 3, 7, 7 *accipitres* -i interficere solent duabus virgis. **2** *sensu dubio*: Gloss. III 309, 20 -us: *περιστεροποιός*. **3** *fortasse is qui ad columbarium stat, remex (cf. l. 81 sq.)?*: Plavt. frg. inc. 17 non ego te novi, navalis scriba, -i impudens (*vix interpretandum*: 'scriba navalis columbarii' *sensu infra l. 81 allato. cf. ad l.* Fest. p. 169 sive quod columbaria in nave appellantur ea, quibus †rem geminent [remi eminent *Turneb.*], sive quod -orum quaestus temerarius incertusque. *v. etiam supra l. 51 sqq.*).

*neutr. subst.* **columbārium,** -ī: **1** *i. q. aviarium columbarum*; Gloss. II 405, 6 *περιστερεών*: Varro rust. 3, 7, 3. 11 emi fictilia -a (Colvm. 8, 8, 3). *ibid.* -a qui in tegulis habent non videntur habere peristeronas? 3, 8 Colvm. 2, 14, 1 quod *stercus* ex -is egeritur (Plin. nat. 17, 51. 52). 8, 8, 6 partes eae -i carent stercore. 8, 8, 7 vasa in angulis -i suspenduntur. 8, 11, 3 qualia *saepta* -i tectis superponuntur. Vlp. dig. 10, 2, 8, 1 quae *columbae* ęmitti solent de -o. Pallad. 1, 24. 25 -i cellae. *nota: i. q. singulae cellae aviarii*: Varro rust. 3, 7, 4 singulis paribus *columbarum* -a fiunt. *ibid.* -a singula. **2** *i. q. foramen in latere navis*: Fest. p. 169 *v. supra l. 69.* Isid. orig. 19, 2, 3 -a in summis lateribus navium loca concava per quae eminent remi, dicta ... quod sint similia latibulis columbarum. Gloss. V 617, 18 -a sunt loca in navibus per quae eminent remi.

**3** *t. t. architecturae*: . **a** *i. q. cubiculum tignorum*: Vitr. 4, 2, 4 *ὅπας* ... Graeci tignorum cubicula et asserum appellant, ubi nostri ea cava -a.. **b** *apertura tympani, quo aqua hauritur*: Vitr. 10, 4, 2 secundum axem *tympani* -a fiunt excavata in singulis spatiis.

**4** *i. q. caverna in pariete aedis, in quo ollae cinerum reponuntur, ollarium*: Corp. II 2002 -a pos⟨s⟩ideo numero VI dextra et sinistra. VI 1959 dedit Ti. Claudio ... -um totum. 5533 -a II ollae IIII. 7803a, 6/7 emit ... -a n. X ollarum n. XXXX. 7803b, 7. 8022 (*v. p. 1733, 59*). 8122 -a IX ollae XIIX. 8128 -a continua VII ab imo oll. XIV. 8133 ol. IIII -o I et II (8134). 12905. 15836 haec aedicula cum colu⟨m⟩baris quattuor adiunctis (*abl. plur. -ris*: 18049 cum aedificio ollis ossuar. columbaris. 26105 aediculam cum columbaris. XIV 1731, 10 adiectis columbaris n. XII. 1868 aedicula cu⟨m⟩ ollis et conditivo et columbaris n. II). Corp. VI 15869. 18065. 22216. 22607 patrono suo hoc -um emit et sibi. 23400 in hoc pariete quae sunt -a totius parietis sive ollaria ... comparavi. 26562. 28759 emit -um cum ollas duas. 28778. 29984. X 8299. XIV 1083. 1106, 5. *notatur*: columbar (*cf. p. 1733, 45 sq.*): Corp. VI 21161 columbar. I itum ambit(um) debetur. XIV 1530 ollas cum columbar. columb: Corp. VI 8129. 8135. 22216 -a quinque et ante columb. terram vacuam. 25677. 28126. XIV 1302. colu: Corp. XIV 1020. 'col: Corp. VI 8125. 8126. 8132. 29698. XIV 777. *de re v. Samter, PW. IV 593 et Daremberg-Saglio II 1333.*

**columbella** *v.* columella *p. 1735, 11.*

**columbīna** *herba v.* columbinus.

**columbīnāceus,** -a, -um [*a* columbinus. *Th.*]. Cael. Avr. acut. 2, 18, 111 molli gallinaceo pullo vel -o.

***?*columbinora**. Gloss. III 538, 55 herba dentaria id est stercus columpinora. columbinum *Götz* (*possis etiam* columborum *vel* columbinorum (*v. etiam p. 1731, 24. 1733, 24 infra l. 36. 71*). *ad* Gloss. III 538, 23 dracontea *pertinere putat Stadler coniciens*: id est colubrina. *v. p. 1729, 25 sq.*

**columbīnus,** -a, -um *a* columbus, columba [*loc. dub.*: Cels. 5, 18, 15]. *adde nom. propr.* [*ferrar.* clumbin '*colore turbido*'. *M.-L.*]

**1** *adiect.*: **a** *generatim i. q. ad columbam pertinens*: Cato agr. 36 stercus -um spargere (Varro rust. 1, 38, 1. 2 secundum -um *stercus* ... esse hominis. Colvm. 2, 9, 9. 2, 14, 2 maxime ... -um probamus. 4, 8, 3. 11, 2, 87 arb. 5, 4. *adhibetur in medicina*: Plin. nat. 29, 143 parotidas comprimit -um stercus. Pelagon. 131. 252. 342. 429 Chiron 396. 441. 888. 932 Diosc. 2, 83. *in officinis purpurariis*: Plin. nat. 35, 46 qui adulterant, vero Indico *colore* tingunt stercora -a). Cic. epist. 9, 18, 3 plures iam pavones confeci quam tu pullos -os (Varro rust. 3, 7, 9 saginare pullos -os. Itala lev. 1, 14 [Lugd.] *et* 5, 7 [Lugd. Aug. quaest. hept. 3, 4 *et saepius*] duos turtures aut duos pullos -os. 5, 11. 12, 6. 8. 14, 22. 30. 15, 14 [Lugd.; 1, 14 LXX *ἀπὸ τῶν περιστερῶν*, Vvlg. pullis columbae, *rell. locis* LXX *νοσσοὺς περιστερῶν* (12, 6 *περιστεράς*), Vvlg. pullos columbae *vel* columbarum]. Rvfin. Orig. in Rom. 5, 9 Op. imperf. in Matth. 10 p. 687). Hor. sat. 2, 4, 56 -o limum bene colligit ovo (Cels. 6, 18, 7 -a ... ova coquenda sunt. Cass. Fel. 29 ovi -i album). Plin. nat. 17, 259 *fimo* -o ac suillo plagis quoque arborum medentur (*adhibetur in medicina*: Plin. nat. 22, 125. 30, 28. 30. 32. 35. 58. 60. 71. 78. 80. 81. 107. 109. 117. 120. 141 Oribas. syn. 2 add. p. 846). Plin. nat. 30, 112 *sanguis* (Cass. Fel. 29 p 58 *super ovum* stillabis -um sufficientem sanguinem). Tert. adv. Val. 27 sotericiana *substantia*, id est -a. Avg. in psalm. 102, 16 quaerit deus ... confessionem in gemitu -o (*opp.* voce corvina. *cf.* serm. 82, 11, 14 non habuit gemitum -um. serm. ed. Mai 61, 4 pereat ... strepitus corvinus et assit gemitus -us). Mart. Cap. 2, 213 intuens collum -um. Op. imperf. in Matth. 1 p. 617 et -us et serpentinus interpretatur Naason. **b** *i. qui colorem columbae habet (cf. l. 34)*: Plin. nat. 14, 40 sunt ... *vites* insignes uva ... -ae. 17, 43 est *marga* ... alba, rufa, -a *eqs.* (17, 46 margam -am Galliae ... eglecopalam appellant. 17, 48. *cf.* Cet. Fav. 9 p. 295, 17 calx ... de albo saxo vel ... -o fluviatili coquatur. Pallad. 1, 10, 3. Isid. orig. 19, 10, 9 -us *lapis* a colore avis nuncupatus natura vicinus gypso). Plin. nat. 18, 124 est et *cicer* -um, quod alii Venerium appellant, candidum (22, 150).

**2** *subst.*: **a columbīnus,** -ī *m. i. q. columbus, cf.* Gloss. Althochd. Gl. III 203, 59 -us dubere (*theodisc. i. q.* '*columbus masculus*' "*Tauber*"): Plin. nat. 30, 144 mustelae cinis si detur in offa gallinaceis et -is. Edict. imp. Diocl. 4, 29 -orum par. Chiron 748 -orum (*trad., at edd.* -um) stercus (808 -i [*edd.* -um] stercus combustum. *adde supra l. 29*). Cael. acut. 1, 11, 94 pullos gallinarum et -orum.

**b columbīna,** -ae *f. nomen herbae*: Ps. Apvl. herb. 4 Graeci ... peristereona hyption ... Latini ... -am supinam ... iidem cristam gallinaceam (Diosc. 4, 60 W. *περιστερεὼν ὕπτιος* ... '*Ρωμαῖοι* ... *κολουμβίνα*). 65 Graeci peristereon orthos ... Itali cristam gallinaceam, alii -am. Diosc. 3, 141 W. *λιθοσπέρμον* ... '*Ρωμαῖοι κολουμβ⟨ίν⟩αμ*. Gloss. III 557, 40 peristereon: -a. 544, 40 personacia: -a militaris.

*deriv.*: columbinaceus.

**columbium, columbo** (-āre) *v.* colymb-.

**columbor,** -ārī *a* columbus, columba. *i. q. osculari*: Maecen. Sen. epist. 114, 5 feminae cincinnos crispat et labris -atur.

**columbulātim** *adv.* [*cf. c.* columbulus, columbari. *Th.*]. *i. q. more columbarum*: Mat. carm. frg. 12 -m labra conserens labris.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**columbulus,** -ī *m. a* columbus *deminutive.* PLIN. epist. 9, 25, 3 tu passerculis et -is nostris inter aquilas vestras dabis pennas. *fem.* Columbula *v. nom. propr.*

*deriv.*: columbulatim. *Wulff.*

**1. 2. columbus** *v. p. 1733, 8 et v. s.* colymbus *p. 1745, 58.*

**columella,** -ae *f.* [*a* columna *deminutive. Th.*]. POMP. gramm. V 164, 17 diminutivum, id est -a. PRISC. gramm. II 112, 10 quae in primitivis ante n aliam habent in eadem syllaba consonantem. haec ... addunt ... syllabam diminutivis ..., ut columna, -a. 110, 14 feminina ... in na desinentia ... geminant in diminutivis e ante a, ut ...columna -a. *extant in codd. formae*: columbella: VARRO ling. 5, 125. columnella: CAES. civ. 2, 10, 3 RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 36 POMP. gramm. V 164, 17 PRISC. gramm. III 110, 14. 112, 10 GRAMM. suppl. 70, 28 ITIN. Anton. Plac. rec. A 22. colomella: GRAMM. suppl. 96, 3. *legitur inde a* CATONE *et* LVCILIO; *singulis locis apud* CAES. civ. PLIN. epist.; *bis* CIC. phil.; *ter* VARRONEM. [*cf. ven.* colmelo. *M.-L.*] *de nom. propr. v. infra l. 57.*

1 *proprie i. q. postis, columna, pes sim.* (GLOSS. *κιονὶς ἤτοι ἐπιστύλιον. ἐπιστύλιον*): **a** *postis*: VARRO rust. 3, 5, 14 ut in culcitas et -as convivae *aves* pedibus circumire possint. **b** *in architectura, i. q. columna*: CIC. Tusc. 5, 65 animum adverti -am non multum e dumis eminentem, in qua inerat sphaerae figura et cylindri. leg. 2, 66 super terrae tumulum noluit quicquam statui nisi -am tribus cubitis ne altiorem aut mensam aut labellum. PAVL. FEST. p. 33 *ante Bellonae* templum erat -a, quae bellica vocabatur, super quam hastam iaciebant, cum bellum indicebatur (*v. p. 1740, 34*). ACT. Arv. a. 27 f 8 ⟨statua⟩m cum titulo et -a ... ponendam curavit. PLIN. epist. 5, 6, 36 vitem quattuor -ae Carystiae subeunt. CORP. VI 414 b (*a. 191*) crateram cum -a et altarium cum -a marmorea et aliam, item orbiculum cum -a. ITALA num. 3, 36 (Lugd. Monac.) *tabernaculi* -as (*τοὺς στύλους*, VVLG. columnae) et bases (ipsius) et omnia vasa eorum. *al.* AMM. 25, 2, 2 *imperatori* sub -is tabernaculi parvis cenaturo. ITIN. Anton. Plac. rec. A 22 ibi est ... -a, in qua crux posita est ... Petri. CORP. VI 32463 sacerdos Isidis ... sigill(um) memphiticu(m) cum -a d(onum) d(edit). XIV 2215, 18 labellum marmoreum cum -a. **c** *in machinis i. q. axis, pes, postis sim.*: CATO agr. 20 trapetum quo modo concinnare oporteat. -am ferream ... rectam stare oportet. *al.* VARRO rust. 3, 5, 15 in insula est -a, in qua intus axis, qui pro mensa *avium* sustinet rotam radiatam. CAES. civ. 2, 10, 3 trabes in solo ... collocantur inque eis -ae pedum in altitudinem V defiguntur. VITR. 9, 8, 7 in -a horae ex analemmatis transverse describantur menstruaeque lineae -a signentur. 10, 10, 4 *in scorpionibus et catapultis* -ae basis in solo foraminum VIII, latitudo in plinthide, in qua statuitur -a, foraminis S ⁻̄. *al.* **d** *in supellectili i. q. pes*: VARRO ling. 5, 125 vasaria mensa erat lapidea quadrata oblonga una -a. **e** *in codicibus et libris i. q. pars paginae, columna*: RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 36 Origenes ... in propriis paginis vel -is editiones eorum (*Iudaeorum*) singulas quasque descripsit. hist. 6, 16, 4 in quibus *codicibus* per singulas -as separatim opus interpretis uniuscuiusque descripsit *Origenes* (*διελών τε πρὸς κῶλον καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις*). **f** *t. t. medicorum*: GLOSS. *κιονὶς ἡ τοῦ ἀνθρώπου. σταφυλὴ ἀνθρώπου* (*sc. i. q. uva*).

2 *translate i. q. columen, subsidium*: LVCIL. 580 servus neque infidus domino neque inutilis cuiquam, Luceilei -a, hic situs, Metrophanes (MART. 11, 90, 4). DON. Ter. Phorm. 287 columen ... familiae: 'columen', culmen. an 'columen' columna, unde -ae apud veteres dicti servi maiores domus? *inde natum videtur cognomen* Columella, *v. nom. propr.*

*deriv.*: columellaris.

**columellāris,** -is *m. a* columella. *i. q. dens angularis vel caninus (qui est in superiore maxilla, i. q. 'Augenzahn'); v. Wölfflin, Archiv 13 (1904) 180*: VARRO rust. 2, 7, 2 *quarto anno equorum* incipiunt nasci *dentes*, quos vocant -es. PLIN. nat. 11, 168 cum subeunt dicti -es. VEG. mulom. 2, 33, 1 si animal iuxta -es (*trad.* collum vel molares, *cf.* colomellos CHIRON 544) vel alio oris loco os fregerit. CHIRON 775 nascuntur ei (*equo*) -es. *bis.*

**columellus,** -ī *m. a* columna. *i. q. dens angularis vel caninus, columellaris*: CHIRON 544 si iumentum mentum iuxta -os ... fregerit. DIOSC. 2, 24 de cane rabido -u(s) eius collo suspensus impetum canis rabidi non admittit. ISID. orig. 11, 1, 52 *dentes caninos* vulgus pro longitudine et latitudine et rotunditate -os vocant. [*hisp.* colmillo '*dens columellaris*'. *M.-L.*] *Mertel.*

**columen,** -inis *n.* [*idem vocabulum esse videtur quod* culmen, *cf. c.* collis, *lituan.* kalva '*locus editus*', kelti '*levare*', *fortasse c.* celsus, ex-cellere. *Th.*]. *legitur inde a* PLAVTO TER. CATONE *per totam latinitatem; habent singulis locis*: TER. CATO VARRO HOR. OCTAVIA CVRT. COLVM. VAL. FL. SIL. HOMER. LVCAN.; *binis*: CATVLL. VITR. APVL.; *ternis*: LIV. PLIN. nat. TAC.; *saepius*: PLAVT. (5^ies) CIC. (6^ies) VAL. MAX. (8^ies) SEN. (*quater*); *deest*: LVCR. CAES. SALL. NEP. VERG. TIB. PROP. OV. GRATT. MANIL. SEN. rhet. GERM. VELL. CELS. PHAEDR. PERS. PETRON. STAT. MART. IVV. SVET. CHAR. gramm. I 38, 10 *neutrale* in en ... -n *στερέωμα*. DON. Ter. Phorm. 287 -n culmen. an '-n' columna, unde columellae apud veteres dicti servi maiores domus? (*cf.* GLOSS. -n culmen unde et columnae dicuntur. culmen, columna. columna fulctrum. V 187, 10 culmen aut a -e dictum est *eqs.*). GLOSS. Plac. V 11, 10 (56, 6) vel sanitas vel sustentaculum, quia (*cod. Pal.*, qui *ceteri*) a columna fit (*cf.* DON. Ter. Phorm. 287 *p. 1735, 82.* ISID. diff. 1, 111 -n sanitas est vel sustentaculum. *cf.* TAC. hist. 2, 28. *v. Meiser, Jahrb. Phil. 129 p. 775; W. Heraeus, Hermes 21, 429*). GLOSS. *ἐπιστύλιον. ἐπιστύλιον, κορυφῶνα.* -a: *ἐπιστηρίγματα.* -n est salus vel firmitas. salus. GLOSS. Pap. colum⟨en⟩ fastigium templi. [*loc. dub.*: ACC. trag. 660 *v. p. 1737, 38*]. *cf. etiam* culmen. *nomen loci* Columen *v. nom. propr.*

*i. q. altitudo, pars summa alicuius rei*: **1** *proprie*: **a** *de domo i. q. fastigium*: PLAVT. Most. 765 umbram aestate tibi esse audivit perbonam sub divo -e (sub s⟨ud⟩o *A*, sub diu *P*) perpetuom diem (*i. sub aperto caelo et sub tecto.* ACT. Arv. a. 91 I 28 magister fratrum Arvalium manibus lautis velato capite sub divo -e contra orientem. a. 183 I 10 [*sed eadem saepius* sub divo culmine]. *cf. Leo, Archiv 10 [1896] p. 273 sq.*). PLAVT. Trin. 85 *surrupuisse* Iovi coronam de capite ex Capitolio, qui (quod *AP*) in -e (culmine *P*) astat summo (OBSEQ. 41 flamma a fastigio ad summum -n penetravit). VARRO rust. 3, 7, 1 *columbarum genus* saxatile, quod habetur in turribus ac -bus villae, a quo appellatae columbae. CIC. carm. frg. 3 (de consul.) 21 *Phoebi fax* magnum ad -n flammato ardore volabat. 55 excelsum ad -n formata decore sancta Iovis species. [LIV. 42, 3, 7 detractum culmen (-n *V*) templo]. VAL. MAX. 2, 8 pr. *disciplina militaris* e parvula Romuli casa totius terrarum orbis fecit -n (*in imag.*). SEN. Thy. 54 ornetur altum -n et lauro fores laetae virescant. GAVDENT. serm. 8 p. 888^B probavit sanctam virginem suum esse domicilium deus, ubi -n pudoris perpetuum servet ingressus (*in imag.*). *nota i. q. fastigium muri*: CATO agr. 15 macerias ex calce calceamentis silice. uti dominus omnia ad opus praebeat, altam p. V et -n p. I. *de contignatione tecti*: VITR. 4, 2, 1 sub tectis, ... si commoda *spatia*, -n et cantherii prominentes. 4, 7, 5 supraque id fastigium -n, cantherii, templa ita sunt collocanda, ut stillicidium tecti absoluti tertiario respondeat. **b** *de summo monte*: CATVLL. 63, 71 ego vitam agam sub altis Phrygiae -bus? VAL. MAX. 6, 1 pr. tu (*Pudicitia*) Palatii -n ... celebras. **c** *de capite*: PLIN. nat. 11, 135 hoc -n (culmen *rv*) altissimum, hic mentis est regimen. **d** *de summo caelo*: NIGID. frg. Serv. auct. georg. 1, 218 oritur enim Canicula cum Cancro, in -n venit cum Geminis, occidit cum Tauro. SEN. nat. 1 praef. 12 observat ubi -n eius summum cursus sit, quousque descendat. **2** *translate i. q. auctoritas, summitas sim.*: LIV. 6, 37, 10 consulatum superesse plebeis, eam esse arcem libertatis, id -n. LVCAN. 7, 594 *Caesar* nondum attigit ... humanum -n (culmen *G*), quo cuncta premuntur. PLIN. nat. 9, 106 principium ergo -nque omnium rerum pretii margaritae tenent. FRONTO p. 60, 27 N. ne meus animus amorem tuum usque ad summum -n eius persequi posset. APVL. flor. 16 p. 74 quid igitur superest ad honoris mei tribunal et -n, ad laudis meae cumulum? ARNOB. nat. 3, 35 in philosophiae studio memorabiles atque ad istius nominis -n vobis laudatoribus elevati. 7, 50 rursus urbs exiluit ad imperii -n et regium principatum (PS. LACT. inst. interpol. 1, 1, 13 *dies* quo te deus summus ad beatum imperii -n [culmen *g*] evexit). 7, 51 *eos* ad -n dominationis evexit. LACT. inst. 6, 13, 5 ad summum -n iustitia procedit. AMM. 20, 5, 3 Caesarem ad potestatum omnium -n sustulistis. 27, 6, 2 ad id escenderat -n (*VA*, culmen *G*). 30, 4, 2 quod infra imperiale -n (culmen *G*) causarum essent minutiae privatarum. SERV. Aen. 8, 664 columnae mortuis nobilibus superponuntur ad ostendendum eorum -n. alii dicunt non propter eminentiam dignitatis hoc factum, sed *eqs.* ENNOD. opusc. 3, 81 p. 351, 20 quorum possit deliberatione ... in antiquum -n soliditas desperata restitui. *fortasse huc pertinet*: TVBERO hist. 12 hinc in millesimum annum eorum -e civitas continebitur. *nota i. q. gravissima pars*: COLVM. 3, 4, 3 id enim quasi caput et -n est impensarum. *i. q. finis*: PLIN. nat. 15, 57 pars haec vitae iam pridem pervenit ad -n. **3** *metonymice i. q. caput*: **a** *de ipsis personis*: PLAVT. Amph. 367 audaciai -n. Cas. 536 senati -n, praesidium popli (Epid. 188 senati qui -n cluent. AVSON. 418, 56 patriaeque decus -nque senati). TER. Phorm. 287 -n vero familiae (DON. *ad l.* sustentatio vel decus, unde columnae dictae. EVGRAPH. *ad l.* dignitas vel certe sustentatio, unde *eqs. cf.* CIC. Verr. 4, 176 Timarchides autem, -n familiae vestrae. HIER. epist. 50, 1 hunc Dialecticum, ... Plautinae familiae -n. *adde*: COM. pall. inc. 53 te tutamen fore sperarat familiae, domuique -n). CIC. Flacc. 41 istud -n actionis tuae, Mithridates, postea quam biduum retentus a nobis effudit quae voluit omnia, ... discessit. Sest. 19 imaginem antiquitatis, -n rei publicae diceres intueri. Phil. 13, 26 in quibus *castris est* ... -n ... amicorum Antonii, Cotyla Varius. CATVLL. 64, 26 vos (*heroas*) carmine compellabo teque adeo eximie taedis felicibus aucte Thessaliae -n Peleu. HOR. carm. 2, 17, 4 Maecenas, grande mearum decus -nque rerum (ARNOB. nat. 1, 29 caput rerum et -n *deus*. CARM. epigr. 1107, 5). LIV. 38, 51, 4 unum hominem caput -nque imperii Romani esse (PRISC. Anast. 262 bello quicumque lacessunt imperii -n vestri pacemque). VAL. MAX. 4, 4, 1 fastorum illud -n *decessit.* 6, 4 ext. 2 *Socrates* Graecae doctrinae clarissimum -n. 8, 9, 3 *divus* Iulius, quam caelestis numinis tam etiam humani ingenii perfectissimum -n. 9, 12, 1 -n urbis (*Tullus Hostilius rex*) in ipsa

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

urbe raptum ne supremo quidem funeris honore a civibus decorari posset. SEN. Tro. 124 -n patriae (HOMER. 529 pugnat patriae -n [*sic FMNV*, culmen *vel* lumen *al. codd.*], Mavortius Hector. CARM. epigr. 587,6). VAL. FL. 1,117 socium nostrae -nve carinae. SIL. 15,385 Ausonii -n regni *Marcellus*. OCTAVIA 168 puer, modo sidus orbis, -n augustae domus (*cf.* CVRT. 9,6,8 Macedoniae -n ac sidus. -n domus *v. p. 1736, 71*). GELL. 19, 14, 1 aetas Ciceronis et Caesaris ... doctrinarum ... multiformium variarumque artium ... -a habuit M. Varronem et P. Nigidium. APVL. Socr. 17 p. 158 duo -a totius exercitus dissident, Agamemnon *et Achilles*. PANEG. 10,25 *Ruricius* tyrannicorum ducum -n. ARNOB. nat. 1, 8 Plato ille sublimis apex philosophorum et -n. 2, 46 deus omnium virtutum caput, benignitatis et -n. ZENO 1, 5, 6 p. 299,34 *Susanna* -n matronatus. AVSON. 191,1 primus Burdigalae -n dicere, Minervi. 406, 23 -n curulis Romulae primum. AMM. 29, 2, 9 patriciatus -a ipsa pulsavit. 30, 8, 13 Lycurgos ... ⟨et⟩ Cassios, -a iustitiae prisca. HIER. epist. 57, 12 o -n litterarum et nostrorum temporum Aristarche. 98,17 ille, -n veritatis, terminabilem dei asserit fortitudinem. 147, 8 tu bonae spei -n. in Is. 5 pr. papa Amabilis, -n caritatis et nomen. adv. Rufin. 1, 13 sapientiae -n *Rufinus*. CLAVD. carm. min. app. 2, 1 Pieridum -n *Phoebe*. MART. CAP. 5, 436 inter utrumque vero -n sectatorum praeniteat Tullius meus. SIDON. epist. 8, 5, 1 amicitiae -n, Fortunalis. carm. 2, 30 sceptrorum -n, regina Orientis (CARM. epigr. 1365, 1 [*a. 506*] sceptrorum -n, terrae decus et iubar orbis). CARM. epigr. 511, 1 -n morum ac pietatis laudibus ac titulis ornatus vixit honeste.

**b** *de rebus i. q. summa pars, decus*: VAL. MAX. 5, 1, 10 *caput Pompei* paulo ante Romani imperii -n habitum. 5, 3 ext. 3 discordes foci tui pagisque dividua tuguria Graeciae facta sunt -n (*de Athenis*). 8, 14, 1 *quamdiu totius* terrarum orbis summum -n arx Capitolina possideret. SEN. Tro. 6 -n eversum occidit pollentis Asiae, caelitum egregius labor. TAC. hist. 2, 28 sin victoriae [sanitas, sustentaculum (*inclusit Nipp.*)] -n in Italia verteretur, non abrumpendos ut corpori validissimos artus. 4, 84 *Memphim* inclutam olim et veteris Aegypti -n. ann. 6, 37 -n partium Abdagaeses gazam et paratus regios adicit. [*Schwering.*

*derivata*: *fort.* columinalis? *de* columna *v. infra l. 51 sqq.*

?**columināl**is, -e *si vera vox, a* columen *ductum videtur. fort. latet*: ACC. trag. 660 (NON. p. 235,1) hinc -e geminis aptum cornibus (colomen ala *B E Gen.*, colomen ale *G L al.* -e *sc. i. q. columen?* colomen alte *Ribbeck*).

**columis**, -e [*si vera vox est, quomodo c. adi.* incolumis *iuncta sit, non liquet; varia temptant Vetter, Glotta 2 (1910) 247 sqq.; Niedermann, Indogerm. Forsch. 26 (1909) 52 sqq. Th.*]. ISID. orig. 10, 55 -is a columna vocatus eo quod erectus et firmissimus sit. GLOSS. salvus. salvus, sospes. -es salvos. -e sanum. GLOSS. Salom. (*cf. Löwe, Gloss. nom. p. 183*) -is corpore, incolumis animo dicitur. *ibid.* -em et incolomem hoc interest: incolomem animo accipimus, -em corpore. PLAVT. Trin. 743 neque ita ut sit data *dos a patre* -em te (columen te *P*, incolumem [*om.* te] *A*) sistere illi (*filiae*) et detraxe autument. [823 *coni. Schöll.*] *Mbr.*

✕**columna**, -ae *f.* [*plerique a* columen *ducunt. sed dubito, an potius fuerit participium praesens passivum verbi* colere, *quod olim 'versare, torquere' significasse s. v.* coluber *dixi, ita ut* columna *a rotunditate appellata sit. cf.* alumnus, -a *ab* alere. *Th.*]. *cf.* DON. SERV. EVGRAPH. GLOSS. *p. 1735, 82 sqq. 1736, 56. 67. de formis: in* INSCR. *legitur* columna, *ex. gr.*: LEX vic. Furf. (Corp. IX 3513,5). colomna: CORP. I 1307 (= IX 4875). *cf.* NOT. Tir. 100, 84. PROB. app. gramm. IV 197, 25 columna non colomna. columpna: FEST. p. 290 PASS. Petr. Paul. long. 6 *al.* columa: QVINT. inst. 1, 7, 29 -am et consules exempta n littera legimus. POMP. gramm. V 283, 11 quando dico columa pro eo, quod est -a, ... dicitur barbarismus. *de significatione*: PAVL. FEST. p. 55 -ae dictae, quod culmina sustineant. GLOSS. *κίων. κιονίς. στῦλος. στῦλος κίων, στήριγμα. legitur inde a* PLAVTO ENNIO CATONE *per totam latinitatem (in versu heroico ponitur in ultimo pede); singulis locis apud* CATONEM TIB. MANIL. MELAM ASCON. PETRON. VAL. FL. FLOR.; *binis*: ENN. VAL. MAX. LVCAN. TAC. PLIN. epist.; *ternis*: PLAVT. CVRT.; *quaternis*: LVCR. HOR. QVINT.; *quinis*: SIL.; *senis*: VERG. IVV. SVET.; *septenis*: PROP. MART.; *novenis*: OV. STAT.; *11ies*: LIV. *deest*: TER. RHET. Her. CATVLLO CAES. HIRT. SALL. NEP. VELL. PHAEDRO SEN. rhet. COLVM. PERS. [*it.* colonna, *francog.* colonne. *M.-L.*] *cf. etiam nom. propr.*

I ***proprie*** *i. q. fulcimentum, postis, pilus erectus*: **A** *in architectura, domibus, templis sim.*: PLAVT. Asin. 425 iussin -is deici operas araneorum? Bacch. 823 abducite hunc intro atque astringite ad -am fortiter. ASELL. hist. 2b bubo in -a aedis Iovis sedens conspectus est. VARRO rust. 3, 5, 11 primoribus -is lapideis, pro mediis arbusculis humilibus (VITR. 5, 9, 1 PLIN. nat. 35, 172). 3, 5, 12 ut ... in aede Catuli, si pro parietibus feceris -as. frg. Prob. Verg. ecl. 6, 31 tres arae sunt in circo medio ad -as. CIC. Verr. 2, 51 quae *signa* apud te nuper ad omnes -as, in omnibus etiam intercolumniis, in silva denique disposita ... vidimus. 2, 133 hic quod moliare, non habes, nisi forte vis ad perpendiculum -as exigere. 2, 154 quattuor -as dealbandas ... locaverit. dom. 60 qui parietibus ... tectis ... -is ac postibus meis ... bellum intulistis. *ibid.* cupidos liminum meorum et -arum et valvarum. 62 -ae marmoreae ex aedibus meis ... ad socrum consulis portabantur (ASCON. Scaur. p. 27 Cl. *in* domus atrio. PLIN. epist. 9, 39, 3 VEG. mil. 4, 23 VVLG. Esth. 1, 6. *cf.* PLIN. nat. 36, 121 -as e marmore. *adde infra l. 46*). Scaur. 45 Albanas habeo -as, clitellis eas apportavi (QVINT. inst. 5, 13, 40 SVET. Aug. 72). de orat. 3, 180 -ae templa et porticus sustinent. leg. 2, 64 si quis bustum ... aut monimentum ... aut -am violarit, laeserit, fregerit. Att. 4, 16, 8 Paulus in medio foro basilicam iam paene texerit isdem antiquis -is. ad Q. fr. 3, 1, 2 -as neque rectas neque e regione Diphilus collocarat. LVCR. 4, 400 atria versari et circumcursare -ae ... pueris videantur, ubi ipsi desierunt verti. VERG. Aen. 1, 428 alii immanes ... -as rupibus excidunt, scaenis decora alta futuris. 6, 552 solido ... adamante -ae. 7, 170 tectum ... centum sublime -is. 12, 92 quae mediis ingenti adnixa -ae aedibus astabat *hasta*. HOR. carm. 2, 18, 4 non trabes Hymettiae premunt -as ultima recisas Africa (*cf. infra l. 23. 45. 66. 81*). epist. 1, 10, 22 inter varias nutritur silva -as. ars 373 mediocribus esse poetis non homines, non di, non concessere -ae (*cf.* SCHOL. Hor. sat. 1, 4, 71 bibliopolae stationes vel armaria circa pilas vel -as habebant. *ibid.* in pilis vel in -is epigrammata scribebant poetae. ars 373 -as dicit, ubi ponebant poetae pittacia, indicantes se, quo die recitaturi essent). PROP. 2, 14, 25 magna ego dona tua figam, Cytherea, -a. 2, 31, 3 in speciem Poenis digesta -is *porticus* (*cf. l. 15*). 2, 32, 11 umbrosis sordet Pompeia -is porticus. 3, 2, 9 non Taenareis domus est mihi fulta -is. 3, 23, 23 i puer et citus haec aliqua propone -a. 4, 7, 83 carmen media ... scribe -a. VITR. *persaepe, ex. gr.* 1, 1, 5 caryatides ... pro -is in opere statuerit. 3, 2, 3 -as ... angulares duas. 3, 2, 6 -as medianas. 4, 1, 1 -ae Corinthiae. 4, 1, 6 Dorica -a. 5, 9, 4 Ionicae -ae. LIV. 1, 56, 4 anguis ex -a lignea elapsus (PLIN. nat. 33, 68 VEG. mil. 4, 24 CORP. VI 975ª, III 31 [*a. 136*] -ae ligneae. VII 1069 col(umnam) lign(eam) deo Mercurio). LIV. 40, 51, 3 aedem Iovis in Capitolio -asque circa poliendas albo locavit. OV. ars 1, 495 nec tibi de mediis aliquot transire -as sit pudor. met. 2, 1 regia Solis erat sublimibus alta -is. 5, 160 ad magnae saxa -ae. fast. 3, 529 pars ... pro rigidis calamos statuere -is. Pont. 3, 2, 49 templa ... vastis innixa -is. LYGD. 3, 13 quid ... domus prodest Phrygiis innixa -is (IVV. 14, 307 *infra l. 68*). VAL. MAX. 9, 1, 4 obiecit, quod -as Hymettias in porticu domus haberet (PLIN. nat. 17, 6 -as VI Hymetti marmoris). CVRT. 8, 9, 26 regia auratas -as habet (APVL. met. 5, 1. *cf.* VVLG. exod. 26, 32 *p. 1739, 10. cf.* aurea *infra l. 73*). SEN. Phaedr. 497 mille non quaerit tegi dives -is. dial. 3, 19, 4 quid se in -a impingere? benef. 7, 1, 5 -arum novissime intervalla iungantur. nat. 1, 3, 9. 6, 20, 6 fortasse aliqua pars terrae velut -is quibusdam ac pilis sustinetur. epist. 115, 8 nos ingentium maculae -arum, sive ex Aegyptiis harenis sive ex Africae solitudinibus *eqs.* PETRON. 79 omnes pilas -asque notaverat creta. PLIN. nat. 1, 36, 3 quis primus peregrino marmore -as habuerit Romae. 1, 36, 56 de -is, genera -arum. 14, 9 Metaponti templum Iunonis vitigineis -is stetit (*cf.* RVFIN. Clement. 7, 12 *p. 1739, 12*). 18, 302 suspendunt granaria lignea -is et perflari ... malunt. 33, 52 aureae camarae, argenteae trabes et -ae atque parastaticae (VVLG. cant. 3, 10). 34, 40 modico intervallo, unde maxime flatum opus erat frangi, opposita -a. 36, 49 Numidici marmoris vestigium ... non in -is tamen crustisve ... sed in massa. 36, 56 neque ex ophite -ae nisi parvae. 36, 86 introitu lapidis e Paro -isque. 36, 88 -ae porphyrite lapide. 36, 102 -is e Phrygibus. 36, 179 sunt quae vocantur Atticae -ae. MART. 2, 14, 9 petit centum pendentia tecta -is. 3, 19, 1. 4, 18, 1 qua vicina pluit Vipsanis porta -is. 5, 13, 5. 12, 50, 3. STAT. Theb. 2, 67 ut ... celsis suamet iuga nixa -is vidit. 7, 44 ferratis incumbunt tecta -is (*cf.* VVLG. Ier. 1, 18 *p. 1739, 35*). silv. 1, 2, 152 pendent innumeris fastigia nixa -is. 3, 1, 99 distinctis stat porticus alta -is. 3, 5, 90 innumeris spatia interstincta -is. 4, 2, 29 Luna (*marmor*) ... portandis tantum suffecta -is. 4, 2, 38 Indis ... innixa -is robora. SIL. 14, 644 fora et celsis suggesta theatra -is. PLIN. epist. 8, 8, 7 leges multa multorum omnibus -is, omnibus parietibus inscripta. IVV. 1, 13 assiduo ruptae lectore -ae. 7, 182 longis Numidarum (*cf. l. 81*) fulta -is ... cenatio. 14, 60 verre pavimentum, nitidas ostende -as. 14, 307 attonitus pro electro, signisque suis Phrygiaque -a. AMPEL. 8, 16 Herculis aedes ... ibi e -a pendet cavea ferrea rotunda, in qua conclusa Sibylla. GAIVS inst. 4, 17 ex nave ... et -a aliqua pars defringebatur. *et sim. apud ceteros iurisconsultos*. APVL. met. 2, 4 atria longe pulcherrima -is quadrifariam per singulos angulos stantibus *eqs.* 5, 1 laquearia ... subeunt aureae -ae (*cf. supra l. 39*). ITALA (Lugd.) *et* VVLG. iud. 16, 25 statuerunt eum (*Samson*) stare (feceruntque eum stare VVLG.) inter duas -as (*ἀνὰ μέσον τῶν κιόνων*), supra quas domus posita erat. TERT. spect. 2 quod saxa, quod caementa, quod marmora, quod -ae dei res sunt. ANTH. 443, 1 quod tua mille domus solidas habet alta -as. SOL. 52, 42 *physeteres* enormes supra molem ingentium -arum ... se ... extollunt. PANEG. 10, 35 circo ... maximo sublimes porticus et rutilantes auro -ae tantum inusitati ornatus dederunt. VOPISC. Tac. 10, 5 -as centum Numidicas (CAPITOL. Gord. 32, 2. *adde l. 52*). CAPITOL. Pius 11, 8 mirans ... -as porphyreticas. Gord. 32, 2 villa ... ducentas -as in tetrastylo habens, quarum quinquaginta Carysteae, quinquaginta Claudianae, quinquaginta Synnades, quinquaginta Nu-



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**comātulus,** -a, -um *a* coma, comatus *deminutive*. *cf.* GRAMM. suppl. 187, 1 *sqq.* nobiles Romanorum pueri et etiam adulescentuli tunc temporis erant et sunt etiam hodie '-i', retro videlicet ab auribus promissam plus minus dimidii mensura pedis habentes comam; hinc adulatorie vel potius irrisorie *ὑποκοριστικῶς* '-i', quasi comptuli. HIER. epist. 54, 13, 1 iuvenum fuge consortia. -os, comptos atque lascivos domus tuae tecta non videant. 66, 8 ubi videris . . . ferventes mannos, -os pueros, pretiosas vestes, picta tapetia. adv. Rufin. 1, 3 saepe mihi videor in somniis -us et sumpta toga ante rhetorem controversiolam declamare. POMER. 3, 17, 1 utuntur deliciis ac vestibus accuratis ad luxuriam, -is pueris (cum matulis *alter cod.*) ac potentibus equis ad pompam *eqs.* *v. etiam nom. propr.*

**comātus,** -a, -um [*a* coma, *cf.* comans, comare. *Th.*]. PRISC. gramm. II 441, 23 a coma -us. PAVL. FEST. p. 45 caesariati -i. ISID. diff. app. 97 inter comosum et -um hoc interest, quod comosus a comae usu dicitur, -us natura, ut -a Gallia. DIFF. ed. Beck p. 48, 46 inter -um et comosum: -us cura fit, comosus natura (*item* GLOSS. V 566, 4). PRISC. gramm. II 562, 16 *habet in numero eorum*, quae cum formam habeant participiorum, tamen carentia tempore nomina esse ostenduntur (*cf. etiam* MAR. VICTORIN. gramm. VI 201, 12). NOT. Tir. 78, 65 -us. GLOSS. *κομήτης, κατάκομος*. GLOSS. Svet. Iul. 22 *v. p. 1756, 32*. *legitur inde a* CATVLLO *et* CIC. Phil. *cf. etiam* comosus *et nom. propr.* Comatus. *v. Marquardt-Mau, Privatleben p. 147, 7*.

*i. q. caesariatus, capillatus, crinitus, pilosus*: **1** *proprie*: **a** *de hominibus*: VERG. catal. 10 (8), 10 ubi iste post Sabinus, ante Quinctio, bidente dicit attondisse forcipe -a colla. SEN. dial. 9, 8, 3 Bion eleganter ait non minus molestum esse calvis quam -is pilos velli. epist. 66, 25 ut ex duobus aeque iustis ac prudentibus -um et crispulum ⟨quam calvum⟩ malis. VAL. FL. 7, 636 qualis ubi attonitos maestae Phrygas annua Matris ira vel exsectos lacerat Bellona -os. MART. 1, 72, 8 calvus cum fueris, eris -atus. 10, 83, 3 campum temporibus tegis -is. 10, 83, 11 calvo turpius est nihil -o. 12, 70, 9 o quantum diatreta valent et quinque -i. 12, 97, 4 rumpis, Basse, latus, sed in -is (*sc. pueris*). SVET. Cal. 35 pulchros et -os . . . occipitio raso deturpabat. VLP. dig. 32, 49 pr. puellae quas sibi -as (comites *Bynkershock*) mulieres exornant. FIRM. math. 4, 12, 2 alios . . . publicarum custodiarum sordibus oppressos -os ac deformes faciet interire. 4, 19, 17 crispis crinium facit bostrychis -os. PS. HIL. libell. 11 'intecto capite orare', non -um. HIER. epist. 117, 6 -os liniatosque iuvenes. **b** *de bestiis*: SOL. 30, 27 *Aethiopici lupi* bruma -i (iubati *SA*) sunt. **c** *de re personata*: **α** Gallia Comata (*cf.* DIO CASS. 46, 55, 5 *αὕτη* [*sc. Gallia transalpina*] . . . *κομᾶτα* [*κόματα codd.*] *ὅτι οἱ Γαλάται οἱ ταύτῃ ἐς κόμην τὸ πλεῖστον τὰς τρίχας ἀνιέντες ἐπίσημοι κατὰ τοῦτο παρὰ τοὺς ἄλλους ἦσαν. v. etiam Ihm, PW. IV 604 sq.*): CATVLL. 29, 3 quis potest pati . . . Mamurram habere quod -a Gallia habebat ante et ultima Britannia? CIC. Phil. 8, 27 'Galliam' inquit 'togatam remitto, -am postulo'. CELS. 7, 7, 15. MELA 3, 19, 20 regio, quam incolunt, omnis -a Gallia. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 31 destricte iam -ae Galliae causa agenda est. LVCAN. 1, 443 et nunc tonse Ligur, quondam per colla decore crinibus effusis toti praelate -ae (*cf.* COMMENT. *ad l.* tres sunt Galliae: bracata -a togata). PLIN. nat. 4, 105 Gallia omnis, -a uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur. 11, 130 atque etiam nomina ex eo Capillatis Alpium incolis, Galliae -ae. 18, 85. 33, 54. 36, 48. SVET. Iul. 22 et initio quidem Galliam Cisalpinam, Illyrico adiecto, lege Vatinia accepit; mox per senatum -am quoque *eqs.* (*cf.* GLOSS. Suet. *ad l.* '-am' i. nomen loci vel pro silvis -is aut pro hominibus comas habentibus). Tib. 9 DIMENS. provinc. 20. DIVISIO orb. 7 Gallia -a finitur ab oriente flumine Rheno, ab occidente saltu Pyrenaeo, ab septentrione oceano, a meridie flumine Rhodano et montibus Cebennicis. VIB. SEQ. geogr. p. 154, 24 Alpes Galliam togatam a -a dividunt. COSMOGR. 1, 18 COMMENT. Lucan. 1, 4 HIER. chron. a. Abr. 1992 OROS. hist. 6, 7, 1 ISID. diff. app. 97 *p. 1755, 74*. INSCR. Notiz. degli scavi 1889 p. 9 (*Bracciano*) pro cos. provinciae Narb(onensis) August⟨i i⟩n Gallia -a. GLOSS. V 279, 22 -a Gallia quae -as (*scribasne* comatos *sc.* incolas? *an* comas?) habet. **β** *de aliis rebus*: AVG. op. monach. 31, 39 timent, ne vilior habeatur tonsa sanctitas quam -a (*cf.* ISID. eccl. off. 2, 16, 7 alii criniti incedunt, ne vilior habeatur tonsa sanctitas quam -a). [*corrupte, ut videtur*: ISID. diff. 1, 90 commentarium liber, commentum vel commentatum volumen, id est, ex diversis libris -um. concinnatum *Pantinius, fort.* commodatum?] **2** *translate: de herbis, arboribus sim. i. q. frondatus*: CATVLL. 4, 11 ubi iste post phasellus antea fuit -a silva (*cf. parodiam* VERG. catal. 10 [8], 10 *p. 1755, 84*).

*deriv.*: comatulus. *cf.* Comatilla, Comatul(l)us, Comatius.

*a* comatus *vel a* comans *apud posteros natum videtur verbum finitum* **como,** -āre (**comor,** -ārī); *v.* SERV. *et* PRISC. *p. 1755, 1. 76*. GLOSS. -o *κομῶ*. -at frondet. ornat, frondiat (*sic*). *i. q. comas habere*: **1** *proprie*: **a** *de hominibus*: AVG. op. monach. 31, 39 tam aperte contra apostoli praecepta -ari (*opp.* depilari). [MART. CAP. 9, 909 Harmonia sublimis ingreditur. cuius sonorum caput auri coruscantis bratteis comebatur (comatur *β*).] **b** *de bestiis*: TERT. pall. 3 nam et de mari vellera, qua muscosae lanositatis lautiores conchae -ant. **2** *translate i. q. frondere*: PAVL. NOL. carm. 21, 299 pinus . . . semper amans celsis alta -are iugis. *Leissner*.

**comaudio,** -ītus *v. s.* coauditum.

**combāiulo,** -āre *a* com *et* baiulare. *idem q. baiulare, ferre, portare*: VEN. FORT. vita Radeg. 29, 69 a capite usque ad plantam infirma membra -at.

**combardus** (-a, -um) *a* com *et* bardus. *i. q. valde stultus*: PLAVT. Epid. 421 quasi stolidum -um (cum bardum *codd., restituit Leo*) me faciebam.

**combatt(u)o,** -ūtum, -ere *a* com *et* battuere. *idem q. battuere, caedere, percutere*: GALEN. alf'ab. 148 folia et radices in unum conbattuntur (tunduntur *var. lect.*). NOT. Tir. 71, 81 conbatuit. [*it.* combattere, *francog.* combattre, *hisp.* conbatir. *M.-L.*] *part. perf. pass. subst.*: GLOSS. III 599, 9 contusio **conbātūta**.

**combenno,** -ōnis *m. a* com *et* benna. FEST. p. 32 benna lingua Gallica genus vehiculi appellatur, unde vocantur -es in eadem benna sedentes (*de forma* combennionnes *v. Traube, Archiv 6 [1889] 266*).

**combibiōnēs** (conb- *cod.*) a bibendo dicti GLOSS. IV 223, 31 (*ex* NON. p. 38 *ubi* combibones, *sed v. p. 1757, 74*). *cf.* V 650, 7 -es (convivionis *cod.*) a convivendo (*lege* combibendo). *a* combibere, *cf.* 2. combibo.

compotorem **combibitōrem** GLOSS. V 279, 34. *a* combibere.

**1. combibo,** -ī (-itum), -ere *a* com *et* bibere. *supin. non*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*legitur, sed cf.* combibitor. *leg. inde a* CATONE. NOT. Tir. 104, 75 -it. **1** *proprie idem q. bibere, potare, sc. liquores sim.*: **a** *bibunt homines* (*subi.* guttur *v. l. 8*): HOR. carm. 1, 37, 28 ut atrum corpore -ret *Cleopatra* venenum. OV. ars 2, 326 sicco lacrimas -at ore tuas (epist. 11, 54 cogor lacrimas -ere ipsa meas. SEN. epist. 49, 1. *cf. etiam infra l. 37*). met. 7, 287 cruorem ... *Medea* replet sucis; quos postquam -it Aeson aut ore acceptos aut vulnere *eqs.* (13, 944 vix bene -erant ignotos guttura sucos. *cf. l. 27*). *aliae corporis partes*: OV. met. 5, 455 *puerum* perfudit diva (*Ceres*) polenta: -it os maculas. SCRIB. LARG. 20 oportet vero minime quater quinquiesve ... inunguere, deinde cum -erint (coniverint *L*) oculi ad singulas inunctiones (*sc. collyrium*). 227 astruente imprimenteque *medicamentum medico*, donec -ant *haemorrhoides*. **b** *terra, res solidae, liquidae*: CATO agr. 91 amurcā conspargito bene *aream* sinitoque -at (129 quam plurimum). 100 *oleum amurcā* prius colluito agitatoque diu, ut bene -at (convibat *cod. cf.* COLVM. 12, 52, 17 quae semel oleum testa -it, alteram gummitionem non recipit. APIC. 5, 203 *puls* -at oleum [cumbibat *codd.*]). agr. 109 sinito -ant *laterculi (i. panes) sapam vinumque* noctem et diem. 112 manu comprimito acina, ut -ant aquam marinam. CIC. phil. frg. V 23 qui -i purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam. OV. met. 13, 410 senis Priami Iovis ara cruorem -erat. 15, 275 sic modo -itur (cumbibitur *codd. Sen. nat. 3, 26, 4*), tecto (tacito *Sen.*) modo gurgite lapsus redditur Argolicis ingens Erasinus *fluvius* in arvis. VITR. 2, 3, 4 terra (*ex qua lateres quidam facti sunt*) ... pumicosa ... non recipit in se nec -it liquorem. SEN. Oed. 494 -it dulces humus alta sucos. nat. 3, 6, 2 *imbres* statim -unt *harenae*. COLVM. 12, 43 caseus -it *mustum* (*v. l. 39*). PLIN. nat. 17, 80 *scrobes* pluvias, *v. infra l. 43*. FRONTIN. aq. 123 ut et ⟨umorem⟩ commode structura -at. ARNOB. nat. 5, 6 cum discidio partium sanguis fluit immensus, rapiuntur et -untur haec terra (HIER. in Ezech. 24, 1 p. 275 si sanguis fundatur in terram, -at humus umorem sanguinis). PAVL. NOL. carm. 24, 111 bibit unda navem, navis undam -it, sorbentur et sorbent aquae. APIC. 5, 205 (cum bibat *cod. Vat.*). 6, 239 ius scissuris *pulli* infundis, ut -at et cum -erit assabis. 6, 256 infundis ipsos turtures, ut -ant sibi *liquamen*. 7, 320. **c** *herbae*: EPIST. Sapph. 150 grata prius lacrimas -it herba meas. COLVM. 12, 10, 2 cum *cepa* ius -erit. 12, 39, 1 ubi -erint uvae *mustum* seque impleverint. MARCELL. med. 20, 116 scillam ... coicies in *acetum* ... et cum diu macerata fuerit et -erit. **2** *latiore sensu alias res, i. q. recipere, intus excipere, re aliqua perfundi*: **a** *proprie de actione corporea*: COLVM. 12, 49, 10 dum aliquatenus baca *olivae* salem -at. PLIN. nat. 17, 80 ut solem pluviasque -ant *scrobes arborum* (MART. 10, 12, 7 i precor et totos avida cute -e soles. CLAVD. 8, 553 vestis radiato murice solem -it). STAT. Theb. 10, 675 fulminis haud citius radiis afflata cupressus -it infestas et stirpe et vertice flammas. PAVL. NOL. carm. 24, 111 *v. l. 33*. *nota quadam imagine de flamma i. q. quasi comedere i. comburere, conflagrare*: AVG. in psalm. 57, 20 ignis ... eos adhuc viventes in ira dei -it. **b** *in imagine i. q. recipere res incorporeas*: CIC. fin. 3, 9 quas *artes*, si dum est tener *puer*, -erit, ad maiora veniet paratior. SIL. 11, 400 -at illapsos ductor (*Hannibal in Italia*) per viscera luxus. TERT. spect. 15 simul inquinamentum -erunt. bapt. 4 sanctificatae *aquae* vim sanctificandi -unt. NOVATIAN. trin. 28 p. 942[B] qui hoc animo ac mente -erit. ARNOB. nat. 5, 10 necesse est credere ... et iaculatam -isse sementem. HIER. in Am. 5, 8 p. 289 vocabula, quae usu didicimus et errore -imus. PRVD. cath. 4, 18 *pectora* postquam -erint deum medullis. perist. 10, 630 crucem vetusta -erunt saecula. AVG. trin. 11, 3, 6 speciem, quam per corporis sensum -it anima. SIDON. epist. 7, 9, 5 donec scientiam natura -erit. MVTIAN. Chrysost. hom. 10, 1 quia susceperunt et -erunt verbum. *loc. dub.*: ARNOB. nat. 5, 30 quam si aperte hoc facere confessis maledictionibus -issetis (coimbibissetis *coni. Salmasius*). **3** *i. q. una (cum aliis) bibere, simul potare*; GLOSS. II 442, 52 *συμπίνω* convivo (-o *Götz*): SEN. epist. 123, 15 aeque -endi et convivendi sapiens est peritissimus. GLOSS. V 650, 7 combibiones a -endo (convivendo *cod.*). ITALA act. 10, 41 (cod. e) cumbibimus eo (*συνεπίομεν*).

*synon.*: *ad 1*: accipere, bibere, se implere, rapere, recipere, sorbere. *ad 2*: discere, suscipere.

*deriv.*: combibio, 2. combibo, combibulus (-a), combibitor.

**2. combibo,** -ōnis *m. cf. c.* 1. combibere *et c.* 2. bibo. *i. q. compotor, is qui simul bibit*: LVCIL. 665 quandoquidem res periit (repperit *codd., em. Lachmann*) magnis -um ex copiis (NON. p. 38 *ad l.* -es [conviviones *codd., praeter* convivones *L ex corr.*] compotores a bibendo dicti). CIC. epist. 9, 25, 2 *controversias* habeo cum tuis -bus Epicureis.

**combibulus** (-ī *m.*) [*cf. c.* combibere *et c.* bibulus. *Th.*]. *i. q. 2. combibo*: GLOSS. V 281, 14 compocris (*lege* compotrix, *sed voluit fortasse* compotor) convivolus. *fem.*: GLOSS. V 281, 13 conpotrix **combibula** (convivola *cod.*) vel co[el]ebriosa.

**combīna,** -ae *f. cf. c.* combinare, combinatio (*sc. iugi?*). *t. t. cursus publici, i. q. diploma, secretum datum aurigae in cursu publico certanti*: CONSTANTIN. PORPH. de caerim. aul. Byz. 1, 69 p. 333, 23 Bonn. *οἱ δὲ ἡνίοχοι στιχήσαντες πάντα, τάς τε κομβήνας καὶ κάγκελλα μένουσιν.* p. 336, 12 *παραδιδοῦσιν ἀλλήλοις τὰ ἅρματα μὴ ἀναλύοντες τὴν κομβίναν τῆς πρωινῆς ... μηδὲ τὰ κάγκελλα.* p. 339, 16 *ἐὰν ... τὸ δὲ βηλάριον (sc. velarium) κρέμαται ἡ κομβίνα τῶν ἱππαρίων καὶ τὰ κάγκελλα αἴρονται. ... εἰ δὲ ἐπαρθῇ, τὸ βηλάριον ... ἡ κομβίνα καὶ τὰ κάγκελλα ἀναλύονται (cf. adn. ed. Bonn.: 'combina hic loci est combinationum secretum vel cancellaria, in qua diplomata combinationum circensium expediuntur'). v. etiam Ducange, Gloss. lat. s. v. et Humbert, Daremberg-Saglio dict II 1371.*

*deriv. gr.*: *κομβηνογράφος* (CONSTANTIN. PORPH. de caerim. aul. Byz. 1, 69 p. 313, 1 *al.*). *Mbr.*

**combīnātio,** -ōnis *f. a* combinare. *coniunctio, comprehensio: cf.* GLOSS. IV 322, 38 coniunctio: -o, compago, conexio. *generatim*: HIL. in psalm. 140, 7 unitas fidei est, at vero -o consortium factionis. 140, 17 *ad* 'singulariter sum ego': scit impiam esse ... -em. *de versuum pedibus*: GLOSS. II 322, 5 *ζεῦξις κατὰ δύο*: DIOM. gramm. I 504, 5 feritur ... senarius iambicus combinatis pedibus ter et singulis -bus praeponitur quilibet pes de supra memoratis quinque pedibus. 504, 11 tertiae -is secundo pede. 504, 14 *versus quadratus* per -em quater feritur. 504, 26. 28.

**combīno,** -āvī, -ātum, -āre [*a* com *et* bini. *Th.*]. **1** *transitive: coniungere, comprehendere*: GLOSS. *ζευγνύω, ζευγίζω, κατὰ δύο ζευγίζω.* -at *ζευγνύει. ζευγνύει, συνάπτει.* NOT. Tir. 94, 78 conbinat. [*it. sept.* gominare. *M.-L.*] **a** *generatim*: HYG. mun. castr. 3 dextra *parte portam praetoriam intrantibus* cohortes duae contrariae tendant, ut possit exercitus -atus educi. ZENO 2, 13 haec ... omnia -ata unius fructus rediguntur in summam. PSALT. Rom. 140, 4 non -bor cum electis eorum (*iniquorum. v. infra l. 39 sqq. adde*: HIL. in psalm. 140, 7 -ari cum electis iniquorum non vult propheta. AVG. in psalm. 140, 8). AVG. conf. 8, 6, 15 *contubernales* -ati spatiabantur. PS. AVG. serm. 303, 7 *terra, quae colitur*, proscinditur, -atur, tertiatur. PETR. CHRYS. serm. 28 p. 278[C] Petrus et Andreas, Iacobus et Ioannes, germanitas -ata. SIDON. epist. 9, 8, 1 rependo alterum salve, obsequia -ans. CASSIOD. in psalm. 140, 5 -ati ... dicuntur rei, quando duo simul in uno vinculo colligantur. 140, 12 se ... petebat eripi, ne debuisset -ari cum talibus. *cf. supra l. 27*. **b** *de pedibus versuum*: DIOM. gramm. I 475, 8 sunt pedes poetici ... duplices, qui et compositi vel -ati, sedecim (480, 16). 504, 5. 25. *cf. supra l. 15 sqq.* **2** *intransitive: coniungi, comprehendi*: ITALA psalm. 140, 4 (Psalt. Veron. Sangerm. 1 Hil. in psalm. 140, 7. 8 [*bis*] Aug. in psalm. 140, 8 Ps. Aug. spec. 51 p. 523 Prosp. in psalm. 140, 4) non -bo cum electis eorum (*οὐ μὴ συνδοιάσω.* VVLG. communicabo. PSALT. Rom. *v. supra l. 26. cf.* PROSP. *ad l.* hoc est non sociabor cum electis eorum; *spectant huc*: AVG. conf. 5, 10, 18 adhuc -bam cum electis eorum. in psalm. 140, 9 *cum electis impiorum* non est -andum). PAVL. NOL. epist. 11, 6 p. 64 duo fuimus ... quando cum ... fratribus -bamus. *Bannier.*

**combīto** *v.* convitat *vol. IV p. 879, 46.*

**×comblasphēmus,** -ī *m. a* com *et* blasphemus. LVCIF. Athan. 2, 1 p. 146, 14 illum populum carnalem -um tuum. *saep.* non conv. 8 p. 16, 29 de -is tuis Iudaeis. 9 p. 18, 23.

**combrētum,** -ī *n.* [*cf. esse c. lituan.* szvendrai *'typha latifolia' putant Bezzenberger-Fick, Bezzenb. Beitr. 6, 237. cf. Lehmann, Zeitschr. f. vergl. Sprachforsch. 41, 390. Th.*]. *nomen herbae*: PLIN. nat. 21, 30 simillimum ei (*baccari*) -um appellatur, foliorum exilitate usque in fila attenuata et procerius quam baccar. 21, 133 -um, quod simile ei (*baccari*) diximus, tritum cum arungia vulnera mire sanat. 1, 21, 16.

**combullio,** -īre *a* com *et* bullire. *fere idem q. (vehementer?) bullire*: MARCELL. med. 5, 17 furfuriculae ... in saccello -iant. 20, 145 aliquamdiu. APIC. 8, 397 diu -iat, donec spisset. *Mbr.*

**×combūro,** -ussī, -ustum, -ūrere [*a* com *et* urere, *cf.* amburere, bustum *et quae sub hac voce dicta sunt. Th.*]. *de forma et de littera* b *'euphoniae' causa interposita*: PRISC. gramm. II 17, 18. *scribitur* comuro: CORP. VI 27593. commuro: *in codd.*: VARRO rust. 2, 7, 11 (*cf. Keil in app. crit.*) PELAGON. 136 SCHOL. Iuv. 7, 24 (*PS*) CHIRON 374. 428 *et sacpius* (comburo: 534 *al.*). GLOSS. III 183, 57 commustum *ex* commestum (*sic Monac. 22201*; combustum *Monac. 13002*). *in inscriptionibus: v. p. 1761, 28 sqq. et 1761, 6. cf.* Commusta *nom. propr.* *χομβουρατουρ v. p. 1761, 67.* GLOSS. Plac. V 10, 11 (56, 10) -sserit geminato s scribimus *eqs.* *ap. poetas*: PLAVT. *saepius* (*deest* TER.) ENN. ann. 359 COM. pall. inc. 47 LVCR. 6, 153 PROP. 2, 30, 29 COMM. instr. 2, 39, 10 SIDON. carm. 16, 24 EVG. TOLET. hex. 536 CARM. epigr. *saepius*. GLOSS. II 106, 38 *×καταχαίω* (*κατάγω cod.*). 106, 37 (*cf.* HIER. epist. 106, 46). 341, 3 *καταχαίω* concremo oburo conflagro -o exuro inflammo. III 76, 7 keo -o. [*corrupte legitur* VAL. MAX. 5, 2, 2]. *delectum dedi locorum ex* CELSO SCRIB. LARGO PLIN. nat. CHIRONE VVLG., *reliqua quae habui omnia.*

**I** ***proprie*** *de vi ignis et flammarum: i. q. in cinerem, carbonem massamve resolvere (interdum fere i. q. amburere, cf. sub I B 2)*: **A** *res*: **1** *generatim (ut obiectum vel omittatur; cf. p. 1761, 56)*: PLAVT. Curc. 54 fumo -i nil potest, flamma potest. CIC. nat. deor. 2, 40 is eius (*solis*) tactus est, non ut tepefaciat solum, sed etiam saepe -at. SEN. nat. 2, 40, 4 *fulmen* aut afflat ... aut -it aut accendit. *ibid.* quodcumque -stum est, utique et ustum est, at quod



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ustum est, non utique -stum est (*sim.* 2, 40, 5). LACT. opif. 17, 4 ignis et sensu indiget ... et tactu -it, anima ... sensu aucta est ... et non adurit. VVLG. psalm. 104, 32 posuit ... ignem -entem in terra (*καταφλέγον*). SIDON. epist. 3, 3, 9 *flammae* satis sibi admota -unt. VITR. 2, 9, 14 *larix* nec ... tunc (*cum aliis lignis uritur*) flammam recipit nec carbonem remittit, sed longo spatio tarde -itur.

2 *aedificia, urbes, sim.*: ENN. ann. 559 *Pergama* potuere ... nec, cum capta, capi nec, cum -sta, cremari. PLAVT. Aul. 361 nos nostras aedis postulas -ere? COM. pall. inc. 47. *fort. huc pertinet* VARRO Men. 219 omnis cum lucerna -sta est in lucubrando olivitasque consumpta est. PAVL. FEST. p. 178 *Octaviae porticum* -stam reficiendam curavit. ALF. dig. 18, 6, 12 si vendita insula -sta esset (LABEO dig. 20, 1, 35 POMPON. dig. 30, 22). GAIVS dig. 47, 9, 9 qui aedes acervumve frumenti iuxta domum positum -erit. PAVL. dig. 18, 1, 57 domum. ITALA Is. 1, 7 (Cypr. testim. 1, 6) civitates vestrae igni -stae (*πυρίκαυστοι*. VVLG. succensae igni). AMM. 30, 5, 14 tectis -stis. VEG. mil. 4, 24 -stis ... columnis ligneis *cuniculi* ... irruptioni aditus reseratur. VVLG. IV reg. 25, 9 domum ... igni. II par. 36, 19 *al. cf.* II Esdr. 4, 2 lapides de acervis pulveris, qui -sti sunt? *nota* Am. 5, 6 ne ... -atur ut ignis domus Ioseph. CHRON. Alex. chron. I p. 129, 311 *Xerxes Athenas*. MARCELL. chron. II p. 94, 491, 2 *partem urbis*. p. 102, 526 *terrae motus* Eufrasium ... adempto eius capite -sto simul obruit sepulchro. auct. chron. II p. 108, 547, 5 domos ... igni. SIDON. carm. 16, 24 *tres pueros* (*Daniel 3, 12 sqq.*) roscida -sto madefecit flamma camino. *montes, terram*: ITALA deut. 29, 23 (Lugd.) viderunt plagas terrae ... sulphor et salem et -stam (*sc. terram? θεῖον καὶ ἅλα κατακεκαυμένον*. VVLG. sulphure et salis ardore -ens). VVLG. deut. 32, 22 ignis *furoris domini* ... montium fundamenta -et. psalm. 82, 15 ignis qui -it (*διαφλέξει*) silvam et ... flamma -ens (*κατακαύσαι*) montes. apoc. 8, 7 tertia pars terrae -sta est et tertia pars arborum concremata est et omne faenum viride -stum est (*in gr. ter κατεκάη*).

3 *libros sim.* (*delendi causa*): PLAVT. Asin. 766 *v. infra l. 61*. VARRO frg. Aug. civ. 7, 34 *Numae* libros ... patres ..., praetor ut -eret, censuerunt (PLIN. nat. 13, 86. *cf.* 13, 87 senatus consultum ... quo -i eos placuerit. LACT. inst. 1, 22, 7). CIC. nat. deor. 1, 63 Protagoras ... urbe ... est exterminatus librique eius in contione -sti. div. 1, 33 negemus omnia, -amus annales. LIV. 33, 11, 1 commentarios regios ..., ne in hostium venirent potestatem. 39, 16, 8 *magistratus* vaticinos (etacinios *trad.*) libros conquirerent -erentque. SEN. contr. 10 praef. 3 *orationes Scauri* senatus consulto -stae sunt. 10 praef. 5 effectum est ... per inimicos, ut ... eius (*Labieni*) libri -erentur: res nova et invisitata supplicium de studiis sumi. 10 praef. 7 *scripta*. 10, 5, 22 ut *Timagenes*, cum illi ... Caesar interdixisset domo, -eret historias rerum ab illo gestarum, quasi et ipse illi ingenio suo interdiceret (*cf.* SEN. dial. 5, 23, 6). suas. 6, 14 deliberat Cicero, an salutem promittente Antonio orationes suas -at (7, 1. 4. 11 *bis*). SEN. dial. 4, 23, 4 scrinia ... epistularum. PLIN. nat. 13, 86. SVET. vita Verg. p. 64 Aeneida. GAIVS inst. 2, 151 si deleverit ... aut -erit tabulas testamenti. APVL. met. 8, 22 uxor ... mariti rationes et quidquid horreo reconditum continebatur admoto -ssit igne. ITALA Ier. 36, 27 (Optat. 7, 1 p. 162, 15) capitulum libri et sermones (*κατακαῦσαι*, VVLG. volumen). 36, 28 (Optat. 7, 1 p. 162, 19) *librum* (VVLG. *volumen*). LACT. inst. 1, 6, 10 (*ex Varrone*) *Sibyllam* in conspectu regis tris *libros* -isse. HIL. op. hist. frg. 3, 27 (*decret. synodi*) *Osii* maleficiorum libros. OPTAT. 7, 1 p. 162, 26. SCHOL. Iuv. 7, 24 (*ad* 'quae componis, dona Veneris ... marito') fac focum et -e. VVLG. Ier. 36, 25 *al.* (27 *et* 28 *v. supra l. 51 sqq.*). I Macc. 1, 59 libros legis dei -erunt igni (*ἐνεπύρισαν πυρί*). act. 19, 19 (*κατέκαιον*). COD. Theod. 16, 5, 66, 1 (*a. 435*) *libros haereticos* publice.

4 *varias res, quae delentur*: PLAVT. Asin. 766 tuos arbitratus sit, -as *picturam* ..., ne illi sit cera, ubi facere possit litteras. CIC. S. Rosc. 91 ne quod iudiciorum esset vestigium, ... subsellia quoque esse -sta. div. 2, 80 lituum Romuli, ... in maximo incendio negas potuisse -i. LVCR. 6, 153 lauricomos ut si per montes flamma vagetur turbine ventorum -ens impete magno (*cf. infra*: laurus ... flamma crepitante crematur). CAES. Gall. 1, 5, 3 frumentum. civ. 3, 101, 4 flamma ab utroque cornu comprensa (-sae *Pluyg.*) naves sunt -stae. VITR. 7, 8, 4 panni in fictilibus vasis impositi supra ignem -untur. PAVL. FEST. p. 289 *facem nuptialem* in sepulcro. SVET. Tib. 36 religiosas vestes cum instrumento omni. ITALA exod. 3, 2 (Lugd.) vidit quia rubus ardit igni, rubus autem non -batur (*κατεκαίετο*, VVLG. quod rubus arderet et non -eretur). 32, 20 (Lugd.) vitulum *conflatilem*, quem fecerant, -ssit eum igni et conteruit eum minutatim (VVLG. -ssit et contrivit). lev. 13, 52 (Lugd.) *vestimentum* in igne -etur (VVLG. flammis). 13, 55 (Lugd.) in igne (VVLG. igne). 13, 57. deut. 7, 5 (Lugd., VVLG.) sculptilia deorum illorum -etis (VVLG. -ite) igne. Ios. 11, 6 (Lugd., VVLG.) currus illorum (*hostium*) -es igni. prov. 6, 27 (Ps. Cypr. singul. cler. 2) quis alligabit in sinu suo ignem, vestimenta autem sua non -et (*κατακαύσει*. VVLG. ut vestimenta ... non ardeant, *ubi seq.*: aut ambulare super prunas, ut non -antur plantae eius)? Bar. 6, 54 (Firm. err. 28, 5 *et* VVLG.) cum inciderit ... ignis ..., ipsi (*dei lignei*) ... sicut trabes in medio -entur (*κατακαυθήσονται*). LACT. inst. 7, 26, 4 arma gentium -entur *pro ligno* (*cf* VVLG. Ezech. 39, 9). VVLG. deut. 12, 3 lucos igne -ite et idola comminuite. IV reg. 23, 4 *al.* Mich. 1, 7 mercedes. AVIAN. fab. apol. 39 miles ... arma ... tradidit ignibus -enda. *ibid. lituum*. MARCELL. chron. II p. 97, 510, 1 simulacrum aeneum ... incendio proflammatum est -stumque amisit bracchium. PASS. Theclae a 35 p. 100, 2 *v. p. 1762, 69.*

*sic de inutilibus lignis, sim.* (*proprie et in imagine*): VVLG. II reg. 23, 7 *spinae* igne ... succensae -entur usque ad nihilum. Is. 44, 16 *lignum*. Ier. 11, 16 fruteta. Ezech. 15, 5 cum illud (*lignum vitis*) ignis devoraverit et -erit. Matth. 3, 12 paleas ... -et (*κατακαύσει*) igni inextinguibili. 13, 30. 40 Luc. 3, 17.

*in sacrificiis, sim.*: PAVL. FEST. p. 65 *epulas* in funere. FIRM. err. 27, 2 in Proserpinae sacris caesa arbor ... quadragesima ... nocte -itur (*infra*: ligna ... flamma consumit). VVLG. II par. 32, 12 in ipso (*altari*) -etis incensum. Ezech. 5, 2 tertiam partem *pilorum* igni -es. 5, 4. PLAVT. Men. 152 *v. p. 1761, 37.*

5 *res, quarum residua in usum aliquem vertuntur*:

a *in agricultura, artibus, sim.*: CATO agr. 37, 2 nucleos -stos ... addito *ad stercus*. 37, 4 virgas et sarmenta ... in segete -ito. ubi eas -sseris, ibi papaver serito. VARRO rust. 1, 7, 8 ex quibusdam lignis -stis carbonibus salsis pro eo (*sale*) *uti*. VITR. 7, 10, 3 sarmenta ... -antur *ad atramentum faciendum*. COLVM. 3, 11, 4 radices *vitis*. 7, 5, 12 -sta galla. PLIN. nat. 35, 43 Apelles commentus est ex ebore -sto facere *atramentum*. 36, 52 -sta ea (*harena*) polientes marmora fricare iubentur. PAVL. dig. 9, 2, 30 si quis in stipulam suam vel spinam -endae eius causa ignem immiserit. VLP. dig. 32, 55 pr. lignum *est*, quidquid -endi causa paratum est. *ibid.* -endi gratia succisae *arbores*. 32, 55, 1 virgae carbones nuclei olivarum, quibus ... ad -endum possit uti. 32, 55, 3. 5 in Aegypto ... et harundines et papyrum -itur.

b *in medicina*: CELS. 4, 7 p. 130, 21 *pullum hirundininum* servatum ... ex sale ... -i. 5, 1 p. 161 sanguinem supprimunt atramentum ..., plumbum -stum *eqs.* (5, 18, 11 *al.*). 5, 6 p. 162 rodunt alumen ..., aes -stum *eqs.* (5, 15 *al.*). 5, 8 p. 163 adurunt auripigmentum, ..., charta -sta (5, 22, 2 *al.*) ..., faex -sta (5, 18, 23 *al.*). 5, 18, 21 omnia abscedentia digerit murex -stus. *sic saepius de variis compositionum partibus, cf.* 5, 22, 2. 6. 7. 5, 28, 12 *al.* 5, 21, 6 cochleae cum testis suis -endae conterendaeque *sunt*. SCRIB. LARG. 71 haec (*sc. partes compositionis*). PLIN. nat. 20, 55 *alium* liventia ad colorem reducit -stum. 22, 119 siliginis grana -sta. *ibid.* tritici *grana* ... ferro -sta. 23, 46 picem ... non aliud esse quam -stae resinae fluxum. 23, 91. 148. 163 *folia myrti* -untur et in antidota. 24, 80 acinos ... -unt. 24, 170. 177. 25, 133. 28, 41. 179. 180. 187 si *cornu cervinum* canicula exoriente -atur. 28, 214. 222. 240. 29, 46. 98 *bis*. 107. 108. 29, 101. 128. 130 *lacertum*. 30, 23. 34. 36 *mustelam*. 30, 40. 50 pulmo vulturinus vitigineis lignis -stus. 30, 56 *et saepe*. 35, 188. CHIRON 428 nuces ... -stas. 455 *al.* 770 sparteam soleam ... -es loco mundo. PELAGON. 136 talos suillos ... tres -ito. 219 VEG. mulom. 2, 42, 2 (*ex* CHIRONE 569). 2, 148, 1 (*ex* CHIR. 515).

B *animantia*:

1 *homines supplicii, ultionis, sacrificii causa*: CIC. ad Q. fr. 1, 2, 6 te curaturum, fumo (furno *Vrs.; sed cf. Hoffa in comment.*) ut -eretur (*cf. p. 1758, 81*). *ibid.* uti iudicio -antur. FLOR. epit. 2, 5, 3 praefectos navium igne -unt. ITALA gen. 12, 31 (Lugd.) *gentiles* filios suos et filias suas -unt igne deis suis (VVLG. -entes igni. *cf.* VVLG. IV reg. 17, 31. Ier. 19, 5 in holocaustum Baalim). Is. 43, 2 (Cypr. Fort. 10) si transieris per ignem, non -eris, flamma te non -et (*οὐ μὴ κατακανθῇς, φλὸξ οὐ κατακαύσει σέ*. VVLG. non -eris et flamma non ardebit in te). Ios. 7, 25 (Lugd.) -et te igni (*aliter* LXX *et* VVLG.). Mal. 4, 1 (Aug. civ. 20, 27 p. 476) dies venit ardens ... et -et eos (*φλέξει*, VVLG. inflammabit). apoc. 11, 5 (Primas.) ignis exeat de ore eorum -ens inimicos (*καὶ κατεσθίει*, VVLG. et devorabit). 17, 16 (cod. g) ipsam (*meretricem*) igne -ent (*κατακαύσουσι*, Primas. cremabunt, VVLG. concremabunt). 18, 8 (cod. g *et* VVLG.) igne -etur (*κατακαυθήσεται*, ITALA Primas. cremabitur). COMM. instr. 2, 39, 10 *v. p. 1761, 60.* LACT. inst. 7, 17, 2 procedet ignis de ore eius atque -et (amburet *duo codd.*) illum (*cf. l. 58*). 7, 21, 6 *v. vol. I p. 1877, 69.* HIER. epist. 100, 9 *fratres Macchabaei* ardentiores quibus -bantur ignibus. VVLG. gen. 38, 24 producite eam (*Thamar*), ut -atur. num. 26, 10 -ssit ignis ... viros *congregationis Core*. Ios. 7, 15 quicumque ... fuerit deprehensus, -etur (ITALA Lugd.: crematur) igni cum omni substantia sua. iud. 15, 6 *al. nota* Is. 42, 25 effudit super eum (*Iacob*) indignationem furoris sui ... et -ssit eum in circuitu ... et succendit eum (HIER. *ad l.* cumque ex omni parte -stus sit et nihil in se habeat sanitatis). Ezech. 20, 47. MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 4 quando cum omnibus totius saeculi -imur homicidis (*sc. igni gehennae*). LIB. iubil. 30, 7 *mulierem igni*. PASS. Theclae a 20 p. 52, 5. 21 p. 54, 2. 22 p. 56, 4.

*in imagine*: ITALA Ier. 9, 7 (Lucif. Athan. 2, 1) ecce ego -o et probabo eos (*πυρώσω*, VVLG. conflabo).

vivum *comburere* (*cf. sub 4*): PLAVT. Rud. 768 hasce (*feles virginales*) ambas hic in ara ut vivas -am. CIC. Verr. 2, 78 legatum. 2, 83 te. ad Q. fr. 1, 2, 6 patrem et filios vivos. POLLIO Cic. epist. 10, 32, 3 BELL. Hisp. 20, 3 LIV. 24, 45, 14 PETRON. 78, 2 LACT. mort. pers. 14, 2 AMM. 29, 5, 49.

*in voluntaria morte*: CIC. Tusc. 2, 52 Calanus Indus ... sua voluntate vivus -stus est.

2 *corporis partes* (*saepius i. fere q. amburere*): PLIN. nat. 32, 119 ranarum cinere *sanantur* ea, quae ferventi aqua -sta sint (*supra*: adusta). OPTAT. 6, 2 p. 146, 6 passi estis etiam -i manus vestras (*cf.* 6, 1 p. 143, 21



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dum impie persequimini manus nostras..., feristis et vestras). VVLG. prov. 6, 28 *v. p. 1759, 81. nota* THEOD. PRISC. eup. faen. 62 linimus loca, quae -i (*i. aduri*) mitius placet. CASSIAN. conl. 15, 10, 1 dum ... pulmentum ... praepararet, manus eius ... in clibano flamma supervolitante -sta est. *nota* CARM. epigr. 95, 4 picem candentem (*sc. opto illi, cf. Büch. in adnot.*), pectus malum commurat suum. *hinc subst.* combustum, -i, *v. p. 1762, 3 sqq. cf. etiam sub 4.* **3** *mortuos* (*opp.* sepelire: DIFF. ed. Beck p. 48, 49 *cf.* ISID. diff. 1, 58): VARRO Men. 81 Heraclides Ponticos plus sapit, qui praecepit ut -erent, quam Democritus, qui ut in melle servarent. ling. 5, 23 *Romanum.* CIC. Cluent. 27 *puerum.* Tusc. 1, 106 *mortuus* metuit, ne laceratis membris minus bene utatur, ne -stis, non extimescit. Att. 14, 10, 1 *Caesar* in foro -stus laudatusque. epist. 15, 17, 2 SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 12, 3. PAVL. FEST. p. 32 bustum ... locus, in quo mortuus est -stus *eqs. (v. vol. II p. 2256, 23).* p. 149 *corpus.* VAL. MAX. 1, 8, 9 Pompei ... corpus concisae scaphae lignis -batur. SEN. benef. 7, 21, 1 sutor ... elatus, -stus est. rem. fort. 5, 3 -stus *iacebis* (*opp.* insepultus). GRAN. LIC. p. 32, 16 condi corpus iusserat, non -i. PORPH. Hor. epod. 5, 100 pauperum corpora vel -i vel proici. VVLG. I reg. 31, 12 cadavera *Saul et filiorum* ... -erunt ... et ... ossa ... sepelierunt. IV reg. 23, 16 tulit ossa de sepulcris et -ssit ea super altare (23, 20). Ier. 34, 5 *v. p. 1762, 50.* Am. 6, 10 tollet eum (*mortuum*) propinquus ... et -et eum (HIER. *ad loc.* p. 316 cadavera mortuorum). *in lapidibus*: LEX Vrson. (Corp. II 5439) 74, 13 ustrinam novam, ubi homo mortuus -stus non erit. TEST. Galli (Corp. XIII 5708) 1, 21 si quis ... -stus sepultusve confossusve conditusve consitusve propiusve iis pomaris ⟨erit⟩. 2, 1 ⟨si quis⟩ -stus suffossusve ... fuerit. CORP. VI 26215 (= 19267) in hoc monument⟨o ...⟩ commuratur nisi h⟨...⟩. 27593 ne quis ubi ego conquiesco comurat aut cineres suas ponat. XIV 850, 4 ne quis velit ... commurere neq(ue) obruere cadaver. *dub.* VIII 11825 qui me commusserit ('*pro* commoverit *potius quam pro* commixerit' *editor*, '*i. q.* combusserit' *Diehl*) habebit deos iratos et vivus ardebit. CARM. epigr. 970, 1 (*periit*) ⟨hic me⟩ florentem mei -ssere parentes (971, 2 cum me florentem mei -ssere parentes). 1205, 5 ⟨hi⟩c iaceo infelix cinis et -sta ⟨fa⟩villa. *fortasse huc pertinet* CORP. VI 36707[a] in tempore quod non -itur. *translate per iocum*: PLAVT. Men. 152 clam uxorem ubi sepulchrum (uxoremst ubi pulchre *Leo*) habeamus atque hunc -amus diem. :: ... quam mox incendo rogum? dies ... iam ... est dimidiatus mortuos. **4** *bestias: hostias vel earum partes*: LIV. 36, 37, 2 *boves* vivos -i ... haruspices iusserunt. ITALA exod. 29, 14 (Lugd., VVLG.) carnes vituli et corium et stercus -es igni extra castra. num. 19, 5 (Aug. quaest. hept. 4, 33 p. 344, 5 Lugd.) carnes (Lugd.: caro eius) et sanguis eius (*vaccae*) cum stercore eius -etur (*κατακαυθήσεται*. VVLG. -etque eam ... carnibus ... flammae traditis; *cf.* AVG. *l. l.* concremabitur. BARNAB. 8, 1). HYG. astr. 2, 15 in sollemnibus ... sacrificiis ... hostiarum ... reliquias ... igni -unt. VVLG. exod. 12, 10 si quid *agni* residuum fuerit, igne -etis. *animalia in medicinam*: PLIN. nat. 29, 119 viperam vivam in fictili novo -ere. 30, 76 mustelae ... vivae -stae cinis. 30, 80 quae (*cocleae*) vivae -stae sint. *cf. etiam sub A 5 b. aliter*: VVLG. sap. 16, 18 ne -erentur (*φλόξ ... καταφλέξῃ*) ... animalia. Dan. 7, 11 quoniam *corpus bestiae* ... traditum esset ad -endum igni. *de Phoenice alite*: EVG. TOLET. hex. 536 -stus (exustus DRAC.) ... senes (*sic*) tumulo procedit adultus.

*syntactica ad I: absolute i. q. incendium facere*: LVCR. 6, 153 *v. p. 1759, 64.* VVLG. II par. 16, 14 posuerunt ... eum super lectum suum plenum aromatibus ... et -erunt super eum ambitione nimia. CORP. VI 27593 *v. supra l. 29. intransitive i. q. comburi*: COMM. instr. 2, 39, 10 -unt (comburrunt *BC*, -unt *A*, -untur *edd.*) ... impii tunc igne divino. CHIRON 374 pulmo ... se contrahendo -it.

**II** ***non proprie*** *de rebus rodentibus*: VARRO rust. 1, 9, 2 quae (*terra*) sole perferve ita fit, ut radices satorum -at. 2, 7, 11 ne ungulas *pullorum* ... -at stercus.

**III** ***translate*** *de ardore cupiditatum sim.: de amore*: PROP. 2, 30, 29 ut Semela est -stus, ut est deperditus Io *Iuppiter.* TAB. devot. Audollent 270, 19 *χορ* (*i.* cor) *χομβουρατουρ* (217, 18 *αμορε* ⟨...⟩ *ουρατουρ*). *de ira*: PS. AVG. serm. 28, 4 si nos nec luxuria sordidaverit nec iracundia -erit. MVTIAN. Chrysost. hom. 22, 3 iracundia ignis est, ...: corripit, consumit, -it. *de maledicentia*: VVLG. Sirach 28, 26 *lingua nequam* in flamma sua non -et iustos (*ἐν τῇ φλογὶ αὐτῆς οὐ καήσονται*). *de pavore*: VVLG. Is. 13, 8 facies -stae vultus eorum (HIER. *ad l.* luridam faciem pallore circumferens *quisque*). *de confusione*: PS. AMBR. laps. virg. 3, 10 splendore et claritate immaculatorum quasi fulminibus percussa -eris, *virgo lapsa.*

*synonyma*: adurere, concremare, consumere, cremare (*adde* PLIN. nat. 13, 88. 23, 163 *al.*), devorare, exurere (PLAVT. Rud. 768 *al.*), in favillam redigere (VVLG. Ezech. 15, 4), flammis addere (AVIAN. fab. apol. 39 vers. 1), igni dare (*v. l. 82; adde* DIFF. ed. Beck p. 48, 49), succendere (*adde* VVLG. IV reg. 25, 9). *opposita*: amburere: ISID. diff. 1, 58 -ere est igni dare, amburere ex utraque adurere. ardere: DIFF. ed. Beck p. 38, 93 ardet flammis, -itur caloribus. sepelire: *v.* ***supra l. 8.***

*deriv.*: combustio, combustura, combustus. Combustica. *compos.*: vivicomburium (TERT. anim. 33).

*part. perf. pass. neutr.* **combustum,** -ī (GLOSS. III 183, 57 catacecaumenon -um): *adusta corporis pars (cf. supra I B 2)*: SCRIB. LARG. 219 emplastrum album ad -a et perniones. 220 facit ... ad -a et vetera ⟨ulcera⟩ omnia. 221 emplastrum ad -um. PLIN. nat. 20, 17 *cucurbitae* cinis ... -a sanat. 22, 141 *faba* livoribus, -is medetur. 23, 6 corticis ... cinis -is pilos reddit. ITALA exod. 21, 25 (Lugd., Lucif. Athan. 2, 5) dabit ... oculum pro oculo ... -um pro -o (*κατάκαυμα*. ITALA Aug. quaest. hept. 2, 80 combustionem, Rufin. Orig. in exod. 10, 1 combusturam. VVLG. adustionem). PS. APVL. herb. 3, 8 tit. ad -um (ad ambusta *vg.*). PLIN. VAL. 3, 36 -um polenta ... sanat. *ibid.* foventur -a. PS. THEOD. PRISC. add. p. 279, 10 -a de calida vel de igni facta. Commusta, -orum *nom. opp. v. nom. propr.*

**combustio,** -ōnis *f. a* comburere. GLOSS. *κατάφλεξις*. HIER. in Am. 4, 9 p. 273 *πύρωσις. vocabulum inferioris latinitatis legitur inde ab* ITALA. *dicitur tam de actu ipso comburendi quam de re combusta, ut infra l. 39 et 59 sqq. vel de igni, ut l. 43.*

**I** ***proprie:*** **A** *de variis rebus, quae comburuntur*: ITALA IV reg. 21, 14 (Lucif. reg. apost. 8 p. 57, 2) erunt in direptionem et -em (*εἰς διαρπαγὴν καὶ εἰς προνομήν*, VVLG. in vastitatem et in rapinam). VVLG. Is. 9, 5 vestimentum mistum sanguine erit in -em et cibus ignis (*cf.* CASSIAN. inst. 9, 3 vestimentum ... esu tinearum attactum totidemque lignum vermibus exaratum ad -em ignis merebitur deputari). 10, 16 subtus gloriam eius (*domini*) succensa ardebit (*tenuitas?*) quasi -o ignis. Ier. 51, 25 evolvam te, *mons pestifer*, de petris et dabo te in montem -is. Hebr. 6, 8 terra ... proferens ... spinas ... maledicto proxima, cuius consummatio in -em (*κατάρας ἐγγύς, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν. cf.* MVTIAN. Chrysost. hom. 10, 2). AVG. c. Faust. 22, 20 p. 610, 2 sarmentis praecisis ad -em. quaest. hept. 4, 33 p. 344, 10 gloriam, quam -is flamma significat. PS. AVG. quaest. test. I 42 (p. 2239, 19 Migne; *non recepit Souter*) *rubus* facilis est ad -em. DIOSC. 5, 95 nascitur ... cadmian ex -e esusti (*i.* aeris usti; 5, 84 Spr. *ἐκ τοῦ χαλκοῦ καμινευομένου*). 5, 140 signum est -is eius (*faecis;* 5, 132 Spr. *καύσεως*). GREG. M. dial. 4, 51 flammae -o (*i. vestigium incendii*) ... ante altare in marmoribus apparuit (*τῆς φλογὸς ... ἔκκαυσις*). GLOSS. III 568, 28 molipdus . i. plumbi -o (568, 29 moptumas . i. -o plumbi). *sic de rebus medicinae causa combustis*: CHIRON 809 unum ... de his -bus (*sc. stercore columbino al. combustis*) ... inungeto. PLAC. med. 19, 2 glires et soricis -es (*ibid.* cineres). **B** *de animalibus vel partibus eorum: de sacrificio hostiarum*: ITALA num. 19, 6 (Aug. quaest. hept. 4, 33 p. 344, 12 Lugd.) lignum ... immittet (inicient Lugd.) in medium -is iuvencae (Lugd. vitulae; *εἰς μέσον τοῦ κατακαύματος*. VVLG. in flammam, quae vaccam vorat. *cf.* AVG. *ad h. l.*). VVLG. num. 19, 17 tollent ... de cineribus -is atque peccati. *similiter de sacrificio hominis*: CASSIAN. conl. 3, 7, 11 (*ad I Cor. 13, 3*) nihil mihi proderit exterioris hominis abrenuntiatio atque -o (*supra*: exustione meae carnis). *de exequiis*: VVLG. II par. 21, 19 non fecit ei populus secundum morem -is exequias. Ier. 34, 5 secundum -es patrum ... comburent te. *de igni gehennae*: DIDASC. apost. 59, 20 vitae reiectio et -o aeterna. ITALA Matth. 25, 46 (Aug. fid. et op. 15, 25 p. 68, 10) ibunt illi in -em aeternam, iusti autem in vitam aeternam (*κόλασιν*, VVLG. supplicium). AVG. *l. l.* erit ... aeterna -o sicut ignis. MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 4 dolores et tormenta -is (*ὠδῖναι ... καὶ ἐμπρησμοί*). FVLG. RVSP. c. Fastid. 22 *Fastidiosi* in illo igne non finietur aeterna -o. GREG. M. in euang. 11, 4 cruciatur aeterna -e. *de vulneribus* (*cf.* combustum, combustura): ITALA exod. 21, 25 (Aug. quaest. hept. 2, 80 p. 147, 19) -em pro -e. *v. supra l. 9.* FIRM. math. 4, 19, 13 vitia ... ex igni ... et ferro, id est praecisiones aut -es. PELAG. in Rom. 1 p. 651[c] (*ad Rom. 1, 24* ut contumeliis afficiant corpora *eqs.*) sibi ... cauteria et -es infligunt. VVLG. lev. 13, 28 plaga -is (*infra*: cicatrix ... combusturae. *cf.* ITALA Lugd.: cicatrix ustilaginis). PLAC. med. 17, 16 ad -em et scorpionis ictus. THEOD. PRISC. eup. faen. 8 ut capilli etiam post -em exeant. DIOSC. 2, 102 -bus et igni acro opitulatur (DIOSC. graec. 2, 118, 2 *πυρίκαυτα καὶ ἐρυσιπέλατα ὠφελεῖ*). 2, 121 -bus ... prodest (2, 136, 2 *πρὸς ἐπικαύσεις*). 2, 165 (2, 179, 1 *πρὸς πυρίκαυτα*). *ibid.* -bus medicatur (2, 179, 3 *κατακαύματα ... θεραπεύει*). PASS. Theclae a 35 p. 100, 2 *de martyrio Theclae alligatae super taurum, cui candens ferrum admovetur*: cum taurus a -e exilisset, flamma accensa combussit funes.

**II** ***translate*** *de ardore animi*: ITALA Is. 4, 4 (Aug. civ. 20, 25 p. 472) dominus ... sanguinem emundabit de medio eorum spiritu iudicii et spiritu -is (*καύσεως*, VVLG. ardoris; HIER. hom. Orig. in Ier. 13 p. 868 *ad Is. 4, 4*: mundari ... spiritu -is et poenae. *ibid.* -e purgatur *peccator* [*syn.* ignis indiget baptismo]. *cf.* in Is. 28, 5 p. 374).

**combustum,** -ī *v. supra l. 3.*

**combustūra,** -ae *f. a* comburere. IDIOM. gen. gramm. IV 581, 26 -a *κατάκαυμα* (GLOSS. II 545, 17). *de vulnere* (*cf.* combustum, combustio): ITALA exod. 21, 25 (Rufin. Orig. in exod. 10, 1) -am pro -a (*v. supra l. 9 et 59*) vulnus pro vulnere. VVLG. lev. 13, 28 mundabitur, quia cicatrix est -ae (*supra*: plaga combustionis. ITALA Lugd.: nota ... ustilaginis. *cf.* HIER. in Mich. 7, 8 *sqq.* p. 525). GARG. MART. med. 60 ossa combusta ... -is medentur. SER. SAMM. 1039 tit.



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-is igne vel frigore. PELAGON. 319 malagma ad -am. CHIRON 996 compositio ad -am et scabiem. PS. AVG. serm. 313, 3 si aliquis carbonem . . . statim proiciat, nec -am habere poterit nec dolorem. PS. APVL. herb. 99, 2 *compositio* -as perfectissime sanat. PLAC. med. 9, 12 tit. ad -am sive ab aqua sive ab igne factam. PLIN. VAL. 3, 36 tit. ad -am (*cf.* 3, 37 ad exusturam frigoris). DIOSC. 1, 76 vulneribus corporis et -is (gr. 1, 69 *πρὸς τὰ . . . κατακεκαυμένα*). PS. DIOSC. herb. fem. 32 oculorum fervores et -as . . . sedat. *de vi rodendi*: DIOSC. 5, 126 virtute et -a simile mysui habet (gr. 5, 118 Spr. *δύναμιν . . . ἔχει καυστικὴν κτλ.*). *sim.* 5, 127 (gr. 5, 119 Spr. *δύναμιν . . . καὶ καῦσιν*). *de corruptione ciborum per ignem*: APIC. 4, 179 transferes in alterum caccabum tisanam sic, ne fungum tangat propter -am. *itidem* 5, 208; *sed pro* fungum *rectius, ut videtur*, fundum *legitur*.

**combustus,** -ūs *m. a* comburere. GLOSS. II 341, 8 *κατάκαυσις* -us obustus. EPIT. Alex. 113 *in regem mortuum* multos odores ac mille -us addiderunt. *Hey.*

**comdi** *coniunctio, vulgariter pro* quomodo, quomodi. CORP. XIII 7554, 2 Valentinus Sinto inim(i)cus sic, comdi plumbum (*i. tabella devotionis in vasculum aquae plenum demersa*) subsidet *eqs.*

**1. cōmē,** *acc.* -ēn *f.*, *κώμη*. *legitur graece*: PAVL. FEST. p. 41, 3. ITIN. [Silv.] 7, 7 Heroum autem civitas . . . nunc est -e (comes *cod.*), sed grandis, quod nos dicimus vicus. *in nominibus propriis locorum*: *c. adiectivo*: LIV. 32, 13, 10 circa Sperchias et Macran quam vocant -en. 38, 12, 9 transgressi Maeandrum ad Hieran -en pervenerunt. 38, 15, 7 ex Pamphylia rediens . . . ad Xylinen quam vocant -en posuit castra. *c. genetivo*: LIV. 38, 15, 12 ad vicum, quem Acoridos -en vocant, posuit castra. PLIN. nat. 10, 62 Pythonos -en vocant in Asia patentibus campis, ubi congregatae *ciconiae* inter se commurmurant *eqs.* (SOL. 40, 25 Pythonos -e est [-es est, -e is est *al. var. lect.*] in Asia locus). *v. etiam* comus.

*deriv. gr.*: comiaca. *compos. gr.*: comarchus.

**2. comē,** *κόμη*, *v. s.* coma *p. 1754, 67 sqq.*

[somanites **comea** (*?*) GLOSS. V 579, 50]. summitas coma *coni. Lommatzsch, cf. p. 1746, 36.* *Mbr.*

✱**1. comedo,** -ēdī, -ēsum (-essum, -estum), -esse (-edere) *a* com *et* esse (edere). commedere *hic illic in codd.* comidit *perf.*: NOT. Tir. 102, 98 CORP. III 14524 (*Moes. sup.*). comisurus: GLOSS. IV 498, 33. VEL. gramm. VII 79, 20 Nisus auctor est ut comese . . . per unum s scribamus. SERV. Aen. 4, 66 -edere . . . hodie non dicimus; nam ab eo, quod est 'es', 'esse' et 'comesse' facit. gramm. IV 415, 5 anomalum . . . -edo -es. CLEDON. gramm. V 37, 20 -edo -edis -edit. POMP. gramm. V 231, 27 -edo -edis -edit debuimus dicere et dicimus -edo -es -est. *leguntur formae*: comes: PLAVT. Most. 12 MART. 10, 31, 6 NOT. Tir. 102, 99. comedis: HIER. epist. 54, 11, 1 VVLG. I reg. 1, 8 *al.* comest (NON. p. 81 -est pro -edit. GLOSS. V 638, 58 -est -edit): PLAVT. Most. 559 Trin. 249 Truc. 593 LVCIL. 180 (comis *codd.*). 1091 TITIN. com. 16. 38 AFRAN. com. 4 POMPON. Atell. 122 NOVIVS Atell. 1. 30 VARRO Men. 289 CIC. phil. frg. V 30 PETRON. 66, 6 PLIN. nat. 2, 205 ANTH. 636, 22 NOT. Tir. 102, 100. comedit: LVCIL. 171 (*nisi est coni.*) HIER. epist. 22, 37, 3 *al.* VVLG. prov. 13, 25 *al.* AVG. in psalm. 66, 3 p. 805 PRAEDEST. 1, 72 p. 612[B] GREG. TVR. Iul. 17 ORIBAS. syn. 9, 89 NOT. Tir. 102, 97. comestur: LACT. mort. pers. 33, 8 (-estus *cod.*). comeditur: HIL. epist. ad fil. 4 p. 550[B] HIER. epist. 120, 2 p. 824 Vall. VVLG. deut. 12, 22 *al.* PAVL. NOL. epist. 32, 24 *al.* comestis: PLAVT. Truc. 156. comeditis: ITALA Is. 29, 1 (Hier. in Is. 29, 1 *sqq.* p. 387) I Cor. 10, 31 (Hier. epist. 127, 4) VVLG. Ezech. 33, 25 *al.* comede: ITALA apoc. 10, 9 (Primas.) HIER. epist. 54, 11, 2 VVLG. gen. 2 16 *al.*. comedite: ITALA Is. 29, 1 (Hier. in Is. 29, 1 *sqq.* p. 387) VVLG. exod. 16, 25 *al.* AVG. serm. 28, 2 PASS. Matth. 13. comesto: CATO agr. 156, 1. comessem *eqs.*: PLAVT. Men. 611 CIC. Sest. 110 CATVLL. 29, 14 PETRON. 65, 2 MART. 5, 39, 10 LAMPR. Heliog. 29, 7 PS. AVR. VICT. orig. 12, 3 (-edisset*?*) AVG. c. Iul. 3, 21, 47 (*ex verbis Iuliani*; -edisset *pars codd.*). *cf.* GLOSS. IV 45, 10 -esset comedisset (498, 34 *al.*). comederem *eqs.*: VLP. dig. 10, 4, 9, 1 ITALA apoc. 12, 4 (Primas.) VOPISC. Aurelian. 50, 4 VVLG. gen. 3, 1 *et passim* CASSIOD. inst. div. 23 p. 1138[B] PASS. Theclae C 33 p. 91, 10 *al.* comesse: PLAVT. Bacch. 580 Cas. 779 Men. 628 Most. 14 POMPON. Atell. 72 CIC. Flacc. 91 nat. deor. 2, 64 CATVLL. 23. 4 FAV. or. frg. Gell. 15, 8, 2 PHAEDR. 1, 13, 4. 1, 20, 4 SCRIB. LARG 12 PETRON. 66, 6. 141, 7 PLIN. nat. 8, 206. 18, 196 MART. 5, 70, 5 AVR. Fronto p. 67, 20 N. APVL. apol. 41 SERV. georg. 2, 537 MACR. sat. 2, 2, 4 (*ex Catone, cf. p. 1767, 35*). comedere: VOPISC. Prob. 20, 2 CHIRON 301 HIER. epist. 38, 4, 4 *al.* VVLG. gen. 40, 17 *al.* RVFIN. hist. 5, 1, 52 *al. saepius.* CAPER gramm. VII 92, 13 comestor -esta -estum uti dicas (*sic B*, comesor -esa uti dicas *M; v. quae seq.*). DIOM. gramm. I 362, 23 hic esus, unde et -esus dicimus et -edendus, non -estus neque -esturus, ut vulgus existimat. 387, 5 de cuius (*comedere*) perfecto ambigitur apud veteres, -estus an -esus et -esurus; *sequuntur exempla*: PS. CIC. in Sall. 7, 20 (*v. p. 1764, 6*) *et* VALG. frg. (*v. l. 84*). PRISC. gramm. II 520, 1 a -edo, quod est anomalum, -esum et -estum invenitur. Cicero pro Cluentio (*173 v. p. 1764, 6*) *eqs.*, Virgilius autem . . . adesus (*Aen. 9, 537*). *legitur*: comesus: CATO agr. 58 SALL. hist. frg. 2, 10 VALG. frg. Diom. gramm. I 387, 6 PRIAP. 70, 7 VERAN. Macr. sat. 3, 6, 14 IVV. 1, 34 TERT. apol. 50 (*opt. codd.*) LAMPR. Alex. 38, 4 HYG. astr. 2, 40 p. 76, 9 HIER. epist. 45, 5, 1 adv. Iovin. 2, 10. DRAC. laud. dei 1, 492 -esis (-essit *B*, -estis *Peiper*). GLOSS. IV 38, 30 *al. cf. l. 29.* comessus: PLAVT. Trin. 406 *A P* VARRO rust. 1, 2, 11. comestus: CATO agr. 50, 2 VARRO Men. 523 CIC. Cluent. 173. PS. CIC. in Sall. 7, 20 -esto (*sic Diom. gramm. I 387, 6*; -eso *vel* -isso *codd.*). VAL. MAX. 9, 12 ext. 6 TERT. mart. 4 pudic. 7 resurr. 32 p. 70, 22 PS. AVR. VICT. orig. 12, 4 SERV. auct. georg. 2, 380 VVLG. exod. 22, 13 *al.* PS. AVG. serm. 46, 2 *al.* MARCELL. med. 15, 34 PLAC. med. 11, 1 *al.* THEOD. PRISC. log. 75 *al.* DIOSC. 2, 104 *al.* CAEL. AVR. acut. 3, 17, 139 *al.* VICTORIN. Christ. 33 PS. AMBR. mor. Brachm. p. 1181[C] ANTHIM. 53 *al.* PASS. Andr. long. 6 PALLAD. hist. mon. I 6 p. 269[C] GLOSS. II 105, 12. comesurus: VVLG. I reg. 9, 13 GLOSS. IV 498, 33 *v. p. 1763, 38.* comessurus: PLAVT. Pseud. 1126 (*A et CD*, -esurus *B*) HIER. c. Ioh. 34 *al.* PS. AMBR. trin. 28 PASS. Theclae A 34 p. 94, 5 VITA Caes. Arel. 2, 9. comesturus: VVLG. gen. 43, 16. 25 FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 11 ORIG. in Matth. 18, 114 IVST. VRGELL. ad Ioh. 4, 32. comedim (-is, -it, -int): NON. p. 83 -edim pro -edam (GLOSS. V 638, 74). PLAVT. Bacch. 743 Curc. 560 Trin. 102. 360 Truc. 534 LVCIL. 171*?* (*cf. p. 1767, 78*) POMPON. Atell. 151 CIC. epist. 9, 20, 3 (-am *H D*). comedam *eqs.*: SEN. epist. 48, 6 COLVM. arb. 15 ITALA iud. 9, 15 (Aug. quaest. hept. 7, 44 Lugd.) *etc. cf.* RHET. Her. 4, 49, 62 -atur (*E*, -itur *M*). *verbum primae coniugationis fingit* GRAMM. suppl. 76, 10 -edo -edas. GLOSS. *κατεσθίω. κατατρώγω. καταβρώσκω.* -ere *φαγεῖν* (ISID. orig. 17, 7, 28) *ἐσθίειν.* -estis *βρωθέντων.* -esum: manducatum. *cf.* PAVL. FEST. p. 45 catulinam carnem esitavisse, hoc est -isse. *legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem.* [*hisp.* comer. *M.-L.*] [*ex coni.* CARM. epigr. 1448, 2. *corrupte* VARRO Men. 317.] *cf. nom. propr.* Comesus.

**comestio,** -ōnis *f. a* comedere. *plur.*: Cassiod. in psalm. 78, 8 *v. l. 60*. Oribas. syn. 1, 16 Gloss. IV 334, 20 *al.* Gloss. IV 334, 20 edacitas multae -es (V 540, 39 *al.*). *cf.* comissatio. *actus comedendi, interdum metonymice cibus ipse, ut l. 41. 64.* **1** *de hominibus vel generatim*: Itala deut. 28, 22 (Lugd.) percutiat te dominus amentia ...et austrinatione et -e (*aliter* LXX *et* Vvlg.). 31, 17 (Lugd.) irascar ... eis ... et erit -o (*ἔσται κατάβρωμα*, Vvlg. erit in devorationem *populus*). Hil. myst. p. 20, 30 -o ad vesperum in carne, expletio autem mane significatur in manna (*supra*: ad vesperam editis carnem). Fvlg. serm. ant. 40 edulium ... quasi praegustativa -o. Verec. in cant. 2, 29 *mel* erit in -e dulcissimum. Cassiod. in psalm. praef. 3 finitum cibum, qui sedula -e consumptus est. 68, 11 esuriem ... aliqua -e satiamus. 105, 14 ut in deserto -em ... peterent *Iudaei*. 127, 2 *v. infra l. 63*. Greg. M. in euang. 29, 1 'convescens elevatus est *Iesus*'. comedit et ascendit, ut videlicet per effectum -is veritas patesceret carnis. past. 3, 35 p. 121$^{B}$ scandalum sua hac -e (*sc. immundorum ciborum*) moventibus. Isid. orig. 20, 2, 21 coctum ... usui ... -is aptum. *c. gen.*: Schol. Hor. gloss. *Γ* epist. 1, 7, 7 variorum -e pomorum. Fvlg. aet. mund. p. 133, 15 in -em pomi ... impellitur *Adam*. Fvlg. Rvsp. c. Fastid. 19 in cuius (*cibi carnalis*) -e communis operatio est carnis et animae (*infra*: in illa -e). Cass. Fel. 1 p. 6 *capite laborantibus* observandum etiam a -e lactis. 61 p. 149, 11 ex multa ciborum -e. Bened. reg. 39, 18 carnium ... quadrupedum ... abstineatur -o. **2** *de bestiis*: Gavdent. serm. 5 p. 873$^{A}$ cordis sui calcaneum patens praebeat -i serpentum. Fvlg. myth. 1, 6 p. 20, 15 *odium* accidens est quod ...oboritur ...-is propter ut iumentis. aet. mund. p. 137, 12 *columba* morticinarum carnium -e ... non redit. Ps. Ignat. ad Tars. 7 -is tantummodo appetitores (*τοῦ φαγεῖν ... ὀρεκτικοί*) sunt et post -em (*μετὰ τὸ φαγεῖν*) inscii sunt *canes vel asini*. Apring. in apoc. 20, 9—10 *impios* volucres, id est daemones, ad cenam magnam dei provocati, profana -e pascuntur. Cassiod. in psalm. 78, 8 cadavera mortuorum ferarum -bus exponebant. 130 praef. iumentis ... pabula ... subministrat, ut ... copiosa -e reficiat. Greg. M. moral. 32, 18 in -e faeni vel paleae. **3** *translate*: Cassiod. in psalm. 127, 2 (*ad*: 'labores fructuum tuorum manducabis') felix -o quae non ventre digeritur, sed ... perennitate servatur. nam et animas habere pabulum suum psalmus ... ostendit (*cf. ibid.* nemo ... de carnali -e beatus efficitur). *an corrupte*: Oribas. syn. 1, 16 sana habentibus corpora molesta aut superflua est ventris purgatio; etenim -es vel tortiones excitat (*ἐλιγγιῶσι καὶ στροφοῦνται*). Gloss. V 196, 20 *ad lemma* 'exigitus': -em dixit *eqs.* (*verba aliunde irrepsisse putat Götz.*).

**comestor** *v.* comesor.

**comestūra,** -ae *f. a* comedere. *i. q. comestio*: Itala Ezech. 34, 5 (Cypr. epist. 57, 4 *et* 68, 4) et factae (facta *al.*) sunt *oves* in -am (-a *al.*) omnibus bestiis agri (*ἐγενήθη εἰς κατάβρωμα*, Vvlg. in devorationem). Matth. 6, 19—20 (cod. k; *sim.* Cypr. eleem. 7 testim. 3, 1 p. 111, 4 Aug. serm. 36, 5 de serm. dom. 2, 13, 44) nolite vobis condere thensauros super terram, ubi tinia et -a exterminant ..., thensaurizate autem vobis thensauros in caelo, ubi neque tinia neque -a exterminat (*σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει*, Vvlg. ubi aerugo et tinea demolitur).

**comēsus,** *abl.* -ū *m. a* comedere. Isid. orig. 20, 1, 1 a -u mensa. *Hey.*

✖**comētēs,** -ae *m.* (Gloss. V 182, 1), *κομήτης* (Gloss. III 242, 13. 293, 48. 542, 42). *cf.* Cic. nat. deor. 2, 14 stellis iis, quas Graeci



cometas, nostri cincinnatas vocant (Schol. Iuv. 6, 407 -em ... latine autem haec stella cincinnata dicitur). Plin. nat. 2, 89 cometas Graeci vocant, nostri crinitas (*cf.* Svet. Claud. 46 *infra l. 55*. Serv. Aen. 10, 272 -ae ...latine crinitae appellantur. Isid. orig. 3, 70, 17). Apvl. mund. 3 flammae ... quas Graeci -as ... appellant. *derivatur etiam a* coma: Serv. auct. Aen. 10, 272 *alter -es* vere -es appellatur, nam comis hinc inde cingitur. Gloss. V 182, 2 -es ...quasi comam habet (IV 39, 21). *cf.* Gloss. *infra l. 17*. Sen. nat. 7, 6, 1 *infra l. 65* Plin. nat. 2, 89 *infra l. 42* Isid. nat. 26, 13 (*ex Suet.*) *infra l. 44*. *nom. sing.* -es, *acc.* -en *passim.*; -a: Prvd. cath. 12, 21 Gloss. V 182, 1. -am: Octavia 232. -em: Serv. auct. Aen. 10, 272 *cod. F*. Schol. Iuv. 6, 407 (*afferens* Lvcan. 1, 529 [*item* Gloss. V 182, 3], *ubi codd.* -en) Clavd. 17, 112. 26, 243. *gen. sing.* -ae: Cypr. Gall. exod. 417. *abl.* -e: Plin. nat. 2, 149. *nom. plur.* -ae, *dat.-et abl. plur.* -is, *acc.* -as *passim*. comitis, comitem, comiten: Greg. Tvr. Franc. 4, 31. 5, 41. 6, 14 curs. 34 Gloss. IV 488, 13. *mire* comis (*de Boote*): Gloss. IV 595, 22 Butis stella comis, quae quasi comas habet (*at* V 502, 22 stella -es *etc.* IV 488, 13 Betes stella comites *etc.*). IV 586, 26 Butis stilla comis, qui quasi cornua habet. 212, 34 Boetes septentrionalis stella comis. 603, 4 Bootis stella comis (*in his stulte Bootes comes Plaustri cum -e confundi videtur*). [*corrupt.*: Acc. trag. 92 (Non. p. 165) cedo ecquid hic redhostit? viam -em obiet facilius (Fest. p. 270 *aliter*).] *quo loco excepto legitur inde a* Cic.; *in hexametro nonnisi in fine versus*. Sen. nat. 7, *qui liber* de -is *est, saepius quam 80ies*. *cognomen viri v. nom. propr.*

**I** *nomen generis stellarum crinibus cincti propter figuram et raritatem inter prodigia numerati* (*cf.* Diff. Suet. p. 284 Reiff. *al. passim*): **A** *generalia*: **1** *de natura -ae; dubitant, qualis stella sit, utrum stella sit necne, al.*: Sen. nat. 1, 15, 4 quibus *fulgoribus* longior mora est et ignis fortior motumque caeli sequens aut etiam proprios cursus agunt, -as nostri putant. 7, 3, 2 Democritus ...suspicari se ait -*as* plures stellas esse. 7, 4, 1 *Apollonius Myndius* ait -as in numero stellarum errantium poni a Chaldaeis. 7, 5, 5 numquid ... Aristoteles non illam tantum sed omnes trabes -as esse credebat hunc habentes differentiam, quod his continuus ignis est, ceteris sparsus? 7, 11, 2. 7, 17, 1 'non est', *Apollonius Myndius* inquit, 'species falsa nec duarum stellarum confinio ignis extentus, sed proprium sidus -es (-ae *Schultess*) est sicut solis ac lunae'. 7, 18, 1 si erraret -es essetque sidus (*sc. erraticum*), intra signiferi terminos moveretur *eqs.* 7, 19, 1 quidam nullos esse as existimant, sed speciem illorum ... reddi *eqs.* 7, 22, 1 non ... existimo -en subitaneum ignem ... ⟨esse⟩ *eqs.* 7, 24, 4. 7, 28, 1. 7, 30, 2. Plin. nat. 2, 89 -as Graeci vocant ... horrentes *stellas* crine sanguineo et comarum modo in verticem hispidas. Isid. nat. 26, 13 (*cf. Suet. frg. p. 221, 6*) -es stella est, quae velut comas luminis ex se fundit (orig. 3, 70, 16. 17). Apvl. mund. 3 ex ea parte, quae curriculis finitimi inuritur solis se iaculari atque emicare et scintillare flammae quaedam ostensae oculis nostris videntur, quas Graeci -as ... appellant. 16 prolixa lux stellaeque fluor et ignitus liquor, qui cum latius quatitur, -es vocatur. Serv. Aen. 10, 272 Plinius ... Secundus dicit, -as stellas esse naturales. Adnot. Lucan. 1, 528 ipse (*i. idem*) est crinis timendi sideris qui et -ae. Greg. Tvr. curs. 34. Gloss. V 182, 1 -a nomen stellae. 182, 2 -*a* quasi comam habet. 182, 3 stella flammam in modum faculae dans. IV 39, 21. *inde locutiones*: Plin. nat. 2, 92 -es ... terrificum ... sidus. Tac. ann. 14, 22 -es sidus (15, 47). Svet. Claud. 46 exortus crinitae stellae, quam -en vocant. Diff. Suet. p. 284 -ae stella. Ivst. 37, 2, 2 Chalc. comm. 98 Amm. 25, 10, 2. 30, 5, 16 sidera -arum. Anon. Vales. 14, 84 Hyd. chron. min. II 126. 151 Ennod. epist. 1, 2 Greg. Tvr. Franc. 4, 31. 5, 41. 6, 14.

**2** *de origine, generibus, numeris*: Manil. 1, 866 sive ... ratio praebentis semina terrae in volucres ignes potuit generare -as sive illas natura faces ... creavit. Sen. nat. 1, 15, 4 -*arum* genera sunt pogoniae et cyparissiae et lampades et alia omnia, quorum ignis in exitu sparsus est (*cf.* Plin. nat. 2, 89 Adnot. Lucan. 1, 529 Serv. auct. Aen. 10, 272). 7, 4, 1 Epigenes ... ait ... videri illos (-*as*) accendi turbine quodam aëris concitati et intorti. 7, 6, 1 'duo', inquit Epigenes, '-arum genera sunt: alii ardorem undique effundunt nec locum mutant, alii in unam partem ignem vagum in modum comae porrigunt *eqs.*' 7, 12, 2 manifestum fit non illarum (*stellarum mobilium*) coitu fieri -en, sed proprium esse et sui iuris *eqs.* 7, 17, 1 Apollonius Myndius ... ait ... -en non unum ex multis erraticis effici, sed multos -as erraticos esse. 7, 21, 1 placet ... nostris -as ... denso aere creari. Isid. nat. 26, 13 (*cf. Suet. frg. p. 221*) omnes stellas erraticas quibusdam temporibus -as fieri dicunt. Serv. Aen. 10, 272 Stoici dicunt has stellas (-*as*) esse ultra XXXII (Isid. orig. 3, 70, 17). *ibid. Plinius Secundus* commemorat -as fieri de planetis quinque (Schol. Germ. Strozz. p. 186). Adnot. Lucan. 1, 529 Campestris scribit -as quinque esse. Clavd. 17, 112 quae flamma ... figat crinita -em. carm. min. 29, 4 unde *sint* rubescentes ferali crine -ae. *fabulose*: Hyg. fab. 192 p. 123 *Merope* de choro sororum (*Pleiadum*) expulsa maerens crinem solutum gerit, quae -es appellatur. astr. 2, 21 p. 64 *Electram* quodam longo tempore lamentantem capillo passo videri; itaque e facto -en esse appellatam.

**B** *structurae variae*: **1** *pro subiecto*: Verg. georg. 1, 488 nec ... totiens arsere -ae (Avien. Arat. 1813 Rvfin. hist. 3, 8, 2. *cf.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVIEN. Arat. 594 vultum *-arum* ardere diu. AMM. 30, 5, 16 arsere crinita sidera -arum). VERG. Aen. 10, 272 siquando nocte -ae ... lugubre rubent (SIL. 8, 637 rubuit letale -es. AVIEN. Arat. 594 *-as* rutilo ... rubere cruore. CLAVD. rapt. Pros. 1, 233. *cf.* carm. min. 29, 4 rubescentes ferali crine -ae). TIB. 2, 71 *Sibyllae* fore dixerunt ... -en. MANIL. 1, 815 tractosque perire -as rara ... viderunt saeculà. 1, 826 pariterque cadunt fulgentque -ae. 1, 892 talia significant lucentes saepe -ae *eqs.* (*cf.* SEN. nat. 7, 28, 1 Aristoteles ait -as significare tempestatem et ventorum intemperantiam atque imbrium. SERV. Aen. 10, 272). 1, 893 terrisque *-ae* minantur ardentes sine fine rogos (SEN. nat. 7, 28, 2 non statim -es ortus ventos et pluvias minatur). SEN. nat. 7, 7, 1 numquam -es sine vento appareret *eqs.* (7, 10, 1. 7, 12, 2. 7, 15, 2. 7, 17, 2 [*bis*]. 7, 18, 1. 7, 20, 3 *al.* LACT. epit. 66 [71] HYD. chron. min. II p. 25, 126. p. 26, 151 GREG. TVR. Franc. 4, 31. 5, 41). 7, 7, 1 si *-es* vento fieret, cum vento caderet: et si vento inciperet, cresceret (7, 18, 1) vento. 7, 7, 2 *-ae* procedunt (7, 21, 2) et signa praetereunt. 7, 7, 3 *-ae* varie cucurrerunt (7, 25, 7). 7, 8, 3 *-ae* non confuse nec tumultuose eunt. 7, 12, 4 -ae senis mensibus manent. 7, 15, 1 paulo ante Achaicum bellum -es effulsit (TAC. ann. 14, 22. *cf.* PLIN. nat. 2, 90 *Διὸς* -es argenteo crine ... refulgens). 7, 17, 2 *-es* altiora mundi secat. 7, 21, 2 *-es* ignium modo alimentum suum sequitur; quamvis enim illi ad superiora nisus sit, tamen deficiente materia retro iens ipse descendit *eqs.* OCTAVIA 232 -am pandere infestam facem. PLIN. nat. 2, 149 -e illis noctibus flagrante. SIL. 1, 461 terret fera regna -es. 9, 444 geminum vibrare -en. STAT. Theb. 1, 708 quae mutent sceptra -ae. IVST. 37, 2, 2 -es ... septuagenis diebus ita luxit (SERV. auct. Aen. 10, 272), ut caelum omne conflagrare videretur. nam et magnitudine sui quartam partem caeli occupaverat et fulgore sui solis nitorem vicerat; et cum oreretur occideretque IV horarum spatium consumebat. AVIEN. Arat. 594 -as ... tristi ... surgere forma ... perfundere crinibus aethram. SERV. auct. Aen. 10, 272 alter -es ... denuntiat ... bella *eqs. ibid.* si *-es* occidentem attenderit ... orientem attenderit *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 10, 275 *-es et Sirius* morbos ferunt hominibus et interitum plurimorum. haec dicuntur et imperii commutationem portendere. CLAVD. 26, 247 *-es* crine vago ... foedavit sidera Plaustri, donec in exiguum moriens vanesceret ignem. rapt. Pros. 1, 233 augurium ... laturus iniquum ... sanguineo dilabitur igne -es. *ibid.* *-es* crine minaci nuntiat aut ratibus ventos aut urbibus hostem. ENNOD. epist. 1, 2, 3 *quem* quasi -es sidus religiosorum fugit universitas. **2** *pro obiecto*: AETNA 241 tristem nosse -en. MANIL. 1, 870 trahit ad semet rapido Titanius aestu involvitque suo ... igne -as ac modo dimittit. SEN. nat. 7, 2, 2 neque illos (*-as*) conversio mundi solvit (7, 16, 3) et velocitas. 7, 3, 1 an ... illos (*-as*) ad suum diem certus ordo producat. 7, 7, 1 -ae ... visuntur supra quam ventis ire licet. 7, 7, 3 si aquilonis illos (*-as*) impetus a terris in altum levaret. 7, 8, 3 *-as* causis turbulentis et instantibus pelli (*cf.* 7, 23, 3 -es ... non cito expellitur. CLAVD. 6, 246). 7, 8, 4 -as ... immixtos stellis videmus per superiora labentes (7, 20, 4. APVL. mund. 16 vere videntur -ae. AMM. 25, 10, 2 interdiu. CLAVD. rapt. Pros. 1, 234 non illum [*-en*] navita tuto, non impune vident populi). 7, 11, 1 -as non in una parte caeli aspici *eqs.* 7, 12, 8 -ae ubique cernuntur. 7, 16, 3 -es solutus et in duas partes redactus *eqs.* 7, 20, 4 multos -as non videmus, quia obscurantur radiis solis. 7, 21, 2 qua illum (*-am*) vena pabuli sui duxit, illa repit, nec ut stella procedit, sed ut ignis pascitur. 7, 22, 2 numquam -es in imum usque demittitur. 7, 23, 3 nec extinguitur *-es*. 7, 29, 3 Claudianus *-es* ... non desiit in rectum assidue celsior ferri. PLIN. nat. 2, 93 -es ... colitur in templo Romae. VAL. FL. 6, 609 iratoque vocati ab Iove ... ad regna iniusta -ae. AVIEN. Arat. 594 *-as* sanguine suppingi. CLAVD. 26, 243 addit cura novis *signis* ... numquam caelo spectatum impune -em. 26, 244 *-es* Phoebi prolatus ab ortu. **3** *dativus*: SEN. nat. 7, 5, 4 redditam suam -ae (-is *codd.*) facem (faciem *codd.*). 7, 17, 2 nec hunc *-en* qui sub Nerone Caesare apparuit et -is detraxit infamiam, illi similem fuisse, qui. **4** *genetivus*: SEN. nat. 7, 3, 1 ortus -arum. 7, 8, 2 *cursus* (*bis*). *ibid.* *motus*. 7, 26, 2 corpus. LACT. inst. 7, 16, 8 crines (CYPR. GALL. exod. 417).

**C** *epitheta*: CIC. carm. frg. (de consul.) 3, 15 claro tremulos ardore. VERG. georg. 1, 488 diri (AVIEN. Arat. 594). Aen. 10, 273 sanguinei. AETNA 241 tristem (PRVD. cath. 12, 21 CLAVD. 17, 112). MANIL. 1, 870 flammantis igne. 1, 892 lucentes. SEN. nat. 7, 9, 1 humiliores. *ibid.* diuturnioribus, celsioribus. 7, 11, 3 lucidiorem ... aut rubicundiorem. 7, 14, 4 rari ... et ob hoc mirabiles. 7, 15, 1 non minor sole. 7, 15, 2 modicus. 7, 17, 1 erraticos. 7, 26, 2 porrecti. *ibid.* aeternos. LVCAN. 1, 529 mutantem regna. CALP. ecl. 1, 78 placida radiantem luce. PLIN. nat. 2, 90 candidus ... argenteo crine ... refulgens. VAL. FL. 6, 609 fatales. IVV. 6, 407 instantem regi Armenio Parthoque. CLAVD. carm. min. 29, 4 rubescentes ferali crine. rapt. Pros. 1, 234 praepes.

**II** *nomen herbae*: DIOSC. 4, 159 unus masculus titimallus caracias dicitur, a multis -es ... appellatur. Ps. DIOSC. herb. fem. 42 Ps. APVL. herb. 108. *Bannier.*

**comhērēs** *v.* coheres *p. 1541, 76.*

**comhorrēsco** *v.* cohorresco.

**cŏmiacu,** -ae *f.*, **κωμιακή*. GLOSS. V 566, 34 camiaca hoc est ancilla de castello (*sc.* *κώμη*). *v. vol. IV p. 1378, 62.* *masc.* -us *non huc pertinere videtur, v. nom. propr.* *Mbr.*

**comiātus** *v.* commeatus.

×**cōmicus,** -a, -um, *κωμικός*. *i. q. ad comoediam pertinens.* GLOSS. suptilis. subtilis vel qui[a] comoedia⟨m⟩ scripsit. -um: subtilem, compositum. suptile vel compositum (*nisi utroque loco* comptum *vel* comem (come) *subest, v. p. 1785, 74 sq.*). *legitur inde a* PLAVTO, *deest et aliis et* CATONI TER. RHET. Her. CATVLLO LVCR. SALL. PVBLIL. NEP. VERG. TIB. LIV. PHAEDRO ASCON. PERS. LVCANO PETRON. VAL. FL. MART. STAT. SIL. TAC. IVV. *adde nom. propr.* [*locus corruptus*: VELL. 1, 16, 3 novam -am Menandrus ... invenere (*incl. Ald.*, comoediam *Gruner*). *v. etiam* comixius.]

PLAVT. Capt. 61 iniquomst, -o choragio conari desubito agere nos tragoediam. 778 ut -i servi solent (POMPON. Atell. 138). Poen. 597 aurum ... -um. CAECIL. com. 244 ut me hodie ante omnes -os stultos senes versaris (DON. Ter. Ad. 938 PHYSIOGN. 72). VOLCAC. carm. frg. 1, 2 palmam poetae -o cui deferant (*cf.* 1, 5 mimico [-o *codd.*]. CIC. orat. 67 leg. 2, 36 VITR. 5 pr. 4 SEN. dial. 7, 27, 2 epist. 9, 21 PLIN. nat. 13, 13 PRISC. gramm. III 420, 2 DON. Ter. Ad. 39 SCHOL. Germ. Bas. p. 58, 9). VARRO frg. Rufin. gramm. VI 556, 14 at in extremum senarium totidem semipedibus adiectis fiet -us quadratus (*cf.* QVINT. inst. 9, 4, 139 senarius. DIOM. gramm. I 507, 5 de iambico -o. SACERD. gramm. VI 518, 21 *et sim.* PS. CENS. frg. 14, 5). CIC. S. Rosc. 47 utrum hunc ego -um adulescentem an aliquem ex agro Veiente nominem. Q. Rosc. 28 illum ... ex artificio -o aestimabat. nat. deor. 3, 72 levitates -ae parumne semper in ratione versantur? CAES. carm. in Ter. v. 4 -a, ut aequato virtus polleret honore cum Graecis. HOR. sat. 2, 5, 91 Davus sit -us. ars 89 res -a non vult. PROP. 4, 5, 44 cum ferit astutos -a moecha Getas. MANIL. 5, 471 -a componet laetis spectacula ludis. VITR. 5, 6, 8 genera ... scaenarum tria ...: tragicum ... -um ... satiricum. 5, 7, 2 tragici et -i actores (QVINT. inst. 2, 10, 13). 7, 5, 2 tragico more aut -o seu satirico (QVINT. inst. 1, 8, 3). PAVL. FEST. p. 81 exomides sunt -i vestitus exertis humeris. p. 134 Maeson persona -a (PLIN. nat. 25, 137 QVINT. inst. 11, 3, 79). p. 185 tragico vel -o ornatu. VAL. MAX. 5, 7 ext. 2 -ae lenitatis hi patres, tragicae asperitatis illi. SEN. dial. 9, 11, 8 tragicis -isque vehementior ingeniis *Publilius*. PLIN. nat. 7, 111 in -o socco (SCHOL. Hor. Vind. ars 80 socci id est -i. MART. CAP. 2, 121 soccum ... ferre -um). 14, 95 ex ... -o versu (HIER. epist. 130, 11). 35, 114 Calates -is tabellis. QVINT. inst. 11, 3, 125 -us magis quam oratorius gestus. MIN. FEL. 21, 2 ut -us sermo est. TERT. anim. 50 quod hoc Menandri balneum? -um credo. Ps. CATO Mus. 3 -a lascivo gaudet sermone Thalia (*cf.* AVSON. 367, 3). DON. Ter. Ad. 221 -um errorem. 299 artem. 396 nimis -a et moralis asseveratio. 638 verbum ... tragico cothurno magis quam loquelae -ae accommodatum. 970 -am manumissionem. Hec. 281 cothurnati et tragici dolores ... non -i. 415 ratio ... actuum -orum. 427 -um est et Terentianum. 611 *κωμικῷ χαρακτῆρι* et usu cotidiano. Phorm. praef. 1, 3 -us stilus (SERV. Aen. 4, 1 SCHOL. Ter. p. 69, 32). 1, 5 -a serenitate. 35 miri lepores et sales -i (HIER. epist. 50, 3 SIDON. epist. 7, 2, 2). SERV. Aen. 4, 534 -um principium. DIOM. gramm. I 482, 19 (*ex Suetonio, cf. frg. p. 5*) tragicae et -ae fabulae (LACT. inst. 6, 20, 27). 482, 28 poematos dramatici ... genera ... quattuor: apud Graecos tragica, -a, satirica, mimica (*syn.* praetextata, tabernaria, Atellana, planipes. 502, 13 qualitates carminum sex: heroica, -a, tragica, melica, satirica, dithyrambica. MAR. VICTORIN. gramm. VI 50, 10). SCHOL. Hor. sat. 1, 4, 52 a patre -o. SCHOL. Cic. Bob. p. 163, 12 Hild. -i operis actorem. RVFIN. apol. Orig. 2, 10ª p. 592ᴬ -osque ac lyricos et historicos auctores. POMP. gramm. V 153, 16 ioco -o. SIDON. epist. 1, 9, 8 cum milite -o. 4, 12, 1 rhythmos. EVGRAPH. Ter. Eun. 663 -a dictione. SCHOL. Ter. p. 80, 16 -um verbum. PRISC. gramm. II 283, 19 in -is nominibus. VLT. SYLL. gramm. IV 255, 32 in -o carmine. HIST. Apoll. rec. A 16 in -o habitu ... post haec induit tragicum. rec. B 16 statum -um. CARM. epigr. 236, 3 ⟨ipse⟩ caestata can⟨ebat⟩ -a Atella⟨nica⟩. 544ᴬ, 13 -a ... ⟨virtus nituit serm⟩one faceto.

*adv.* **cōmicē:** CIC. de orat. 3, 30 quis ... res ... tragicas paene -e, tristes remisse, severas hilare, forenses scaenica prope venustate tractavit? SEN. epist. 100, 10 sit aliquid oratorie acre, tragice grande, -e exile. GELL. 13, 23, 12 minus -e Plautum. 13, 23, 13 id perite magis quam -e dictum (DON. Ter. Ad. 945 ridicule dixit et -e. EVGRAPH. Ter. Eun. 432 SACERD. gramm. VI 433, 33 CLEDON. gramm. V 18, 21). DON. Ter. Ad. 94 satis -e hoc infertur. Phorm. 2 -e et venuste inseruit. 194 -e et moraliter addidit (SCHOL. Ter. p. 71, 13 -e additum).

*fortasse graece* **cōmicōs** (*κωμικῶς*): SCHOL. Hor. epod. 13 tit. ad amicos -os.

×*subst.* **cōmicus,** -ī *m.* **1** *qui comoedias scribit* (*interdum diiudicari non potest, utrum agatur de eo, qui comoedias scribit, an de eo, qui agit*): GLOSS. qui comoediam scripsit. [GLOSS. IV 498, 32 qui comedit (*h. e.* qui comoed⟨iam scrib⟩it? *aliter p. 1769, 20*).] PLAVT. Poen. 581 condoctior sum, quam tragoedi aut -i. VARRO ling. 5, 62 hinc -us 'hinc victrix Venus'. 7, 65 Iuventius -us. CIC. de orat. 3, 138 veteres -i (QVINT. inst. 1, 7, 22 veterum -orum ... libris. 9, 3, 14 *v. p. 1785, 5.* 12, 2, 22 cum historici tum ... -i veteres. IREN. 2, 14, 1 HIER. epist. 57, 5. *adde;*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Isid. orig. 8, 7, 7 *infra l. 35*). Cic. orat. 184 -orum senarii. opt. gen. 1, 1 tragici, -i, epici, melici ... dithyrambici (*cf.* 1, 2 Pacuvium tragicum et Caecilium fortasse -um. Sen. contr. 7, 3, 8 apud quemquam -um tragicumque aut Romanum aut Graecum. Qvint. inst. 9, 3, 14 apud veteres tragicos -osque. 11, 1, 38 Tert. nat. 1, 10. Spart. Hadr. 16, 8 in reprehendendis musicis, tragicis, -is, grammaticis, rhetoribus, oratoribus. Cassiod. in psalm. 144, 21 hinc satirici, hinc historici, hinc -i tragicique ditati sunt). Ov. Ib. 591 -us ut liquidis periit, dum nabat, in undis. Pavl. Fest. p. 109 Imbrex nomen cuiusdam -i. Sen. benef. 2, 5, 2 quod ille -us dixit. Qvint. inst. 2, 16, 3 Socrati obiciunt -i *eqs.* 10, 1, 72 alii ... -i, si cum venia leguntur. 12, 10, 25. Plin. epist. 1, 20, 17 Periclen sic a -o Eupolide laudari. 1, 20, 19. Svet. vita Ter. 7 hunc Afranius ... omnibus -is praefert. Gell. 2, 32, 1 Menandro ... aliis -is (Iren. 2, 18, 5 Porph. Hor. epist. 2, 2, 60 Don. Ter. Hec. praef. 1, 1 Amm. 21, 14, 4 Cael. Avr. acut. 3, 15, 121). Apvl. flor. 16 p. 62 de Philemone -o. 18 p. 84 ille -us. Corp. XIV 2408, 4 (*a. 169*) L. Acilio ... commun(i) mimor(um) adlecto, diurno parasito Apoll(inis) tragico, -o, et omnibus corporib(us) ad scaenam honor(ato). Tert. anim. 18 Epicharmi -i. 20 -i Phrygas timidos illudunt. Porph. Hor. carm. 1, 17, 18 fidicinas -i dicunt citharistrias. Cens. 1, 3 ut -us ait Terentius (Lact. inst. 7, 23 Avson. 307, 6. 308, 7 Hier. in Mich. 1, 1 p. 447 Schol. Cic. Bob. p. 99, 19 Hild. Oros. hist. 4, 19, 6 Svlp. Sev. dial. 1, 9, 3). Vopisc. Car. 13, 4 vel -orum ... dicta vel talium poetarum. Don. Ter. Ad. 26 absurdum est -um ... nomen personae incongruum dare. Avson. 360 Amm. 14, 6, 16. 15, 13, 3. Serv. georg. 1, 9 Aristophanes -us. Schol. Germ. Bas. p. 55, 6 Crates -us (Hier. chron. a. Abr. 1566). Hier. in Soph. 1, 7 p. 681 utuntur et -i. in Zach. 2, 8 p. 851 iuxta -um *Plautum*. epist. 8, 1 Turpilius -us. 54, 9 -us, cuius finis est humanos mores nosse atque describere. Avg. civ. 19, 5 audiant apud -os suos. Prosp. chron. I p. 396, 198 Cratinus -us. Sidon. epist. 4, 1, 2 si quid ... -us lepidum *condidit* (*iuxtapos.*: heroicus, lyricus, orator, historicus, satiricus, grammaticus. panegyrista, sophista, epigrammatista, commentator, iurisconsultus). Prisc. gramm. II 448, 29 apud -os induci. Schol. Ter. p. 54, 12. Isid. orig. 8, 7, 7 duo sunt genera -orum ... veteres, qui et ioco ridiculares extiterunt, ut Plautus ... novi, qui et satirici, a quibus generaliter vitia carpuntur, ut Flaccus. Corp. VI 6025 -o ... conservo. **2** *qui comoedias agit, histrio*: Gloss. cantator vel artifex saecularium canticorum. Plavt. Persa 465 tragici et -i numquam aeque sunt meditati. Rud. 1249 spectavi ... -os sapienter dicta dicere atque iis plaudier. Varro Men. 353 ut -i, cinaedici, scenatici. Schol. Hor. epist. 2, 1, 82 Aesopus et Roscius antiquissimi -i fuerunt. Corp. XIV 2408 nobilis archimimus ... tragicus, -us *eqs.* **3** *de personis comoediae*: Schol. Cic. Gron. p. 430, 4 quos magis debemus ad exempla proferre quam -os? qui ideo a poetis inducuntur, ut illorum actibus vitae nostrae videamus imaginem.

*synonyma et iuxtaposita*: cinaedicus, commentator, dithyrambicus, epicus, epigrammatista, grammaticus, heroicus, historicus, iurisconsultus, lyricus, melicus, musicus, orator, panegyrista, rhetor, satiricus, scenaticus, sophista, tragicus. *de syn.* comis *v. l. 83 sqq.* *opposita*: cothurnatus, oratorius, tragicus, tragoedus. *Mertel.*

**comīlito** *v.* commil-.

**comīnum** (comīnus) *i. q.* cuminum *v. vol. IV p. 1378, 75.*

**cominus** *v.* comminus.

**1. cōmis**, -e [comis, *prisce* cosmis *orig. inc. cf. esse c. slavon.* kochati '*amare*', *lituan.* keksze '*meretrix*' *putat Ehrlich, Zeitschr. f. vergl. Sprachforsch. 41 (1907) 287. Th.*]. Varro ling. 7, 89 -iter ... cuius origo graeca κῶμος, inde comisatio latine dicta et in Graecia ... como⟨e⟩dia[m]. *aliter*: Pavl. Fest. p. 63 κοσμεῖν dicitur comere et κόσμιος, qui apud nos -is (Gloss. II 105, 30 -is κόσμιος). Don. Ter. Phorm. 537 '⟨-iter⟩' veteres dixerunt παρὰ τὸ κόσμος. *legitur forma* cosmis: Inscr. Dueni (Corp. I² 3) (*saec. fere IV a. Chr. medio*); *forma* cōmis *adi. inde a* Plavto, *adv.* comiter *iam inde ab* Naevio (*et* Marcio carm.); *frequentant*: Cic. *11ies* (comiter *8ies*) Hor. *septies* (*deest adv.*) Ov. *sexies* (*bis adv.*) Liv. *quater* (*26ies adv.*) Tac. *adi. et adv. nonis locis* Fronto *quinquies* (*semel adv.*) Apvl. *ter* (*11ies adv.*) Avson. *10ies* (*ter adv.*). *abl. sing. ubique* comi. *compar.*: Cic. Mur. 66 Itin. Alex. 53. *at* magis -is: Avson. 192, 15. *superl.*: Svet. Vesp. 22 Apvl. met. 10, 18. 11, 22 (*de sup. adv. v. p. 1787, 25*). *vulgariter scribitur in codd.* comes, *velut* Itala num. 22, 32 (Lugd.) Drac. Romul. 2, 65 Not. Tir. 78, 20 *v. l. 80.* Gloss. II 248, 31. 409, 7 (cumes). *cf.* IV 320, 37 *v. l. 77.* *de significatione*: Cic. Balb. 36 -es: benigni faciles suaves *v. p. 1787, 49.* Porph. Hor. sat. 1, 10, 53 *v. p. 1786, 23.* Gloss. urbanus. hilaris, bonus, compositus (subtilis). ornatus, hilaris, bonus, compositus. facilis, suavis, dulcis. ornatus, subtilis. -i: communi, bono. II 248, 31 ἀστεῖος: festivus, lepidus, luculentus, scitus, bellus, comes. IV 320, 37 -is: [particeps (*ad* comes *spectare vidit Götz*)] vel conveniens. Schol. Prud. psych. 277 *v. p. 1787, 5* Schol. Ter. p. 148, 13 *v. p. 1786, 13.* Not. Tir. 78, 20 comes (*inter* comicum *et* comes(s)atio, *potius huc quam ad* comes *referendum*). *ubique fere de animi qualitate dictum esse videtur, de corporis ornatu vel pulchritudine usurpatam esse vocem certis exemplis non probatur. inter vocabulorum* comis *et* comicus *notionem hudere videntur* Hor. sat. 1, 10, 41 *et* 53 *v. p. 1787, 15 et infra l. 21, item* Fronto p. 106, 5 *p. 1787, 2.* [*loci dubii*: Plavt. Bacch. 401 sisne necne .... malus bonus quoius modi, iustus iniustus, malignus largus, -is incommodus (-is *Bugge*, com in comodus *B*, commodus incommodus *CD*). Ter. Haut. 912 (*infra l. 66*) *et* Sen. epist. 88, 30 (*p. 1787, 9*) *traditur* communis. *cf.* Comm. instr. 2, 22, 11 *infra l. 51.* Prop. 4, 5, 44 *coni. Guyet.* Phaedr. 5, 7, 13 *coni. Nauck.* Fronto p. 143, 1 N. *de* Corp. IV 3436 *v. p. 1788, 5.*] *adde nom. propr.*

**I** *de hominibus*: **A** *de hom. ipsis* (*de dis infra l. 24 et 42 sq.*): **1** *absolute*: Inscr. Dueni (Corp. I² 3) deivos ..., nei ted endo (*in te; i. in sepulcro?*) cosmis virco sied, asted *eqs.* Plavt. Bacch. 401? *v. supra l. 2.* Caecil. com. 108 fit obsequens, hilarus, -is, communis concordis. Ter. Hec. 837 ego ... usa sum benigno et lepido et -i (Schol. Ter. p. 148, 13 *ad l.* apto et eleganti sive remisso). Cic. inv. 1, 35 considerantur ... -is officiosus an infacetus *sit*. Mur. 66 quis vero C. Laelio -ior? Planc. 64 negotiatoribus -is ... eram visus (*appos.* iustus, liberalis, abstinens. *cf.* Hor. sat. 1, 4, 90 hic tibi -is et urbanus liberque videtur. *adde*: Stat. silv. 2, 1, 168 tune ille hilaris -isque videri?). Cic. fin. 2, 80 et bonum virum et -em et humanum (Qvint. inst. 6, 2, 18 ἦθος omne bonum et -em virum poscit). rep. 1, 50 ut hoc populorum intersit, utrum -i domino an aspero serviant. Hor. sat. 1, 10, 53 Lucilius (*opp.* tragici ... Accii. *cf.* 1, 10, 65 fuerit Lucilius ... -is et urbanus. Porph. Hor. sat. 1, 10, 53 -is autem Lucilius propter urbanitatem dicitur). 2, 8, 76 vir bonus es convivaque -is. carm. 1, 30, 7 parum -is sine te (*Venere*) Iuventas Mercuriusque. Ov. fast. 3, 684 -is anus (*Anna Perenna*). Liv. 4, 10, 9 *ut Quinctium* patres severum consulem et plebs satis -em crediderint. 8, 34, 3 patres -es et senes faciles. Sen. dial. 4, 33, 6 (*ironice*) benignus interim et -is adulescens (*Caligula*). Plin. nat. 35, 28 Tiberius Caesar, minime -is imperator. Tac. ann. 5, 1 *Iulia Augusta* -is ultra quam antiquis feminis probatum. Plin. epist. 7, 19, 7 quam iucunda, quam -is, quam denique ... non minus amabilis quam veneranda. Calp. decl. 32 muliere tam -i. Apvl. met. 9, 33 hospes. 11, 22 senex -issimus. Gran. Lic. p. 28, 7 -is et mansuetior i⟨lle⟩ quam ⟨pater⟩. Ivst. 13, 2, 8 -em et cunctis ... acceptissimum. Paneg. 11, 21 aliud quoddam hominum genus ... inde ... parum -e, subrusticum. Spart. Hadr. 14, 11 *Hadrianus* severus laetus, -is gravis, lascivus cunctator, tenax liberalis ... severus clemens. Geta 5, 8 -is etiam habebatur in adulescentia. Avson. 165, 4 Hilari cognomen adepta, quod laeta et pueri -is ad effigiem. 166, 9 -is blandusque et mensa commodus uncta. 167, 5. 180, 7 tu gravis et -is, cum iustitiaque remissus. 192, 15 *appos.* liberalis. 205, 11 facete -is ... cui felle nullo, melle multo mens madens. Mart. Cap. 6, 705 Venus cum deliciis famulitioque tam -i. 9, 888 -is blandisque assueta Voluptas. 9, 999 Sidon. epist. 3, 2, 1. **2** *additur: alicui*: Plavt. Trin. 254 fit ipse dum illis (*meretricibus*) -is est, inops amator. Lvcil. 664 munifici -esque amicis nostris videamur viri. Ov. ars 2, 177 si nec blanda satis *amica* nec erit tibi -is amanti. Tac. Agr. 22 ut erat -is bonis, ita adversus malos iniucundus. hist. 3, 38 *se* -em ac magnificum militibus ostentet. Svet. Vit. 7 *per* stabula ac deversoria mulionibus ac viatoribus praeter modum -is. Avson. 193, 11 convivis. Comm. instr. 2, 22, 11 in tuis divitiis -em (cōē *AB*, cōmunem *C, quod minus apte ad versum quadrare videtur*) te redde pusillis. *alicui rei*: Ov. am. 2, 19, 16 erat votis -is et apta meis. *aliqua re* (*cf. p. 1787, 9*): Drac. Romul. 2, 65 Alcidis comes est *Hylas* -is (comes *N*) puerilibus annis. in *re aliqua*: Cic. fin. 2, 80 -is in amicis tuendis. Cato 59 ceteris in rebus *Cyrum* -em erga Lysandrum atque humanum fuisse. Lampr. Alex. 44, 1 in iocis dulcissimus fuit, in fabulis amabilis, in conviviis -is. super *rem*: Svet. Vesp. 22 et super cenam ... et semper alias -issimus. in *aliquem*: Hor. epist. 2, 2, 133 bonus sane vicinus, amabilis hospes, -is in uxorem, posset qui ignoscere servis (Liv. 33, 21, 4 -is in uxorem ac liberos). erga *aliquem*: Cic. Cato 59 *supra l. 56.* *additur infin.*: *v. supra l. 18.* **3** *praedicative*: Arnob. nat. 5, 25 -is rogat illa et hortatur contra.

**B** *de hominum ingenio, actionibus, corporis partibus sim.*: [*conicitur*: Ter. Haut. 912 quemquamne animo tam -i (communi *codd.*) [esse] aut leni putas, qui *eqs.*] Cic. carm. frg. 16, 4 *Terentius* quiddam -e loquens atque omnia dulcia dicens. orat. 128 *genus orationis* ἠθικόν -e iucundum ad benevolentiam conciliandam paratum *est*. Att. 1, 13, 4 nihil -e, nihil simplex, nihil ἐν τοῖς πολιτικοῖς illustre, nihil honestum, nihil forte, nihil liberum (*in homine quodam*). Nep. Dion 1, 2 ingenium docile -e aptum ad artes optimas (Ov. trist. 5, 1, 28 ingenium -e, Tibullus. Tac. ann. 6, 41). Ov. ars 3, 510 -bus est oculis alliciendus amor. trist. 2, 512 maiestas adeo -is ubique tua (*Augusti*) est. Liv. [1, 22, 5 -i fronte, *v. p. 1787, 62*] 9, 36, 8 -i hospitio acceptum (*cf.* Mart. 4, 64, 28 tam -i patet *domus* hospitalite). Sen. benef. 6, 29, 2 sermo -is et sine adulatione iucundus (Tac. ann. 13, 45. Apvl. met. 10, 18 -issimis. Avson. 398, 44. *adde p. 1787, 11*). *cf.* Tac. hist. 1, 19 Pisonis -is oratio (Fronto p. 53, 7 N. -i [comiti *m. pr.*] atque affabili oratione). Tac. ann. 4, 7 quae cuncta (*instituta moresque*) non quidem -i via, sed horridus ac plerumque formidatus retinebat tamen (Itala num. 22, 32 [Lugd.] non est comes via tua ante me [οὐκ ἀστεία. Vvlg. perversa]). Germ 21 victus *Germanorum* inter hospites -is. Svet. gramm. 7 -i facilique



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

natura. Ps. Qvint. decl. 14, 11 ipsa *facies* -is optanda tristitia. Fronto p. 106, 5 N. vel -es *sententias* ex com(o)edis vel urbanas ex togatis vel ex Atellanis lepidas et facetas *arripere*. 192, 2 tam -i amicitia accipias velim. 238, 3 vultu -i, verbis lenibus (Prvd. psych. 277. *cf.* Schol. Prud. *ad l.* ornata). Gell. 13, 4 tit. *Olympiadis* -is ac prudens ... rescriptio. Itin. Alex. 53 conviviis et voluptatibus -ioribus. Avson. 161, 6 gravitas -is laetaque serietas. 418, 38 brevitas *loquendi*. Carm. epigr. 1409, 3 *iuvenis* cui pietas fidei gratia -is erat. *additur alicui*: Sen. epist. 88, 30 humanitas ... verbis rebus affectibus -em (communem *VP*, -em ς) se facilemque omnibus praestat. Tac. ann. 15, 43 *C. Piso* ignotis quoque -i sermone et congressu. *aliqua re*: *v. l. 9.*

**II** *de aliis rebus*: Manil. 5, 635 veloces ... partus -e (omne *var. lect., i. lene, facile*) per officium vigilantia membra ferentes (Phaedr. 2, 5, 16). *additur abl.*: Hor. sat. 1, 10, 41 arguta meretrice potes Davoque ... eludente senem -es garrire libellos (*fere i. q. comicos?*).

*adv.* **cōmiter** (Schol. Ter. p. 134, 16 ab eo quod est hic et haec comis. *de orig. v.* Don. Ter. Phorm. 537 *p. 1785, 61*): *legitur inde a* Naevio (*et* Marcio vate, *v. l. 30?*). *nam* Foed. Gaditan. *infra l. 45 sq. non est anni 212 a. Chr., sed a. 78 a. Chr.*), *reliqua de frequentia v. p. 1785, 63 sqq.* *de notione*: Cic. Balb. 36 *v. infra l. 33 et 47 sqq.* Varro ling. 7, 89 -r hilare ac lubenter Gloss. ἐπιχωμαστικῶς. φιλοτίμως, ἐπιδεξίως. benigne. benigne, humane. ornate, benigne. Schol. Ter. *v. infra l. 45.* [*traditur superlat. corr.*: Plavt. Mil. 941 lepidissime et -issume confido confuturum (-issime *Gruter*, cōmissum *B*, comisumet *C D*, *at* comsissime *gloss. Plaut.*; *Ritschl. al.*].

Naev. praetext. 6 Veiens regem salutat (saltant *cod.*) Vibe Albanum ⟨A⟩mulium -r (*Scaliger*, comitem *cod.*) senem sapientem. Marcivs carm. frg. (Macr. sat. 1, 17, 28 *et* Liv. 25, 12, 9, *estne carm. novatum?*) censeo vovendos (vovendos censeo *Liv.*) ludos qui quotannis -r Apollini fiant. Enn. scaen. 397 si voles advortere animum, -r monstrabitur (398 qui erranti -r monstrat viam [*cf.* Cic. Balb. 36 *ad l.* benigne, non gravate]). ann. 236 quocum ... mensam sermonesque suos rerumque suarum -r impertit. Plavt. Mil. 676 te ... hospitio accipiam apud me -r (commitas *B*, est comitas *CD*. Liv. 29, 22, 1 Avson. 448, 2. *cf.* Liv. 23, 33, 8 pro hospitibus). *adde*: Ov. fast. 2, 788 -r excipitur (Liv. 33, 49, 6 Cvrt. 6, 5, 3 Tac. hist. 3, 42 ann. 3, 8. 12, 51 -rque excepta regio cultu habita est. 13, 18. 14, 4. Apvl. met. 6, 19 -r ... ac benigne. *aliter infra l. 60*). Liv. 28, 39, 21 acciperent (29, 11, 7. 34, 9, 10 -r ac benigne. 35, 49, 6. 37, 7, 13). Apvl. met. 9, 33 receptusque -r. Amm. 18, 6, 21 susceptus. Plavt. Poen. 805 factum a vobis -r (Rud. 286 fiet. Gell. 9, 3, 3 quin lepide -rque pleraque et faceret et diceret). Ter. Phorm. 537 qui me ... adiuerit -r (Schol. Ter. p. 134, 16 *ad l.* pulchre. Don. *v. p. 1785, 61*). Foedvs Gaditan. (Cic. Balb. 35; *a. 78 a. Chr.*) maiestatem populi Romani -r conservanto (*cf.* Cic. *ad l.* in quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat, -r esse 'communiter', quasi vero priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur. comes benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur *eqs.* ..... *seq. Enn. scaen. 397 v. l. 32, addit*: 'communiter' quidem certe non convenit. *infra*: potestne ... maiestas ... benigne conservari? *adde*: Proc. dig. 49, 15, 7, 1 ut is populus alterius populi maiestatem -r conservaret. *ibid.* maiestatem nostram). Cic. Cael. 13 cum senibus graviter, cum iuventute -r vivere (Sen. epist. 47, 13 cum servo clementer, -r quoque). Cic. Deiot. 19 cum in convivio -r ac iucunde fuisses. Phil. 13, 4 salutabunt benigne, -r appellabunt *nos* (rep. 1, 14. Q. Cic. pet. 50 [*addit*: benignum ac liberalem esse]. Liv. 2, 44, 5 -r ac benigne. Tac. hist. 2, 48 Apvl. met. 3, 12). Cic. de orat. 1, 35 -r, ut solebat, ... inquit (nat. deor. 1, 57) Att. 3, 15, 7 consolari. Ov. ars 1, 710 excipiat blandas -r illa preces (*paulo aliter*: Tac. ann. 13, 54 quod -r a visentibus exceptum [*sc. interpretatum est*]). Liv. 1, 22, 5 -r ... convivium celebrant (comi fronte -r *PFC*, concomi fraterniter *M*). 1, 57, 10 invitat (Gell. 13, 2, 2. 19, 7, 1 holusculis pomisque satis -r copioseque). 3, 70, 1 respondebat (7, 19, 4. 43, 6, 10 Fronto p. 170, 18 N.). 4, 7, 6 dimissi (33, 20, 9 auditi dimissique). 5, 13, 7 cum inimicis quoque benigne ac -r sermones habitos. 6, 25, 7 commeatus exercitui -r ... devehitur. 6, 34, 9 -r sciscitando. 9, 43, 26 legatis ... -r munera missa. 25, 18, 4 liberaliter -rque curatus fuerat. 34, 12, 7 *aliquem* -r habendo. 42, 1, 10 privata hospitia ... benigne -rque colebant. 42, 24, 10 munera ... data utrisque aliaque hospitalia -r conservata. 45, 20, 8 alia -r atque hospitaliter praestare. Cvrt. 9, 10, 22 -r allocutus. Colvm. 1, 7, 1 *dominus* -r agat cum colonis facilemque se praebeat. Plin. nat. 17, 4 domo ... -r *habitare*. 35, 85 silentium -r suadebat (*antea*: fuit enim et comitas illi). Qvint. inst. 12, 10, 71 dicet idem graviter, severe, acriter, vehementer, concitate, copiose, amare — -r, remisse, subtiliter, blande, leniter, dulciter, breviter, urbane (Gell. 9, 3, 3 *supra l. 43*). Tac. hist. 1, 13 -r administrata provincia. ann. 1, 76 quia Augustus -r interfuisset *spectaculis*. Plin. epist. 3, 7, 3 sapienter se et -r gesserat. Apvl. met. 1, 17 causas ... -r inquirere. 1, 24 amplexusque ac -r deosculatus. 1, 26 excusavi -r, quod *eqs.* 2, 6 deduxit (*syn.* blande). 2, 18 -r amatoriae militiae brevem commeatum indulsit. 9, 26 mensam ... postulabat. 10, 17 me satis humane satisque -r nutriebat. 11, 21 clementer ac -r ... meam differens instantiam. Gell. 2, 2, 11 graviter simul et -r disseruit (*cf* Arnob. nat. 5, 28 edisserit). 13, 4, 3 sensim et -r admonuisse. Avson. 454, 2 omnibus -r praebitis. 459, 2 *venia* -r impetrata. Avr. Vict. Caes. 9, 3 coarguens. Macr. sat. 1, 2, 8 iucunde et -r prolata. 1, 11, 11 in sermonem admitte. Sidon. epist. 1, 9, 1 excolebamur. *nota absolute*: Corp. IV 3436 Vitalioni com(iter). *an suppleas* comi? *c. adiectivo*: Liv. 7, 33, 2 in ludo ... militari ... -r facilis (comis ac facilis *H. J. Müller*).

*synonyma et iuxta posita* (*cf. congeriem synonymorum p. 1786, 36 et 1787, 75*): acceptus, affabilis, amabilis, aptus, benignus (*item adverbia* -r *et* benigne), blandus (*item adv.*; *cf.* blandis assueta *p. 1786, 43*), bonus, clemens (*et adv.*), commodus, communis (*de* -r *ac* communiter *cf. quae disputavit* Cic. *p. 1787, 47 sq. adde varietatem lectionum p. 1786, 4 sq.*), concordis, dulcis (*item adv.*), facetus, facilis, hilaris (-us; *adde p. 1786, 38*), honestus, humanus (*item adv.*), iucundus (*et adv.*), iustus, laetus, largus, lascivus, lenis (*et adv.*), lepidus (*etiam adv.*), liber, liberalis (*item adv.*), magnificus, mansuetus, munificus, obsequens, officiosus, prudens, remissus (*etiam adv.*), simplex, suavis, urbanus (*et adv.*). *praeterea ad* comiter: copiose, hospitaliter, sapienter, sensim, subtiliter. *opposita*: asper, formidatus, gravis (*cf. ad* -r: gravate, graviter), horridus, incommodus, infacetus, iniucundus, iniustus, malignus, malus, rudis, severus (*item adv.*), subrusticus, tenax. *adde*: tragicus *p. 1786, 21.* *praeterea ad* comiter: acriter, amare, vehementer.

*derivatum*: comitas. [*derivatur*: comis(s)ator *a* Vel. gramm. VII 72, 19 *v. p. 1789, 62.*] *compos.*: concomis, incomis, percomis. *Mbr.*

**2. comis** *v.* 1. comes. **3. comis** *i. q.* cometes *v. p. 1782, 16 sqq.*

**cōmis(s)ābundus,** -a, -um *a* comissari. *per simplicem* s *traditum*: Liv. 9, 17, 17 Porph. Hor. sat. 2, 3, 254. *fere idem q. comissans, luxurians*: Liv. 9, 17, 17 *Alexander per Indiam* temulento agmine -us incessit. Cvrt. 5, 7, 10 *Persepolin* a -o rege deletam. 9, 10, 26 -us exercitus *Alexandri* (*cf.* 9, 10, 27 bacchabundum agmen). Plin. nat. 21, 9 Athenis ... -i iuvenes ante meridiem conventus sapientium ... doctrinae frequentabant. Porph. Hor. sat. 2, 3, 254 Polemon ... Atheniensis iuvenis luxuriosus ... cum -us incederet per urbem.

*? **cōmissālis,** -e *a* comissari (*sed cf. l. 39*). Canon. Migne 56, 720$^{B}$ non oportet ministros altaris ... ex symbolis, quae vulgus commissalia appellat, convivia celebrare. (*an tractum a* committere*?*).

*adv.* **cōmissāliter:** Sidon. epist. 1, 5, 3 cantatas saepe -r nobis Phaethontiadas. *cf.* Gloss. II 309, 15 ἐπικωμαστικῶς comiter (comisaliter *Büch.*).

**cōmissātio** (comes(s)atio), -ōnis *f. a* comissari. Varro ling. 7, 89 κῶμος, inde -o latine dicta. Pavl. Fest. p. 41, 3 -o a vicis, quos Graeci κώμας dicunt. Gloss. IV 41, 28 comesationes a comedendo satis. V 181, 11 a comedendo superflue appellatae. *cf. Mau, PW. IV 610 sqq.* Gloss. Plac. V 13, 2 (56, 16 *al.*) comesationes ... scribimus uno m et uno s. Gramm. suppl. 292, 15 'commessatio' per e. *cf. sub* comissari. Ambrosiast. in Rom. 13, 13 -es sunt luxuriosa convivia, quae aut collatione omnium celebrantur, aut vicibus solent a contubernalibus exhiberi. Pelag. in Rom. 13 p. 706$^{C}$ -o est mensae collatio (*cf. l. 57*). Diom. gramm. I 488, 12 *comoedia ἀπὸ τοῦ κώμου*, id est -e (Beda gramm. VII 268, 10). Gloss. ἐπικωμασία. κῶμος. κῶμος τὸ συμπόσιον. introductio ('*male versum*' *Götz*). convivium meretricum. luxuria vel concubia meretricorum (*sic*). convivia cum meretricibus mixta. com[m]estio. comestio superflua. collatio mensae, quando multi in unum multa conferunt, ut simul epulentur et inebrientur. -es: convivia. convivia quae ad peccatum provocant. luxuriosa convivia cum meretricibus. *cf.* Svet. Vit. 13, 1 *v. infra l. 78.* [*dub.*: Gloss. comisatio: bonitas, innocentia vel urbana eloquia, astutiosus ('*cogitatur de* comitas' *Götz*)].

Cic. Verr. 4, 31 de -e loquerentur inter se ac de mulierculis. Catil. 2, 10 quod si in vino et alea -es solum et scorta quaererent (*infra*: accubantes in conviviis, complexi mulieres impudicas *eqs.*). Mur. 13 turpe convivium, ... amor, ... -o (*supra opp.*: in convivio moderato atque honesto). Cael. 35 libidines, amores, ... convivia, -es, cantus. Phil. 5, 15 saltatores, citharistas, totum denique -is Antonianae chorum. de orat. 3, 164 nolo esse maius *in transferendis verbis*, quam res postulet: 'tempestas -is', aut minus: '-o tempestatis'. Liv. 1, 57, 5 otium conviviis -busque ... terebant. 40, 13, 3 tempora ... lusus, convivii, -is. 40, 13, 4 gladios in -em praeparatos. 40, 13, 8. 9. 40, 15, 11 e convivio et -bus. Sen. dial. 3, 20, 8. 11, 10, 9. benef. 6, 32, 1 pererratam nocturnis -bus civitatem. nat. 4, 13, 6 distentos copia ferculorum ... -o altius mersit. epist. 51, 4 -es navigantium. Mart. 12, 48, 11 Albana ... -o ... pontificumque dapes. Tac. hist. 1, 30 stupra ... et -es et feminarum coetus. Svet. Cal. 55, 2 agitatori Eutycho -e quadam in apophoretis vicies sestertium contulit. Vit. 13, 1 epulas ... quadrifariam dispertiebat, in ientacula et prandia et cenas -esque. Tit. 7, 1 suspecta ... luxuria ..., quod ad mediam noctem -es cum profusissimo quoque familiarium extenderet. Gell. 1, 9, 9 Alcibiadae -em *in symposio Platonis*. Itin. Alex. 53 cum ... apud Medium convivarent, -e sese illis convivam facit. Ivst. 12, 13, 7 instaurata -e. Qverol. p. 13, 1 compares (-ra *codd.*), -es, vinum, turbas respue (*infra*: dibacchationes). Serm. Migne 13, 645$^{B}$ pagani ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deorum ... festivitatem colentes post immensam cibi et potus voracitatem turpesque -es. Ps. Avg. serm. 92,1 *Iesus* interfuit nuptiis ... et -es non renuit nuptiarum. Boeth. categ. 3 p. 248c assiduis -bus. Ennod. opusc. 6,7 p. 404,1 exigit -o ... bonorum damna meritorum. Iord. Get. 49,258 stravam ... ingenti -e concelebrant. Gloss. V 181,7 comoedia ... a -e *eqs.* Not. Tir. 78,21. *latiore sensu* (*ni corruptum*): Novell. Iust. 133,1 *monachi* ipsos dicantes deo et abrenuntiantes publicae -i (conversationi *vulg.*; ἀπειπόντες πρὸς πᾶσαν δημώδη δίαιταν). Isid. orig. 8,7,6 comoedi appellati ... a -e, solebant enim post cibum homines ad eos audiendos venire. *loci sacrarum scripturarum et ecclesiasticorum, qui hinc dependent*: Vvlg. deut. 21,20 filius noster ... -bus vacat et luxuriae atque conviviis (*cf.* Itala Lugd.: comestor est). prov. 23,20 noli esse in conviviis potatorum nec in -bus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus et dantes symbola consumentur. Itala (Lucif. non parc. 35 p. 282,16) *et* Vvlg. II Macc. 6,4 templum luxuria et -bus gentium erat plenum (ἀσωτίας καὶ κώμων; luxuria et *om.* Lucif.). Itala (Cypr. zel. 10 Aug. doctr. christ. 4,20,40; *loco non plene citato* Tert. ieiun. 17 Aug. conf. 8,12,29; *cf.* Ambr. hex. 1,10,38 *et l. 50*) *et* Vvlg Rom. 13,13 honeste (decenter Cypr.) ambulemus. non in -bus et ebrietatibus (κώμοις καὶ μέθαις), non in cubilibus (concupiscentiis Cypr.) et impudicitiis (libidinibus Tert.). Itala (Cypr. testim. 3,64 Priscill. tract. 1,24 Aug. civ. 14,2 p. 5. 21,25 p. 536 Ps. Ambr. serm. Sess. 3,8; *cf.* Avg. civ. 14,2 p. 6 *et* Rvfin. Orig. in gen. 12,3) *et* Vvlg. Gal. 5,21 manifesta sunt ... opera carnis, quae sunt ... invidiae, homicidia, ebrietates, -es et his similia (φθόνοι [φόνοι *pars codd.*] μέθαι, κῶμοι καὶ τὰ ὅμοια τούτοις). Itala I Petr. 4,3 (Aug. epist. 164,10) ambulantes in libidinibus et concupiscentiis et ebrietate -bus potationibus *eqs.* (ἐν ... οἰνοφλυγίαις, κώμοις, πότοις, Vvlg. qui ambulaverunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis, -bus, potationibus *eqs.*). Tert. ieiun. 3 p. 286,2 *apostolus* ebrietates et -es recusaverat. pudic. 17 p. 258,17 ebrietates et -es compescit apostolus. Novatian. trin. 29 ebrietates reicit ... luxuriosas -es fugat *apostolus* (Ps. Orig. tract. 20 p. 211,7 luxuriae -es refugit). Hil. in psalm. 125,11 cum caro ... -es ebrietatem sereret. Ambr. virg. 3,5,25 *laetitia* non inconditis -bus ... excitata. Hier. in Am. 6,7 *sqq.* p. 315 -es exercuere ac symbola. Rvfin. Greg. Naz. orat. 2,5 p. 90,16 Eng. -bus et ebrietatibus. Pelag. in I Tim. 4 p. 881B -bus vacent. Zacch. 1,35 ut ... in -em exuberatio vertatur et captiva temulentia vitiis irrigetur. Cassian. conl. 5, 16,5 de gastrimargia ... nascuntur -es et ebrietates (Ps. Rvfin. in psalm. 43,4). Leo M. serm. app. 4,1 nolite esse in -bus prodigi vel in ebrietatibus arrogantes. Nicet. symb. frg. 3 p. 54,6 abrenuntiet ... superbiae et iactantiae, -bus et ebriositatibus *eqs.* Salv. gub. 4,40 non sufficiunt ... multis ... -es. 4,52 pro his (*sc. beneficiis*) reddimus *deo* mores flagitiosos, ebrias -es *eqs.* Apon. 4 p. 75 variis immissionibus circumdatur anima, ... ebrietatibus, -bus, impudicitia. Cassiod. in psalm. 125,6 avaritiam diligunt, deliciosas -es exquirunt *eqs.* Mvtian. Chrysost. hom. 30,3 ad convivia -is et ebrietatis plena (εἰς πότον ... καὶ εἰς συμπόσια μέθης πεπληρωμένα). Orig. in Matth. 18,60 partem aliquam noctis transigere in -bus et ebrietatibus et cubilibus et impudicitiis (*cf. Rom. 13,13 l. 20*). Mart. Brac. iact. 1 qui gulae ingluvie superatur, -bus, crapulae, ebrietati deservit.

comessatio *plane i. q. comestio* (*nonnulla, quae supra allegantur, hic adiungere possis*): Herm. Pal. mand. 8,3 abstine ab adulterio, ab ebrietate ... -bus multis (ἀπὸ ἐδεσμάτων πολλῶν). Hesych. in lev. 17,13—14 p. 1006D consumuntur illa ... incongrua malignaque -e, de qua Paulus prohibebat dicens: 'si ad invicem comeditis *eqs.*' (*Gal. 5,15*). Fvlg. Rvsp. c. Fab. frg. 12 p. 765B *apostolus* cum vellet Corinthios a -e immolaticiae carnis arcere (*I Cor. 10,14 sqq.*).

**cōmis(s)ātor,** -ōris *m. a* comissari. Vel. gramm. VII 72,13 *comisator* per unum s scribatur. 72,18 in comisatore utramque consonantem simplicem ponamus, nam aut a comitate vox dicta est aut a graeco παρὰ τὸν κῶμον. Evgraph. Ter. Ad. 783 -es dicuntur qui post cenam veniunt ad laetitiam et voluptatem. Boeth. categ. 3 p. 248c -r *dicitur*, cui voluptas comessandi est. Gloss. ἐπικωμαστής. rixator. gulae aut ventri immoderate deditus. qui multum comedit. superventor, helluo. II 344,48 καταφαγᾶς nepa -r vorax comesor. V 568,30 epytimio (epithoinio *Heraeus, ἐπιθυμοδείπνους confert Büch. e Plut. quaest. conv. 8,6,1*) epulo, caena⟨tor⟩ vel -r. *adde nom. propr.* Comisator.

Ter. Ad. 783 -em haud sane commodum (Evgraph. novum -em ..., qui irasci habeat). Cic. Cael. 67 alia fori vis est, alia triclinii ... non idem iudicum -umque conspectus. Att. 1,16,11 nostri isti -es coniurationis, barbatuli iuvenes (*v. Boot ad l.*). Liv. 40,7,8 *Demetrius* -es ... aditu ianuae arcet. 40,9,1 armati -es. 40,9,12 convivam me tibi committere ausus non sum; -em te cum armatis venientem recipiam? 40,14,11. Sen. contr. 2,6,7 -em senem (*sc. luxuriantem*; contr. exc. 2,6). Petron. 65,3 *lictor* cum ingenti frequentia -r intravit. Mart. 4,5,3 nec leno potes nec -r haberi. Qvint. inst. 3,6,26 in pestilentia -r. Gran. Lic. p. 4,5 epulis -r (comisabar *cod.*, comisans *Bonn.*) ⟨inter⟩venire. Gell. 4,14,5 *meretrix* dixit -em Mancinum ad aedes suas venisse. Apvl. mund. 35 ad convivii repotia [et] vespertinus -r adventat. apol. 10 crimen ... quasi improbi -is de sertis et canticis compositum. 75 triclinium -bus inquietum. Hier. epist. 69,9 vinolentia scurrarum est et -um. Vvlg. prov. 28,7 qui ...-es (comesatores *Amiat.*) pascit, confundit patrem suum. Hesych. in lev. 15,1—3 p. 969D si -r et ebriosus *sit*, ieiuniorum legem *respuit*. Ennod. dict. 19,2 p. 479,8 *de aleatore quodam*: -em improbissimum. *fort.* Ps. Ambr. serm. Sess. 3,8 *v. p. 1781,14*. *translate de libro*: Mart. 5,16,9 nunc conviva est -rque libellus *meus*. *de vino*: Mart. 9,61,15 oluere lares -e Lyaeo.

*fem.* **cōmissātrīx,** -īcis. Op. imperf. in Matth. 1 p. 632 -x aut vinolenta numquam fuit: quoniam omnis mulier quae vinolenta est et -x etiam meretrix est. *dubio significatu*: Didasc. apost. 31,1 ...⟩tatrices, litium commissatrices (*an a* committere, *commissare?*), impudoratae, inpudicae.

**cōmissātum** *v. infra l. 58.*

**cōmissor** (cōmisor, cōmes(s)or *al.*), -ātus sum, -ārī [*tractum a gr.* κωμάζειν. *forma* comesari *mutata quasi verbum ductum sit a* comesus comesse; *inde* s *simplex pro duplici hic illic in genuinam irrepsisse videtur. Th.*]. *de varia scriptura vocabuli familiaeque eius nota haec: vulgatissimum in codicibus vetustiorum scriptorum* comiss-, *in codicibus inferiorum* comess- (*de origine a* comesse *ducta v. p. 1788,45. 46. 56. 1789,66. 67. cf. etiam p. 1789,53 sqq.*); *rarius occurrunt* comis- (*a* comitas *tractum p. 1789,62*) *et* comes-; *interdum duplex* m *accedit: nota formam* commiss- *quasi a* committere *derivatam? v. p. 1788,38*, commes(s)- *quasi a* com *et* me(n)sa *v. p. 1788,52. reliqua de orthographicis testimonia v. p. 1788, 47 sq. 1789,61. de* Gloss. IV 220,50 *v. p. 1781,25.* Gloss. ἐγκωμ[ι]άζω -or laudo (*an confusum ex*: ἐγκωμιάζω laudo, ἐπικωμάζω -or?). -atur κωμάζει, turpiter convivatur. comisandum comedendum. Evanth. de com. 1,3 *v. l. 34.*

*supinum* comissatum (Plvt. quaest. conviv. 8,6,5 τίς οὐκ ἂν εἴποι ἐπὶ κῶμον Ἑλληνικῶς 'κωμισσᾶτον' λέγεσθαι; *cf.* Gloss. II 104,12 comisatum ἐπικόμιον [ἐπὶ κῶμον *Steph.*]. 105,19 comisatum ἐπικομῶν [*Steph. ut supra*]): ire: Plavt. Most. 317 nunc -atum ibo ad Philolachetem. 335 domum. Stich. 775 Liv. 40,7,5 Don. Ter. Eun. 1094 Evanth. de com. 1,3 ἀπὸ τοῦ κωμάζειν καὶ ᾄδειν, quod est -atum ire cantantes. abire: Plavt. Most. 989 alio. venire: Plavt. Persa 568. Rud. 1422 ad me ad annos sedecim. Liv. 40,9,11. 40,14,5 Fest. p. 340,27 Apvl. met. 2,24. vocare: Plavt. Stich. 686. intromittere: Ter. Eun. 442. digredi: Afran. com. 107 domum. recipere: Liv. 40,10,4 intra ianuam ... fratrem. sequi: Liv. 40, 13,2 me. ingredi: Don. Ter. Ad. 783. *formae finitae et infinitivus*: Hor. carm. 4,1,11 in domum Paulli purpureis ales (*Venus*) oloribus -bere Maximi. Plin. nat. 35,110 pinxit ... lasciviam, in qua tres Sileni -antur. Svet. Dom. 21 convivabatur ... non ultra solis occasum, nec ut postea -retur. Capitol. Ver. 4,6 ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria ... et -retur cum triconibus. Hil. in Matth. 6,3 scortari, -ari, ambire, insolescere *eqs.*

*part. praes.* **cōmissāns:** Liv. 3,29,5 epulantes ... cum carmine triumphali et sollemnibus iocis -ium ... currum secuti sunt. 40,9,8 -ium in vicem iam diu ⟨ritu *add. Dobree*⟩ vivimus. Cvrt. 8,10,18 temulentos -esque inter ora hostium (*supra*: epulantes ... et sopitos mero; *ibid.* bacchantium ululantiumque fremitu). 9,10,27 (*cf.* 9,10,26 comissabundus exercitus. 9,10,27 bacchabundum agmen). Petron. 23,1 adiuvit hilaritatem -is cymbalistria (-iae *Büch.*). Qvint. inst. 11,3,57 ebriorum aut -ium licentiae similis *modulatio*. Svet. Cal. 32,1 in conspectu prandentis vel -is. Gran. Lic. p. 4,5 *v. p. 1789,80.* Ambr. Cain et Ab. 1,4,14 p. 350,17 -ium tumultus, concertantium clamor.

*part. perf.* **cōmissātum,** -ī? Gloss. II 357,41 κῶμος comisatum comisatio. 443,8 συμπόσιον convivium commissatum (*an adi.? cf.* comissalis). V 181,13 comessatum convivia sunt quibus mulieres intersunt. *cf. supra l. 29 sqq.*

*derivata*: comissabundus, comissalis, comissatio, comissator. *Hey.*

**comitābilis,** -e *a* comitare (-i). Pavl. Nol. carm. 10,291 *homo* obit atque illi (*sc. morienti*) suus est -is error.

**comitālis** (-e). Not. Tir. 45,85 *post* comes comitatus comitium. *a* 1. comes. *fort. scr.* comitialis? *Bannier.*

**comitāns** *v.* comito(r) *p. 1811,49 sqq. et 1814,12.*

✱**cōmitās,** -ātis *f. a* 1. comis. *abl.* -i *fort.* Liv. 8,36,5 (*nisi est dativus, v. p. 1791,10*). *legitur apud* Plavt. *et dein inde a* Cic., *frequentant*: Plavt. Svet. (*septenis locis*) Cic. (27*ies*) Liv. (17*ies*) Tac. (18*ies*) Plin. paneg. epist. (*decies*), *praeterea quaternis locis*: Sen. phil. Cvrt. Gloss. -e benignitate (vel) humanitate. II 574,29 -s pulchritudo. 560,49 -s *sine interpretatione. cf.* Mart. Cap. 2,132 *p. 1792,3.* [*loc. dub.*: Nep. Milt. 8,4 *codd. deter.*, communitas *mel.*, *cf. p. 1786,66 et 1787,47 sqq.*]

*i. q. benignitas, liberalitas, humanitas, hilaritas sim.*: 1 *hominum vel ingenii actionumque eorum*: a *absolute: definitur vel coniungitur cum oppositis, synonymis, iuxta positis*: Plavt. Asin. 556 virtute huius collegae (*sic codd.*) meaque -e factumst (Capt. 410 tua opera et -e et virtute et sapientia. Qverol. p. 24,14). Mil. 79 *syn.* benignitas (Cic. rep. 2,35 leg. 1,32 *p. 1791,30* fin. 5,65 *p. 1791,25*. Liv. 5,7,10. 9,42,5 benignitatem per se gratam -e adiuvabat. 23,42,4. 35,35,10). Cic. inv. 2,164 clementia *est*, per quam animi temere in odium alicuius iniectionis concitati -e retinentur. Mur. 66 si illius

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-em et facilitatem tuae gravitati severitatique asperseris (Lael. 66. Lavd. [Turiae; Corp. VI 1527] 1, 30 domestica bona pudici⟨t⟩iae, opsequi, -is, facilitatis. *cf. infra l. 10*). de orat. 2,343 *sunt* aliae virtutes, quae videntur in moribus hominum et quadam -e ac beneficentia (*v. infra l. 43*) positae, aliae quae in ingenii aliqua facultate aut animi magnitudine ac robore. orat. 34 quid enim tam distans quam a severitate -s? (Brut. 148 Crassus in summa -e habebat etiam severitatis satis, Scaevolae multa in severitate non deerat tamen -s. Nep. Att. 15, 1 eius -s non sine severitate erat neque gravitas sine facilitate. Liv. 8,36,5 severitatem miscendam -i [*MP*, -e *corr. Gronovius*]. Plin. epist. 8, 21, 1 severitatem -emque miscere. Tac. ann. 13,2 Burrus militaribus curis et severitate morum, Seneca praeceptis eloquentiae et -e honesta. Avson. 419, 72 alta bonitas, praesens -s, temperata severitas fuit. *adde supra l. 1*). Cic. part. 22 -e...magis quam vanitate. Lael. 89 in obsequio...-s assit, assentatio, vitiorum adiutrix, procul amoveatur (Att. 6, 6, 1 obsequio et -e adulescentis. Liv. 5, 3, 9 Lavd. [Turiae; Corp. VI 1527] 1, 30 *v. supra l. 2*). Cic. off. 3, 24 multo magis est secundum naturam excelsitas animi et magnitudo itemque -s, iustitia (*cf.* Plin. epist. 6, 31, 2 *infra l. 36*), liberalitas, quam voluptas *eqs.* (*cf.* 3,118 neque enim bonitas nec liberalitas nec -s esse potest..., si haec non per se expetantur [*antea*: omnes ... eae virtutes, quae in communitate cernuntur et in societate generis humani]. fin. 5,65 *infra l. 25*. Svet. Nero 10 neque liberalitatis neque clementiae, ne -is quidem exhibendae ullam occasionem omisit). Cic. fin. 5, 65 *iustitiae* sunt adiunctae pietas (Mart. 5, 28, 4), bonitas, liberalitas, benignitas, -s quaeque sunt generis eiusdem (off. 3, 118 *supra l. 21*. Tac. hist. 1, 52 -em bonitatemque faventes vocabant, quod sine modo, sine iudicio donaret sua, largiretur aliena. Avson. 419, 72 *v. supra l. 13*). Cic. leg. 1, 32 quae autem natio non -em, non benignitatem, non gratum animum et beneficii memorem diligit? Cato 10 erat enim in illo viro -e condīta gravitas (*cf.* Mur. 66 *supra l. 1*. ad Q. fr. 1, 1, 23 summa gravitas ... cum singulari -e coniungitur. Plin. epist. 4, 3, 2 severitatem istam pari iucunditate condire summaeque gravitati tantum -is adiungere. 6, 26, 1 puer simplicitate, -e iuvenis, senex gravitate. 6, 31, 2 principis iustitiam, gravitatem, -em. 9, 9, 2 quam pari libra gravitas -sque! Amm. 16, 5, 7 *v. p. 1792, 22*). Cic. Cato 65 quanta in altero *fratre comoediae Terentianae* diritas, in altero -s. Att. 1, 17, 2 quanta ... -s, quanta iucunditas, quam mollis animus ad accipiendam et ad deponendam offensionem. ad Q. fr. 1, 1, 22 quodsi haec lenitas grata Romae est, ... quam iucunda tandem praetoris -s in Asia potest esse? Q. Cic. pet. 42 -s...ea quae bono ac suavi homine digna est. Liv. 1, 34, 11 *syn.* benigno alloquio...beneficiis (2, 60, 1. *adde* beneficentia *supra l. 4*). 3, 35, 6 *opp.* tanta superbia. 5, 3, 8 -e ac munificentia. 9, 6, 8 sociorum -s vultusque benigni et alloquia (1, 34, 11 *supra l. 43* Tac. hist. 5, 1. *adde infra l. 59*). 28, 18, 6 -s ... atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas. 37, 7, 15 -e, quae sine luxuria esset (*cf.* Tac. hist. 1, 10 *infra l. 67*). 42, 6, 9 -em iuventutis (*i. iuvenilem*). Val. Max. 2, 1, 5 non tristis earum (*feminarum Romanarum*) et horrida pudicitia (*cf. supra l. 2*), sed et honesto -is genere temperata. 6, 7, 1 tantae...-is ac patientiae (Tac. ann. 2, 13 nobilitatem ducis, decorem [*cf. l. 62*] ..., patientiam, -em, per seria, per iocos eundem animum). Sen. dial. 7, 4, 5 quies mentis (*cf.* Mart. 5, 28, 4) ... gaudium grande et immotum -sque et diffusio animi. nat. 4 praef. 11 -em et incompositam suavitatem. Cvrt. 5, 1, 38 *in conviviis* ima corporum velamenta proiciunt, nec meretricum hoc dedecus est, sed matronarum virginumque, apud quas -s habetur vulgati corporis vilitas. Colvm. 1, 8, 15 ut rusticos *servos* ... saepius quam urbanos familiariusque alloquerer ... hac -e domini *eqs.* Stat. silv. 2, 7, 85 forma, simplicitate (*cf.* Plin. epist. 6, 26, 1 *supra l. 35*. 7, 15, 3), -e ... gratia (*cf.* Gell. 2, 22, 7 *p. 1792, 24* Ivst. 5, 2, 5 *p. 1792, 11* Mart. Cap. 2, 132 *p. 1792, 3*) decore (*v. l. 52*). Qvint. inst. 2, 2, 5 non austeritas eius (*magistri*) tristis, non dissoluta sit -s, ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Plin. paneg. 71 cum orationi oculos vocem manum commodares ... omnes -is numeros obibas (*antea*: non tam humanitas tua, quam intentio eius; *opp.* periculo ... humilitatis). epist. 1, 10, 7 vitae sanctitas summa, -s par. Tac. hist. 1, 10 luxuria industria, -e arrogantia, malis bonisque artibus mixtus. ann. 1, 33 civile ingenium, mira -s. 2, 2 prompti aditus, obvia -s, *quae* ignotae Parthis virtutes. 2, 72 *syn.* mansuetudo (*p. 1792, 18*). 11, 16 modo -em et temperantiam ... saepius vinulentiam ac libidines ... usurpans. 15, 30 -em epulasque. Svet. Aug. 74 *cenam* praebebat ut non nimis sumptu ita summa -e. 98 remississimo ad otium et ad omnem -em animo. Orat. imp. Hadr. de Matid. (Corp. XIV 3579) 9 verendo *maritum* ut filia, -e, nulla non fa⟨mulando (*vel* faciendo?) sola eius salute ga⟩vísa est. Fronto p. 53, 15 N. *opp.* inclementiae. Avr. Fronto p. 86, 26 N. consilium, -em quaeque amicis...propria impertire fides ac religio proconsulis permittit ... impertias. p. 106, 2 affectionis et -is tuae. Gell. 12, 4, 1 quo ingenio, qua -e, qua modestia, qua fide ... qualibus denique ad muniendas vitae molestias fomentis, levamentis, solaciis amicum esse conveniat. Ivst. 11, 11, 12 aucta insolentia mirusque animo increvit tumor exempta -e (*cf.* Capitol. Aur. 4, 10 seriumque et gravem *studium philosophiae eum* reddidit, non tamen prorsus abolita in eo -e). Avson. 419, 75 *syn.* familiaris humanitas (*cf.* Plin. paneg. 71 *p. 1791, 66*). Paneg. 12, 20 *Theodosium* castitate pontificum, consulum moderatione, petitorum -e viventem. Mart. Cap. 2, 132 secunda *virgo* gratiam linguae inspirabat, animo tertia -em; quippe illae Charites dicebantur. Sidon. epist. 3, 7, 3 summa censura, par -s. *nota metonymice de oppido*: Tac. Agr. 4 Massiliam ... locum Graeca -e et provinciali parsimonia mixtum ac bene compositum. **b** *additur res, qua constat comitas*: *α genetivo*: *gerundii*: Liv. 1, 34, 11 invitandi. Tac. Agr. 16 -e quadam curandi. Macr. sat. 1, 2, 4 colloquendi interrogandique et respondendi. *substantivi*: Cic. Brut. 132 summa non vitae solum atque naturae, sed orationis etiam -s. Ivst. 5, 2, 5 officii -e et obsequendi gratia. Qverol. p. 24, 14 ingenii. Avg. civ. 3, 22 p. 134 humanitatis. *β praepositionibus*: Plavt. Mil. 79 mihi ad enarrandum hoc argumentum est -s. Plavt. Mil. 636 erga te amantem (Liv. 23, 42, 4 erga cives nostros. Gell. 12, 4 tit. ingenium -sque hominis minoris erga amicum superiorem. 13, 4, 3 erga ferocem filium). Liv. 24, 13, 1 -e, qua usus adversus omnes Romanorum socios Poenus fuerat. Tac. ann. 2, 72 -s in socios, mansuetudo in hostes.

**2** *sermonis, verborum, eloquentiae sim.*: Cic. de orat. 2, 182 haec adiuvant in oratore: lenitas vocis vultus, pudoris significatio, verborum -s. Brut. 132 orationis, *v. supra l. 10* (Plin. epist. 1, 8, 12. Amm. 16, 5, 7 orationis epistularumque eius cum gravitate -s incorrupta). Cic. off. 1, 109 nullam -em habuisse sermonis (2, 48 -s affabilitasque. Gell. 2, 22, 27 summa cum elegantia verborum totiusque sermonis -e atque gratia. Apvl. met. 2, 20 lepidi sermonis tui).

***iuncturae*:** **1** *est subiectum*: adiuvat: Cic. de orat. 2, 182 *v. supra l. 20*. admonet: Gell. 13, 4, 3. conciliat: Cic. off. 2, 48 animos. Liv. 23, 42, 4 nos. deest: Cic. Brut. 148 Q. Cic. pet. 42. est *alicui* (*etiam om. verbo*): Plavt. Mil. 79 Plin. nat. 35, 85 Qverol. p. 24, 14 Tac. ann. 1, 33. 2, 72. est in *aliquo*: Cic. Att. 1, 17, 2 rep. 2, 35 Cato 65. *cf.* adest: Cic. Lael. 89 *p. 1791, 15*. inest *alicui*: Liv. 28, 18, 6. invitat, ut: Apvl. apol. 95. oritur: Sen. dial. 7, 4, 5. provehit: Cvrt. 8, 6, 14 epulantium -s provexit omnes ad largius vinum. **2** *obiectum*: abolere: Capitol. Aur. 4, 10. addere: Tac. ann. 15, 30. adiungere: Cic. fin. 5, 65 *v. p. 1791, 25* Plin. epist. 4, 3, 2 *v. p. 1791, 32*. aspergere: Cic. Mur. 66 *v. p. 1790, 84 sq.* definire, depingere: Gell. 12, 4 tit. diligere: Cic. leg. 1, 32 *p. 1791, 30*. discere: Ivst. 11, 11, 12 Graecorum litteris et Macedonum institutis. exhibere: Svet. Nero 10 *p. 1791, 24*. Capitol. Aur. 4, 10 praecipue suis, mox amicis atque etiam minus notis. eximere: Ivst. 11, 11, 12 *p. 1791, 81*. expetere: Cic. off. 3, 118 *p. 1791, 20*. ferre (laudibus): Tac. ann. 2, 13. habere: Cic. off. 1, 109. *i. q. putare*: Cvrt. 5, 1, 38 *v. p. 1791, 55*. impertire: Avr. Fronto p. 86, 26 N. *p. 1791, 77*. inspicere: Plin. epist. 6, 31, 2. inspirare: Mart. Cap. 3, 223 animo. mirari: Sen. nat. 4 praef. 11. miscere: Plin. epist. 8, 21, 1 *p. 1791, 11*. noscere: Plavt. Mil. 636 (comitantem *codd.*). Plin. epist. 7, 15, 3. obire: Plin. paneg. 71 *v. p. 1791, 64*. praedicare: Avson. 419, 76 in *Traiano*. subnectere: Avr. Fronto p. 106, 12 N. cetera ... -is tuae. vincere: Liv. 5, 7, 10 (*i. superare*). vocare: Tac. hist. 1, 52 *v. p. 1791, 28*. usurpare: Tac. ann. 11, 16 *v. p. 1791, 70*. **3** *genetivus qualitatis*: Val. Max. 6, 7, 1 tantae fuit -is et patientiae, ut. Svet. Otho 3 cenam ... exquisitissimae -is. **4** *ablat.*: *qualitatis*: Liv. 10, 14, 12 Plin. epist. 6, 26, 1 *v. p. 1791, 35* Tac. ann. 13, 2 Gell. 12, 4, 1. *adde*: Mart. Cap. 3, 223 *feminam* aetate quidem longaevam, sed -e blandissimam. *pendet ex verbis*: condire: Cic. Cato 10 *p. 1791, 31*. delectari: Cic. Att. 6, 6, 1. perfrui: Apvl. met. 2, 20. uti: Cic. rep. 2, 38. *abl. instrumenti vel modi* (-e *aliquid fit, v. etiam* cum -e *p. 1793, 2 sqq.*): Plavt. Asin. 556 factumst (Capt. 410 Cic. part. 22). Rud. 38 rem bene paratam -e perdidit (*cf.* Trin. 333 per -em). Cic. inv. 2, 164 animi...retinentur (*p. 1790, 83*). Att. 1, 19, 8 odia ... mitigata sunt. ad Q. fr. 1, 2, 4 nugas ... complexus sum (epist. 7, 5, 3 *amicum*). Liv. 1, 34, 11 fortunam ... adiuvabat (9, 42, 5 benignitatem *v. p. 1790, 82*). 2, 60, 1 inter consulem ac milites ... certatum est. 5, 3, 8 provocemus plebem (Tac. hist. 5, 1 officia *militum*. Svet. Cal. 27 ad hilaritatem et iocos). 8, 36, 5 *misceri v. p. 1791, 10?* (Tac. hist. 1, 10 *p. 1791, 67* Agr. 4 *supra l. 5*). 23, 16, 1 animus adeo est mollitus, ut. 35, 35, 10 laborem ... non iniucundum fieri (*cf.* Colvm. 1, 8, 15 levari perpetuum laborem). Sen. benef. 1, 14, 3 *dare*. Cvrt. 8, 4, 23 convivium *celebrare* (*cf.* Plin. epist. 3, 1, 9 convivium trahitur. Svet. Aug. 74 cenam ... praebebat, *v. p. 1791, 72*. Macr. sat. 1, 1, 1 convivia ... praebentes. 1, 2, 2 convivio ... renovato). Cvrt. 8, 6, 19 ipsum ... exceperat (Tac. hist. 1, 63. Svet. Aug. 53 desideria). *ibid. mutari*. Plin. nat. 35, 23 consulatum adeptus est. Mart. 5, 28, 4 vincas (*i. superes aliquem*). Plin. epist. 1, 8, 12 utilissimum munus, sed non perinde populare, ... inducere. Tac. Agr. 16 provinciam tenuit. hist. 1, 29 permulcendum militem censerent. 1, 71 cladis memoriam ... leniret. ann. 2, 55 *Athenienses* coluisset (12, 44). 6, 50 manifestam defectionem *virium suarum* tegebat. Svet. Tit. 8 populum ... tractavit. Ivst. 5, 2, 5 se celeriter *alicui* ... insinuavit. Paneg. 12, 20 viventem, *v. supra l. 1*. Mart. Cap. 2, 127 matronae ... simplici quadam -e praenitentes. **5** *dativus*: Plavt. Trin. 356 aliis ... -i simus benevolentibus. Liv. 5, 3, 9 indulgere. Fronto p. 53, 15 N. obsequimur. **6** *c. praepos.*: Plavt. Trin. 333 ubi rem perdidit? :: per -em. Cic. Lael. 66 ad omnem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-em ... proclivior (SVET. Aug. 98 remississimo ... ad omnem -em animo). CIC. ad Q. fr. 1, 1, 23 cum singulari -e coniungitur, *v. p. 1791, 32* (LIV. 24, 13, 1 dimissique domos cum eadem -e. SEN. dial. 7, 8, 3 virum ... cum -e magnificum. GELL. 2, 22, 27 cum ... -e ... denarravit). LIV. 37, 7, 15 virum ... a -e ... non aversum. QVINT. decl. 301 p. 189, 17 pro tua illa -e.

*epitheta*: blanda: AVG. civ. 3, 22. *cf.* MART. CAP. 3, 223 *p. 1792, 54.* continua: MACR. sat. 1, 2, 2. dissoluta: QVINT. inst. 2, 2, 5. exquisitissima: SVET. Otho 3. gratuita: LIV. 3, 35, 6. honesta: TAC. ann. 13, 2. *cf.* VAL. MAX. 2, 1, 5 honesto -is genere. incorrupta: AMM. 16, 5, 7. iucunda: CIC. ad Q. fr. 1, 1, 22. mira: TAC. ann. 1, 33 [*de* NEP. Milt. 8, 4 *cf. p. 1790, 74.*] multa: CIC. rep. 2, 38 TAC. ann. 12, 44. mutua: MACR. sat. 1, 1, 1. nimia: TAC. ann. 2, 55. obvia: TAC. ann. 2, 2. par: LIV. 10, 14, 12 PLIN. epist. 1, 10, 7 SIDON. epist. 3, 7, 3. quaesita (*i. simulata*): TAC. ann. 6, 50. simplex: MART. CAP. 2, 127. singularis: CIC. ad Q. fr. 1, 1, 23. summa: CIC. rep. 2, 35 Brut. 132. 148. SVET. Aug. 74 GELL. 2, 22, 27. tanta: LIV. 28, 18, 6 VAL. MAX. 6, 7, 1 PLIN. epist. 3, 1, 9 TAC. ann. 2, 72 SVET. Aug. 53 Tit. 8. *cf.* quanta: CIC. Cato 65 Att. 1, 17, 2. unica: LIV. 23, 42, 4. *Mbr.*

**comitātēnsis,** -e *a* comitatus. *scribitur* -enssis: CORP. IX 5649. *κομιτατησίων*: LYD. mag. 3, 70. **1** *genus militum a Diocletiano vel Constantino institutum, qui bella externa gererent* (*oppon. et* ripensis [*vel* limitaneus] *et* palatinus), *cf. Seeck, PW. IV 619sqq.*: COD. Theod. 7, 20, 4 (*a. 325*) -es et ripenses milites (8, 4, 17 [*a. 389*] *opp.* limitaneis. AMM. 29, 5, 4 cum -is auxilio militis. COD. Iust. 1, 27, 2, 8). COD. Theod. 5, 6, 1 (= 5, 4, 1; *a. 347*) tam legionibus quam vexillationibus -bus seu cuneis (7, 4, 22 [*a. 396*] neque scholae neque vexillationes -es aut palatinae neque legiones ullae neque auxilia. NOT. dign. or. 5, 33 [6, 34] sub dispositione ... magistri militum praesentalis ... vexillationes -es sex; *opp.* vexillationes palatinae ... legiones palatinae ... auxilia palatina. or. 8, 28. 9, 18. occ. 6, 53. 7, 24). NOT. dign. occ. 5, 223 sub dispositione ... magistri peditum praesentalis ... legiones -es (7, 24 sub dispositione ... magistri militum per orientem ... legiones -es. or. 8, 33. 9, 30 COD. Theod. 5, 6, 1 *v. l. 26*). COD. Theod. 8, 1, 10 (*a. 365*) palatinorum et -um numerorum (7, 13, 7, 3 [*a. 375*] *opp.* qui in ripa per cuneos auxiliaque fuerint constituti. 7, 1, 18 [*a. 400*] de -bus ac palatinis numeris ad alios numeros militem transferri). 7, 22, 8 (*a. 372*) militia (CORP. IX 5649. *cf.* COD. Theod. 12, 1, 38 [*a. 346*] militiae munus -e). AMM. 18, 4, 2 -is fabrica eandem incudem ... tundendo ... imperatori ... intendebat Vrsicinum. ENNOD. epist. 4, 33, 1 exercitii. 8, 16, 3 excubias (CASSIOD. var. 12, 22, 5). CASSIOD. var. 6, 10, 1 observatione. CORP. III 405 eq(uitum) Dal(matarum) (-ium). *cf.* 5565. **2** *de officio comitis largitionum*: COD. Iust. 12, 28 (29), 2 (*a. 319*) qui in utroque officio palatinorum -ium singularumve urbium et officio admissionum et castrensis sacri palatii militant. COD. Theod. 8, 7, 6 (*a. 354*) de largitionalibus -bus ... custodiri praecipimus, ut post viginti et quinque annos ad curiam minime revocentur. 6, 35, 7. 6, 30, 7 pr. (*a. 384*) scriniis omnibus largitionum -ium infra scriptas decernimus dignitates. 6, 30, 7, 18 argentarii -es: ducenarius n(umero) I centenarii n(umero) II ... (= COD. Iust. 12, 23 [24], 7 pr. *et* 18).

*compos.*: pseudocomitatensis.

*?* **comitātor,** -ōris *m. a* comitari. *is qui comitatur*: HOMER. 191 quas (*naves Aiacis*) iuxta Graium durus -r (*sic cod. Parisinus, alii* comitatur) Achilles (*i. is qui lites cum Grais habebat*).

***1. comitātus,** -ūs *m. a* comitari. NOT. Tir. 45, 83 comis (*i.* comes) -us. *κομετάτον*: MALALAS p. 319, 6 D. *neutr.* comitatum, -ī: EXPOS. mundi 44 (*p. 1797, 55*). *fort.* COD. Iust. 7, 63, 5 pr. *v. p. 1797, 12.* GLOSS. *συνοδία, παραπομπή. συνοδία. συνεκδημία* (EXC. Bob. gramm. I 552, 4). *συνοδοιπορία. συνεκδημία, σύνοδοι, παραπομπαί.* -um societatem. *cf.* EVCHER. instr. 2 p. 161, 6 synodus: -us vel coetus (ISID. orig. 6, 16, 11). [*confunditur cum* commeatus: GLOSS. II 537, 50. 550, 5. IV 221, 4.]

**I** ***numerus, multitudo*** *eorum qui comitantur aliquem*: **A** *proprie* (*cum nota motionis*): **1** *de hominibus*: **a** *pro subiecto*: CIC. Verr. 4, 39 si ... qui -us fuerit, meministis. Flacc. 13 qui -us in inquirendo! -um dico? immo vero quantus exercitus! (*sim. in exclam.*: CIC. Att. 9, 18, 2 TAC. dial. 6). Mil. 10 quid -us nostri, quid gladii volunt? RVF. LVP. 2, 1 magnus ancillarum, quae sequebantur, -us. LIV. 3, 47, 4 -us muliebris *Verginii* plus tacito fletu quam ulla vox movebat. 33, 28, 5 *Brachyllem* ab suo -u ... interfectum. 35, 34, 10 ut *equitatus* -us magis praefecti videretur quam praesidium. 42, 39, 2 magnus -us fuit regius. SEN. Oed. 653 Letum Luesque Mors Labor Tabes Dolor -us illo dignus excedent simul. epist. 114, 4 non tam insignita illius (*Maecenatis*) verba sunt ... quam -us? 114, 6 hunc (*Maecenatem*) esse, cui ... -us hic fuerit in publico, spadones duo. PETRON. 19 ne quid tristius expectarem, -us faciebat. STAT. Theb. 4, 661 nec -us iners *Bacchi*, sunt illic Ira Furorque et Metus et Virtus et ... Ardor. 5, 98 infelix -us eunti *Polyxoni* haerebant nati. 12, 105 flebilis ... vacuis -us ab Argis ... orbae viduaeque ruebant Inachides. MART. 2, 74, 5. SVET. Otho 6 *Otho* a praesente -u imperator consalutatus. PS. QVINT. decl. 8, 3. APVL. met. 9, 30 frequenti prosequente -u tradunt *dominum* sepulturae. 11, 6 tibi constricti -us decedent populi. 11, 9 *mulieres* per viam, qua sacer incedebat -us, solum sternebant flosculis. ITALA gen. 50, 9 (Lugd. Ottob.) et factus est -us (*παρεμβολή*) magnus valde (VVLG. *v. p. 1795, 17*). PANEG. 8, 2 totus tibi amicorum tuorum -us ... assistat (HIL. in Matth. 12, 8). HEGES. 4, 12 insidias et latrocinia pertimescebant inopes, quibus -us deerat. HIER. epist. 39, 7, 2. VVLG. Ier. 52, 8 omnis -us eius diffugit ab eo. MART. CAP. 1, 26 scandente Phoebo Musarum pedisecus adhaerensque -us candenti canoraque alite vehebatur. 2, 146 ad culmina arcis aeriae -us ille *Periergiae* cum virgine propinquabat. **b** *pro obiecto*: CIC. Verr. 4, 205 utrum crimini defensio an -us exilio quaeritur? 5, 121 ut ... adventum *Verris* et -um cum exercitu *Marcelli* et victoria conferatis. 6, 54 utrum vobis consilium ... praetoris recitari videbatur ... an praedonis improbissimi societas atque -us? Phil. 13, 3. Att. 8, 3, 2 -um optimorum et clarissimorum civium desero. epist. 6, 19, 1 tecti satis est ad -um nostrum recipiendum. SALL. Catil. 45, 1 ut *praetores* in ponte Mulvio per insidias Allobrogum -us deprehendant. VERG. Aen. 12, 336 circumque ... Formidinis ora Iraeque Insidiaeque, dei -us, aguntur. LIV. 28, 22, 4 magnum ... -um *exercitus Romani* ... interfecerant *incolae Astapae urbis*. SEN. contr. 9, 5 (28), 6 volo mihi describi -um istius tumultus. SEN. dial. 5, 21, 2 amnem illum (*Gynden*) regis -us (commeatus *codd. dett.*) auferentem. 6, 10, 4 disicietur ... -us. epist. 99, 7 QVINT. inst. 7, 2, 45. decl. 292 p. 163 qui cum coniugibus veniunt, qui secum habent -um. 301 p. 190 uxorem ... exacturam -us. 340 p. 344. PS. QVINT. decl. 5, 3 *iunxi* filio fratrem artavique -um. TAC. dial. 11 nec -us istos ... concupisco. SVET. Tib. 6 *flamma* omnem -um circumplexa *Tiberii*. ITIN. Alex. 54 electo sibi ... -u. MACR. sat. 2, 5, 3 moderaretur *Iulia* ... perspicuos ... -us. **c** *dativus*: VAL. MAX. 5, 1, 1 d impensaeque *quaestoris cura* ... cum ipsi (*Masinissae filio*) tum toti -ui praestarentur. TERT. adv. Marc. 4, 41 p. 561 *Iudam* ipse *Christus* -ui suo asciverat. LACT. mort. pers. 50, 3 -ui eius se immiscuerat. HIER. epist. 92, 3 *quidam* sub nomine monachorum ... inopes et servos ... suo iunxere -ui. **d** *ablativus*: CIC. Verr. 5, 67 qui (*Antiochus rex*) Romae ... -u regio ... fuisset. Catil. 3, 6 cum ... pontem Mulvium magno -u legati Allobrogum ingredi inciperent (Phil. 13, 9 LIV. 45, 44, 4. *cf.* SEN. contr. 10, 1, 3 incedere magno -u. TAC. ann. 3, 9 incessere. SVET. Iul. 31 PASS. Mar. Iac. 2 p. 48, 7 SVLP. SEV. chron. 2, 48, 3). Cael. 49 si *mulier* ... ita sese gerat ... -u (Marcell. 11 ceterae *res* ... gestae ... multo magnoque -u). Mil. 28 cum hic insidiator ... veheretur in raeda ... magno et impedito et muliebri ac delicato ancillarum puerorumque -u. Cato 29 Cn. et P. Scipiones ... L. Aemilius et P. Africanus -u nobilium iuvenum fortunati. epist. 16, 17, 2 Demetrius venit ad me, quo quidem -u *ἀφωμίλησα*. Att. 1, 20, 3 me hanc viam optimatem post Catuli mortem nec praesidio ullo nec -u tenere. CAES. civ. 3, 61, 1 magnoque -u et multis iumentis venerant (3, 96, 4 -u equitum XXX. *cf.* TAC. ann. 11, 12 *Silana* multo -u ventitare domum). LIV. 44, 43, 1 Perseus ... regio -u fugit. SEN. contr. 7, 7 (22), 17 an -u publico preces meas adiuvarem. SEN. epist. 17, 3 si *pauperi* navigandum est, non strepitat portus nec unius -u inquieta sunt litora. CVRT. 4, 12, 2 omnique graviore -u intra ... munimenta cum modico praesidio relicto. PS. QVINT. decl. 5, 13 unde in illa solitudine carceris duret animus -bus ... laetatus? PLIN. paneg. 83 *uxor* quam parca -u! MIN. FEL. 37, 9 *rex* multo -u stipatus. TERT. anim. 52. IVL. VAL. 2, 2 *militum* -u Europa nobis accesserat. LACT. inst. 5, 6, 4 altioresque se *homines* ceteris hominibus satellitum -u ... faciebant. AMM. 19, 1, 2 *Sapor* gentium diversarum -u sublimis. HEGES. 5, 16 l. 26 cum hominum -u ... egeret *Iacob*. HIER. epist. 66, 2 filiarum mater fulta -u. SIDON. epist. 1, 2, 4 sacerdotum ... coetus minimo -u expetit *Theudoricus rex*. 3, 2, 1 *populi Arverni* tuguria ... hospes implesti non ambitiosus -u. 4, 18, 2 tuque fraterque ... clientum puerorumque -u ambiebamini. **e** *genetivus*: CIC. ad Q. fr. 2, 8, 2 ille ignarus sui -us repente aperuit lecticam. OV. am. 1, 7, 37 quaeque tuos (*Amoris*) currus -us turba sequetur clamet io. TAC. ann. 1, 41 nihil imperatoriae uxoris aut -us soliti. HIL. in Matth. 21, 2 dominus ... toto -us sui agmine praedicabitur (AMBR. Abr. 1, 8, 68 abundans *Abraham* servitiorum non quaesivit -us sui agmina). MACR. sat. 2, 5, 6 averterant in se populum ... Livia et Iulia -us dissimilitudine. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 9, 397 tumultus obvallantis -us terrorem *incutiebat*. **f** *cum praepos.*: *α c. accus.*: CIC. Rab. Post. 6 ad illam magnificentiam apparatus -umque regium suppeditata pecunia a Postumo est (MAXIMIN. c. Ambr. 123 *Petrus* in Samariam adiuncto sibi ad -um mittitur Iohanne). SEN. epist. 87, 4 in aliquem -um lautiorem incidimus (HYG. fab. 191 *Sileno Midas* ducem dedit, qui eum in -um Liberi deduceret). LIV. 38, 51, 12 nec cum iis (*tribunis*) praeter servilem -um et praeconem ... quisquam esset. *β c. ablat.*: CIC. Verr. 4, 30 cum ex Verris turpissimo flagitiosissimoque -u tres recuperatorum nomine assedissent. Sull. 9 quod ex tanto -u virorum amplissimorum me unum abstrahas. Sest. 85 gladiatores ex praetoris -u comprehensi. har. resp. 2 cepi equidem fructum maximum ... ex -u publicanorum. PLIN. nat. 3, 134 Lepontios relictos ex -u Herculis. QVINT. decl. 269 p. 98 potestis aliquid ... ex ipso fugae -u colligere. SVET. Aug. 98 vicinam Capreis insulam Apragopolim appellabat a desidia secedentium illuc e -u suo. PROB. Verg. georg.



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 6 MART. CAP. 2, 152. *nota*: VIGIL. THAPS. c. Eutych. 5, 2 p. 135$^{c}$ *Iohannem* de suo -u abiecisset. CIC. Cluent. 192 mulierem ... Romam proficisci **cum** magno -u (LIV. 45, 27, 6 SVLP. SEV. epist. 3, 7). Flacc. 18 adulescens bonus ... cum maximo ornatissimoque -u venit in oppidum Graecorum (LIV. 32, 39, 7 VVLG. IV reg. 5, 15 IORD. Get. 26, 136). Balb. 62 cum ducibus ipsis, non cum -u assectatoribusque confligant. VERG. Aen. 4, 215 ille Paris cum semiviro -u (FIRM. err. 6, 7). LIV. 42, 39, 6 cum omni -u *amnem* transire. VELL. 2, 40, 3. 2, 72, 3 SEN. nat. 6, 1, 9 PLIN. nat. 2, 100 QVINT. inst. 5, 10, 50. TERT. adv. Val. 16 p. 195 Christus ... vicarium praefecti ... emittit cum officio atque -u coaetaneorum angelorum. VVLG. III reg. 10, 2. CIC. Catil. 3, 6 litterae, quaecumque erant **in** eo -u (*sc. Allobrogum*) ... praetoribus traduntur. Mil. 55 nugarum in -u *Milonis* nihil. SEN. epist. 123, 7 turpe est neminem esse in -u ⟨tu⟩o puerorum. PLIN. nat. 34, 82 Amazonem ... eucnemon ... in -u Neronis principis circumlatam. 35, 89 non fuerat ei (*Apelli*) gratia in -u Alexandri cum Ptolemaeo. VVLG. gen. 50, 9 habuit *Ioseph* in -u currus et equites (*de* ITALA Lugd. *v. p. 1794, 2. adde*: iud. 4, 10 *Barac* habens Debboram in -u suo. 19, 3). 50, 14 reversus ... est Ioseph in Aegyptum cum ... omni -u. II par. 10, 8 Luc. 2, 44. HIER. hom. Orig. in Luc. 20 quaerebant Maria et Ioseph ... Iesum et non inveniebant in -u. epist. 117, 6. SOL. 25, 17 viginti ... a -u eius (*Herculis*) desciverant.

**2** *de animalibus*: VAL. FL. 6, 113 quanto *latratu* sonat ... superas Hecates -us (*sc. canes*) in auras. PLIN. nat. 10, 66 *coturnices* hinc remeantes -um sollicitant, abeuntque una ... glottis et otus et cychramus. TAC. ann. 6, 28 avem phoenicem advolavisse multo ceterarum volucrum -u. RVFIN. hist. mon. 6 -u uteretur ... bestiarum *Theo.*

**3** *de rebus mobilibus*: STAT. Theb. 3, 434 tristis -us eunti *Neptuno* circum lora fremunt nimbique hiemesque ... nubilaque et ... tempestas. APVL. Plat. 1, 10 cum vagantium stellarum -us ad eundem pervenerit finem.

**B** *translate de rebus, plerumque incorporeis, fere i. q. copia, multitudo: subi.*: SEN. epist. 67, 10 illic est individuus ille -us virtutum (90, 3 religio, pietas, iustitia et omnis alius -us virtutum). PLIN. nat. 18, 283 modus in terris huius iniuriae *est*, quem fecit in quacumque convexitate -us utriusque causae. *obi.*: CIC. Lael. 83 si quos inter est societas, eorum est habendus ... optimus beatissimusque -us *virtus*. TERT. pudic. 5 -um *aspicio* homicidii insequentis. PANEG. 10, 31 sequebatur ... hunc -um suum (*luxuriem, superbiam, arrogantiam al.*) tyranni ipsius ... caput. *abl.*: CIC. fin. 2, 111 quid ... tanto virtutum -u *opus est*? parad. 16 *animus Reguli* tot virtutum praesidio tantoque -u ... capi ... non potuit. SEN. dial. 7, 13, 5 si hoc placet ad beatam vitam ire -u, virtus antecedat. epist. 7, 6 nemo nostrum ... ferre impetum vitiorum tam magno -u venientium potest. PLIN. nat. 17, 211 traduces Gallicae culturae ... virgultorum -u obiter rigorati. *praep.*: CIC. Tusc. 5, 80 quid deformius sola (*vita beata*) relicta ⟨a⟩ -u pulcherrimo (*sc. virtutis*) segregata. SEN. dial. 11, 9, 3 nullum exilium grave est, in quo⟨d⟩ licet cum hoc ire -u (*sc. virtutum*).

***notabiliora ad A et B:*** *ad A: saepe cum genet. subiect. eius, cuius sunt comites, ut* CIC. Verr. 6, 54 praedonis. Catil. 3, 6 Allobrogum (SALL. Catil. 45, 1). VERG. Aen. 12, 336 dei. *al. rei*: SEN. contr. 9, 5 (28), 6 tumultus. QVINT. decl. 269 p. 98 fugae. *cum genetivo epexegetico eorum qui comitantur*: CIC. Sull. 9 virorum amplissimorum. har. resp. 2 publicanorum. Mil. 28 ancillarum (RVT. LVP. 2, 1). *ibid.* puerorum (SIDON. epist. 4, 18, 2). Cato 29 nobilium iuvenum. Att. 8, 3, 2 optimorum et clarissimorum civium. CAES. civ. 3, 96, 4 equitum. SEN. epist. 99, 7 generis humani. QVINT. inst. 5, 10, 50 mulierum. TAC. dial. 6 togatorum. ann. 3, 9 feminarum. TERT. adv. Val. 16 p. 195 coaetaneorum angelorum. PANEG. 8, 2 amicorum. IVL. VAL. 2, 2 *militum*. LACT. inst. 5, 6, 4 satellitum. TAC. ann. 6, 28 volucrum. PLIN. nat. 6, 72 solis. APVL. Plat. 1, 10 stellarum. *al. epitheta*: CIC. Verr. 4, 30 turpissimo (SVLP. SEV. chron. 2, 48, 3) flagitiosissimoque. 5, 67 regio (Rab. Post. 6 LIV. 1, 48, 4. 32, 39, 7. 44, 43, 1). Cluent. 192 magno (Catil. 3, 6 Flacc. 18 Mil. 28 Marcell. 11 CAES. civ. 3, 61, 1 RVT. LVP. 2, 1 LIV. 28, 22, 4 *al.*). Flacc. 18 ornatissimo. Mil. 28 impedito et muliebri (LIV. 3, 47, 4) ac delicato. Marcell. 11 multo (TAC. ann. 6, 28. 11, 12 MIN. FEL. 37, 9 RVFIN. hist. mon. 6 VVLG. III reg. 10, 2). VERG. Aen. 4, 215 semiviro (FIRM. err. 6, 7). LIV. 38, 51, 12 servilem. SEN. contr. 7, 7 (22), 17 publico. VELL. 2, 40, 3 privato. SEN. epist. 87, 4 lautiorem. CVRT. 4, 12, 2 graviore. STAT. Theb. 4, 661 iners. PS. QVINT. decl. 8, 3 indiscretus. SVET. Iul. 31 modico. APVL. met. 11, 9 sacer (SVLP. SEV. epist. 3, 7 sanctissimo). HIER. epist. 39, 7, 2 melior. SVLP. SEV. chron. 2, 48, 3 pudibundo. epist. 3, 7 frequentissimo. SIDON. epist. 1, 2, 4 minimo.

*iuxta, hic illic opposita*: CIC. Verr. 6, 54 consilium ... praetoris societas. *v. p. 1794, 12.* Flacc. 13 quantus exercitus? (*v. p. 1793, 67*). Balb. 62 cum ducibus ... non cum -u assectatoribusque (Phil. 13, 3 -um relinquo, duces nomino). Phil. 13, 19 ingressus urbem est quo -u vel potius agmine! LIV. 35, 34, 10 praesidium (*v. p. 1793, 72*). CIC. Verr. 5, 67 ornatu (Cael. 49). Cael. 49 incessu. Att. 1, 20, 3 praesidio. SEN. epist. 114, 4 non tam insignita illius (*Maecenatis*) verba sunt quam -us, quam domus, quam uxor?

*ad B: c. genetivo epexegetico*: CIC. fin. 2, 111 virtutum (SEN. epist. 67, 10. 90, 3). SEN. epist. 7, 6 vitiorum. Tro. 914 mali. PLIN. nat. 15, 41 frugis. 17, 211 virgultorum. 10, 283 utriusque causae. TERT. pudic. 5 homicidii. AMBR. Iac. 2, 12, 56 mortis. *epitheta*: CIC. Lael. 83 optimus beatissimusque. Tusc. 5, 80 pulcherrimo. *nota structuram*: VAL. FL. 6, 113 -us in auras (*? nisi* in *c.* sonat *coniungere malis, v. p. 1795, 23*). *pluralem* QVINT. decl. 301 p. 190.

**II** ***actio, status comitandi:*** **A** *de hominibus*: PETRON. 102 quod ad meum -um attinet, nullum recuso periculum. PLIN. nat. 6, 40 sunt ... aliae Caspiis gentibus iunctae *portae*, quod dinosci non potest, nisi -u rerum Alexandri Magni. 30, 11 Ostanes -u eius (*Alexandri Magni*) exornatus. QVINT. inst. 1, 2, 5 *amici gravis viri aut fidelis liberti* assiduus -us etiam illos meliores faciat, qui timebantur (*ne puerum corrumperent*). TAC. ann. 3, 33 inesse mulierum -ui quae pacem luxu, bellum formidine morentur. PS. QVINT. decl. 4, 19 timeo ... peregrinationis adire -um. 12, 27 *nobis* mutuo gaudere -u ... datum est. 15, 7 assides, sequeris, haeres, praestas -um, favorem (18, 17 ITIN. [Silv.] 13, 2). APVL. met. 5, 24 *Psyche* crure dextero *Cupidinis* ... arrepto sublimis evectionis appendix ... et per nubilas plagas penduli -us extrema consequia ... delabitur solo. PANEG. 2, 5 non ... -u, sed oculis sequi. 4, 14 *adulescentes* meum [Constantii Caesaris ex Italia revertentis] suscepere -um. 11, 16 Muci, paulisper abscedas meque -u tuo molestari putes. IVVENC. 3, 305 crucem propriam -bus addere nostris. HIL. in Matth. 15, 9 huius spei atque -us dominus misertus, ait triduo secum esse. 27, 5 neque introeuntium -ui adhaeserant *virgines fatuae*. DICT. 1, 13 *Vlixis et Diomedis* ego secutus -um ea ... rettuli (3, 26). 5, 2 *Glaucus* adiunctus Alexandro ad raptum Helenae -um sui praebuit. HEGES. 3, 5, 3 nec diutius moranti *Vespasiano Agrippa* -u adhaesit. PS. RVFIN. in Am. 3, 3—8 quia -us nostri defensione nudata sis.

**B** *de animalibus*: PLIN. nat. 8, 175 quod *mulus* ... scandentia iumenta -u nisuque exhortaretur. EVSTATH. Bas. hex. 8, 5 p. 950$^{c}$ ut *cornices* ciconias ... suo non destituerent -u.

**C** *de rebus: mobilibus*: PLIN. nat. 6, 72 *Indus* quodam solis -u in occasum versus oceano infunditur. CHALC. comm. 81 sol ... mundi totius -um sequatur. 87 mera prehensio difficilis est in ipsis *planetis* propter inseparabilem prope ... -um. 124 *parabolae* -us sunt siderum. AMM. 20, 3, 4 *sol* et lunaris globus parili -u obtinentes circulos proprios. *de rebus immobilibus et de incorporeis*: SEN. Tro. 914 vos levat tanti mali (*excidii Troiae*) -us: in me (*Helena*) victor et victus furit. PLIN. nat. 15, 41 *pruna* hordearia appellata a -u frugis eius (*sc. hordei*). 19, 170 alio -u aequinoctio autumni seruntur coriandrum anetum atriplex *eqs.* TAC. dial. 32 *eloquentia* pulcherrimo -u (*sc. reliquarum artium*) pectora implebat. PANEG. 9, 8 dux ... maiorem ... adducturus exercitum, ut maiore -u cladis occideret. CHALC. comm. 189 quae dei -um animae neglexerint ... secundum fatum vitam exigunt. 251 inseparabilem -um *nostrae rationis et divinae*. AMBR. Iac. 2, 12, 56 non prosequendas exequias nisi suae quoque -u mortis arbitrata est *mater septem puerorum*.

**III** *technice de* ***honore, officio, munere:*** **A** *apud Romanos inde ab imperatorum temporibus*: **1** *ante Constantinum i. q. cohors amicorum imperatoris vel eorum, qui imperatorem circumdant*: LYD. mag. 2, 7 *κομιτᾶτον ἁπλῶς τὴν βασιλέως συνοδίαν*. CORP. V 7506, 1 ex -u imp(eratoris) Domitiani Aug(usti) Germanici ... Statiellis. TAC. hist. 1, 23 memoria Neroniani -us contubernales appellando *milites*. 2, 65 Cluvius -ui principis adiectus. 2, 87 tot legatorum amicorumque -us *Vitellii* inhabilis ad parendum. ann. 4, 58 profectio *Tiberii* arto -u fuit. PLIN. paneg. 20 -us *Traiani* accinctus et parens. PAPIN. dig. 29, 1, 43 filius familias ... in -u principum retentus. VLP. dig. 49, 16, 13, 3 is, qui ignominia missus est, neque Romae neque in sacro -u agere potest. LAMPR. Alex. 15, 2 purgavit *Alexander* ... Palatium suum -umque omnem. CAPITOL. Pius 7, 11 gravem esse provincialibus -um principis. *al.*

**2** *inde a Constantino i. q. comites, palatium, sedes imperatoris. absolute et cum genet. imperatoris.* **ad** -um: EDICT. imp. Constant. de debit. (Corp. III 12134 *a. 305/6*) 23 omnes ad -um nostrum ilico dir⟨igantur⟩ (AVELL. p. 444, 1 ut ad -um vicibus clerici dirigantur. CASSIOD. var. 3, 36, 3. 4, 9. 7, 31, 2 PAPYR. Wessely p. 9, 21). COD. Theod. 1, 16, 2 (*a. 317*) decreta provincialium non prius ad -um perferri (20, 4, 11 textu ad -um perlato. CANON. Migne 56, 405 causas. 56, 406 preces). 12, 1, 20 (*a. 331*) ad -um destinetur (CASSIOD. var. 2, 18, 3. 4, 39, 5. 4, 40, 2. 4, 44, 2. 5, 12, 3). 12, 12, 6 (*a. 369*) qui ad -um nostrum ... advenerint (AMBR. obit. Valent. 17 *Valentinianus* iussit *scaenicam* ad -um venire. MAXIMIN. c. Ambr. 140 p. 57 EPIST. pontif. Thiel Gelas. frg. 11 CANON. Migne 56, 834. AVELL. p. 588, 5 pervenire. CASSIOD. var. 1, 8 *al.*). AMM. 14, 5, 8 *ut vicarium* ad -um imperatoris vinctum perduceret (16, 12, 66 ductus. 28, 1, 26. AVELL. p. 64, 28 deduci). 15, 3, 9 *Rufinus* ad -um principis advolavit. 15, 7, 6 Liberius ... a Constantio ad -um mitti praeceptus est (17, 2, 3. 25, 10, 9 *ut* auctores ... seditionis ad -um vincti transmitterentur. 26, 5, 7. 28, 5, 12. 28, 6, 27 AVG. epist. 151, 5 *al.*). AMM. 16, 8, 7 Vrsulum redire ad -um (16, 11, 5 revertit. 18, 5, 5. 28, 2, 9. 28, 6, 20). 18, 6, 1 ut *Vrsicinus* ad -um ... properaret (28, 6, 16 EPIST. pontif. Thiel Gelas. frg. 13). 28, 1, 41 ad principis -um *Maximinus* accitus (28, 3, 9). 28,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6, 29 Romanus ad -um profectus (CANON. Migne 56, 834 GREG. M. epist. 9, 24). 30, 1, 3 *Terentius* scribendo ad -um assidue Cylacis necem replicabat. MAXIMIN. c. Ambr. 41 perrexisse . . . episcopos cum Vlfila episcopo ad -um Theodosii imperatoris (CANON. Migne 56, 405). AVG. conf. 6, 14, 24 *Romanianum* graves aestus negotiorum suorum ad -um attraxerant. CANON. Migne 56, 405 tit. 35 quando episcopi et in quibus causis ad -um vadant. 56, 405 ad -um ire (56, 406 [*bis*]. 407 SVLP. SEV. dial. 3, 11, 3). *ibid.* accedant (NOVELL. Iust. app. 7, 27). CASSIOD. var. 1, 7, 3 ad nostrum -um . . . occurre (5, 27, 1. 5, 32, 3). 3, 28, 1 ad -um nostrum . . . te . . . evocamus (7, 34, 1). 8, 32, 1. COD. Iust. 7, 63, 5 pr. anterioribus legibus ex omni provincia ad hunc (hoc *VCR*[a]) nostrum sacratissimum -um similis cursus ad appellationes exercendas impertitus est. in -um: AMM. 15, 8, 18 *nuntius* in -um Augusti perlatus. 28, 6, 9 venerunt in -um legati. apud -um: MARCELL. chron. II p. 382, 61 Valentiniani . . . cadavere Theodosius . . . reportato apud -um regio in sepulchro condidit. p. 428, 77 Iohannis . . . apud -um coepit memoria celebrari. p. 484, 92 Illus . . . amputata apud -um auricula orientem . . . invasit. p. 516, 99 Laurentius Anastasium imperatorem in palatio pro fide catholica saepe convincens apud -um ac si in exilio relegatus retentusque est. in -u: AVSON. 407, 4 in -u degimus ambo aevo dispari. *ibid.* in -u tibi verus fui. *ibid.* in -u . . . me tibi et parentem et amicum et . . . cariorem fuisse. AMM. 16, 6, 1 in -u Augusti circumlatrabat Arbetionem invidia. 17, 11, 1. 18, 3, 1 in -u Augusti turbo novarum exoritur rerum. 19, 3, 2. AMBR. epist. 51, 2 soli mihi in tuo -u ius naturae ereptum videbam audiendi. COD. Theod. 6, 15, 1 (*a. 413*) *assessores* in sacro -u iuverunt consilia. SIDON. epist. 7, 2, 3 militia illis in clericali potius quam in Palatino decursa -u. CASSIOD. var. 9, 15, 7 in -u nostro de eorum (*patriarcharum*) ordinatione tractatur. CORP. III 6194 lectus in sacro (-u) lanciarius. VIII 21814[a] principalis ⟨in⟩ -u agens. PAPYR. Wessely, Wien. Stud. 24 (1902) 134 *ἐν τῷ ἱερῷ κομιτάτῳ. cf.* CORP. III 11026 Iust⟨us⟩ militabit sacro -u Augustalis. *variae structurae*: SYMM. epist. 2, 83 (82) -um sacrum visere atque adire (SVLP. SEV. dial. 2, 5, 5). AMM. 15, 8, 18 *Iulianus* -u parvo suscepto . . . egressus est. 19, 8, 12 ducem -umque iam profecturum Antiochiam revisimus. 21, 12, 2 *milites* -um sequebantur aut signa. 22, 11, 7 *Georgius* reversus ex -u principis. 31, 10, 14 arma imperatorii -us auro colorumque micantia claritudine. COD. Theod. 11, 30, 34 (*a. 364*) si quisquam ausus consultationem sequi circa limina palatii nostri -umve fuerit deprehensus. 6, 25, 1 (*a. 416*) senatorio nomine et imm⟨unita⟩te digni sunt, quos nostri lateris -us ill⟨ustrat⟩. POSSID. vita Aug. 1 *apud Mediolanum* imperatoris Valentiniani minoris -us fuerat constitutus. ALC. AVIT. epist. 94 unum de consiliariis meis . . . venerandi -us vestri auribus offerebam. CASSIOD. var. 2, 20, 1 trahit . . . -us noster observantium catervas. 3, 22 congruit -um nostrum viris nos decorare nobilibus. 4, 46 nostro -ui occurrendi licentiam partibus non negamus. 5, 15, 1 licet cunctis laborantibus -us noster concedat . . . iustitiam. GREG. M. dial. 4, 27 p. 364[c] *Theophanius* exercendis . . . -us curis occupatus. MALALAS p. 319, 6 *δικαιώματα . . . δευτέρου κομετάτου. nota in imagine de caelo*: PS. AMBR. act. Seb. 4 *vita* vos instigat, o parentes . . . ut filios vestros proficiscentes ad -um caeli, ad honorem incorruptibilem . . . stultissimis lamentationibus revocetis.

**3** *i. q.* ***munus, provincia comitis***: EXPOS. mundi 44 aspice in duo -a, orientis quoque et occidentis.

**B** *apud Germanos, Gallos, al. fere i. q. nobiles, proceres. cf. s.* comes *p. 1779, 82*: TAC. Germ. 13 nec rubor inter comites aspici. gradus quin etiam ipse -us habet. *ibid.* id nomen, ea gloria est, si *quis* numero ac virtute -us emineat. 14 turpe -ui virtutem principis non adaequare. *ibid.* magnum -um non nisi vi belloque tuentur. *apud* GREG. TVR. *saepe de Francorum comitibus urbium vel provinciae, ut*: Franc. 4, 13 Firminum a -u[m] urbis . . . abegit. 4, 35 *Firminus* in hac civitate -um potitus (5, 48). 4, 39 anno sequenti remotus a -u Palladius (8, 18). 4, 42 Paeonius . . . huius municipii -um regebat (Mart. 2, 58. *cf.* 6, 45 *maior domus Waddo* olim Sanctonicum rexerat -um). *ibid. rex filio* -um patris ambivit (vit. patr. 7, 1). 5, 36 Maracharius . . . diu in ipsa urbe usus est -um. *ibid.* Nanthinus . . . -um in ipsa urbe expetiit (8, 18 Gundovaldus -um Meldensium super Wirpinum expetiit). *al.*

*derivatum*: comitatensis. *cf. propr.* Comitaticus, Comitaticius. |*derivatur* comitia: AMPEL. 48, 1.] *Bannier.*

**2. comitātus,** -a, -um *v.* comitor.

**cōmiter** *v. s.* comis *p. 1787, 18.*

?**comites** sunt modioli vel humeruli GLOSS. V 617, 24. "*scr.* camites = *canthi coll. Althochd. Gloss. III 297, 34*" (*ubi*: camites vel canti felga circa rotas) "*et Vulg. III reg. 7, 33*" *Götz.* [*cf. francog.* jante. *M.-L.*] *Mbr.*

**comitia,** -ōrum *v. p. 1803, 1 sqq.*

**comitiacus,** -a, -um [**κομιτιακός a* comes. *Th.*]. *cf.* comitianus. *abbreviatur* comt̃: PAPYR. Marini 79, 106; comtĩc: 120, 72. *de* INSCR. *v. passim. scribitur decl. graeca p. 1798, 1. legitur inde a saec. V p. Chr. officialis quidam, cf. Seeck, PW. IV 715; Ruggiero II 533; Mommsen, Neues Archiv 14 (1889) p. 469 sqq.* CORP. V 7530 (*a. 432*) Disiderius -os (*vix pro nom. propr. habendum*). VI 32966 (*a. 487, periit; cf.* INSCR. christ. Rossi I 887) v(ir) d(evotus) comit(iacus) (III 9556 *cf.* p. 2328[136] [*litteris saec. V, Salonae*] v(iri) d(evotissimi) -i. CASSIOD. var. 2, 10 [*a. 507/511*] specioso viro devoto -o. PAPYR. Marini 79, 105 [*a. 557*] per Constantinum v(irum) d(evotum) -um. 120, 72 [*a. 572*]). CASSIOD. var. 5, 6 (*a. 523/526*) stabulario -o. 6, 13 formula magistri scrinii quae danda est -o, quando permilitat. 7, 31, 2 si quos etiam -orum ad comitatum iudicaveris esse dirigendos *eqs.* PAPYR. Marini 120, 93 Moderatus -us. *nota*: ANTH. 128 tit. ad lenonem -um. *huc addendum videtur* PAPYR. Wessely, Wien. Stud. 24 (1902) 134 (U B 836 *s. VI*) *Μηνᾶ τῷ λαμπρ(οτάτῳ) κομε(τιακῷ) βαρῶντι τῆς Ἀρκάδων ἐπαρχίας* (*κομετικῷ Wessely*). *inde adi.*: CASSIOD. var. 7, 31, 1 necesse sit partem ibi (*Romae*) esse -i officii.

**comitiae,** -ārum *v. p. 1810, 48.*

**comitiālis,** -e *a* comitium (-a); *cf.* PAVL. FEST. p. 38 *l. 31. i. quod ad comitia pertinet. legitur inde a* PLAVTO (*semel*) *apud* CIC. CAES. (*semel*) LIV. *et inde passim, significatione translata praecipue apud medicos et* PLIN. nat.; *apud poetas non legitur excepto* PLAVT. *in* FAST. ann. Iul. *semper compendium* C *adhibetur. adde nom. propr.*

**I** ***proprie*:** **A** *homines*: PLAVT. Poen. 584 assunt testes? :: tot quidem non potuisti adducere homines magis ad hanc rem idoneos. nam istorum nullus nefastust, -es sunt meri; ibi habitant, ibi eos conspicias quam praetorem saepius. **B** *res*: dies -is: VARRO ling. 6, 29 *dies* -es dicti, quod tum ut †esset populus constitutum est ad suffragium ferundum, nisi si quae feriae conceptae essent, propter quas non liceret, ⟨ut⟩ Compitalia et Latinae. FAST. ann. Iul. Praen. Ian. 3 (Corp. I[2] p. 231) c⟨omitiales dies appellantur cum popul⟩us coire convocare (*sic*) cógi potest ac lege a⟨gi item licet⟩ *eqs.* PAVL. FEST. p. 38 -es dies appellabant, cum in comitio conveniebant. MACR. sat. 1, 16, 3 festis *diebus* insunt sacrificia epulae ludi feriae, profestis fasti -es comperendini stati proeliares. 1, 16, 14 *dies* -es sunt, quibus cum populo agi licet, et fastis quidem lege agi potest, cum populo non potest, -bus utrumque potest. GLOSS. V 661, 4 *sine interpr cf.* CORP. I[2] p. 289—296. *Wissowa, PW. IV 716.* CIC. Att. 4, 3, 3 proscripsit se per omnes dies -es de caelo servaturum (ad Q. fr. 2, 2, 3 consecuti sunt dies -es, per quos senatus haberi non poterat. CAEL. Cic. epist. 8, 8, 5 LIV. 3, 11, 3). CIC. ad Q. fr. 2, 4, 4 dies -es exemit omnes *consul.* 2, 11, 3 -bus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur, non impediri se lege Pupia, quo minus habeat senatum. *ibid.* his -bus tribuni pl. de Gabinio se acturos esse dicunt. LIV. 7, 18, 9 *cum* multi . . . per seditiones acti -es dies *essent.* 22, 35, 4 proximo -i die. 24, 7, 11 in eum quem primum diem -em habuit comitia edixit (25, 2, 4 primo -i die. 45, 44, 1). FAST. ann. Iul. (Corp. I[2] p. 210 *sqq.*) c(omitialis) *saepissime. omisso subst.* dies: CAEL. Cic. epist. 8, 11, 1 Curio . . . quoi omnibus rationibus -es eripiebantur. *adde*: CAES. civ. 1, 5, 4 v primis diebus, quibus haberi senatus potuit . . . biduo excepto -i. mensis: CIC. Verr. 3, 130 Herodotus cum Roma revertitur (*sc. Cephaloedium, oppidum Siciliae*) diebus, ut ipse putabat, XV ante comitia (*sc. sacerdotis maximi creandi*), offendit eum mensem qui consequitur mensem -em, comitiis iam abhinc XXX diebus factis. *c. aliis subst.*: VAL. MAX. 4, 5, 3 fortuna tanti viri sanguinem clientelamque (*sc. Africani filium Cn. Scipionem et scribam C. Cicereium candidatos praetorios*) -i certamine confuderat. PANEG. 12, 7 nec quisquam tantum valuerit nobilitate vel gratia vel pecunia qui annos -i lege (*i. lege Villia annali*) praescriptos festinatis honoribus occuparit. VOPISC. Tac. 7, 2 inde itum ad campum Martium, ubi -e tribunal ascendit.

**II** ***translate*:** **A** *de morbo*: **1** *ponitur attributive*: a morbus -is: FEST. p. 234 prohibere comitia dicitur vitiare diem morbo, qui vulgo quidem maior[e], ceterum ob id ipsum -is appellatur. CELS. 3, 23 inter notissimos morbos est etiam is, qui -is vel maior nominatur. SCRIB. LARG. 12 ad -em morbum, quem Graeci *ἐπιληψίαν* vocant *eqs.* 99 morbo -i correptos, quos *ἐπιληπτικοὺς* Graeci vocant. GELL. 19, 2, 8 Hippocrates . . . de coitu venerio ita existimabat partem esse quandam morbi taeterrimi, quem nostri -em dixerunt (*τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν. cf.* MACR. sat. 2, 8, 16). APVL. apol. 50 eum nostri non modo maiorem et -em, verum etiam divinum morbum, Graeci *ἱερὰν νόσον* vere nuncuparunt: videlicet quod animi partem rationalem, quae longe sanctissima est, eam violet. SCHOL. Hor. ars 453 morbus regius, quem quidam demoniacum, alii -em, alii arquatum vocant, quem Graeci *ἴκτερον* dicunt, quibus oculi virides sunt. ISID. orig. 4, 7, 6 *epilepsia* est et morbus -is, id est maior et divinus, quo caduci tenentur. 4, 7, 7 -is autem dictus, quod apud gentiles cum comitiorum die cuiquam accidisset, comitia dimittebantur. GLOSS. -is morbus quod vulgo caducia dicitur, ideo -is dictus, quod in comitio primum nescio quis hoc morbo arreptus sit; *ἐπιληψία ἡ νόσος* accessiuncula morbus -is; *ἱερὰ νόσος* hic sacer morbus, morbus sonticus, morbus -is. *adde*: CELS. 2, 13 longi valentesque morbi . . . ut -is, ut insania. 2, 15 quidam morbi, qualis -is, qualis insania est. 6, 7, 8 magnis morbis venientibus maximeque -i. GELL. 17, 15, 6 cum mor-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bum, qui -is dicitur, pateretur. *α singulari: adiectivum postponitur*: CELS. 2, 1. 8. 6, 6, 36 SCRIB. LARG. 13. PLIN. nat. 11, 146 in morbo -i animo caligante aperti *oculi* nihil cernunt. 28, 63. VLP. dig. 26, 8, 1, 1 somno aut morbo -i occupatus. APVL. apol. 43. 50. SOL. 19, 13 solum hoc animal (*coturnix*) praeter hominem morbum patitur -em (*v. infra l. 9*). VIR. ill. 66, 11 CHIRON 967 COD. Iust. 6, 23, 28, 1. *adiectivum praeponitur*: CELS. 2, 13 -i ... morbo oppressis. 4, 27. SCRIB. LARG. 6 -i morbo correptos (107. SVET. Iul. 45 bis inter res agendas. Nero 33). PLIN. nat. 10, 69 *coturnices* damnavere mensae ... -em propter morbum despui suetum, quem solae animalium sentiunt praeter hominem. 16, 244 in -i morbo (21, 175). 20, 56. 238. 25, 52. 28, 34. 43 -i morbo collapsorum. 28, 224 TAC. ann. 13, 16 SVET. Cal. 50 IAVOL. dig. 21, 1, 53 APVL. apol. 50 MIN. FEL. 30, 5. TERT. apol. 9 -i morbo medentes. SER. SAMM. 1006 tit. -i morbo depellendo. PLIN. med. 3, 21 tit. AVG. beat. vit. 2, 16 homines ... caducarii ... quo nomine vulgo apud nos vocantur, quos -is morbus subvertit. *β plur.: adiectivum postponitur*: CELS. 2, 1 (*bis*) adulescentia morbis acutis, item -bus tabique maxime obiecta est. PLIN. nat. 20, 174 piperitis ... contra morbos -es bibitur (32, 35 adversus morbos -es). 25, 60 medetur ... morbis -bus. 35, 175. 36, 152. 37, 157 ARNOB. nat. 4, 25. *adiectivum anteponitur*: PLIN. nat. 8, 111 coagulum ad -es morbos *utile*. 8, 115 accensi ... utrius libeat *cornus* odore -es morbi deprehenduntur (35, 182). 20, 87. 207. 27, 92 in -bus morbis (30, 89). 28, 7. 35. 88. 90. 91. 109 contra -es morbos. 28, 258. 30, 87. 32, 33. *aliter*: PLIN. nat. 28, 44 multa genera morborum ... maximeque -es. 28, 259 contra -es ceterosque infantium morbos. **b** vitium: SEN. dial. 5, 10, 3 qui -i vitio solent corripi (PLIN. nat. 20, 192 vitio -i). PLIN. nat. 20, 191 infantibus -e vitium aut contractiones sentientibus.

**2** *ponitur absolute*: **a** *plur.* comitiales *i. q. morbi -es*: PLIN. nat. 20, 213 *porcillaca* -bus cibo vel potu prodest. 22, 133 insaniae melancholicae, -bus, podagris. 22, 148 *silvestris ciceris farina* -es *sanat.* 24, 6 prosunt dysintericis, menstruis, vertigini, -bus. 24, 12. 21. 25. 47. 26, 113. 28, 83. 99 in -ium ... remediis. 28, 225 accedente morbo -ium. 30, 34. 32, 29. **b** comitialis *i. q. aeger*: *α adiective*: PLIN. nat. 20, 114 in puerperiis ... ab eo cibo (*apio*) -es fieri qui ubera hauriant. *β substantive: sing.*: CHIRON 903 ad morbida iumenta et ad -em. *plur.*: PLIN. nat. 1, 36 p. 121, 25 Mayh. summa: medicinae ex his LXXXVIIII ad serpentes ... phreneticos, lethargicos, -es, melancholicos. 20, 25 hydropicis ... et lethargicis et -bus et melancholicis. 20, 31. 138. 154. 227. 237. 261. 21, 130. 156. 22, 21. 22, 105 *laser* -bus cum vino *datur*. 23, 23 -bus ... item mente commotis aut vertigine laborantibus. 23, 59. 122 -bus et hydropicis omnibusque, quae maturanda aut discutienda sunt, imponuntur *siccae fici*. 23, 144. 25, 169. 27, 29. 28, 4 sanguinem quoque gladiatorum bibunt, ut viventibus poculis, -es [morbi]. 28, 127. 226. 32, 36. 37 fel testudinum ... naribus illitum -es erigit attolitque. 32, 112.

**B** *nomen herbae*: PS. APVL. herb. 17 dicunt ... Itali gentianam, alii -em (ciminalem *pars codd. v. p. 1059, 2*). DIOSC. 3, 3 W. *γεντιανή*: ... *Ῥωμαῖοι γεντιάνα, ... οἱ δὲ κομιτιάλις* (*κυμιναλις, κουμιναλις, κιμιναλις codd.*). GLOSS. -es (*var. lect.* comitiales, comiciale, comiziales) i. gentiana. III 633, 15/16 Romani gentiana, Itali comicialem.

*adv.* **comitiāliter**: *de morbo comitiali*. PLIN. nat. 22, 59 *folia heliotropii* illita medentur ... contractionibus, etiam si id -r accidat.

**comitiānus**, -a, -um [*a* comes. *Th.*]. *cf.* comitiacus. *adde nom. propr.* Comitianus, -a, -ē. **1** *subst. nomen officialis cuiusdam*: COD. Theod. 8, 4, 18 (*a. 394*) ex his, qui de numero -orum vel ex apparitione culminis vestri (*sc. praefecti praetorii*) consulari officio deputati sunt, nullus ambiendi et transfugiendi in alterius militiae ordinem habeat facultatem. CASSIOD. var. 8, 27 tit. Floriano viro devoto -o. LYD. mag. 2, 7 *οἱ μὲν γὰρ λεγόμενοι στρατηλάται τὴν τῶν κομίτων ἔχουσιν ἐκ τῆς ἀρχαιότητος καὶ μόνην τιμήν· ταύτῃ καὶ κομιτιανοὺς τοὺς δευτεροστρατηλατιανοὺς ἡ παλαιότης οἶδε*. **2** *adiect. i. quod ad comitem vel munus eius pertinet*: officium: COD. Iust. 1, 46, 2 (*a. 416*) interminationem ... quinquaginta librarum auri adversus -um officium proponi decernimus. NOVELL. Iust. 8, 2 *oportere comitem Phrygiae Pacatianae* non ... duobus officiis uti, sed permixtum et iudicis et vicarii unum *officium* esse, -um existens et nominandum (8, 3. 5). 27, 1 *administrationem* uno utentem officio -o appellando. 30, 1, 1 omnes quanticumque pridem -i officii sunt — et summarii dicimus et si quid tale aliud est. *ibid.* ministrante utroque ei (*proconsuli Cappadociae*) officio et -o, quod etiam propria aget et nihil communicabit civili officio, et clarissimi provinciae iudicis (*ibid.* officio ... quae propria sunt, divise agente et quod pridem -o et quod pridem civili, ut civile quidem diligentiam adhibere fiscalium et civilium ..., pridem vero -um officium praeesse imperialium rerum gubernationi). 30, 2. *graece in* NOVELL. Iust.: *τάξις κομιτιανή*. apparitio: IVLIAN. epit. novell. 15, 3 utriusque ... Ponticae magistratus apparitores misceri oportet et -am appellari *apparitionem* (15, 5). 22, 1 summarii ... -ae apparitionis. *ibid.* utraque apparitio tam -a quam civilis proconsularis appellabitur. *ibid.* nominentur ... tredecim magistri periculo -ae apparitionis.

**1. comitiātus**, -ūs *m.* [*a* comitiare. *Th.*]. *idem q. comitia*. VARRO ling. 5, 91 classicos a classe, qui item cornu[u]o canu⟨n⟩t (canit *F*), ut tum cum classes comitiis ad comit⟨i⟩atum vocant (6, 93 ad -um [comitia tum *F*] vocatur populus. MESSALLA ausp. frg. Gell. 13, 16, 1 qui eorum [*magistratuum*] primus vocat ad -um). CIC. leg. 2, 31 quid ... maius est ... quam posse a summis imperiis et summis potestatibus -us et concilia vel instituta dimittere vel habita rescindere? 3, 9 'olli ... (*patres*) ec se produnto, qui -u creare consules rite possint' (possiet *al.*). 3, 11 'de capite civis nisi per maximum -um ... ne ferunto' (3, 44 altera *lex* de capite civis rogari nisi maximo -u vetat). 3, 27 *omnibus magistratibus auspicia dantur*, ut multos inutiles -us probabiles impedirent morae. MESSALLA ausp. frg. Gell. 13, 16, 1 consul ab omnibus magistratibus et -um et contionem avocare potest. praetor et -um et contionem usquequaque avocare potest nisi a consule. minores magistratus nusquam nec -um nec contionem avocare possunt.

**2. comitiātus**, -a, -um *v.* comitio.

**comiticus** *v.* comitiacus *p. 1798, 13.*

**comitio**, -āvī, -ātum, -āre (-or, -ātus sum, -ārī) [*a* comitium, comitia. *Th.*]. *deponens v.* DOSITH. *l. 40*. GLOSS. *l. 42*. **1** *i. q. in comitio agere*: [COMMENT. quaestor. Varro ling. 6, 91 *v. s.* commeo]. VARRO ling. 6, 31 dies qui vocatur sic 'quando rex -vit fas'; [s]is dictus ab eo quod eo die rex sacrific[i]ulus †dicat ad comitium, ad quod tempus est nefas, ab eo fas *eqs.* FAST. ann. Iul. Caeret. Mai 24 (Corp. I² p. 213) Q(uando) R(ex) C(omitiavit) F(as). *cf.* Praen. Mart. 24 (Corp. I² p. 234) ⟨Q. R.⟩ C. F. hunc diem plerique perperam interpretantes putant appellar⟨i⟩, quod eo die ex comitio fugerit ⟨rex. n⟩am neque Tarquinius abiit ex comitio ⟨urbis⟩ et alio quoque mense eadem sunt *eqs.* (*cf. Corp. I² p. 289*). PAVL. FEST. p. 259 'quandoc rex -vit (⟨co⟩mitia sic *frg. Festi*, comitiassit *Urs. Müller*) fas' in fastis notari solet et hoc videtur significare, quando rex sacrificulus divinis rebus perfectis in comitium venit. GLOSS. -are loqui; comit⟨i⟩are loqui in conventu eundo, redeundo, ambulando. **2** *i. q. comitiis designare*: PS. ASCON. Verr. p. 142 tribunorum militarium duo genera: primum eorum qui rufuli dicuntur; hi in exercitu creari solent; alii sunt -ati, qui Romae comitiis designantur. *passivum male interpretati sunt*: DOSITH. gramm. VII 430, 20 verba quae passive tantum efferuntur, ex quibus quaedam etiam activa sunt, quae fere sunt primae coniugationis: -or *ἀρχαιρεσιάζω* (*ἀρχιερεσιάζω cod.*). GLOSS. comit⟨i⟩or *ἀρχιερεύω*. **3** *i. q. incomitiare, vituperare*: TERT. pall. 5 haec pro pallio interim, quantum nomine -asti (comitiasti, comitasti, concitasti *codd.*). *Sigwart.*

**comitīva**, -ae *f.* [*a* 1. comes. *Th.*]. *munus, officium comitis (cf.* comes *p. 1776, 68 sqq.), inde etiam i. q. dignitas, ordo comitis. legitur substantive a. 372 et postea.*

**1** *muneris genere addito: cum genetivo hominum, rerum incorporearum*: COD. Theod. 6, 14, 1 (*a. 372*) *qui* d(ucto) intro transmarinas provincias strenuissime m(ilite) primi ordinis -am fuerint consecuti (VEG. mil. 2, 9 praefectus legionis habens -ae primi ordinis dignitatem. COD. Theod. 6, 14, 2 [*a. 397*]. *ibid.* cum secundi ordinis -am praemiis impetravit. 6, 13, 1 [*a. 413*] si primi ordinis -am ... meruerint. 6, 14, 3 [*a. 413*]. 6, 15, 1 [*a. 413*]. 6, 11, 1. 6, 18, 1. 6, 20 tit. 6, 26, 17, 1 [*a. 416*] secundi ... ordinis -ae codicillos accipiant. 6, 26, 18. 12, 1, 127. 14, 4, 10 [*a. 417*] -ae tertii ordinis honore cumuletur. CASSIOD. var. 2, 28, 3. 6, 12 tit. formula -ae primi ordinis. 6, 12, 4 *al.*). COD. Theod. 6, 9, 2 pr. (*a. 380*) qui ... -a utriusque aerarii nostri ... viguerunt (COD. Iust. 12, 6, 1). 6, 26, 14 pr. (*a. 407*) -am primi dispositionum ... quaesivit (= COD. Iust. 12, 19, 4 pr.). CORP. VI 1727, 7 (*fere init. saec. V*) illustrem sacrii (*sic*) patrimonii -am (CASSIOD. var. 4, 3, 2 illustris -ae nostri patrimonii dignitatem. 4, 4, 2. 6, 9 tit. formula -ae patrimonii. 6, 9, 5). COD. Iust. 12, 19, 8 pr. (*a. 443/44*) -ae sacri nostri consistorii cingulo ... potiri. PAVL. PELL. 295 privatae ... largitionis. CASSIOD. var. 2, 15, 2 -ae domesticorum vacantis honore (2, 16, 2 -ae domesticorum vacantis dignitate. 6, 11, 2 -ae domesticorum illustratum vacantem. 8, 12, 8 [*traditur etiam* comitiis]). 6, 7 tit. formula -ae sacrarum largitionum (6, 7, 1. 8, 16, 6 sacrarum largitionum -am ... tibi concedimus. 9, 7, 2 -ae largitionum praesidens). 6, 19, 7 -ae archiatrorum honore decorare. 7, 6 tit. formula -ae formarum (7, 6, 5). 7, 9 tit. formula -ae portus urbis Romae (7, 9, 4). *substantivo omisso*: COD. Iust. 1, 33, 3 (*a. 414*) cognitionem -ae privatarum (CASSIOD. var. 1, 4, 4 primus ... administrationis introitus -ae privatarum mole fundatus est. 3, 12, 3. 6, 8 tit. formula -ae privatarum. 6, 8, 1. 7). CASSIOD. var. 6, 7, 9 -ae sacrarum ... tibi conferimus dignitates. *cum genetivo terrae, civitatis*: COD. Theod. 6, 10, 3 (*a. 381*) Orientis (13, 11, 12 *a. 409*) sive Aegypti -ae ... infulas consecuti. CASSIOD. var. 6, 22, 2 -am tibi Syracusanae civitatis ... concedimus (6, 24, 2. 7, 27). 7, 1 tit. formula -ae provinciae. 7, 3 tit. formula -ae Gothorum per singulas civitates. *cum adiectivo*: COD. Iust. 2, 12, 25 (*a. 392*) consistorianae -ae insignia (2, 7, 8 *a. 440* post ... annum ... completum ... abscedere cum -a consistoriana. 10, 30, 3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*a. 442*). Cod. Theod. 12, 1, 150 (*a. 395*) *curiales* honorariam adepti sunt -am (= Cod. Iust. 10, 32 [31], 47 pr.). 6, 26, 17, 1 (*a. 416*) tertiae -ae gradu fruebantur. Cassiod. var. 6, 22 tit. formula -ae Syracusanae. 6, 23 tit. formula -ae Neapolitanae (6, 25). 7, 13 tit. formula -ae Romanae (7, 13, 3). 7, 14 tit. formula -ae Ravennatis (7, 14, 3).

**2** *omissa generis notione*: Pavl. Nol. epist. 25, 8 (*in imagine*) deum si coeperis sequi, de -a incipis militare et finis militiae tuae erit regnum ... caeli. Avg. in psalm. 34 serm. 1, 12 si tibi imperator diceret, pete quod vis, quos tribunatus -asque ructares! Cod. Theod. 6, 13, 1 (*a. 413*) sin *tribuni scholarum* absque honore -ae cuiuslibet scholae regimen fuerint nacti (= Cod. Iust. 12, 11, 1, 1). Cassiod. var. 1, 2, 5 tu ... -a subvectus tantis iubes, tanta te istius nominis praesumptione defendis. Ps. Ven. Fort. vita Med. 2, 6 dicit *Medardus* ad Eleutherium quendam puerulum comparem, quod publica in actione -am assumeret. Greg. M. epist. 1, 13 -am illam, quam vir eius agendam susceperat, nunc ... ipsi est mulieri ... attributum.

*inde natum, ut videtur (non ante saec. V), adiect.* **comitīvus**, -a, -um: Cod. Theod. 8, 8, 9 (*a. 416*) sive ex praetoriano officio sive ill(ustris) -ae sedis largitionum nec non et rei privatae ... ad quamcumque necessitatem profligandam quis fuerit destinatus (= Cod. Iust. 12, 60 [61], 3 pr. Cod. Theod. 11, 21, 3 *a. 424* sancimus ... decreto, ne cui deinceps ex praecepto -ae sedis ... propria liceat tributa persolvere). Avg. epist. 220, 7 quandocumque tu -am sumeres potestatem. Vigil. Trid. ad Ioh. 2, 1 Iacobus -am reclinaturus in Christi comitibus dignitatem sanctorum recentium reliquias postulavit (Cod. Iust. 12, 49 [50], 12 pr. [*imp. Anastasio*] hoc super honore ...-ae dignitatis eis impertiri). *Bannier.*

**comitium**, -ī *n.* [*a* com *et* ire; *cf.* comes, coire. *Th.*]. *de plurali v. p. 1803, 1 et 1810, 48. singularis i. q.* ***locus contionis***: Varro ling. 5, 155 -um ab eo quod coibant eo -is curiatis et litium causa[e]. Pavl. Fest. p. 38 in -o conveniebant; qui locus a coeundo, id est insimul veniendo est dictus. p. 107 in -um, hoc est in conventum, venire. Plvt. Rom. 19 ὅπου δὲ ταῦτα συνέθεντο μέχρι νῦν κομίτιον καλεῖται· κομῖρε γὰρ Ῥωμαῖοι τὸ συνελθεῖν καλοῦσι. Cass. Dio frg. 5, 7 (Boissevain, frg. 3, 8 Melber) ὥστε ἐκείνους (*Romanos et Sabinos*) ... τῆς τε μάχης ἐπισχεῖν καὶ ἐς λόγους αὐτοῦ ὥσπερ εἶχον ἐν τῷ κομιτίῳ δι' αὐτὸ τοῦτο κληθέντι συνελθεῖν. Ps. Ascon. Verr. p. 174 locus propter senatum, quo coire equitibus Romanis et populo Romano licet. *cf.* Plavt. Curc. 403 *p. 1802, 63*. Gloss. ὀχλαγώγιον (convicium *pars codd.*). locus, ubi dantur honores. locus honorum, ubi d[om]antur (*an* donantur?) honores; locus, ubi consules designantur. *de graeca transcriptione v. p. 1802, 37 sqq. notatur* comit: Fast. ann. Iul. Arv. Aug. 23 (Corp. I² p. 215). *legitur inde a* Lege XII tab. *et* Plavto *apud* Varronem Cic. Caes. (*semel*) Nep. (*semel*) Liv. Fest. Vitr. (*semel*) Val. Max. (*semel*) Sen. nat. (*semel*) epist. (*semel*) Plin. nat. Tac. (*bis*) Plin. epist. (*bis*) Svet. Frontonem Sol. (*semel*) *al. et nonnumquam in titulis. cf. Hülsen, PW. IV 717—718; Ruggiero II 533—535.*

**I** *proprie i. q. locus, ubi publice coitur*: **A** *Romae*: Lex XII tab. (Rhet. Her. 2, 13, 20) rem ubi pagunt, orato; ni pagunt, in -o aut in foro ante meridiem causam conicito (Plavt. Curc. 403 *p. 1802, 63*. Cic. Verr. 2, 58 vidi ... forum -umque adornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum ... lugubri. 4, 9 huius signis et tabulis forum -umque ornari? 6, 170 *non* in foro, non in -o, non in rostris. Sest. 75 cum forum -um curiam multa de nocte armatis hominibus ac servis plerisque occupavissent. Liv. 34, 45, 6 in foro et -o et Capitolio sanguinis guttae visae sunt. Sen. nat. 2, 49, 2 *p. 1802, 56*. Plin. nat. 15, 77 colitur ficus arbor in foro ipso ac -o Romae nata. Tac. Agr. 2 delegato triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in -o ac foro urerentur. Svet. Iul. 10 aedilis praeter -um ac forum basilicasque etiam Capitolium ornavit. Fronto p. 98, 21 N. te ... locuturum ... nobiscum de loco superiore nec tantulo superiore, quanto rostra foro et -o excelsiora sunt, sed *eqs.* Schol. Cic. Bob. p. 101, 26 Hild. *columna Maenia* in vicinia fori et iuxta -um posita. Ps. Ascon. Verr. p. 174 ad ornandum forum et -um. *cf.* Plvt. C. Gracch. 5 *et* quaest. Rom. 63 p. 279ᴰ *p. 1802, 50 sqq.*). Plavt. Curc. 470 qui periurum convenire volt hominem, ito in -um. Poen. 807 cras mane, quaeso, in -o estote obviam. Titivs or. frg. Macr. sat. 3, 16, 14 iubent puerum vocari, ut -um eat percontatum, quid in foro gestum sit. *ibid.* ad -um vadunt. *ibid.* veniunt in -um (Cic. Brut. 289 Att. 4, 3, 4 Pavl. Fest. p. 259). Varro ling. 5, 155 sub dextra huius (*curiae Hostiliae*) a -o locus substructus (*i. Graecostasis. cf.* Liv. 1, 36, 5 statua Atti ... in -o in gradibus ipsis ad laevam curiae fuit. 45, 24, 12 [*Rhodii loquuntur*] omni auro et argento ... in -o, in vestibulo curiae vestrae cumulato. *cf. p. 1802, 5 sqq.*). Varro ling. 6, 5 quo *tempore* praetor in -o supremam pronuntiavit populo. 6, 31 *v. p. 1800, 24*. rust. 1, 2, 9 C. Licinius ... primus populum ad leges accipiendas in septem iugera forensia e -o eduxit. Cic. Verr. 2, 49 Tenem ... quem quondam in -o vidistis. Rab. perd. 21 Catil. 1, 15. Sest. 76 pulsus e rostris in -o iacuit (Verr. 6, 170 *supra l. 55*. Liv. 38, 56, 12 statuas ... in -o, in rostris, in curia, in Capitolio, in cella Iovis poni. Val. Max. 4, 1, 6 in -o, in rostris, in curia, in ipsa denique Iovis optimi maximi cella. Ascon. Mil. p. 42 Cl. erant ... tunc rostra ... ad -um, prope iuncta curiae. Fronto p. 145, 9 N. -um et rostra et tribunalia Catonis et Gracchi et Ciceronis orationibus celebrata. Sidon. epist. 1, 9, 7 me in -o vel inter rostra contionante). Cic. rep. 2, 31 saepsit de manubiis -um et curiam (Sest. 75 *p. 1801, 56*. Liv. 22, 7, 7. 22, 60, 1 ab ea turba, quae in -o erat, clamor flebilis est sublatus manusque ad curiam tendebant *eqs.* 38, 56, 12 *p. 1801, 82*. Ascon. Mil. p. 42 Cl. *supra l. 1* Plin. nat. 35, 27 S. C. de nund. salt. Beg. [Corp. VIII 11451] 5. Act. lud. saec. Sept. Sev. 1, 4 in -o in curia Iulia. *v. etiam p. 1801, 73 sqq. et vol. IV p. 1482, 72 sqq. cf.* Potam. tract. 2 p. 1416ᴮ *l. 70*). Cic. div. 1, 32. 33 Att. 4, 3, 4. Liv. 2, 10, 12 statua in -o posita (6, 15, 2 sella in -o posita. 38, 56, 12 *p. 1801, 82*. Gell. 4, 5, 1 statua Romae in -o posita Horatii Coclitis). Caes. civ. 1, 3, 3 completur urbs et ipsum -um tribunis centurionibus evocatis. Liv. 5, 7, 9 ad multitudinem in -o stantem. 5, 55, 1. 9, 9, 2 istos ... hic in -o virgis caesos (22, 57, 3. 24, 20, 6 Plin. epist. 4, 11, 10 Svet. Dom. 8. *cf.* Liv. 25, 7, 14 deducti in -um [-o *P*] virgisque ... caesi *et* Plin. epist. 4, 11, 11 *infra l. 76*). Liv. 27, 36, 8 eo anno ... -um tectum esse ... et ludos Romanos ... instauratos. 29, 16, 6 decem legati Locrensium ... in -o sedentibus consulibus ... ante tribunal ... humi procubuerunt (Fronto p. 145, 9 N. *supra l. 2*). 40, 29, 13 libros ... in -o cremandos esse (40, 29, 14). 45, 20, 6 Vitr. 2, 8, 9. Fest. p. 169 ficus ... in -o (*cf.* p. 177 niger lapis in -o. Tac. ann. 13, 58 *Ruminalis arbor* in -o). p. 290 in Volcanali, quod est supra -um (Plin. nat. 33, 19 in Graecostasi, quae tunc supra -um erat). Fast. ann. Iul. Praen. Mart. 19 (Corp. I² p. 234) *Salii* faciunt in -o saltu ⟨adstantibus po⟩ntificibus et trib(unis) celer(um). 24 quod eo die ex -o fugerit ⟨rex, n⟩am neque Tarquinius abiit ex -o *eqs.* Arv. Aug. 23 (Corp. I² p. 215) Volk(ano) ⟨in⟩ comit(io). Val. Max. 1, 5, 1. 7, 8, 4 Sen. epist. 104, 33 *infra l. 77* Plin. nat. 7, 181. 10, 5. 15, 77. 34, 21. 26 et Pythagorae et Alcibiadi *statuas* in cornibus -i positas. 35, 173 ad -um exornandum. Svet. Aug. 43 anguem quinquaginta cubitorum pro -o *publicabat*. Gell. 11, 1, 7 cum in castris et in exercitu multa fieret, non in -o nec ad populum diceretur. Sol. 33, 14 *phoenix* in -o publicatus est. Paneg. 12, 11 p. 280, 27 non ... te princeps solus et domi et tamquam temptaret ambibat, sed publice et in -o et ut aliud iam facere non posset. *graeca*: Inscr. Graec. Dittenberger syll.² 928, 38 (*saec. II a. Chr. in., Magnesiae ad Maeandrum*) ἐγκομετίωι. S. C. de Thisbeis (*a. 170 a. Chr.*, Ditt. syll.² 300) τῇ συγκλήτῳ συνεβουλεύσατο ἐν κομετίῳ. S. C. de Narthacio (*ca. a. 150 a. Chr.*, Ditt. syll.² 307) ἐγ κομετίῳ. S. C. de Priene (*ca. a. 136 a. Chr.*, Ditt. syll.² 315) ἐγκομετίῳ. S. C. pro Iudaeis (Ios. arch. 13, 9, 2 *a. 133 a. Chr.*) ἐν κομετίῳ. Inscr. Graec. Rom. Cagnat IV 262 (*Adramyttii, paulo post 123 a. Chr.*) ⟨ἐν⟩ κομετίῳ. Inscr. Graec. Ditt. syll.² 930, 4 (*a. 112 a. Chr., Delphis*) ἐγκ⟨ομετίωι⟩. S. C. de Asclep. (Corp. I² 588 gr. 4, Inscr. Graec. Rom. Cagnat I 118, 15 [*Romae, a. 78 a. Chr.*] ἐν κομετίῳ. S. C. de Oropiis 61 (*a. 78 a. Chr.*, Ditt. syll.² 334) ἐν κομετίῳ. Plvt. Rom. 11 βόθρος γὰρ ὠρύγη περὶ τὸ νῦν κομίτιον κυκλοτερής. Rom. 19 *p. 1801, 34*. Num. 22 κομισθείσας εἰς τὸ κομίτιον τὰς βίβλους κατακαῆναι. C. Gracch. 5 λέγεται ... τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων δημαγωγῶν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀφορώντων καὶ τὸ καλούμενον κομίτιον πρῶτος τότε στραφεὶς ἔξω πρὸς τὴν ἀγορὰν δημηγορῆσαι (quaest. Rom. 63 p. 279ᴰ ἐν ἀγορᾷ ... πρὸς τῷ λεγομένῳ κομιτίῳ [κομητίῳ *codd.*]). Cass. Dio frg. 5, 7 Boissevain *p. 1801, 36*. 47, 19, 1 τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰούλιον ἐπ' αὐτοῦ κληθὲν παρὰ τῷ κομιτίῳ ὀνομασμένῳ.

**B** *aliarum civitatum: generatim*: Sen. nat. 2, 49, 2 regalia *fulgura sunt*, cum forum (*Haase*, cum eorum Φ, quorum vi Δ) tangitur vel -um aut principalia urbis liberae loca. *Perusiae*: Corp. XI 1946 ⟨i⟩n -o ponendum censuer(e) ... in -o statua ('*ad Perusiam referendum esse non prorsus certum est*' *Bormann*). *Spartae*: Nep. Ages. 4, 2 *Agesilaus* dicto audiens fuit iussis absentium magistratuum, ut si privatus in -o esset Spartae.

**II** *in imagine de partibus corporis*: Plavt. Curc. 403 (*alludit ad coitionem*) quaeso ne me incomities. :: licetne inforare, si incomitiare non licet? :: non inforabis me quidem nec mihi placet tuom profecto nec forum nec -um. Apvl. apol. 7 impensius cetero corpore os colendum, quod esset animi vestibulum et orationis ianua et cogitationum -um. Paneg. 11, 15 p. 256, 9 versari coepit in sacri pectoris (*sc. imperatoris Iuliani*) -o consulatus. Potam. tract. 2 p. 1416ᴮ Belias ... intra loricam sacri pectoris (*sc. Isaiae prophetae*) fidei -um, [praedicationis politicae] litterarum curiam requirebat.

**III** *translate de rebus quae in -o fieri solent. i. q. iudicium, supplicium*: Sen. contr. 7, 1, 22 ad expiandum scelus triumviris opus est, -o, carnifice. tanti sceleris non magis privatum potest esse supplicium quam iudicium. Plin. epist. 4, 11, 11 si -um et virgas pati nollet. *i. q. suffragia*: Sen. epist. 104, 33 *Cato* eodem die quo repulsus est in -o, pila lusit. Paneg. 12, 3 p. 273, 22 in quodam orbis terrarum -o quaeri putemus, quisnam sit ille qui debeat tantam molem subire ... nonne is omnium suffragiis hominum tributim centuriatimque legeretur cui *eqs.* Gloss. imperii adeptio. est mutatio dignitatis, hinc incomitio est vitio. *i. q. contio, multitudo*: Gloss. -um (convicium *cod.*) facio circulor ὀχλαγωγῶ.



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*plur.* **comitia**, -orum *n. i. q.* ***conventio populi*** *(ex lege facta et a magistratu vocata), inde i. q.* ***suffragia:*** *de formis:* CAES. anal. frg. Gell. 19, 8, 4 plurativo semper numero . . . arma et moenia et -a *dicenda.* GELL. 19, 8, 5 de armis et moenibus et -is *non infitias eo* quin figura multitudinis perpetua censeantur. CHAR. gramm. I 33, 29 neutra semper pluralia . . . -a ἀρχαιρέσια (EXC. Bob. gramm. I 550, 3 PROB. app. gramm. IV 196, 12). PROB. nom. gramm. IV 208, 24 omnia nomina pluralia 'ia' litteris nominativo finita genetivum in 'ium' syllabam mittunt, ut moenia . . . -a . . . inter haec ergo nomina sola distant -a quae genetivo plurali missa in 'um' non vim nominis magis quam loci nomen assignant, ut horum comitium et dativo vel ablativo his comitibus, . . . vim quandam nominibus secretionis videmur inferre in genetivo plurali, ut -orum, non comitium dicamus et -is, non comitibus. *fem.* comitiae, -arum *v. p. 1810, 48. forma ablativi:* comitieis: LEX Tarent. (Corp. I² 590) 16 LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 132. comitis: CIC. rep. 2, 25 *cod.* LEX de imp. Vesp. (Corp. VI 930) 13 LEX Vrson. (Corp. II 5439) 101, 18. 105, 28 LEX Malac. (Corp. II 1964) 1, 51. 61 CORP. XIV 375, 9. *notatur* comit: FAST. cos. Capitol. *passim (v. Corp. I² ind. VI p. 360* s. v. dictator). *de significatione:* AMPEL. 48 de -is: -a dicuntur a comitatu et frequentia, quod patres et classes ad suffragia vocantur creandorum magistratuum vel sacerdotum causa. -orum autem triplex ratio est: haec curiata, haec tributa, haec centuriata dicuntur, quia aut per curias aut per tribus aut per centurias explicantur. si translaticium sit et solitum, de quo populus ⟨. . .⟩, curiatis transigitur; si amplius, tributis; si in summo discrimine est, tum miles ad suffragia vocatur et -a centuriata dicuntur. GLOSS. ἀρχ(ι)αιρέσια. tempora honorum quando dantur sed (id est?) ubi sunt milites. honores. dicuntur quae fiunt Romae ad creandos magistratus Kalendis Ianuarii in campo Martio, ad quae omnis populus Romanus et universae conveniunt dignitates et de Italia. ergo ad summam -a sunt conventus necessarii nimis. *graece transfertur his vocabulis (v. Magie, De Romanorum iuris publici sacrique vocabulis [1905] p. 56. 57):* τὰ ἀρχαιρέσια, αἱ ἀρχαιρεσίαι, ἐκκλησία, χειροτονία, ψηφοφορία. *praeterea:* -a curiata: ἐκκλησία, ἡ κουριᾶτις ἐκκλησία, ἡ φρατρικὴ ἐκκλησία, ἡ κουριάτη ψηφοφορία, ἡ φρατριακὴ ψηφοφορία. -a calata: ἀρχ[ι]αιρέσια δὶς τοῦ ἔτους γιγνόμενα. -a centuriata: τὰ ἀρχαιρέσια, αἱ ἀρχαιρεσίαι, ἀρχαιρεσίαι, λοχίτιδες, ἀρχαιρέσια ὑπάτων, αἱ τῶν ὑπάτων ἀρχαιρεσίαι, τὰ ὑπατικὰ ἀρχαιρέσια, αἱ ὑπατικαὶ ἀρχαιρεσίαι, ἐκκλησία, ἡ λοχῖτις ἐκκλησία, ἡ κατὰ τοὺς λόχους ἀθροιζομένη ἐκκλησία, ἡ ἀπὸ τῶν τιμημάτων ἐκκλησία, ἡ ὑπατικὴ ψηφοφορία, χειροτονία ὑπάτων, κατάστασις τῶν ὑπάτων, κατάστασις τῶν ἀρχόντων. -a tributa: αἱ ἀρχαιρεσίαι, αἱ φυλετικαὶ ἀρχαιρεσίαι, τὰ ἀγορανομικὰ ἀρχαιρέσια, ἐκκλησία, ἡ φυλετικὴ ἐκκλησία, ἡ φυλέτις ἐκκλησία, ἡ φυλετικὴ ψηφοφορία, κατάστασις (τῶν ἀγορανόμων). -a XVII tribuum: ἀρχαιρέσια, αἱ αἱρέσεις τῶν ἱερῶν. *legitur inde a* LEGE XII tab. (*v. p. 1805, 66*) *et* PLAVTO *apud* CATONEM (*semel*) VARRONEM CIC. (*passim*) CAES. SALL. NEP. (?) LIV. (*passim*) PAVL. FEST. SEN. contr. VELL. VAL. MAX. SEN. phil. ASCON. PLIN. nat. QVINT. TAC. PLIN. epist. paneg. SVET. FLOR. AVSON. AMM. *alios.* NOT. Tir. 45, 84. *non legitur apud poetas nisi apud* PLAVT., *praeterea deest apud christianos et alios (ex. gr. apud* RHET. Her. CVRT.). [*loc. dub.:* VARRO ling. 5, 85 Salii ab salitando quod facere in -is (comitio *vulg.*) in sacris quotannis et solent et debent. 6, 93 *v. p. 1800, 6.* CASSIOD. var. 8, 12, 8 *v. p. 1800, 69.*] *de re v. Liebenam, PW. IV 679—715; Ruggiero II 531—533; Mommsen, Röm. Forsch. I 170; Röm. Staatsrecht passim (v. indicem); Wissowa, Rel. und Kultus der Römer p. 417. 437. 440 sq.*

**I** ***proprie:*** **A** ***Romae:*** **1** *generatim:* CATO or. frg. 18, 1. COMMENT. quaestor. Varro ling. 6, 91 collegam roges, ut -a edicat de rostris. COMMENT. augur. Cic. div. 2, 42 Iove tonante, fulgurante -a populi habere nefas. VARRO Men. 497 ubi tum -a habebant, ibi nunc fit mercatus. ling. 7, 42 -is cum recitatur a praecone dicitur 'olla' centuria, non illa. 7, 97 quae sinistra sunt bona auspicia existimantur; a quo dicitur -a aliudve quid (*cf.* CIC. div. 2, 43 -orum solum vitium est fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuit. 2, 42 *supra l. 62.* 2, 74. SERV. Aen. 4, 102. 7, 257). CIC. Verr. 1, 22 x fiscos ad senatorem illum relictos esse -orum meorum nomine. 1, 24 urgebant -a . . . instabat iudicium . . . agere, quae ad iudicium pertinebant, libere -orum metu deterrebar. 1, 54 haec frequentia totius Italiae . . . quae convenit uno tempore undique -orum, ludorum consendique causa. Manil. 2 cum propter dilationem -orum ter praetor primus centuriis cunctis renuntiatus sum (Att. 2, 15, 2 CAEL. Cic. epist. 8, 4, 3). Mur. 1 illa sollemnis -orum precatio consularibus auspiciis consecrata (*cf.* PLIN. paneg. 63 perpessus es longum illud carmen -orum. 92). Mur. 35 quod . . . fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes commutationesque fluctuum (*cf.* 36 *infra l. 83* Planc. 15 *p. 1807, 70*), quantas perturbationes et quantos aestus habet ratio -orum? (36 nihil fallacius ratione tota -orum. Pis. 4 ego adulescentes . . . meis inimicitiis, nulla senatus mala gratia -orum ratione privavi). Mur. 36 ut tempestates saepe certo aliquo caeli signo commoventur . . . sic in hac -orum tempestate populari saepe intellegas, quo signo commota sit. 38 tanta illis -is religio est, ut adhuc semper omen valuerit praerogativum (p. red. in sen. 17 me, affinem tuum, quem -is tuis praerogativae primum custodem praefeceras [*cf.* Pis. 11]. Planc. 49 aedilem tu Plancium factum esse miraris, . . . cuius in honore non unius tribus pars, sed -a tota -is fuerint praerogativa? div. 1, 103 praerogativam etiam maiores omen iustorum -orum esse voluerunt. 2, 83 LIV. 3, 51, 8 *infra l. 58*). Mur. 38 sunt . . . populi ac multitudinis -a. Planc. 7 his levioribus -is (*praetoriis*) diligentia et gratia petitorum honos paritur. 8. 9 non enim -is iudicat semper populus, sed movetur plerumque gratia, cedit precibus *eqs.* 15 (*per ironiam*) nulla erit posthac varietas -orum. Mil. 7 *M. Horatius* populi Romani -is liberatus est (rep. 2, 56 populi -a ne essent rata, nisi ea patrum approbavisset auctoritas. *cf.* LIV. 4, 35, 6 quod *multitudo* . . . ne in tribunis quidem militum creandis, quae communia essent -a patrum ac plebis, aut sui aut suorum meminisset). Phil. 2, 80 hic bonus augur eo se sacerdotio praeditum esse dixit, ut -a auspiciis vel impedire vel vitiare posset. Brut. 55 *possumus* M'. Curium *suspicari disertum*, quod is tribunus plebis interrege Appio Claudio diserto homine -a contra leges habente, cum de plebe consulem non accipiebat, patres ante auctores fieri coegerit (*cf.* de lege: LIV. 3, 24, 7. ex lege: LIV. 3, 64, 5 *ut M. Duilius tribunus plebis* concederet sortem -orum collegis habituris e lege potius -a quam ex voluntate patrum. 39, 39, 6. 7. legibus: LIV. 39, 39, 13). CIC. Tusc. 4, 1 caerimoniae, -a, provocationes, patrum consilium. nat. deor. 2, 10 haruspices introducti *in senatum* responderunt non fuisse iustum -orum rogatorem (div. 1, 33). tum Gracchus: . . . 'an vos Tusci ac barbari auspiciorum populi Romani ius tenetis et interpretes esse -orum potestis?' (div. 2, 74 *p. 1806, 31*). Att. 1, 16, 12 nunc est expectatio -orum in quae omnibus invitis trudit noster Magnus Auli filium. 3, 14, 1 *-is* absolutis. 4, 3, 3 ut totam nostram causam areae, incendiorum, periculi mei iudicio complecteretur eaque omnia -is anteferret (*cf.* ad Q. fr. 2, 1, 2 cum -a iudiciis anteferrent). 4, 13, 1 -orum nonnulla opinio est. 4, 14, 2 si quid forte de -is, de re publica . . . scribas ad me (4, 15, 4 τρισαρειοπαγίτας ambitum, -a, interregnum, maiestatem, totam denique rem publicam flocci non facere. CAES. civ. 1, 9, 5 libera -a atque omnis res publica senatui populoque Romano permittatur). CAEL. Cic. epist. 8, 14, 1 magna illa -a fuerunt et plane studia ex partium sensu apparuerunt. ad Q. fr. 2, 1, 2 ut . . . iudicum sortitione facta -a haberentur. 2, 13, 5 erat non nulla spes -orum, sed incerta. 3, 8, 4 res prolatae; ad interregnum -a adducta. *et saep.* Q. CIC. pet. 56 video nulla esse -a tam inquinata largitione, quibus non gratis aliquae centuriae renuntient suos magnopere necessarios. CAEL. Cic. epist. 8, 1, 2 illi rumores de -is Transpadanorum Cumarum tenus caluerunt. *al.* POLLIO Cic. epist. 10, 32, 2 -a biennii biduo habuit *Caesar*, hoc est renuntiavit, quos ei visum est. CAES. civ. 3, 2, 1 his rebus et feriis Latinis -isque omnibus perficiendis XI dies tribuit. SALL. Iug. 44, 3 aestivorum tempus -orum mora imminuerat. CINCII *tit. libri* de -is (Fest. p. 241). VERANII *liber* qui est auspiciorum de -is (Fest. p. 289). LIV. *passim, ex. gr.* 1, 32, 1 *interrege* -a habente Ancum Marcium regem populus creavit; patres fuere auctores. 2, 64, 1. 3, 17, 4 -a interim in foro sunt, senatus in curia est . . . senator sententiam dicit, alii Quirites suffragium ineunt. 3, 24, 7 de reo. 3, 24, 9 *tribuni plebis* quartum affectantes tribunatum in -orum disceptationem ab lege certamen averterant. 3, 37, 5 cum interim mentio -orum nulla fieri (4, 25, 4. 4, 57, 9). 3, 39, 8 qui -a, qui annuos magistratus, qui vicissitudinem imperitandi . . . sustulerint. 3, 51, 8 ne -orum militarium praerogativam urbana -a iisdem tribunis plebis creandis sequerentur (25, 37, 5 cum ducem exercitus -is militaribus creari placuisset. ARNOB. nat. 2, 67 militaria urbana communia quae sint -a scitis?). 4, 6, 11 eventus eorum -orum (4, 56, 1). 4, 7, 8 interrex ac senatus consulum -a, tribuni plebis et plebs tribunorum militum ut habeantur tendunt. 4, 44, 5 A. Sempronium -is plus artis adhibuisse quam fidei. 5, 12, 13 hac victoria -orum exultantes tribuni plebis. 5, 29, 1 plus suis -is plebs valuit. 6, 6, 15 te . . . custodem religionum, -orum, legum, rerum omnium urbanarum collegae facimus. 6, 36, 3 haudquaquam tam oboedientem in dilectu quam in -is plebem habuere. 6, 42, 14 patres auctores omnibus eius anni -is fierent (30, 26, 12. 35, 20, 2). 9, 46, 14 ne humillimorum in manu -a essent (*cf.* VAL. MAX. 2, 2, 9 -a in humillimi cuiusque potestatem redacta). 25, 7, 5 -a deinde a praetore urbano de senatus sententia plebique scitu sunt habita. 28, 38, 6 -a inde creandis consulibus habuit L. Veturius Philo centuriaeque omnes ingenti favore P. Scipionem consulem dixerunt (CIC. Manil. 2 *p. 1803, 74.* LIV. 31, 6, 3 rogatio de bello Macedonico primis -is ab omnibus ferme centuriis antiquata est. SCHOL. Cic. Bob. p. 27, 6 Hild.). 34, 53, 2 ea bina -a Cn. Domitius praetor urbanus in Capitolio habuit. 35, 6, 1 -a suae (*consulis*) sortis esse (39, 32, 5 Sempronius, cui sors -a habendi obtigerat). 41, 16, 7 consules primum religiones, deinde alterum alterius mors et -a et Latinarum instauratio[ne] impediunt. 41, 18, 15 periti religionum iurisque publici . . . suffectum consulem negabant recto -a habere posse. FEST. p. 266 ⟨rogatio⟩ non potest non esse lex, si modo iustis -is rogata est. SEN. contr. 7, 7, 13. 14. VELL. 2, 12, 6 Servilii Glauciae Saturninique Apulei . . .

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gladiis . . . et caede -a discutientium. 2, 92, 2 VAL. MAX. 4, 5, 4. 7, 5, 3 cupiditatem summi honoris ardentiorem ad -a detulit. SEN. dial. 9, 4, 4 praeclusum tibi tribunal est et rostris prohiberis aut -is. benef. 7, 28, 2 circa consularia occupato -a aut sacerdotiorum candidato. ASCON. Mil. p. 43 Cl. non fuit . . . moris ab eo, qui primus interrex proditus erat, -a haberi. *al.* LEX de imp. Vesp. (Corp. VI 930) 13 quibus . . . suffragationem suam dederit promiserit, eorum -is quibusque extra ordinem ratio habeatur. PLIN. nat. 18, 13 -a nundinis habere non licebat, ne plebes rustica avocaretur. QVINT. decl. 252 p. 32, 24 *al.* TAC. dial. 37 dicendum . . . de ambitu -orum (ann. 1, 81. 14, 28 -a praetorum arbitrio senatus haberi solita, quoniam acriore ambitu exarserant, princeps composuit). hist. 3, 55 ipse . . . festinare -a, quibus consules in multos annos destinabat. ann. 2, 36 in quinquennium magistratuum -a habenda. PLIN. epist. 3, 20, 9. paneg. 63 abstineas -is. 64 peracta erant sollemnia -orum. SVET. Iul. 41 -a cum populo partitus est, ut . . . pro parte dimidia quos populus vellet pronuntiarentur, pro parte altera quos ipse edidisset. Aug. 40 -orum quoque pristinum ius reduxit. 46 excogitato genere suffragiorum, quae de magistratibus urbicis decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent et sub die -orum obsignata Romam mitterent. Vit. 11 -a in decem annos ordinavit seque perpetuum consulem. CAPITOL. Aur. 10, 8 -is praeterea etiam usque ad noctem frequenter interfuit neque umquam recessit de curia, nisi consul dixisset: 'nihil vos moramur, p. c.'. AVSON. 419, 44 propriis -orum verbis loqui. AMM. 26, 2, 2 progressus Valentinianus in campum permissusque tribunal ascendere celsius structum -orum specie. SERV. auct. Aen. 8, 1 russeum bellorum, album -orum signum fuisse. SCHOL. Cic. Bob. p. 27, 6 Hild. *al.*

**2** *notabilia:* **a** *discernitur 'genus -orum: generatim:* AMPEL. 48, 1 *p. 1803, 20.* GELL. 15, 27 tit. quid sint -a calata, quid curiata, quid centuriata, quid tributa, quid concilium. LAEL. FEL. Gell. 15, 27, 2 *calatorum -orum* alia esse curiata, alia centuriata, curiata per lictorem curiatum calari id est convocari, centuriata per cornicinem. 15, 27, 5 cum ex generibus hominum suffragium feratur, curiata -a esse; cum ex censu et aetate, centuriata; cum ex regionibus et locis, tributa. *adde:* CIC. leg. agr. 2, 27 nunc, Quirites, prima illa -a tenetis, centuriata et tributa, curiata tantum auspiciorum causa remanserunt. hic autem tribunus plebis . . . curiatis eam *legem* -is quae vos non initis (sinitis *codd.*) confirmavit, tributa, quae vestra erant, sustulit. ita, cum maiores binis -is voluerint vos de singulis magistratibus iudicare, hic homo popularis ne unam quidem populo -orum potestatem reliquit. 2, 31 *p. 1807, 40.* dom. 38 ita populus Romanus brevi tempore neque regem sacrorum . . . neque auctores centuriatorum et curiatorum -orum auspiciaque populi Romani *habebit.* MESSALLA ausp. frg. Gell. 13, 15, 4 illi minores, hi maiores magistratus appellantur. minoribus creatis magistratibus tributis -is [magistratus sed iustus curiata datur lege] maiores centuriatis -is fiunt. LIV. 5, 52, 16 -a curiata, quae rem militarem continent, -a centuriata, quibus consules tribunosque militares creatis, ubi auspicato, nisi ubi assolent, fieri possunt? 6, 41, 10 non leges auspicato ferantur, non magistratus creentur, nec centuriatis nec curiatis -is patres auctores fiant. AVSON. 419, 42 tu Auguste venerabilis . . . -a consulatus mei armatus exerces. tributa ista, quod in urbe Sirmio geruntur, an, quod in procinctu, centuriata dicuntur? an — ut quondam — pontificalia vocabuntur, sine arbitrio multitudinis sacerdotum tractata collegio? sic potius, sic vocentur, quae tu pontifex maximus deo participatus habuisti. -a centuriata: PAVL. FEST. p. 54 centuriata -a [item curiata -a] dicebantur, quia populus Romanus per centenas turmas divisus erat. LAEL. FEL. Gell. 15, 27, 5 centuriata . . . -a intra pomerium fieri nefas esse, quia exercitum extra urbem imperari oporteat, intra urbem imperari ius non sit. propterea centuriata in campo Martio haberi exercitumque imperari praesidii causa solitum, quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus. GLOSS. V 566, 7 -a (cometiae *cod.*) consularia ipsa sunt centuriata, quando fiunt consules. PLAVT. Pseud. 1232 capitis *p. 1808, 42* (CIC. Sest. 65 cum et sacratis legibus et XII tabulis sanctum esset, ut ne cui privilegium irrogari liceret neve de capite nisi -is centuriatis rogari. 73 rep. 2, 61). COMMENT. cons. Varro ling. 6, 88 consul eloquitur ad exercitum: impero qua convenit ad -a centuriata (*cf.* VARRO ling. 6, 93 *dictator et consul* exercitui imperare potest quo eat, id quod propter centuriata -a imperare solent). COMMENT. quaestor. Varro ling. 6, 92 qui de censoribus classicum ad -a centuriata redemptum habent, uti curent eo die quo die -a erunt, in arce classicus canat. CIC. Rab. perd. 11 tu . . . qui in campo Martio -is centuriatis auspicato in loco crucem ad civium supplicium defigi et constitui iubes. Mur. 1 illo die quo auspicato -is centuriatis L. Murenam consulem renuntiavi. dom. 79 (*bis*). 86 damnati . . . -is centuriatis. 87 reducti . . . rogationibus tribuniciis, non auctoritate senatus, non -is centuriatis, non decretis Italiae. p. red. in sen. 27 quo die nos -is centuriatis, quae maxime maiores -a iusta dici haberique voluerunt (*cf.* leg. agr. 2, 31 *p. 1807, 40*), arcessivit in patriam. Sest. 109 cum . . . de me eodem ex senatus consulto -is centuriatis ferebatur (Pis. 35 de me . . . legem -is centuriatis tulit P. Lentulus consul de collegae Q. Metelli sententia. Phil. 1, 19 quod ad populum centuriatis -is tulit, id in actis Caesaris non habebitur. 10, 17 de quibus confirmandis et sanciendis legem -is centuriatis ex auctoritate nostra laturus est. 13, 31. rep. 2, 53 *lex ea* quae centuriatis -is prima lata est. 2, 60. 61 leg. 3, 44 LIV. 3, 55, 3. 8, 12, 15. 42, 30, 10 patres . . . centuriatis -is primo die ferre ad populum consules iusserunt, ut . . . bellum cum eo [*Perseo*] iniretur. VAL. MAX. 4, 1, 1). CIC. har. resp. 11 domum populus Romanus . . . -is centuriatis omnium aetatum ordinumque suffragiis eodem iure esse iussit, quo fuisset. Att. 4, 1, 4 mirifico studio omnium aetatum atque ordinum (*cf.* har. resp. 11 *l. 7*) incredibili concursu Italiae legem -is centuriatis esse perlatam (LIV. 3, 34, 6 centuriatis -is decem tabularum leges perlatae sunt. 3, 37, 4). CIC. epist. 1, 9, 16 cum . . . me universa res publica duce senatu comitante Italia promulgantibus omnibus referente consule -is centuriatis cunctis ordinibus hominibus incumbentibus, omnibus denique suis viribus reciperavisset. 7, 30, 1 ille . . . qui -is tributis esset auspicatus, centuriata habuit. LIV. 1, 60, 4 duo consules inde -is centuriatis a praefecto urbis ex commentariis Servi Tulli creati sunt (2, 2, 11 PANEG. 11, 19). GELL. 13, 15, 1 in edicto consulum quo edicunt quis dies -is centuriatis futurus sit, scribitur *eqs.* curiata: *v. vol. IV p. 1488, 79, ubi addas:* CIC. rep. 2, 25. GELL. 5, 19, 6 -a arbitris pontificibus praebentur, quae curiata appellantur. tributa: CIC. leg. 3, 45 praeter . . . quam quod -a illa essent armis gesta servilibus, praeterea neque tributa capitis -a rata esse posse neque ulla privilegii. Att. 4, 16, 8 in campo Martio saepta tributis -is marmorea sumus et tecta facturi. epist. 7, 30, 1 *supra l. 16.* LIV. 2, 56, 2 rogationem tulit ad populum, ut plebei magistratus tributis -is fierent. 2, 58, 1 tum primum tributis -is creati tribuni sunt. 2, 60, 4 annum . . . insignem maxime -a tributa efficiunt. *praeterea v. p. 1805, 30 sqq.* calata: *v. p. 177, 69.* populi: *v. p. 1804, 12 sqq.*

**b** *indicatur res, cuius causa -a habentur:* CIC. div. 2, 74 institutum . . . est, ut -orum vel in iudiciis populi vel in iure legum vel in creandis magistratibus principes civitatis essent interpretes. capitis, capiti, de capite: *v. p. 418, 57 sqq., ubi addas:* CIC. rep. 2, 61. legis, legum: CIC. Sest. 109 venio ad -a sive magistratuum placet sive legum. LIV. 45, 35, 7 exercitus . . . affuturus -is ferendae legis. CIC. leg. 3, 45 privilegii (*v. l. 23 sqq. cf.* Sest. 65). LIV. 6, 37, 12 omnium . . . earum rogationum -a. perduellionis: LIV. 43, 16, 11 in ante diem octavum et septimum kal. Octobres -is perduellionis dicta dies. SCHOL. Cic. Bob. p. 27, 6 Hild. *magistratuum, sacerdotum creandorum causa (cf.* AMPEL. 48, 1 *p. 1803, 20): generatim:* Ps. ASCON. Verr. p. 133 -is consularibus: sunt etiam aedilicia et praetoria et tribunicia -a. consularia: *v. vol. IV p. 570, 63. adde p. 1805, 64.* consulum: *v. vol. IV p. 567, 9.* consulibus rogandis: CIC. div. 1, 33 LIV. 38, 42, 2. 40, 18, 1. 43, 11, 3. consulis subrogandi: LIV. 3, 19, 2. 10, 11, 3. 41, 17, 5. consuli subrogando: LIV. 23, 31, 12. creandis consulibus: LIV. 28, 38, 6. 35, 24, 3. creandi consulis: LIV. 40, 37, 8. consulum creandorum: ASCON. Mil. p. 43 Cl. *cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 155, 21 Hild. -a . . . habebantur de consulibus creandis. consulatus: *v. vol. IV p. 575, 10.* praetoria: CIC. Verr. 1, 23 Planc. 69 ad Brut. 1, 5, 4 CAEL. Cic. epist. 8, 4, 3 CAES. civ. 3, 82, 4 LIV. 10, 22, 8. 26, 23, 1. 28, 38, 11 *al.* VAL. MAX. 4, 1, 14. 4, 5, 3. 7, 5, 1 SEN. epist. 118, 4. praetorum: BRVT. Cic. ad Brut. 1, 11, 2 LIV. 22, 35, 5. 27, 35, 1 *saepe* TAC. ann. 14, 28. praetoribus creandis: LIV. 24, 23, 1. praetoris subrogandi: LIV. 39, 7, 7. 39, 39, 13. censorum: *v. p. 797, 68.* censoria: *v. p. 802, 59.* censoribus creandis: LIV. 7, 22, 7. 24, 10, 2 *al.* pontificis maximi: CIC. leg. agr. 2, 18. pontificiis -is: CIC. Cael. 19. pontifici maximo creando: LIV. 25, 5, 2. pontif(icatus) max. Othonis Aug.: ACT. Arv. a. 69 I 73/74. xviris creandis: CIC. leg. agr. 2, 20. *cf.* LIV. 3, 40, 12. magistratuum: CIC. Sest. 109. 113 div. 2, 74 *supra l. 31* TAC. ann. 2, 36 SVET. Aug. 56 VOPISC. Tac. 1, 6. ad creandos magistratus: GLOSS. Plac. V 11, 15. *cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 119, 9 Hild. *-a habere* ad designandos magistratus. aedilicia: *v. vol. I p. 927, 64.* aedilium: *v. vol. I p. 929, 26.* tribunicia: CIC. Att. 1, 1, 1 LIV. 3, 30, 6. 4, 44, 1. 4, 54, 2. 6, 39, 11 SVET. Aug. 40. tribunorum plebis: LIV. 5, 10, 10. 6, 35, 10. tribunorum plebi creandorum: LIV. 6, 39, 5. trib(uniciae) pot(estatis) imp(eratoris): ACT. Arv. a. 69 I 60. tribunorum et aedilium plebis: SVET. Iul. 76. sacerdotum: CIC. ad Brut. 1, 5, 3. 4. 1, 14, 1. sacerdotior(um) imp(eratoris) O⟨t⟩honis Caesaris: ACT. Arv. a. 69 I 70. sacerdotiorum: SEN. benef. 7, 28, 2. regi creando: LIV. 1, 35, 1. tribunorum militum *consulari potestate:* LIV. 4, 7, 8. 4, 57, 9 *al.* consulum an tribunorum: LIV. 4, 12, 4. tribunis consulari potestate tribus creandis: LIV. 4, 6, 9. tribunorum militum consulari potestate: LIV. 6, 4, 7 *al.* tribunis militum creandis: LIV. 6, 35, 9. quaestorum: LIV. 4, 44, 2. quaestoria: LIV. 4, 54, 3. 5. 8 VAL. MAX. 8, 15, 4. 9, 11, 6. quaesturae: VAL. MAX. 6, 9, 6 Sulla usque ad quaesturae suae -a vitam libidine . . . inquinatam perduxit. maximi curionis: LIV. 27, 8, 1. auguris sufficiendi: LIV. 39, 45, 8. imperii: TAC. hist. 1, 14 *p. 1808, 57.* purpurae: SYMM. or. 3, 3 *p. 1808, 58. nota:* collegae subrogando: LIV. 2, 8, 3. 41, 16, 5. rogando collegae: LIV. 22, 35, 2. collegae creando: LIV. 23, 31, 7. *-a personarum certarum (pronom. possessivo aut genet. nominis proprii):* mea: CIC. Verr. 1, 22. 2, 19 leg. agr. 2, 4

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Att. 1, 1, 2. 1, 10, 6. ad Brut. 1, 14, 1 sacerdotum -a mea. CAEL. Cic. epist. 8, 4, 3. nostra: CIC. Verr. 1, 25 CAEL. Cic. epist. 8, 2, 2 QVINT. decl. 252 p. 35, 21 PLIN. paneg. 92. tua: CIC. p. red. in sen. 17 Pis. 11 PLIN. paneg. 63. sua: CIC. Att. 4, 3, 3 PLIN. paneg. 63. L. Murenae: CIC. Mur. 37. *similiter c. gen.*: CIC. Phil. 2, 81. 82. 8, 27 Att. 1, 4, 1 LIV. 3, 29, 6. 9, 42, 3. 9, 46, 12.

**II** ***doctrinae vel artis expositio, fere i. q. opusculum, libellus. pluralis significat interdum partes, libros -ii*** (*cf.* Isid. *p. 1856, 18*): **A** *generatim*: **1** *absolute*: **a** *artis cuiuslibet doctrina*: Cic. rep. 1, 16 *Platonem* Philoleo (*i. Φιλόλεω*) -os esse nanctum. fin. 3, 10 -os quosdam ... Aristotelios, quos hic sciebam esse, veni ut auferrem, quos legerem (Gell. 1 praef. 20). 5, 12 *alterum genus librorum limatius scriptum* in -iis reliquerunt *Peripatetici* (Plin. nat. 29, 85 Iavol. dig. 33, 1, 54 pr. Gell. 1, 24, 1 epigrammata ... Naevi Plauti ... Pacuvii ... scribenda in his -iis. 13, 7, 6. 13, 14, 7). div. 1, 6 quod ... Zeno in suis -iis quasi semina quaedam sparsisset. off. 3, 8 locum ... a Posidonio breviter esse tactum in quibusdam -iis. 3, 121 libri inter Cratippi -os ... recipiendi. Vitr. 1, 1, 12 Pytheos ... ait in suis -iis architectum omnibus artibus et doctrinis plus oportere posse facere quam qui. 2, 8, 8 si qui voluerit ex his -iis *Graecorum* animadvertere et eligere genus structurae. 4 praef. 1 plures de architectura praecepta voluminaque -orum ... reliquisse. 7 praef. 1 per -orum relationes cogitata tradere posteris. 7 praef. 14 quorum (*sc. eorum qui de symmetriis et machinationibus scripserunt*) ex -iis, quae utilia esse his rebus animadverti, collecta in unum coegi corpus. 9 praef. 14 *admiror Democriti* -um quod inscribitur *χειροκμήτων*. 10, 7, 5 reliqua ... ex ipsius Ctesibii -iis poterunt invenire. Sen. epist. 33, 7 turpe est ... seni ... ex -o sapere. 39, 1 -os, quos desideras, diligenter ordinatos et in angustum coactos ego vero componam. Colvm. 1, 1, 3 paterfamiliae ... -os antiquorum sedulo scrutetur. 11, 2, 1 *caeli* varietatem mutationemque si ex hoc -o fuerit praemonitus villicus. 11, 3, 65 plerumque evenit, ut eorum, quae didicerimus, memoria nos deficiat eaque saepius ex -iis renovanda sint. Plin. nat. 2, 117 ut hodie quaedam in suo quisque tractu ex eorum -iis, qui numquam eo accessere, verius noscat quam indigenarum scientia. 17, 243 C. Epidii -ii, in quibus arbores locutae ... reperiuntur (Arnob. nat. 5, 17 *hanc causam* in vestris ... -iis invenimus). 29, 15 profiteturque *Cato* esse -um sibi, quo medeatur filio, servis, familiaribus. 34, 108 impendio miserorum experiri -a medicos. 37, 197 extant -ii auctorum ... quibus modis ex crystallo smaragdum tinguant. Qvint. inst. 1, 8, 19 pleni sunt huiusmodi impedimentis grammaticorum -ii. Frontin. strat. 1 praef. ut sollertia ducum facta ... expeditis amplectar -iis. aq. 2 quae ad universam rem pertinentia contrahere potui ... in hunc -um contuli. *ibid.* huius -ii pertinebit fortassis et ad successorem utilitas. Svet. gramm. 5 fecitque *Sevius Nicanor* praeter -os, quorum tamen pars maxima intercepta dicitur, saturam quo-



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

que. 10 quod sane ex -iis eius (*Atei Capitonis*) apparet, quamquam paucissimi extent. GAIVS inst. 3, 33 de quibus in his -iis consulto ⟨non agimus, cum⟩ hoc ius totum propriis (3, 54) -iis ⟨executi simus⟩. GELL. 1 praef. 3 facta ... in his ... -iis ... rerum disparilitas (*opp.* annotationibus). 13. 15 esse haec neque in scholis decantata, neque in -iis protrita. 25 capita rerum, quae cuique -o insunt. 1, 23, 2 Catonis verba huic ... -o indidissem, si libri copia fuisset. 1, 26, 3 quae *in Tauri philosophi* -iis exposita sunt. 4, 9, 8 *Masurius Sabinus* -os de indigenis composuit. 13, 9 tit. quid Tullius Tiro in -iis scripserit de suculis et hyadibus. 13, 14, 7 praetermittendum non putavi, quod non pridem ego in Elydis (*corrupt.*), grammatici veteris, -o offendi (18, 5, 12). 14, 2, 1 ex Sabini Masurii et quorundam aliorum iurisperitorum -iis commoniti et adminiculati sumus. 14, 7, 3 VEL. gramm. VII 49, 11. TERT. spect. 5 *auctores multi* super ista re (*sc. originibus spectaculorum*) -os ediderunt. nat. 2, 1 secundum vestros -os, quos ex omni theologiae genere cepistis, gradum conferens. test. anim. 6 de -iis nostris tanto magis crede divinis *litteris*. apol. 46 *philosophi* superstitiones vestras -iis ... accusant. IREN. 1 praef. 2. ARNOB. nat. 1, 56 inditas ... -iis falsitates. 5, 41 nescio quid indicare per -os. MAR. VICTORIN. gramm. VI 8, 16 Nigidius Figulus in -iis suis nec k posuit nec q nec x. CHAR. gramm. I 186, 14 siqua videntur a pronominibus trahi verba, tantum in grammaticorum -iis animadvertimus, in consuetudine non videmus. DIOM. gramm. I 401, 9 ne immensum serpat -us. AVIEN. ora 41 ad *Sallustii* descriptionem ... multa rerum iunximus (viximus *cod.*) ex plurimorum sumpta -iis. MARTYR. gramm. VII 165, 13. AMBR. off. 1, 25 sit nobis vita maiorum disciplinae speculum, non calliditatis (*i. philosophorum vel eorum qui officia philosophorum more callide tractant*) -um (*codd.*, commemoratorium *Barthius, al.*). SORAN. praef. ut ex omnibus collectus -us sufficiens esse possit. AVELL. p. 582, 7 quicquid adversum regulas patrum de quibuslibet -iis profertur. **b** *rerum gestarum memoria litteris mandata*: VARRO frg. Non. p. 223, 16 ⟨in⟩ -o ... Fabii Pictoris legi. HIRT. Gall. 8 praef. 4 constat ... inter omnes nihil tam operose ab aliis esse perfectum, quod non horum (*sc. Caesaris*) elegantia -orum superetur. 8, 48, 11 pauca esse scribenda coniungendaque huic -o statui. VITR. 7 praef. 2 non potuissemus scire quae res in Troia fuissent gestae nec quid Thales Democritus ... sensissent ..., nisi maiores praeceptorum comparationibus omnium memoriae ad posteritatem -iis extulissent. PLIN. nat. 5, 8 fuere ... Hannonis ... -ii ... explorare ambitum Africae iussi. 37, 74 in Aegyptiorum -iis reperiri regi eorum a rege Babylonio muneri missum smaragdum. TAC. ann. 4, 53 id ego a scriptoribus annalium non traditum repperi in -iis Agrippinae. SVET. Iul. 56 de -iis Caesaris Cicero ... sic refert (*Brut. 262*). *ibid. iterum*. Dom. 20 praeter -os et acta Tiberi Caesaris nihil lectitabat *Domitianus*. VERVS Fronto p. 131, 18 N. mandavi Cassio Avidio Martioque Vero -os quosdam mihi facerent, ex quib⟨us tu⟩ mores hominum et censum eorum cognosces *eqs.* FRONTO p. 138, 5. 174, 7 N. lectis concilii -is (*si huc pertinet*). TERT. anim. 46 in Vitellii -iis conditum est. HIER. chron. a. Abr. 2047 in ... ethnicorum -iis haec ad verbum scripta repperimus (CHRON. Gall. chron. I p. 639, 288. VVLG. I Esdr. 4, 15 invenies scriptum in -iis). VVLG. I Esdr. 6, 2 inventum est in Ecbatanis ... volumen unum talisque scriptus erat in eo -us. Esth. 12, 4. II Macc. 2, 13 inferebantur ... in -iis (*ὑπομνηματισμοῖς*) Nehemiae haec eadem. *fortasse huc pertinet* CIC. Brut. 60 *p. 1856, 59 aliaque quae sub I A 1 congessimus.* **2** *indicato genere -ii*: **a** *epithetis*: CRASS. Cic. de orat. 2, 224 ubi sunt hi fundi, Brute, quos tibi pater publicis -is consignatos reliquit? (*de iisdem* CIC. de orat. 2, 223 patris Bruti de iure civili libellos). GELL. 3, 12, 1 P. Nigidius in -iis grammaticis (4, 9, 1. 10, 4, 1. 13, 6, 3 NON. p. 21, 22. 40, 22. 127, 11. 144, 18. 379, 1. 437, 23. 507, 13. *cf.* MACR. gramm. V 632, 6 Nigidius in -iis grammaticalibus *et* GELL. 19, 4, 4 Nigidius in -iis, quos grammaticos inscripsit). GELL. 14, 7, 2 M. Varronis -us *εἰσαγωγικός* (*cf.* 14, 7 tit.). 15, 3, 4 legimus in -o Nigidiano. 20, 5, 6 Aristotelis -ii exoterici ... acroatici. TERT. orat. 22 quid est mulier a primis ... litteris sanctorum -orum? CENS. 2, 6 ex philologis -iis quasdam quaestiunculas delegi. **b** *genetivo rei*: CIC. Brut. 262 legi ... -os, quos idem (*Caesar*) scripsit rerum suarum (epist. 5, 12, 9 conficiam -os rerum omnium *mearum*. CAEL. Cic. epist. 8, 2, 2 -um rerum urbanarum. 8, 11, 4. HIRT. Gall. 8 praef. 2 Caesaris nostri -os rerum gestarum Galliae ... contexui. SVET. Iul. 56 FRONTO p. 202, 10 N. GELL. 20, 5, 6). CIC. Att. 1, 19, 10 -um consulatus mei graece compositum misi ad te (2, 1, 1). FEST. p. 157 refert Cato in -is iuris civilis (p. 348 ut ait Labeo Antistius libro x -i iuris pontifici. p. 351 in -o xv iuris pontifici). GELL. 6, 2, 1 in -iis lectionum antiquarum Casellii Vindicis (20, 2, 2). 14, 3, 5 Xenophon in libris, quos dictorum atque factorum Socratis -os composuit. TERT. anim. 30 humanarum antiquitatum. resurr. 45 p. 92 animae. SERV. auct. georg. 1, 218 Nigidius -o sphaerae Graecanicae. VEG. mil. 3, 9 artis bellicae (PRISC. gramm. II 1, 11 artis grammaticae. 2, 6 artium. CORP. XIV 472). SORAN. p. 2, 2 (24) febrium. INST. Iust. de inst. promulg. 6 ex -is Gaii ... tam institutionum quam rerum cotidianarum.
**c** *praepositione* de (*a verbo fort. pendet* de *l. 84 et p. 1860, 5*): SVET. gramm. 4 multorum *grammaticorum* de utraque arte (*sc. grammatica et rhetorica*) -ii feruntur. Tib. 61 *-um* de vita sua composuit



*Tiberius*. GELL. 10, 6, 4 Ateius Capito in -o de iudiciis publicis. 13, 20, 17 cum ... librum -um de familia Porcia legeremus. 16, 8, 2 L. Aelii -us de proloquiis. 17, 9, 5 est Probi ... -us ... de occulta litterarum significatione ... epistularum C. Caesaris scriptura. 18, 9, 4 *Velius -um* fecit de usu antiquae lectionis. ROMAN. Char. gramm. I 208, 15 *Cicero* in -o de virtutibus. **3** *indicatur numerus -ii*: MESSALLA ausp. frg. Gell. 13, 5, 4 praetor ... neque praetorem neque consulem iure rogare potest ..., ut in -o tertio decimo C. Tuditani patet. HIRT. Gall. 8 praef. 2 novissimum ... *-um Caesaris* imperfectum ... confeci. 8, 4, 3 superiore -o demonstratum est (8, 15, 5. 8, 30, 1. 8, 38, 3 GAIVS inst. 2, 23. 3, 38. 201). 8, 48, 10 scio Caesarem singulorum annorum singulos -os confecisse. PLIN. nat. 13, 87 hoc idem tradit Piso censorius primo -orum. PLIN. epist. 3, 5, 17 electorumque -os centum sexaginta mihi reliquit *Plinius*. GAIVS inst. 2, 145 primo -o relatum est (2, 228. 3, 17. 4, 77. 85). 3, 81 in sequenti -o proponemus (3, 181). 4, 153 secundo -o rettulimus. GELL. praef. 22 volumina -orum ... viginti iam facta sunt. 10, 5, 1 P. Nigidius ... in -orum undetricesimo. 13, 26, 1 P. Nigidii verbo ... ex -orum grammaticorum vicesimo quarto. 15, 17, 3 in -o Pamphilae decimo et vigesimo. DIOM. gramm. I 529, 27 hactenus quae didici, quae legi et quae pro mediocri usu comprehendi tribus his -iis rettuli.
*adde*: FEST. p. 348 *et* p. 351 *p. 1859, 73 sq.* NON. p. 104, 31 Nigidius -orum lib. XX.
**B** *interpretatio scriptorum*: **1** *absolute*: HIER. in Gal. lib. 3 prol. plerisque -orum opus explanatio dicitur. adv. Rufin. 1, 16 -ii quid operis habent? alterius dicta edisserunt, quae obscure scripta sunt, plano sermone manifestant *eqs. ibid. opp.* historia, orationes, dialogi, epistolae. *cf.* ISID. orig. 6, 8, 5 -a ... sunt ... interpretationes. CIC. de orat. 1, 240 *Crassum* id quod ipse diceret ... in Sex. Aelii -iis scriptum protulisse (GELL. 1, 12, 18 in -iis Labeonis, quae ad duodecim tabulas composuit [*ibid.* 2, 6, 1. 7, 14, 5 in Gorgian Platonis], ita scriptum est. 6 [7], 20, 1 scriptum in quodam -o repperi. 16, 6, 13 id scriptum invenimus in -iis quibusdam ad ius pontificum pertinentibus). FEST. p. 138 monitores: .. ubi adiciuntur -ii. PLIN. nat. 30, 4 mirum ... durasse ... artem *Zoroastri magicam* ... tam longo aevo, ⟨non⟩ -iis intercedentibus. GAIVS dig. 1, 2, 1 facturus legum vetustarum interpretationem necessario prius ab urbis initiis repetendum existimavi, non quia velim verbosos -os facere, sed quod (GELL. 1, 21, 2 in -iis, quae *Hyginus* in Vergilium fecit). GELL. 1, 21, 4 cum Favorino Hygini -um legissem. CHAR. gramm. I 192, 30 *Helenius Acron -os* Adelphis Terenti non indiligentes attulit. HIER. in Gal. 4, 6 non ... dialogus scribitur sed -us (lib. 3 praef. DAMAS. Hier. epist. 19). epist. 5, 2, 2 ut tibi beati Reticii ... -os ad describendum largiatur, in quibus canticum canticorum ... disseruit. 10, 3, 2 postularis ... -os Fortunatiani (37, 4, 1). 34, 1, 3. 34, 3, 1 in Hilarii -iis legisse. 36, 1, 3. 37, 3, 1 *innumerabilia* in illius mihi -iis sordere visa sunt. 48, 3, 3 revolve omnium ... -os. 50, 1, 3 frustra ... Alexandri verti -os (61, 2). 62, 2. BOETH. herm. sec. praef. p. 3, 1 Alexander in -iis suis hac se impulsum causa pronuntiat sumpsisse longissimum expositionis laborem. p. 10, 6 Aspasius ... et Alexander sicut in aliis libris in hoc quoque -os ediderunt (1, 1 p. 17, 26. 2, 8 p. 183, 22). 1, 1 p. 8, 2 de decem praedicamentis ... libri intentio in eius -o dicta est. *ibid.* p. 17, 26 Porphyrius ait sese docuisse species enuntiationis esse affirmationem et negationem in his -iis. 2, 8 p. 183, 22 huic ... expositioni ... et Aspasius et Porphyrius et Alexander in his ... -iis consenserunt. in Porph. comm. pr. 1, 1. arithm. 2, 52 p. 167, 6 tres alias *medietates* suis -iis addiderunt. CASSIOD. gramm. VII 144, 6 Pelagianae haereseos pravitates amovi, quod etiam in reliquo -o facere sequentes ammonui. COD. Iust. 1, 17, 1, 12 -os illi *consummationi iuris* applicare. 1, 17, 2, 21 nec qui postea fuerint audeat (*sic F*, audeant *CR*) -os isdem legibus adnectere.
**2** *indicato genere -ii*: **a** *genetivo*: SVET. gramm. 18 -o Zmyrnae edito. CHAR. gramm. I 127, 19 Aeneidos (PRISC. gramm. II 515, 22). 216, 28 Sallustii historiarum I. PRISC. gramm. II 256, 14 tertii libri Virgiliani. RVFIN. gramm. VI 554, 4 Terentii (555, 1). 560, 28 Poenuli, Plautinae fabulae. TERT. ieiun. 10 Lucae. ARNOB. nat. 4, 18 scriptorum. SCHOL. Cic. Bob. p. 55, 22 Hild. praecedentis *orationis*. p. 72, 3 proximae orationis (p. 83, 25). SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 241 XII vers(uum) Salior(um). HIER. epist. 20, 1 Matthaei (120, 8. 121, 1). 33, 4, 1 sanctarum scripturarum (57, 13, 2). 34, 1, 2 centesimi vicesimi sexti psalmi (61, 2, 3). CASSIOD. inst. div. 3 p. 1115ª prophetarum. SVBSCR. Porph. Hor. carm. 2, 20 Horati Flacci. **b** *praepositionibus*: in *c. acc.*: GELL. 2, 24, 5 in Lucilium. CHAR. gramm. I 202, 28 in artem poeticam *Horatii* (210, 21). HIER. epist. 33, 4, 2 in Osee. 37, 1, 1 in canticorum canticum. 61, 2, 5 in ecclesiasten. 62, 2, 2 in scripturas sanctas. adv. Rufin. 1, 16 Aspri in Virgilium et Sallustium, Vulcatii in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius et in Terentii comoedias, ... Donati ... in Virgilium et aliorum in alios. chron. a. Abr. 1841 in Moysen. *praecipue in titulis librorum, ut* TIT. libr. Rufin. gramm. VI 554 -um Rufini in metra Terentiana. SVBSCR. Porph. Hor. carm. 4, 15 Porphyrionis ... in Horati Flacci librum IV. SVBSCR. Schol. Hor. carm. 4, 15 Acronis grammatici ... in Q. Horatii libros carminum. SVBSCR. Serv. Aen. georg. 1 *cod. P* Servii grammatici in georgicon. TIT. Macr. somn. *cod. P* Macrobii ... in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

somnium Scipionis. *al. cf. infra l. 9 sqq.* **in** *c. abl.*: HIER. epist. 34,3,2 in hoc psalmo -um Origenis. SVBSCR. Porph. Hor. epist. 2,2 Pomponi Porphyrionis -us in Horatio. TIT. Macr. somn. *cod. B* Macrobii ... in somnio Scipionis. SVBSCR. Serv. gramm. IV 448 *cod. P* -um in arte Donati priorem explicuit magister Servius. *dubio casu*: SVBSCR. Porph. Hor. carm. 4, 15 Porphyrionis (-us) in Horati Flacci lib. IV.

**3** *additur numerus -ii, fere i. q. liber, volumen* (*cf.* HIER. epist. 84, 9 Origenes edidit ... -os, quos ipse appellat τόμους): GELL. 7, 14, 5 Taurus in primo -orum, quos in Gorgian Platonis composuit. 20, 8, 7 Plutarchus in quarto in Hesiodum -o. ROMAN. gramm. I 127, 19 L. Annaeus Cornutus in Maronis -iis Aeneidos X. MACR. somn. 1, 22, 13 ad secundi -ii volumen disputationem sequentium reservemus. 2, 1, 1 superiore -o. BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 479, 6 in primae editionis secundo -o. mus. 3, 16 posterioris -i. *fort.* SERV. auct. Aen. 1, 52 Clodius -orum 'vasta: inania magna' *supplendus numerus aliquis. cf.* SVBSCR. Porph. Hor. carm. 3, 30 Pomponi Porphyrionis -orum liber III. SVBSCR. Boeth. in Porph. comm. sec. *cod. C* finit explicit editionis secundae -orum liber quintus.

*synon. et iuxta posita: ad I A 1*: CIC. Rab. perd. 15 annalium monumentis. Phil. 2, 35 chirographorum (2, 97. 5, 12. 8, 26). NON. p. 37 scripturis. *ad II A 1a*: GELL. 1, 26, 3 libris. ARNOB. nat. 1, 56 scriptis (5, 17. 41). *ad II A 2*: SVET. Dom. 20 acta. *ad II B 1*: QVINT. inst. 10, 7, 32 capita. *oppos.: ad II C 1*: HIER. in Gal. 4, 6 dialogus. 3 prol. panegyricum aut controversiam. *cf. p. 1860, 27.*

*ponitur quasi attributive*: GELL. 13, 20, 17 cum ... librum ... -um ... legeremus. 14, 3, 5 in libris, quos ... -os reliquit. 14, 7, 3 librum -um, quem ... fecerat *Varro.*

*epitheta: ad I A 1*: CIC. Phil. 2, 35 falsorum (Att. 14, 13, 6). 5, 12 commenticiis. Brut. 60 veteribus (VARRO ling. 6, 90 NON. p. 223, 16). Brut. 73 antiquis (FEST. p. 189). epist. 12, 2, 2 novis. SVET. Aug. 64 diurno. SERV. auct. Aen. 1, 393 annuos. *ad II A 1a*: SEN. epist. 39, 1 diligenter ordinatos et in angustum coactos (*cf.* VITR. 4 praef. 1 praecepta voluminaque -orum non ordinata, sed incepta). FRONTIN. strat. 1 praef. expeditis. GAIVS inst. 3, 33 propriis (3, 54). GELL. 18, 5, 12 pervulgatis. *ad II B 1*: CIC. Brut. 164 paulo plenius. QVINT. inst. 3, 8, 58 breviores. 10, 7, 30 exacti. *ad II B 2*: PLIN. nat. 23, 149 peculiari. *ad II C 1*: GAIVS dig. 1, 2, 1 verbosos. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 1 introductoriis.

*derivata*: commentariensis, commentariolus (-um). *cf.* acommentariensis *p. 1857, 49.*

**commentātīcius,** -a, -um *a* commentari. GRAMM. suppl. 75, 22 ab infinitivo futuro derivantur verbialia nomina ... in icius, ut ... commentatum ire -us. 68, 2 *inter ea adiectiva quae in* icius *desinunt. fere i. q. commenticius, fictus*: GLOSS. V 627, 21 -as adinventas. CASSIOD. compl. in II Petr. 1, 12 non ... -iis fabulis aliquid de Christo domino se dicit esse dicturum [GELL. 3, 19, 4 res dicere commenticias (-as ω, *corr.* ς)].

**commentātio,** -ōnis *f. a* commentari. **1** *actio commentandi, cogitandi, deliberandi, perquirendi, exercendi, technice apud rhetores* (*cf.* QVINT. inst. 5, 10, 1 *enthymema* nos ... -em interpretemur): **a** *absolute*: CIC. de orat. 1, 150 si subitam et fortuitam orationem -o et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit. 1, 154 in cotidianis ... -bus (Brut. 249) ... mihi ... proponere solebam ... exercitationem. 1, 157 -o inclusa (*sc. domestica*) in veritatis (*sc. fori, sim.*) lucem proferendast. 1, 257 accuratae ac meditatae -es. 2, 118 locos ... multa -e atque meditatione paratos atque expeditos. Brut. 105 *Carbonem* in exercitationibus -busque multum operae solitum esse ponere. 249 sese ... -bus acerrime exercuit *Marcellus.* fin. 3, 50 quod haec (*virtus*) plurimae -is ... indigeat. Tusc. 2, 42. epist. 12, 2, 1 quae ... in lustris et in vino -o potuit esse? PLIN. nat. 8, 44 Alexandro ... inflammato cupidine animalium naturas noscendi delegataque hac -e Aristoteli. GELL. 10, 17, 1 quia *Democritus* existimaret ... -es ... animi sui in contemplandis naturae nationibus vegetiores et exactiores fore *luminibus oculorum deletis.* 14, 5, 1 defessus diutina -e ... in Agrippae campo deambulabam. PS. APVL. Ascl. 13 in varias disciplinas nec comprehensibiles eam (*philosophiam*) callida -e miscentes. AQVILA rhet. 45 ut ... moralis aliqua -o ... motura iudicem circumponatur. **b** *cum genetivo obiectivo*: CIC. Tusc. 1, 74 tota ... philosophorum vita ... -o mortis est. 3, 34 nihil est ..., quod tam obtundat elevetque aegritudinem quam vitae lex -oque parendi. epist. 9, 20, 1 omnem nostram de re publica curam, cogitationem de dicenda in senatu sententia, -em causarum abiecimus. **2** *cogitationes, deliberationes scriptis explicatae, fere i. q. scriptum, liber*: **a** *absolute*: PLIN. nat. 18, 212 Sosigenes ... trinis -bus ... ⟨et⟩ auctores prodidere ea. 25, 7 *Mithridates* scrinium -um harum *ad antidota pertinentium* ... reliquit [28, 11 alia sunt verba impetritis *precationibus*, alia depulsoriis, alia commendationis (-is *codd.*)]. GELL. 1 praef. longinquis per hiemem noctibus in agro ... terrae Atticae -es hasce ludere ac facere exorsi sumus. 15, 30, 5 cum Probi ... -um libros (*sc. grammaticos*) acquisierim. 19, 14, 3 Nigidianae -es non proinde in volgus exeunt. 20, 5, 1 -um suarum ... Aristoteles ... duas species habuisse dicitur. **b** *genetivo obiectivo, infinitivo, quaestione indirecta additis*: PLIN. nat. 6, 60 apud nos temptata Indiae -e. 28, 7 extant -es Democriti ... hominis ex capite ossa ... prodesse. 28, 26 Servi Sulpicii ... -o est, quamobrem mensa linquenda non sit. **3** *interpretatio librorum, scriptorum*: MAR. VICTORIN. in Eph. 4, 8 non sinit operis *Christi* magnitudo, ut in ista parte, qua -em simplicem facimus, pars ista ponatur. LVCIF. non conv. 5 p. 12 ut omnis auctoritas scripturarum sacrarum tui imperii auctoritate solvatur ..., ut mendacia detestandae -is vestrae possint videri vera. CANON. Migne 56, 844 lectus est liber Marcelli et inventa est Eusebii -o (commendatio *cod.*). BOETH. herm. pr. 1 pr. p. 31 libri huius (*Aristotelis περὶ ἑρμηνείας*) enodationem duplici -e supplevimus. herm. sec. 2, 3 p. 79 ut ... id omne ... quodam lumine -is illustrem. 3, 9 p. 186 Aristotelis sententias gemino ordine -is aperire. 4, 10 p. 251. 5, 10 p. 343. 5, 12 p. 398 -is virtus est non solum universaliter vim sensus expromere, verum etiam textus ipsius sermonibus ordinique conectere. 6, 13 p. 421 sextus hic liber longae -i terminum ponit. *nota cum numero*: BOETH. herm. sec. 3, 10 p. 251 nisi ... quod in prima editione altitudinis et subtilitatis omiseram secunda -e complerem. *ibid.* huius libri post has geminas -es quoddam breviarium facimus.

*syn. et iuxta posita: ad 1*: CIC. de orat. 1, 150 cogitatio (epist. 9, 20, 1 GELL. 10, 17, 1). 1, 257 exercitationes (Brut. 105 fin. 3, 50 Tusc. 2, 42) ... stilus. 2, 118 meditatione. Tusc. 2, 42 consuetudine. epist. 9, 20, 1 cura. QVINT. inst. 5, 10, 1 commentum.

**commentātor,** -is *m. a* commentari. GLOSS. ὑπομνηματιστής. expositor (*cf. p. 1865, 46*). praecipuus disputator. praestantissimus, praecipuus disputator. commectarum (*? estne* commenta⟨rio⟩rum*?*) tractatores (*cf. p. 1856, 36*). *leg. inde a* PLINIO (*? l. 45*). **1** *qui libros, doctrinas conscribit, componit*: **a** *absolute*: TERT. anim. 2 quanta sit silva materiae istius (*sc. de natura animae*) apud philosophos pro numero etiam ipsorum -um. adv. Marc. 4, 2 p. 426 ex his -bus, quos habemus, Lucam videtur Marcion elegisse. ENNOD. epist. 1, 7, 3 quis hoc -r (*sc. comoedus*) vel in scaena proponat? **b** *c. genetivo obi.*: TERT. apol. 10 neque Diodorus ... aut Thallus neque Cassius Severus aut Cornelius Nepos neque ullus -r eiusmodi antiquitatum. resurr. 33 parabolam ... a -e euangelii praeluminatam (carn. 22 Mattheus fidelissimus euangelii -r). adv. Val. 34 p. 209 annalium -r Fenestella. FILASTR. 129, 1 quod *David* Christi propheta ... non fuerit ... et -r divinarum omnium scripturarum (129, 3). **c** *additur* in: TERT. anim. 46 quanti ... -es in hanc rem? **2** *qui aliquod malum fingit, componit: c. genet. obiectivo*: APVL. apol. 74 omnium falsorum -r. HIL. op. hist. frg. 2, 5 totius malitiae Scyrus -r. HEGES. 1, 44, 8 quem -em arguis parricidii. **3** *qui libros, scripta interpretatur* (*cf.* 1. commentor *sub 3*): **a** *absolute*: CHAR. gramm. I 123, 10 ubi (*ad Vergilii versum quendam*) Plinius 'es' numero plurali finita nomina dativo 'bus' recipiunt idque -es iubent. SERV. ecl. 6, 11 *verba Ciceronis Vergilius* ad Ascanium transtulit, sicut -es loquuntur. Aen. 5, 735 *insularum fortunatarum* descriptionem *apud Homerum* Porphyrius -r dicit esse sublatam (7, 678 -es varia dicentes. 9, 742). SCHOL. Hor. ars 120 apud -em (*sc. Porphyrionem*) sic inveni relatum. HIER. adv. Rufin. 1, 22 -is est officium multorum sententias ponere (in Ion. prol. p. 387 quod -is officium sit, ut quae obscura sunt, breviter aperteque dilucidet *eqs.* epist. 49, 14, 2. 49, 17, 7). epist. 21, 3, 3 ipsa euangelii verba proponam et in modum -is (commentarii *nonnulli codd.*), quid mihi videatur, ad singula quaeque subnectam. PS. RVFIN. in Ioel 1, 1 quidam -es etymologias etiam nominum prosecuti sunt. MACR. sat. 3, 6, 6 *Velium Longum* multi alii -es secuti sunt. CASSIAN. inst. 5, 34 labores suos erga -um libros impendere. SIDON. epist. 4, 1, 2 si quid ... -r lucidum iurisconsultus obscurum ... condiderunt. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 16 de simplicis ... enuntiationis speciebus inter philosophos -esque certatur. *ibid.* p. 25 cur hoc ita interposuerit, plurimi -es causas reddere neglexerunt. 2, 6 p. 121 hanc expositionem ... neque Porphyrius nec ullus alius -um vidit. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 4 *didascalicis* -es ... utuntur. PRISC. gramm. III 316, 2 *Graeci* dicunt ... nostri accusativo et ablativo ... ut Cicero ..., cuius testis sunt -um probatissimi. **b** *c. genetivo obi.*: TERT. anim. 15 qui divinarum ⟨litterarum⟩ (*i. oraculorum, sim.*) -es videbantur (commemoratores *A B in marg.*). COMMENT. Lucan. 7, 633 Sergius ... -r Virgili. PRISC. gramm. III 320, 13 Donato -e *Terentii.* COD. Iust. 1, 17, 2, 20ª legis (INST. Iust. 4, 8, 7) ... -es eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant *eqs.* 1, 17, 2, 21 edicti perpetui -bus.

*synon. et iuxta posita: ad 1*: FILASTR. 129, 1 propheta ... doctor. TERT. anim. 46 affirmatores. *ad 3*: SERV. Aen. 7, 678 historicos. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 16 philosophos.

*epitheta: ad 1*: TERT. carn. 22 fidelissimus. *ad 3*: SERV. Aen. 9, 742 idonei.

**commentātum,** -ī *n. v. p. 1865, 33.*

**commenticius,** -a, -um [*a* commentum, comminisci. *Th.*]. *scribitur* comenticius: NOT. Tir. 92, 61. *fictus, confictus, mentitus*: GLOSS. -as adinventas, adinventicias. -us mendacissimus; -us liber: liber comprehensus (*pro* commentarius, *ut videtur, item* -um rememoratio, *nisi fallor*). *legitur inde a* CIC.

**1** *pro adiectivo*: **a** *de rebus*: CIC. S. Rosc. 42 crimen. 82 rebus (Mur. 28 ac. 2, 125 fin. 1, 19 div. 1, 68. 2, 113 SVET. Iul. 81. GELL.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 19, 4 [commentaticias ω, *corr.* ς]. LACT. inst. 1, 5, 15 CHALC. comm. 342). CIC. Cael. 69 pyxidem. Phil. 5, 12 commentariis. de orat. 1, 230 Platonis civitate. Tusc. 5, 90 nominibus. nat. deor. 1, 18 sententias. 3, 63 fabularum (off. 3, 39 LACT. inst. 7, 22, 2 AVG. c. Faust. 2, 4 p. 257. *cf.* CIC. div. 2, 80 fabellis). div. 1, 42 *somnium*. 2, 27 exemplorum. fat. 23 declinatione (48). SVET. Claud. 21 spectacula. GELL. 2, 22, 25 venti. 6, 18, 9 consilio. 12, 1, 8 fraudibus (HIL. op. hist. frg. 2, 2 ENNOD. opusc. 2, 75). 12, 10, 2 usurpatione. 15, 22 tit. simulamentis. APVL. apol. 87 epistula (COD. Theod. 7, 18, 11, 1 [*a. 403*]). PAVL. dig. 48, 19, 20 iure. LACT. inst. 5, 4, 4 *scripturam* (EVSTATH. Bas. hex. 1, 3 p. 871A. *cf.* LEO M. epist. 119, 4 scripta). COD. Theod. 2, 16, 1 (*a. 326*) venditiones. DON. Ter. Hec. 556 argumenta. HIL. in psalm. 125, 1 assertiones. HIER. hom. Orig. in Ezech. 7 p. 945 dogmata. epist. 70, 3 *testimonia*. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 3, 6 tragoediarum . . . -as . . . narrationes. Orig. princ. 1, 8, 4 astructiones. AVG. mor. eccl. 1, 33, 72 nomen apostoli. CANON. Migne 56, 548 lumen. EVSTATH. Bas. hex. 3, 9 p. 900B *sermo*. SIDON. epist. 1, 5, 3 -as arborei metalli lacrimas. carm. 14 praef. 4 Amorum . . . pigmenta. ENNOD. opusc. 2, 85 laudibus. PASS. Desider. 4 (Mon. Germ. hist. Merov. III p. 631, 21) obiecta. *cum pronominibus*: CIC. nat. deor. 1, 28 Parmenides . . . -um quiddam coronae simile efficit. 1, 94 ista, quae vos dicitis, sunt tota -a. GELL. 12, 14, 7 hoc . . . nimis . . . esse videtur -um. LACT. inst. 1, 21, 44 -a esse quae pro sanctis habentur. ira 11 quidquid est . . . -um . . . facile dissolvitur. COD. Theod. 16, 7, 4, 1 (*a. 391*) quae sunt -a. **b** *de hominibus* (*deis*): CIC. nat. deor. 2, 70 ut a physicis rebus . . . tracta ratio sit ad -os . . . deos (LACT. inst. 1, 17, 3 epit. 16 [21], 1 FIRM. err. 17, 3 AVG. civ. 6, 9 p. 266 c. Faust. 16, 10). NOVATIAN. trin. 10 *Christo* (AVG. c. Faust. 2, 5 p. 258. 16, 9 p. 447). AVG. c. Faust. 2, 5 p. 258 -um Christum . . . filium -ii primi hominis (5, 4 p. 274). SIDON. epist. 8, 16, 2 Terpsichoren. ENNOD. epist. 1, 7, 3 personis.

**2** *neutr. plur. subst.*: RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 7 mulierculas veris et non fictis neque -iis remorderi. AVG. c. epist. fund. 34 in terra -a tenebrarum esse. COD. Theod. 11, 30, 11 pr. si -a et ficta suggesserit.

*synon.: ad 1 a*: CIC. Mur. 28 fictis (off. 3, 39 LACT. inst. 5, 4, 4 ira 11 CHALC. comm. 342 HIER. epist. 70, 3). Tusc. 5, 90 novis (GELL. 12, 10, 2). nat. deor. 1, 18 futtiles. SVET. Iul. 81 fabulosam. Claud. 21 ex antiquitate repetita APVL. apol. 87 neque mea manu scripta. COD. Theod. 7, 18, 11 suppositis. LACT. inst. 1, 21, 44 inania, inepta. 5, 4, 4 vanam. CHALC. comm. 342 imaginariis. COD. Theod. 16, 7, 4, 1 concinnata. *ad 1 b*: CIC. nat. deor. 2, 70 fictos (LACT. inst. 1, 17, 3 FIRM. err. 17, 3. *cf.* NOVATIAN. trin. 10 ex fabulis anilibus ficto . . . atque fucato). AVG. c. Faust. 16, 9 p. 447 fallacem. *oppos.*: CIC. div. 1, 68 non -am rem, sed factam. EVSTATH. Bas. hex. 3, 9 p. 900B verus.

**commentior,** -tītus sum, -īrī [*cf. c.* commentum *et c.* mentiri. *Th.*]. NOT. Tir. 51, 51a conmeatur (*pro* -itur) *inter* mentitur *et* ementitur. *fere i. q. mentiri, audacter mentiri*. GLOSS. καταψεύδομαι. *nota coniunctionem*: IREN. 3, 25, 6 commentati et -iti *l.* 56. *c. acc. c. infinitivo*: EPIST. imp. div. fr. Vlp. dig. 48, 18, 1, 27 conscios habere se -itus fuerat *servus*. APVL. apol. 62 lignum a me toto oppido . . . quaesitum non piguit vos -iri. *c. obiecto*: APVL. Socr. 16 p. 155 *daemonem*, si qua -iatur *mortuus*, redarguere. IREN. 2, 17, 9 ignorantiam et caecitatem -entes verbo dei. 3, 3, 3 alterum deum super demiurgum et factorem horum omnium. 3, 25, 6 digna enim commentati et -iti sunt in capita sua (*antea*: talium excogitatores et adinventores). *c. duobus accus.*: APVL. met. 7, 1 *Lucius* sese virum -itus bonum. *absolute*: ITALA Marc. 14, 57 (cod. k) alii surgentes -bantur (ἐψευδομαρτύρουν, VVLG. falsum testimonium ferebant). HIER. epist. 23, 3, 2. *nota graecismos*: HERM. vulg. vis. 1, 1 quid mei -iris, mulier, haec tam nefanda? (τί μου καταψεύδῃ . . . τὰ πονηρὰ ταῦτα; Pal. quid in me mentiris haec iniqua et immunda?).

**1. commentor,** -ātus sum, -ārī (commento, -āvī, -āre) [*a* comminisci, commentus. *Th.*]. PRISC. gramm. II 392, 12 plurima inveniuntur apud vetustissimos, quae contra consuetudinem . . . activam pro passiva . . . habent terminationem, ut commento pro -or. [*corrupte legitur* PLAVT. Men. 1019 commentavi *B*2 *pro* commetavi]. *exempla infimae latinitatis*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 468, 9 Donatus . . . Vergilianum carmen vel Terenti comoedias mirifice -vit. GLOSS. IV 43, 9 (500, 8) -are. *coniecit Stowasser, Wien. Stud. 32 (1910) 104 ad* VESPAM 17 *pro* commendo *cf. p. 1864, 41*. *deponens inde a* PLAVTO *legitur*. *passive vel passivo sensu*: Q. CIC. Cic. epist. 16, 26, 1 (commendata *FHD*). SEN. dial. 12, 8, 4 PLIN. nat. 6, 141 TERT. adv. Marc. 1, 19 p. 315 LACT. inst. 3, 9, 5 RVFIN. hist. 1, 7, 11 IOH. BICL. chron. II p. 211, 567, 14 ISID. orig. 19, 3, 3 (*Arevalo*, commendatum *codd.*). *inf. fut.* -atum ire: ARS Bern. gramm. suppl. 75, 22.

**1** *comminisci, in mentem revocare, meditari, disserere (apud audientes), commemorare*: GLOSS. IV 500, 13 -atur commemoratur (*depon., ut videtur*). V 279, 52 -bar com⟨me⟩morabar. *saepius* secum -ari. **a** *absolute*: PLAVT. Cist. 509 satin istuc tibi in corde certumst? :: quin ego -or quidem. Truc. 736 discant *alii litteras*, dum mihi -ari liceat, ni oblitus siem. :: quid erit interea magistrae, dum -bere? volt [interim] illa itidem -ari. VARRO Men. 419 barbato rostro illum -ari. CIC. de orat. 3, 86 magister . . . Samnitium . . . quotidie -atur. Brut. 87 *Galbam* -atum in quadam testudine cum servis litteratis fuisse. 305 quotidieque . . . -ans oratoriis tantum exercitationibus contentus non eram. 310 -bar declamitans . . . saepe cum M. Pisone et cum Q. Pompeio aut cum aliquo quotidie. fin. 5, 75 satisne vobis videor pro meo iure in vestris auribus -atus? div. 1, 90 *magi* congregantur in fano -andi causa (Lael. 7 cum in hortos D. Bruti auguris -andi causa . . . venissemus). epist. 12, 2, 1 cum in villa Metelli complures dies -atus esset. QVINT. inst. 11, 3, 160 crebro digitorum labrorumque motu -ari. GELL. praef. 19 qui . . . in -ando numquam voluptates, numquam labores ceperunt. 24 dum ero ad . . . facultatem . . . -andi . . . idoneus. AVELL. p. 188, 9 fallaciter -ari, ne Christus crucifixus absolute propter nos confitendus sit, sed trisagio crux coaptetur. 192, 3 quocumque modo -etur aliquis, a recta fide praecipitatur. **d** *de aliqua re*: CIC. Phil. 3, 36 consules . . . multos menses de rei publicae libertate -ati. *cum quaestione indirecta*: CIC. epist. 4, 6, 3 ut . . . -emur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus. **b** *c. obiecto*: PLAVT. Poen. 1 Achillem Aristarchi mihi -ari libet (*i. afferre*). CIC. carm. frg. 39 futuras mecum -bar miserias. Pis. 97 id . . . quod illa tropaea . . . te -atum esse declarant. Phil. 11, 13 mimos (AMM. 30, 4, 14 mimiambos). fin. 5, 42 incipiunt . . . *parvi* -ari aliquid. Tusc. 1, 75. Brut. 87 ut egisse *Galbam* causam, non -atum putares. 301 quae secum -atus esset *Hortensius*. Att. 4, 6, 2. 9, 9, 1 cursu θέσεις . . . -ari. epist. 7, 1, 5. Q. CIC. Cic. epist. 16, 26, 1 diu et multis lucubrationibus -ata oratione. RVT. LVP. 2, 2 quotidianam . . . servitutem. SEN. dial. 12, 8, 4 *haec* remissa fronte -anda sunt. PLIN. nat. 6, 141 quem ad -anda omnia in orientem praemiserit . . . Augustus. 9, 174 *Fulvius* saginam earum (*coclearum*) -atus est (commentus *edd.*) sapa et farre aliisque generibus. 25, 51 ut plerique studiorum gratia ad pervidenda acrius quae -bantur, saepius *helleborum* sumptitaverint. GELL. 1, 9, 4 neque -ari, quae audierat *Pythagoricus*, fas erat. APVL. flor. 15 p. 59 fertur *Pythagoras* . . . penes Anaximandrum . . . naturabilia -atus. TERT. nat. 1, 8 id . . . infantes . . . facilius -ati . . . in ⟨in⟩ventum alicuius interpretationis impegeri⟨n⟩t. apol. 21 licuerit . . . Christo -ari divinitatem. resurr. 32 p. 71 quis . . . discendi magis affinis quam praesumendi . . . aliud quid haec -bitur . . . ? adv. Marc. 1, 2 p. 293 alterum *deum*, quem -ari conitebatur *Marcion* de bono praeferendo construxit. 2, 4 p. 337 *bonitas dei* domicilium homini -ata est. LACT. inst. 3, 9, 5 quod . . . secum . . . -atum . . . habere debuit. AMM. 22, 12, 5 magnitudinem expeditionis secum -ans *imperator*. [VESPA 17 (*pistor loquitur*): quorum epulas semper rerum commendo paratu (-o *Stowasser, Wiener Stud. 32 [1910] 104*)].

**2** *cogitata, deliberata libro, scripto explicare, scribere, conscribere, tractare*: **a** *cum praepositionibus*: PLIN. nat. praef. 30 Catoni de militari disciplina -anti. 30, 8 primus . . . -atus est de ea (*magice*) Ostanes. HIL. in Matth. 5, 1 de orationis . . . sacramento necessitate nos -andi Cyprianus . . . liberavit. CHAR. gramm. I 175, 14 de qua *figura* . . . Velius Longus in II Aeneidos satis -atus est. HIER. epist. 57, 4, 1 de scripturis. chron. a. Abr. 2388 de . . . dogmate. TERT. anim. 6 Soranus . . . super anima -atus quattuor voluminibus. nat. 2, 1 *Varro* rerum divinarum ex omnibus retro digestis -atus idoneum se nobis scopum exposuit. **b** *cum obiecto: res*: PLIN. nat. 17, 111 ex iis, quae *Cato* -atus est, . . . apparet. 18, 209 id eo anno, cum -remur haec, notatum est. 22, 15 plerisque . . . irrisui sumus ista -antes. TERT. adv. Marc. 4, 1 p. 422 ut fidem instrueret *Marcion*, dotem quandam -atus est illi *euangelio*. ARNOB. nat. 1, 57 neque *deus* . . . suis res vestras -atus est manibus. RVFIN. hist. 1, 7, 11 haec . . . non nobis . . . absque ullis auctoribus -ata sunt. 5, 20, 4 dogmata (ἀποφήνασθαι). GENNAD. vir. ill. 13 -atus est *Prudentius* . . . hexaemeron de mundi fabrica. IOH. BICL. chron. II p. 211, 567, 14 quae contra synodum Calchedonensem fuerant -ata. *animantes* (*adduntur duo accus. l. 64*): AVG. c. Iul. 6, 8, 23 nec . . . *diabolum* genitalium -or artificem. EVSTATH. Bas. hex. 9, 1 p. 956C pisces . . . vel serpentes aut bestias non pro veritatis ratione sed pro suo -antur arbitrio *allegorizantes*. *cf.* NICET. fid. 3 alterius eum (*Christum*) substantiae -atus est *Arrius*. **c** *c. acc. c. inf.*: EVSTATH. Bas. hex. 1, 10 p. 877 licet quidam -entur terram immobilem permanere.

**3** *libros, scripta explicare, interpretari*: GLOSS. II 467, 6 ὑπομνηματίζω. *c. obiecto*: SVET. gramm. 2 carmina . . . -ando. GELL. 3, 16, 8 *Sabinus medicus* Hippocratem commodissime -atus est. TERT. pudic. 9 non ex parabolis materias -amur. LACT. inst. 5, 2, 17 quod illam re⟨ligione⟩m (*i. scripturam sacram*) non Aristophanes aliquis aut Aristarchus -atus sit. SCHOL. Cic. Bob. p. 151, 26 Hild. inscriptionis titulum . . . -ari. MARCELL. chron. II p. 63, 392, 17 *Hieronymus* omnes sedecim prophetarum -atus est libros. p. 90, 470, 12 Gennadius . . . Danihelem prophetam . . . ad verbum -atus est. BOETH. herm. sec. 2, 4 p. 80 Platonis dialogos. AGROEC. gramm. VII 113, 11 *Caper* in -ando . . . Cicerone praecipuus. *c. praepos.* in: SCHOL. Hor. vita Hor. -ati in illum (*Horatium*) sunt Porphyrion, Modestus . . . et Helenius Acron. RVFIN. hist. 5, 27 *Heracletus* in apostolum -atus est (ὑπομνήματα . . . Ἡρακλείτου εἰς τὸν ἀπόστολον). *absolute*: HIER. in Ion. 4, 6 p. 426 ne invenirent *grammatici* licentiam -andi. BOETH. herm. sec. praef. p. 3 quod non facile quisquam vel transferendi vel

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

...-andi continuam sumpserit seriem. 6,13 p.421 duorum annorum spatium continuo -andi sudore consumpsimus.

4 *imaginari, invenire, fingere*: GLOSS. σοφίζομαι, τεχνάζομαι. -atur σοφίζεται. -are componere, adinvenire. componere aut invenire. -atus (est) mentitus (est). *cf.* SCHOL. Ter. p. 158 commenta pro -ata, excogitavit. *plerumque cum nota vituperationis*: FRONTO p. 234, 16 N. hanc sibi dolor meus picturam -atur. TERT. apol. 40 alios *deos* insuper sibi -ata *humana gens* (adv. Marc. 1, 18 p. 313 si sic homo deum -bitur, quomodo Romulus Consum. 1, 19 p. 315). anim. 12 *Anaxagoras* initium ... omnium -atus animarum. adv. Val. 19 p. 198 Achamoth in honorem Aeonum imagines -atam. adv. Marc. 3, 15 p. 401 diversas dispositiones duorum -ati deorum. IREN. 3, 25, 6 digna ... -ati ... sunt *eqs.* (*v. p. 1863, 55*). ARNOB. nat. 7, 9 quis ... -atus est tanta, quanta? HIL. trin. 6, 9 Valentinus ... ridicula quaedam et foeda -ans. LVCIF. Athan. 2, 7 quod ... idcirco talia fuissetis -ati circa Athanasium. RVFIN. Adamant. 1, 21 haec ... si de uno aliquo tempore -ari posses. 5, 12 quid fingere aut -ari poterunt? AVELL. p. 8, 23 novas adversus unigenitum filium dei -atus fuerat impietates. ISID. orig. 1, 22, 1 primus Tullius Tiro ... -atus (*BCK*, commentus *T, Lindsay*) est notas. 19, 3, 3 artemon (*velum*) dirigendae potius navis causa -atum (*Arevalo*, commendatum *codd., fort. recte*) quam celeritatis.

*syn. et iuxta posita: ad 1*: CIC. Brut. 305 scribens et legens. div. 1, 90 colloquendi. Phil. 3, 36 meditati (LACT. inst. 3, 9, 5). fin. 5, 78 discere. GELL. praef. 19 lectitando, percontando (1, 9, 4), scribendo (praef. 24). *ad 3*: SVET. gramm. 2 legendo. BOETH. herm. sec. praef. p. 3 transferendi. 2, 4 p. 80 vertendo. *ad 4*: IREN. 3, 25, 6 commentiti. RVFIN. Adamant. 5, 12 fingere. *opp.: ad 1*: CIC. Brut. 87 egisse (*cf.* Phil. 11, 13).

*adduntur adverbia: ad 1*: AVELL. p. 188, 9 fallaciter. *ad 2*: CHAR. gramm. I 175, 14 satis. *ad 3*: GELL. 3, 16, 8 commodissime. EXPLAN. in Don. gramm. IV 486, 9 mirifice.

*part. perf. neutr.* **commentātum,** -ī *pro subst. exercitatio, praeparatio*: CIC. Brut. 301 ut *Hortensius* sua et -a et scripta et ... omnia adversariorum dicta meminisset. *fictum, commentum*: SYMM. epist. 3, 18, 1 quid ... vel ex vero vel ex -o (commenticio *Seeck*, commento *Mommsen, neutrum necessarium*) dici potest? *commentarius scriptorum*: CASSIOD. inst. div. 4 p. 1115[B] *codex psalterii* nobis primus est in -orum (commemoratorum *codd.*) labore. ISID. diff. 1, 90 commentum vel -um volumen *eqs.* (*v. p. 1868, 4*).

**2. commentor,** -ōris *a* comminisci. *qui aliquid invenit, facit, efficit, saepius cum nota vituperationis* (*cf.* GLOSS. καταψεύστης); *cum gen. obiect. et epitheto*: OV. fast. 3, 785 luce sua ludos uvae -r (*i. Liber*) habebat. HOMER. 527 fraudis ... -r Vlixes (579 CASSIAN. conl. 18, 15, 7). SOL. 5, 13 *Archimedes* machinarius -r fuit. 9, 15 *Archelaus* navalium ... -r proeliorum. GLOSS. IV 408, 16 -r expositor (commentator *codd. det., recte opinor, cf. p. 1862, 26*).

**commentum,** -ī *n. part. perf. verbi* comminisci. *scribitur in codd. etiam* conm-, *sed cf.* comm-: DECRET. decur. Tergest. (Corp. V 532) 29. *masc.* -us: GLOSS. IV 320, 19. PAVL. FEST. p. 124 mentum dicebant, quod nos -um. NON. p. 88 -um pro commonitum (GLOSS. V 639, 31). GLOSS. IV 221, 19 commune mendacium et librorum expositio. Plac. V 13, 15 (56, 14) -a plura significat. dicimus enim comminisci 'crimen confingere'. dicimus et -a interpretationes commentariorum, ut -a iuris, -a Virgilii (*cf.* ISID. orig. 6, 8, 5). V 354, 3 -is 'searvum' (*dat. pl. voc. anglosax.* searo, *i. q.* '*consiliis, experimentis, machinationibus*') vel 'ordoncum' (*anglosax. dat. pl.* '*inventionibus, sententiis*' *sim.*). *legitur inde a* PLAVTO.

I *id quod comminiscimur, cogitamus*: **A** *generatim; saepe cum nota figmenti, mendacii, rarius ad voluntatem consiliumve quam ad intellectus actionem spectat*: SCHOL. Ter. p. 82 -um mendacium excogitamentum figmentum. GLOSS. τέχνασμα, σόφισμα, ποίημα, ἐπίνοια, ἐνθύμημα. cogitatio, versutia. mendacium, cogitatum. mendacium. commune mendacium, quod (con)fi⟨n⟩xit mendacium. commune mendacium, excogitatio vel compositum. concinnatum. figmentum. molitum, machinatum. excogitatum. argumentum, similitudo. -us cogitatio. -o τεχνάσματι. -a astutiae, machinationes. fraudes. fraudes, argumenta. argumenta. excogitata. -orum διανοημάτων. -is fraudibus. **1** *subiectum*: TER. Andr. 225 ipsis *Pamphilo et Andriae* -um placet (LAMPR. Heliog. 29, 6). CIC. rep. 6, 3 haec ...⟨non⟩ somniantium philosophorum esse -a (SEN. epist. 90, 25 vilissimorum mancipiorum ista -a sunt. PLIN. nat. 7, 189. 22, 117. 28, 47. 35, 166 ipsius terrae sunt alia -a. RVFIN. Orig. in Ios. 7, 1 firmitas ... et munimenta quibus ... mundus iste nitebatur ... augurum atque haruspicum magorumque -a *erant*. hist. 3, 26, 4 quod est vere diaboli -um [ἦν δ' ἄρα διαβολικῆς ἐνεργείας]. AVG. civ. 10, 10 p. 417 quis non videat haec omnia fallacium daemonum esse -a? 10, 11 p. 421 nec deos illos esse nec benignos daemones, sed ... humanum omne -um. NICET. psalm. 2 p. 69 haec talia haereticorum sunt -a). OV. met. 12, 54 (*metonymice*) mixtaque cum veris passim -a vagantur *in Famae atrio*. LIV. 44, 41, 4 pleraque nova -a mortalium in verbis vim habent. FLOR. epit. 1, 11, 2 Postumius ... dictator signum in hostes iaculatus est, novum et insigne -um. DECRET. decur. Tergest. (Corp. V 532) 29 quandoq⟨ui⟩dem ... -um hoc ... sit providentiae. APVL. met. 9, 1 mihi ... id ipsum -um, quod momentariam salutem repperisse videbatur, periculum ... conflavit aliud. apol. 81. VLP. dig. 29, 5, 1, 34 si finxit se quis auxilium ferre vel dicis gratia tulit, nihil hoc -um ei proderit (COD. Theod. 14, 3, 1). 48, 5, 16, 2 si quis evitandi criminis id egit, ut rei publicae causa abesset, nihil illi -um hoc proficiat. PANEG. 12, 39 germana ... pictorum poetarumque (*v. infra l. 19*) -a Victoriam finxere pinnatam (OROS. hist. 6, 17, 8 CASSIAN. c. Nest. 1, 1, 2). VOPISC. Tac. 2, 4 *apud militares* quaelibet -a plurimum valent (SYMM. or. 2, 18). LACT. opif. 7, 3 illud -um dei mirabile est, quod (IVST. 22, 4, 3). FIRM. err. 5, 2. 7, 7 Liberum ad Solem volunt referre -a Graecorum. AMM. 14, 2, 13 *cum non* procederet ullum obsidionale -um. RVFIN. patr. 1, 4 haec Iudaica magis -a videbuntur. Greg. Naz. orat. 3, 3, 1 Engelbr. numquid tale ... habent paganorum delira -a? LICENT. carm. ad Aug. 18 Protea ... ferunt veterum -a Pelasgum ... captum. BACHIAR. fid. 1 numquid prophetarum oracula pseudoprophetarum -a falsarunt? MART. CAP. 7, 725 seria marcentem stupidant -a maritum. AVELL. p. 166, 2 minime consentientibus tuis -is. ENNOD. epist. 1, 5 p. 10 *priscis* nobilitatem doctorum -a pepererunt. 1, 9 p. 19 cessent ... -a poetarum (dict. 22 p. 493). opusc. 1 p. 278 Traserici patuere -a. INSCR. christ. Rossi II p. 128, 8 semper in te -a magistri emicuere tui tamquam fecunda nimis. *adde*: ENNOD opusc. 1 p. 277 urebant animum principis ... blandimenta -i.

**2** *obiectum*: PLAVT. Mil. 241 euge, euge, lepide, laudo -um tuom (DICT. 4, 14). CIC. nat. deor. 2, 5 opinionis ... -a delet dies. VARRO ling. 6, 44 -um pronuntiatur. OV. met. 13, 38 timidi -a retexit Naupliades animi *Vlixis*. MANIL. [1, 84 quodcumque sagax temptando repperit usus in commune bonum -um laeta *pectora* dederunt, *v. p. 1888, 51*]. 2, 244 nec tu nulla putes in eo -a locasse naturam rerum. 5, 477 si tanta operum vires -a negarint. PLIN. nat. 19, 68 Columella suum tradit -um (FIRM. err. 6, 9 AVELL. p. 31, 8). 28, 198 afferunt ... magi sua -a (HIL. trin. 2, 4 AVG. civ. 5, 2 p. 193). STAT. Ach. 1, 624 quonam timidae -a parentis usque feres? PS. QVINT. decl. 8, 20 nemo umquam tam nova pertulit -a saevitiae. 14, 12 cur ego post hoc animi vices, quae -a prospicio? APVL. met. 5, 15 *Psyche* -um instruit. PAPIN. dig. 48, 5, 12 (11), 3 -um admitti. COD. Iust. 8, 35 (36), 3 (*imp. Caracalla*) replicatio doli ... -um fraudis repellit. VLP. dig. 27, 9, 9 -um ... in exemplum coercere. ANTH. 666, 17 *Seneca* mihi -a dedit te vera docente. PANEG. 12, 44 non ... linguam radicitus erui praecepisti cum eorum parte vitalium (*sc. praecordiorum*), quorum fuerat locuta (*sc. lingua*) -um. FIRM. math. 1, 2, 4 nec Afrorum ... -a ... Iovis sidus impedit. 1, 5, 3 ut astuta et calumniosa -a adulterini sermonis viribus vincerentur (AMM. 20, 6, 6). 1, 7, 10 *Pythagorae* animi -a et hominum et deorum probavere iudicia. *al.* err. 5, 4 ut ... -um ratio veritatis impugnet. *ibid.* egregia erroris istius ac praeclara -a (*sic P*, comitantia *edd. ante Zieglerum*)! 17, 4 ut profanarum religionum ... -a humanum genus primum disceret. IVST. 21, 4, 2 ut religione votorum ... -a facilius tegerentur. 22, 3, 7 haec ... -a Poenorum ... mors Hamilcaris praevenit. HIL. ad Const. 1, 5 -a ... inventa a duobus Eusebiis et a Narcisso. op. hist. frg. 2, 2 falsitatis suae -a prodiderunt. c. Aux. 8 diaboli -a pandenda sunt. ZENO 2, 16 quod ipsius *diaboli* -a nudentur (ZACCH. 2, 14 PASS. Saturnin. 2). SYMM. rel. 41, 6 eludendi iudicii causa propositum est inane -um. or. 1, 9 remove hinc ... -a. 2, 8. AMM. 14, 3, 2 novum ... -um aggressus. 19, 12, 16 -a palatina cohors confingens. 21, 12, 8 -um excogitatum est (26, 7, 5). 23, 6, 16 nullum inveniet humana mens ... -um. 28, 2, 12. MAR. VICTORIN. verb. script. 1 non quo deprehendas humana -a, quam magis approbes divina esse dicta. AVIEN. Arat. 257 Arctophylax sive ... Bootes famosa Arcadici testans -a tyranni. FVLG. myth. 1 praef. p. 11 sepulto ... Graeciae ... -o. AMBROSIAST. in Rom. 10, 11 omnia ... -a ... in confusionem deduci. HEGES. 3, 10 -um Iosephus detulit. HIER. hom. Orig. in Ezech. 2 p. 903 qui fabularum eius (*Valentini*) -a suscipiunt. RVFIN. Orig. in num. 14, 2 tolle ... fratrum ... -um (AVG. civ. 5, 5 p. 197). hist. 1, 7, 1 -a quaedam pro suis ... opinationibus ... adhibere (εὑρησιλογεῖν). 4, 7, 15 extiterunt ... viri ea tempestate, qui obscaena haereticorum -a (κατὰ τῶν ἀθέων αἱρέσεων) convincerent (AVELL. p. 357, 21). Greg. Naz. orat. 2, 5 Engelbr. non ... requiramus coquorum ... -a. AVG. serm. ed. Mai 119, 8 omnium haereticorum, paganorum Iudaeorumque destruit ... -a *fides catholica* (PRAEDEST. 1, 82). MART. CAP. 3, 221 Camena ... vult amica fictis -a ferre. 8, 808 astriloquae praefers -a puellae. EPIST. pontif. Thiel Gelas. frg. 32 ut *Maximus et Ianuarius* ... -a non sentiant. AVELL. p. 184, 3 noli ... in novitate languere pessima faciendo -a. p. 221, 4 -um Marcionitis Manichaeisque coniunctum totum ... salutis nostrae solveret sacramentum. p. 357, 21 veteris erroris detrita -a ... non recolunt nec refutant *eqs.* ENNOD. epist. 4, 14 in negotio suo circumstrepentium ... superasse -a. GLOSS. V 532, 40 -a finxit (*sc. ad* TER. Ad. 657 commenta ... est). *adde*: FILASTR. 39 novum quid volens -i ... decernere *Ptolemaeus*. **3** *ablativus*: OV. epist. 20, 32 -is poenas doque dedique tuis. PLIN. nat. 12, 85 his -is augentes rerum pretia. APVL. met. 9, 1 -o munitus. PAPIN. dig. 3, 2, 20 -o videris accusationis instigator fuisse. 35, 1, 76 fideicommissum ... adoptionis -o non excluditur. FIRM. err. 5, 4. 27, 2 hunc ignem (*quo signum comburitur*) -is tuis ... renovans. IVST. 21, 3, 1 universam civitatem ... -o circumvenit. 32, 4, 6 Hannibal novo -o auctor victoriae fuit.



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**II** ***translate*** *i. q. corrumpere, consumere, debilitare, deminuere*: **A** *homines sim.*: Cic. off. 2, 40 *Viriathum* praetor fregit et -uit. Ov. epist. 3, 134 lacrimis -ēre meis. Sen. dial. 3, 11, 1 *barbaros* -at ... ira infestissima sibi. 11, 5, 4 neminem adversa fortuna -uit. Flor. epit. 1, 1, 3 frequentibus proeliis utrique -rentur. 1, 22, 28 quia frangi virtute non poterat, mora -retur *Hannibal*. 2, 7, 11 -utas . . . copias fame. Vvlg. iud. 8, 16 contrivit . . . atque -uit viros Soccoth. Mich. 4, 13 -e populos multos. Ps. Rvfin. in Am. 4, 10 p. 1073[A] iuvenes et equos in castris obsidione corruptos vel in captivitate ... -utos. Oros. hist. 5, 23, 12 Perpenna . . . -utus est. 6, 3, 5 *Pyrgarionem* navali terrestrique proelio -utum Sicilia decedere compulit. Ps. Phoebad. fid. 6 p. 43[B] mortem ac zabulum . . . -uit. Pass. Barth. 8 p. 148, 5 tu es qui deos nostros fecisti -i (p. 148, 15 omnes deos tuos -am). *nota*: Cic. Att. 4, 3, 6 re familiari -uti sumus. *adde*: Vvlg. Dan. 2, 44 *deus* -et . . . et consumet universa regna haec. Avg. civ. 18, 45 *Roma* se -erat et attriverat.

**B** *res*: Cic. Quinct. 26 quod *officium* non avaritia -ere ac violare soleat. Verr. 6, 98 opes illius civitatis -utae depressaeque sunt (Sall. Iug. 62, 1 regni opes -utas esse). Hor. sat. 1, 1, 43 quod (*i. pecuniam collectam*) si -as, vilem redigatur ad assem. Ov. Pont. 3, 3, 34 arcus et ignis ingenii vires -ēre mei (*sim.*: Sen. clem. 1, 16, 5 contundat animos et quicquid est indolis -etur. epist. 48, 9 -i et debilitari generosam indolem. Qvint. inst. 1, 7, 33 eis ingenia concidi et -i credo). Val. Max. 1, 5, 6 quae vox spem eius . . . -uit. 2, 10, 6 animum (Plin. epist. 9, 2, 1 quae *negotia* simul et avocant animum et -unt. *cf.* Sen. dial. 4, 21, 3 crescit licentia spiritus, servitute -itur).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 quicquid ... monstri aut sceleris fuit ... -uit. SEN. dial. 5, 40, 2 possis iram -ere. epist. 39, 3 secunda temperabit, adversa -et. ARNOB. nat. 1, 63 non superbiae fastum -uit (GREG. M. moral. 17, 13 superbia iniquorum -itur). SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 207 ⟨ἔμφα⟩σις rerum nec enarranda *est*, ne -atur (*cf.* HIER. in Am. 1, 2 p. 238 sensum ... regium, qui versatur in littera ..., enervant atque -unt et in pulverem redigunt). HEGES. 1, 12, 1 -uit omnem suae vigorem salutis. AVG. de mend. 21, 43 confracta et -uta scripturarum auctoritate.

*part. perf. pass. pro adi.: comparat.* **comminūtior,** -ōris: PS. RVFIN. in Am. 4, 1—3 intestina vel eas ... portiones, quae -iores in ollis ... decoquuntur.

*syn.*: concīdere, consarrire, consumere, contundere, corrumpere, debilitare, deprimere, destruere, enervare, frangere (confringere), mandere, occare, percutere, terere (at-, con-), violare. *opp.*: crescere.

*deriv.*: comminutare, comminutio.

✖**comminus** *adv.* [*a* com *et* manus *ductum esse videtur, cf.* eminus. *v. Brugmann, Indog. Forsch. 27, 243. Th.*]. *in codd. et edd. saepe legitur* cominus, *at in inscr.*: CORP. XIV 3579ª, 7 comminus. *adde* CARM. epigr. 523, 2 ⟨com⟩minus (*tres vel quattuor litterae deesse videntur*). *comparat.* co⟨m⟩minius: TERT. carn. 21 accedam adhuc -ius (*var. lect.* communius) ad congressum. PRISC. gramm. III 78, 12 eminus ... et -s localia *adverbia* sunt. ISID. diff. app. 245 inter eminus et -s hoc interest, quod eminus e longinquo, -s pede (GRAMM. suppl. 288, 28 *ubi* -s sede). DIFF. gramm. VII 521, 29 -s gladiis pugnamus, eminus iaculis, quod illud a manibus non recedit, hoc e manibus emittitur. DOSITH. gramm. VII 410, 10 eminus ἄπωθεν, -s ἐκ τοῦ σύνεγγυς. GLOSS. ἄντικρυς. συνστάδην. σύνεγγυς. συνστάδην, πλησίον, ἐγγύς, παραχρῆμα. prope. proximus. iuxta. simul in se, prope vel proximus. prope, iuxta et simul in se. proximus aut iuxta aut coram vel in praesenti. Plac. V 14, 30 (56, 12) comoram: coram, -us. NOT. Tir. 25, 4 conminus. *legitur inde ab* ENNIO. [*sens. dub.*: SISENNA Mil. frg. 8. *corrupt.*: TAC. dial. 25.]

**I** *sensu* ***strictiore*** *i. q. manu ad manum* (*pugnare, sim.*).

**A** *proprie in acie*: **1** *c. verbis pugnandi, trucidandi, sim.*: VEG. mil. 3, 23 -s, hoc est manu ad manum, pugnatur (*cf.* 4, 44 gladiis manu ad manum; ut dicitur, -s dimicant). ENN. scaen. 178 quae mea -s machaera atque hasta hostibit (hospius *cod. Festi*) ⟨e⟩ manu. CIC. Caecin. 43 *nec* conflictu corporis neque ictu -s ... copias esse pulsas. Balb. 23 cum hoste nostro -s in acie ... pugnavit (Planc. 72 forti viro et pugnanti -s. CAES. Gall. 1, 52, 4 reiectis pilis -s gladio pugnatum est. 1, 58, 4. 7, 51, 1 civ. 2, 6, 3 BELL. Hisp. 23, 8 NEP. Chabr. 4, 3 VERG. Aen. 7, 553 VAL. MAX. 8, 15, 5 CVRT. 8, 11, 14 FRONTIN. strat. 2, 2, 13. *adde*: BELL. Afr. 7, 6 in campo -s depugnant). CIC. Pis. 81 ferro inter se -s decertarint (*cf.* ARNOB. nat. 4, 4 -s armorum collatione inter se decernunt). Cato 19 eminus hastis aut -s gladiis uteretur (LIV. 30, 18, 7 cuspide uti et -s gladio. PLIN. nat. 34, 138 *ferro utimur* non -s solum, sed etiam missili). CIC. Tusc. 4, 50 -s ictu cecidisse contrario (LIV. 27, 1, 10 -s acie ... cecidissent). LVCR. 4, 1051 si -s est hostis (SIL. 16, 52 foret hostis -s). CAES. civ. 1, 47, 2 -s tam diu stetissent (STAT. Theb. 7, 713 -s hunc stantem metit. 11, 330 -s ipsi stabitis? *cf.* BELL. Afr. 42, 1 in campo -s consistere audere). CAES. Gall. 5, 44, 11 gladio -s rem gerit (OV. Pont. 4, 7, 44 res ... potuit -s ense geri. LIV. 10, 43, 6. 31, 35, 5 gladiis. 44, 35, 12). HIRT. Gall. 8, 13, 2 aut -s opprimebantur aut eminus vulnerabantur. BELL. Afr. 51, 6 proeliis minutis -s dimicabant (LIV. 2, 49, 10 -s cum Etruscis dimicant acie *legiones*. CVRT. 8, 2, 37). BELL. Alex. 46, 3 magnum -s in angusto mari proelium factum est (76, 1). SALL. Catil. 60, 3 -s acriter instare. hist. frg. 2, 87 multos prope egressos -s ... deturbare (*cf.* VERG. Aen. 9, 438 hostes hinc -s atque hinc proturbant *eum*). VERG. Aen. 9, 345 totum cui -s ensem condidit. 9, 767 deiectum -s ictu ... caput. 12, 890 saevis certandum est -s armis. AETNA 51 miles (*i. Gigas*) metuentia -s astra provocat. OV. met. 3, 119 unum -s ense ferit (HOMER. 444 -s hunc gladio, iaculo ferit eminus illum. 517). 12, 129 -s hostem ense petens (SEN. Tro. 348. CVRT. 6, 1, 4 nunc -s, nunc eminus petebantur. 7, 8, 18 inimicos sagitta eminus, hasta -s petimus. STAT. Theb. 7, 605). LIV. 2, 10, 5 obversis -s ad ineundum proelium armis. 21, 34, 6 barbari ... -s eminus petunt (TAC. hist. 2, 42 -s eminus ... concurrebant. PANEG. 12, 36 miles urguere eminus -s, gladiis hastis. *sim.*: LIV. 21, 5, 14 -s eminusque rem gereret. 31, 24, 15 plurimos manu sua -s eminusque vulneratos. PLIN. nat. 28, 36 ictus eminus -sque illati). LIV. 23, 47, 5 -s conserentur manus (27, 18, 14. FRONTO p. 226, 17 N. hostium ducem manu -s conserta obtruncavit. *cf.* LIV. 42, 65, 7 -s proelium conserere. CVRT. 3, 11, 4 -s pugnam ... conserere. HOMER. 455 manum ... contulerant ... inter se -s). LIV. 38, 20, 1 non -s pugnam, sed procul ... futuram. 38, 21, 8 -s, ubi in vicem pati et inferre vulnera licet (*opp.* procul). 42, 47, 8 collatis -s viribus ... superatum. VAL. MAX. 5, 1 ext. 6 inter destrictos -s mucrones ... iter reperire. 5, 5, 4 militem ... -s interemisset (VOPISC. Prob. 6, 1 hostem -s interemerit). SEN. epist. 36, 7 hostem -s percutere (SVET. Cal. 3. PS. RVFIN. in psalm. 36, 14 gladio -s quisque percutit, arcu a longe trahit). CVRT. 4, 4, 11. 8, 14, 3 -s proeliandum erat (VVLG. III reg. 20, 39 egressus est ad proeliandum -s [*var. lect.* in -s]). LVCAN. 4, 774 iuventus -s obliquis et rectis eminus hastis obruitur. 7, 465 videre ... fraterna ... -s arma. 8, 382 Martem -s ... ausa pati virtus. 10, 438 passuri -s arma laturique ruunt. VAL. FL. 6, 356 -s haeret pugna. 6, 518 vibrantem -s hastam. SIL. 4, 416 strictum ... minatur ... -s ensem. 9, 626. 10, 25 in restantes mucronem -s urget. 14, 521 -s et gladio terrestria proelia miscent (*cf.* HOMER. 829 -s arma inter se miscent). 15, 374 saevit -s ense. 17, 499 mactantur -s uno exitio. HOMER. 965 evitant -s enses. STAT. Theb. 6, 730 tollere caestus -s. 8, 468. 657 -s ictus sustulerint. 10, 213 non -s hostes sternendi. 10, 885 ardentum -s iras. 11, 99. TAC. hist. 2, 35 scandere foros *navium* aut -s mergere. ann. 6, 35 impetu et -s praeveniendum. SVET. Tib. 3 Druso -s trucidato. FLOR. epit. 3, 22, 7 duces -s in vicem experti. APVL. flor. 6 p. 21 obeundis proeliis ... vel sagittis eminus vel ensibus -s. AMM. 16, 12, 46 -s mucro feriebat contra mucronem. OROS. hist. 2, 8, 9 hosti -s inhaesit. *in imaginibus*: APVL. apol. 2 ut -s ageret percelli ... eminus calumniis velitatur. GELL. 15, 2, 8 tamquam in acie ... cum ... vini licentia -s decernendum. PS. RVFIN. in psalm. 56, 5 *mordentibus locutionibus* tamquam armis et sagittis modo -s, modo de longe ... vulnerare. *adde*: VERG. georg. 1, 104 iacto qui semine -s arva insequitur (*at cf. p. 1895, 66 sqq.*). *de disputationibus*: CIC. div. 2, 26 nunc -s agamus experiamurque ... cornua commovere disputationis tuae. SEN. nat. 4 praef. 13 te petere -s possint. TERT. adv. Marc. 2, 29 antitheses Marcionis -s cecīdissem (4, 1 istas proprio congressu -s ... cecidissem). 3, 5 ad certum et -s dimicaturus. adv. Val. 1 -s certes. RVFIN. hist. 4, 24 -s perurguendo *fratres* et ... disputationum certamine prosternendo. **2** *c. verbis motionis*: BELL. Afr. 18, 4 nec -s ad manus rediretur. BELL. Hisp. 5, 5 ab utrisque -s pugna inita. VERG. Aen. 10, 453 pedes apparat ire -s (STAT. Theb. 8, 529 nec -s ire ... audet. 9, 344. 12, 13. TAC. hist. 3, 1 ire -s et certare pro Italia. *c. dativo*: PROP. 3, 1, 26 Haemonio -s isse viro. SIL. 5, 560. 9, 633 quin imus -s ductori Tyrio. *cf. p. 1895, 55 sqq. et infra l. 66*). VERG. Aen. 11, 706 te -s aequo mecum crede solo (CLAVD. 28, 248 male temptato ... se credere campo -s). OV. met. 5, 89 ausus concurrere -s hosti (*c. dat.*: 12, 595 concurrere -s hosti non datur. *v. etiam infra l. 45*). 12, 482 -s aggreditur (TAC. hist. 2, 22 neglecta *murorum* ... -s aggredi). LIV. 1, 33, 4 exercitus Latinus -s cum Romanis signa contulerat (FLOR. epit. 2, 6, 58 collatis -s signis). 8, 24, 9 ducem ... -s congressus obtruncat (31, 37, 8 SEN. contr. 7, 5, 7 CVRT. 6, 1, 15. *cf.* VVLG. II Macc. 5, 3 congressiones fieri -s [προσβολὰς γιγνομένας καὶ καταδρομὰς ἑκατέρων] et scutorum motus). LIV. 38, 21, 12 -s venerant (FLOR. epit. 2, 6, 29. 3, 8, 6 postquam -s ventum est. AMM. 16, 12, 43. 21, 13, 15). SIL. 1, 488 cernens subeuntem -s hostem. HOMER. 951 concurrunt iactis inter se -s hastis. STAT. Theb. 6, 745. 9, 539 astrictis accedunt -s armis. 11, 449 -s actos avertit ... error equos. FRONTIN. strat. 2, 2, 5 sagittas ... -s applicitus eluderet. SVET. Iul. 63 -s tendens. SVLP. SEV. dial. 2, 11, 4 adversus hostilem exercitum collato -s pede ... pugnabat. SIDON. carm. 7, 286 pectus vel -s ora tulere. *in imaginibus*: CIC. Att. 2, 2, 2 qui me epistula petivit ad te ... -s accessit (*cf.* STAT. Theb. 12, 180 -s infandi leges accedere regni). LVCAN. 7, 106 metuenda pati si -s instent. APVL. met. 2, 6 -s cum re ipsa naviter congredere (5, 11 *Fortuna* -s congredietur [*opp.* periculum velitatur ... eminus]. LACT. inst. 5, 19, 8 congrediantur -s et singula quaeque discutiant). APVL. met. 2, 17 -s in aspectum ... dirige et grassare. CLAVD. 14, 5 ne cessa ... -s aggredi *nuptam*. **3** *coniungitur c adiectivo. praedicativo*: LIV. 44, 35, 19 -s stabilior et tutior ... Romanus erat. CVRT. 8, 14, 24 meliorem concursatione quam -s militem. VAL. FL. 1, 366 certus iaculis et -s ense nobilis Amphion. ITIN. Alex. 6 Alexander eminus certus, -s violentus. CLAVD. 7, 137 pars nobilis arcu, pars longe iaculis, pars -s horrida contis. **4** *attributive c. substantivo*: OV. epist. 15, 361 non me nisi -s esse timendum. TAC. ann. 2, 20 sensit dux imparem -s pugnam. *cf. infra l. 78 et p. 1895, 60.*

**B** *translate*: **1** *in venatione, sim.*: VERG. georg. 3, 374 cervos -s obtruncant ferro. PROP. 2, 19, 22 agrestes -s ire sues (*c. accusativo*: OV. fast. 5, 176 hirsutas -s ire feras. *cf.* MART. 14, 31, 2 *culter* brevis ingentem -s ibit aprum. *cf. supra l. 30 sqq.*). GERM. 543 meteret cum -s hydram Alcides. PLIN. nat. 34, 70 Apollinem subrepenti lacertae -s sagitta insidiantem. STAT. Theb. 4, 323 premis obnixo venabula -s apro. IVV. 4, 99 -s ursos figebat (CLAVD. 21, 66 -s aut longe virgatas figere tigres). AVSON. 393, 32 stringere fulmineo venabula -s hosti (*i. apro*). **2** *de bestiarum actionibus*: OV. hal. 44 morsu nec -s acri deficit *muraena*. 52 natura monet *animalia* ... -s ire. STAT. Theb. 2, 412 iacto ... saxo -s erigitur serpens. 11, 530 fulmineos ... -s egit ira sues. APVL. met. 8, 4 *canes* -s contulerant vestigium. *adde*: APVL. met. 8, 17 qua potissimum caveremus clade, -s canum an eminus lapidum. *cf. supra l. 62 sq.*

**II** *sensu* ***latiore*** *i. q. prope*: **A** *de loco*: **1** *generatim cum variis actionibus i. q. ex (in) propinquo*: **a** *artiore sensu i. q. coram, in praesentia*: CVLEX 190 respexit serpentem -s. *cf.* LVCAN. 1, 206 viso leo -s hoste subsedit dubius (TAC. hist. 1, 41 viso -s armatorum agmine. VEG. mil. 3, 6 hostem -s vident. HIER. epist. 60, 7, 1 quod hic ... eminus rimabatur ... ibi videntem -s).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

STAT. Theb. 2, 216 species est cernere avorum -s. ARNOB. nat. 6, 4 *deos* possimus coram et -s contueri (PANEG. 3, 12 ad intuendum -s quantum potuit accessit. 6, 6 -s vos intuendo). TERT. adv. Prax. 14 Moyses faciem eius (*domini*) -s sciret. *in imag.*: GELL. 13, 8, 2 versari . . . exercerique in rebus -s noscendis periclitandisque. STAT. Theb. 2, 420 in medios si -s orsa tulisses Bistonas. 10, 726 ipse -s ex adytis in me insaniret Apollo. silv. 3, 5, 38 Lethaeos audirem -s amnes. 4, 3, 144 canentem ipsam -s . . . audi. Ach. 1, 663. POMPON. dig. 13, 7, 3 recepturus a debitore tuo -s pecuniam. VENVL. dig. 45, 1, 137 pr. -s responderi stipulanti oportet (*cf. ibid.* continuus actus stipulantis et respondentis). TERT. adv. Prax. 1 ad ipsum deum accessi, ipsum . . . -s temptavi. PANEG. 2, 10 regnum acceperit . . ., a teque -s acceperit. 3, 10 conspicuus et praesens Iuppiter -s invocari. AVSON. 415, 7 videbis ipsum, qualis astet -s. HIER. in Zach. 1, 5 p. 818 angelus . . . quasi -s loquens praecipit illi *eqs.* (SALV. gub. 1, 43 loquentem -s dominum. CLAVD. MAM. anim. p. 107, 13 mihi de his loqui tecum -s palamque proveniret). COD. Iust. 1, 14, 12 pr. partibus *causae* -s constitutis sententiam dixerit. *adde*: TERT. paenit. 3 qui -s in alienum matrimonium cecidisset (*opp.* qui aspectus concupiscentia contaminasset). ARNOB. nat. 5, 21 patrem cum filia -s uxoria coniugatione misceri. *nota i. q. ad manus, secum*: VERG. Aen. 7, 732 falcati -s enses *sunt*. VAL. FL. 5, 580 mos *est* -s arma semper habere viro. 6, 347 -s hastam Aeacides gressumque tenet. *adde in imag.*: TAC. ann. 15, 4 Partho ad exequendas obsidiones nulla -s audacia *est*. VEG. mil. 1, 2 constantiam ac fiduciam -s non habere pugnandi. **b** *ampliore sensu i. q. prope, in vicinia, haud procul*: LVCR. 4, 407 supra sol montes esse videtur -s ipse suo contingens fervidus igni. 6, 904 multa . . . prius ipso tacta vapore eminus ardescunt, quam -s imbuat ignis (AETNA 391 bitumen adest et quicquid -s acres irritat flammas). OV. Pont. 1, 5, 74 aspicit hirsutos -s Vrsa Getas (*cf.* MART. 6, 58, 2 cernere . . . te iuvat . . . triones -s). SEN. nat. 1, 17, 2 imbecilli oculi ad sustinendum -s solem. COLVM. 7, 12, 7 plus . . . -s et in gradu . . . facere debent *canes villatici*. PLIN. nat. 2, 172 portio media terrarum . . . cremata -s vapore torretur (18, 277 igne eius *solis proximi* -s recepto. *cf.* 5, 55 sole per eos dies -s facto). 11, 240 *Romae* omnium gentium bona -s iudicantur. 35, 17 Atalante et Helena -s pictae sunt. VAL. FL. 1, 232 seu lubrica -s exta seu plenum certis interroget aera pinnis. 3, 635 reboat . . . -s ursa lupis. 4, 324 SIL. 4, 263. 14, 435 fax nidore gravi foedavit -s auras. STAT. Theb. 3, 569 iam bella tubaeque -s. 8, 11. 12, 248 grave -s aestuat aer sordidus. 12, 565 -s ipsae pabula dira ferae . . . odere volucres. FRONTIN. strat. 2, 1, 6 adversus Lacedaemonios . . . castra -s haberet (*cf.* FLOR. epit. 2, 13, 38 positis . . . -s castris). TAC. Germ. 8 monstrata -s captivitate. Ps. RVFIN. in Am. 8, 4—6 motae ultionis fragore -s sonante. PAVL. NOL. carm. 15, 285 non igne procul neque -s esca *ferret opem*. AVIAN. fab. 26, 16. SIDON. carm. 22, 211 -s erigitur . . . turris. *adde*: CYPR. GALL. num. 21 (*de recensu populi*) Gaada bis quaterna facit *milia* sexcentis -s auctis. **2** *c. verbis motionis*: SEN. nat. 3, 28, 3 -s procurrit aestus ex imo recessu maris. LVCAN. 1, 570 venientes -s umbrae. 6, 2 admota . . . -s arma. VAL. FL. 1, 263 Herculeo fert -s ora leoni (STAT. Theb. 1, 641 -s ora ferens. *sim.*: SIL. 17, 408 propior . . . acies et -s ora admota). 2, 511 si quis . . . -s ire viator audeat (AVSON. 332, 25 vos -s ite. *cf.* STAT. Theb. 3, 100 -s ausus vadere contemptum reges. *c. dativo*: AVIAN. fab. 36, 12 vitulum . . . aris admotum cultro -s ire. *cf. p. 1894, 32 sqq.*). VAL. FL. 7, 803. 8, 501 adverso venere favore -s (11, 29 -s ursi . . . venere. VVLG. II Macc. 8, 14 *Nicanor* eos priusquam -s [in comminus *Amiat. Tolet., v. infra l. 84 sqq.*] veniret [*πρὶν συντυχεῖν*] vendiderat [*cf.* ITALA (Ambros.) -us invicem viderent venundati essent]). TAC. ann. 12, 12 non -s (*i. prope sitam*) Mesopotamiam . . . petivit. RVFIN. hist. 2, 20, 5 ut quisque . . . eis -s inciderat (*τοὺς διαφόρους*) perimebant. SIDON. epist. 1, 2, 5 -s . . . feram . . . venanti aut vianti fors obtulerit. *nota*: VAL. FL. 4, 564 *Cyaneae* sua -s actae saxa premunt. 4, 682 scopuli -s feruntur. *cf.* LACT. inst. 2, 9, 10 -s venerint *ignis et aqua*.

**B** *de tempore i. q. extemplo*: SERV. georg. 1, 104 -s . . .: statim, sine intermissione; non est ergo ex propinquo. qui significatus frequentissimus est in cisalpina Gallia *eqs.* *fortasse huc pertinent*: VAL. FL. 3, 104 manibus . . . dari quem -s optem. STAT. Theb. 10, 828 nunc -s astrigeros Capaneus tollendus in axes. IVL. VAL. 3, 31 haec mihi -s dicito. AMM. 19, 8, 4 accitis . . . praedatoribus . . . strictoque -s ferro *eqs.* ALC. AVIT. carm. 5, 69 *Moyses* excutit hanc *virgam* valido proiectam -s ictu.

*iunctura notabiliores*: **1** *vi praepositionis fungitur*: *c. accusativo*: STAT. Theb. 9, 6 nec -s ipsum *Tydea* ora . . . torsisse *Gradivum*. *cf. etiam p. 1894, 64 sq.* *c. ablativo*: VAL. CEM. hom. 17, 3 pretiosa vulnera documenta toto -s orbe portari. VEN. FORT. Mart. 1, 158 fit . . . monasterium Pictava -s urbe (*cf.* SVLP. SEV. Mart. 7, 1 haud longe . . . ab oppido). *adde*: FRONTIN. strat. 2, 5, 34 bina castra -s cum hostium castris vallavit. *c. genetivo*: AVIEN. Arat. 1426 moles magna utriusque (*i. umoris et caloris*) occurset sibimet velut obvia -s agri. *adde c. adv. loci*: AVIEN. orb. terr. 991 -s hic . . . urbs Ephesus . . . sustollit fana Dianae (*cf.* GREG. M. dial. 3, 29 ecclesiam illic -s sitam). **2** in comminus: GLOSS. V 420, 35 (429, 17) propius. IV 248, 52 in simul (V 522, 40. 570, 39). V 629, 26 non in re praesente. RVFIN. hist. 5, 18, 10 in -s veniant. VVLG. III reg. 20, 39 *v. p. 1894, 1.* II Macc. 8, 14 *Amiat. Tolet. v. p. 1895, 58.* VEN. FORT. carm. 3, 4, 8 si diuturnius fuissemus in -s. ACT. Petr. 23 ecce stat in -s.

*syn.*: coram. ad manus. *opp.*: eminus. longe (a — de longe), procul.

**?comminūtātim** *adv. a* comminutare. ITALA Dan. 2, 34 (Cypr. testim. 2, 17) *lapis* comminuit eos (*i. pedes imaginis*) -m (*cod. B, scribitur* minutatim. *cf. p. 1891, 47*).

**comminūtio,** -ōnis *f. a* comminuere. *i. q. actus comminuendi*: **1** *proprie*: HIER. reg. Pachom. 159 harenarum -o in litoribus. HEGES. 3, 11, 3 in machinamenti (*i. arietis*) -e (*cf. p. 1891, 56*). CLAVD. MAM. anim. p. 64, 4 *anima* potest . . . frequentia -is aboleri (*v. p. 1892, 11*). *i. q. liquefactio*: HIER. in Is. 51, 6 p. 589 quod *verbum* (*i. ἠλίσθησαν, ἁλίσουσιν*) a -e et deliquio salis *ἑτυμολογίαν* trahere manifestum est (*v. p. 1892, 53 sqq.*). **2** *translate i. q. debilitatio*: AVG. civ. 3, 14 crebrae strages Romani Albanique exercitus fuerunt et utriusque -o civitatis (*cf. p. 1892, 76 sqq.*).

**comminūto,** -āre *a* comminuere. *idem q. comminuere*: SERM. Arrian. frg. I 5 qui scandalizantur . . . non recte tractantes -buntur.

*deriv.*: comminutatim?

**commircium** *v.* commercium *p. 1871, 80.*

***commisceo,** -miscuī, -mixtum, -ēre [*a* com *et* miscere, *cf. hibern.* con-mescatar '*miscentur*'. *Th.*]. *formae tertiae coniugationis: indic. praes. act.* -is: CHIRON 218. 499. 608. 901. 968 PHILVM. med. 1 p. 24 APIC. 4, 181. -unt: VEREC. in cant. 6, 14. *indic. praes. pass.*: -itur: ITIN. Anton. Plac. rec. A 42 (*at* rec. B commisceatur). VINDIC. gyn. p. 446$^{b}$ *bis*. GLOSS. IV 90, 25. -untur: VIRG. gramm. epit. 10 p. 73, 9 (= GRAMM. suppl. 200, 23). *imperat. praes. act.* -ito: CHIRON 43. 328. 352. 485. 637. 803. 887. 937. 949. -mixto: CHIRON 569. 673. *indic. fut. act.* -es *fort.* VEG. mulom. 1, 34, 5 *haec* teres et -es et tepefacto utere. *part. perf. pass.* -mistus, -a, -um *saepe in codd., velut* VVLG. psalm. 105, 35 sap. 14, 25 Is. 30, 24 Ezech. 16, 37 II Macc. 3, 21 DIOSC. 1, 13. *cf. p. 1899, 32.* GLOSS. *συμμιγνύω. συγκιρνῶ.* -e: *μῖξον.* -xtus: *σύμμικτος.* -xtum: *συμμεμιγμένον.* conglobatum. SCHOL. Hor. ars 151 remiscet: pro -et mutata praepositione. *legitur inde ab* ENNIO PLAVTO CATONE. [*loc. dub. et corrupt.*: Ps. SEN. mon. 68 LVCAN. 7, 598 Ps. DAMAS. epigr. 81, 1. *de* MISC. Tir. p. 54, 23 *v. p. 1916, 33.*]

**I** *ferè idem q.* ***miscere*****:** **A** *res corporeas*: **1** *sensu strictiore: singulae particulae complurium rerum simul miscentur: aliquid*: CATO agr. 162, 3 oleo et aceto -xto. LVCR. 2, 885 in quali sint quaeque *primordia rerum* locata et -xta (*cf.* 6, 305 *quae* corpora faciunt ignem -xta). 4, 1208 -endo . . . semine . . . virili *cum semine suo* femina vim vicit (VVLG. I Esdr. 9, 2 -erunt semen sanctum cum populis terrarum. *v. etiam infra l. 69 et 83. cf.* VERG. georg. 2, 327 -xtus corpore fetus. SIL. 6, 635 magni -et seminis ortus). ALF. dig. 32, 60, 2 nihil ex ea *lana* destinasset ad usum uxoris, sed omnis -xta esset (*cf.* VLP. dig. 6, 1, 3, 2 si quid . . . ita confusum est atque -xtum, ut . . . separari non possint. 6, 1, 5 pr. voluntate eorum -xta sunt *frumenta*). MORET. 113 iterum -et opus mixtumque retractat. COLVM. 12, 10, 5 si *poma* -eas (*cf. ibid.* custodiri . . . separata generatim). 12, 52, 12 SCRIB. LARG. 31. 56 cetera seorsum trita -eri in unum (64. 122 haec cum in unum -xta sunt. 159. 160 CYPR. epist. 63, 13 grana multa in unum collecta et commolita et -xta panem unum faciunt. CHIRON 937 -ito omnia in unum). *cf.* CHIRON 803 haec omnia in uno -ito (887. 901 in uno omnia -is ex aceto. 949 oleum et picem liquidam in uno -ito). SCRIB. LARG. 89. 216. 241. 261 SVET. Vit. 13. APVL. met. 6, 10 accepto frumento et hordeo et milio . . . -xtisque acervatim confusis. VEG. mulom. 2, 49, 4 calcem et cineres ex melle et vino -ent (CHIRON 474 ex ceroto -bis adipe suillum et nitrium. CAEL. AVR. acut. 3, 8, 78 lini seminis polline et faenugraeci semine singularibus vel -xtis ex aqua mulsa. *v. etiam supra l. 57*). VVLG. gen. 18, 6 tria sata similae -e (*φύρασον*). II reg. 13, 8 farinam -uit. Ezech. 21, 21 -ens sagittas interrogavit idola. SVLP. SEV. chron. 2, 3, 6 -eri testum atque ferrum numquam inter se coeunte materia. *nota reflexive*: PELAGON 386 ut omnia se diligenter -eant. *aliquid aliqua re*: PLAVT. Persa 407 (*in convicio*) -xtum caeno sterculinum publicum (*cf.* Most. 41?). LVCR. 4, 1258 semina possint seminibus -eri. VERG. Aen. 3, 633 frusta cruento . . . -xta mero. AETNA 514 -xtum lento . . . bitumine sulpur. SCRIB. LARG. 1. 2. 32 aqua pluviali. 38. 265. SVET. Vit. 2 cuius *libertinae* . . . salivis melle -xtis . . . fauces . . . fovebat. Dom. 17 reliquias *Domitiani* . . . cineribus . . . Iuliae . . . -uit *nutrix* (*cf.* CORP. XIII 4640 Iuliae . . . eius oss⟨a⟩ -xta). ARNOB. nat. 6, 14 -xtum glutinum gypso. CHIRON 673 DIOSC. 1, 14 THEOD. PRISC. gyn. 22. cum *re*: CATO agr. 76, 3 id una bene -eto cum caseo. 93 amurcam cum aqua -eto. 103 aequabiliter. 109. 114 *hoc vinum* ne -eas cum cetero vino. VITR. 2, 6, 1 quod *genus pulveris* -xtum cum calce et caemento. COLVM. 7, 10, 5 radix . . . trita et -xta cum aqua. 11, 3, 60 ITIN. Anton. Plac. rec. A 42. CHIRON 352 radices . . . concisas . . . valde -ito cum hordeo. 637. HYG. fab. 176 p. 30, 12 carnem humanam cum cetera carne. VINDIC. gyn. p. 446$^{b}$ semen viri cum semine mulieris. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 35 -xtum acetum cum melle. inter *se*: CATO agr. 96 inter se omnia -eto.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**2** *sensu latiore i. q. coniungere res totas, confundere*: CIC. nat. deor. 1,16 et in mare et in femina -endorum corporum ... libidines (*cf. infra l. 74 sqq.*). PAVL. dig. 35, 2, 1, 14 -endas esse utrasque partes hereditatis (*ibid.* confundendas). VVLG. num. 36, 7 ne -eatur possessio filiorum Israhel de tribu in tribum. *aliqua re*: ENN. scaen. 196 o magna templa caelitum -xta stellis splendidis. VITR. 7, 1, 2 ne -eantur axes aesculini quercu. cum *re*: COLVM. 8, 17, 2 -eri eas (*i. muraenas*) cum alterius notae piscibus. COD. Iust. 6, 20, 19, 3 (*a. 528*) -xtis huiusmodi collationibus cum bonis mortuae personae.

**B** *res incorporeas*: **1** *generatim*: LVCR. 4, 671 utraque (*i. dulce et acerbum*) ... sunt in mellis -xta sapore (*sim.*: TERT. orat. 22 species in genere -uit). FRONTO p. 91, 8 N. tantum boni ex utriusque (*i. Aurelii et Faustinae*) vultu est -xtum (*sc. in filia*). SCAEV. dig. 28, 2, 29, 15 duobus quasi capitibus legis -xtis. VVLG. sap. 14, 25 omnia -sta sunt (*ἐπιμιξ ἔχει*), sanguis, homicidium, furtum *eqs.* PRAEDEST. 1, 14 p. 591C ista (*i. dulcedo et amaritudo*) -eri possent (*ibid.* misceri). *aliqua re*: PLAVT. Asin. 310 tantum adest boni ..., verum -xtum malo. LVCR. 6, 322 vis frigida venti ... veniat -xta calore. 6, 1159 gemitu -xta querella. VERG. Aen. 8, 255 glomerat ... fumiferam noctem -xtis igne tenebris. cum *re*: CIC. dom. 144 ignem *Vestae* ... cum totius urbis incendio -eri. Marcell. 7 numquam ... temeritas cum sapientia -etur. PRAEDEST. 1, 11 p. 591A profundum et altum secum -xta. inter *se*: LVCR. 3, 283 ventus et aer et calor inter se vigeant -xta. BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 12 p. 319, 18 inter se comparatis -xtisque rebus. **2** *speciatim*: **a** *i. q. communicare*: PLAVT. Mil. 478 ne quid tecum consili -eam (Rud. 487 si quis cum eo [*i. Neptuno*] quid rei -uit). TERT. monog. 9 adulteria -ent. HIL. ad Const. 1, 5 quibus qui communionem suam ... -ent. **b** *i. q. confundere*: RHET. Her. 4, 35, 47 ius accusatoris cum iure testimonii -bis (CIC. nat. deor. 1, 16 *Peripatetici* honesta -rent cum commodis). TERT. adv. Marc. 3, 5 p. 381, 28 sua et causarum defensione -xta. VLP. dig. 24, 1, 5, 2 si aliarum extrinsecus rerum personarumve causa -xta sit, si separari non potest. VIRG. gramm. epit. 4 p. 25, 13 neve versum versui et metrum metro -eat. 10 p. 73, 9 in sese -untur *species coniunctionis*. **c** *i. q. polluere*: CYPR. epist. 24 quae *mulier* conscientiam non -uit (*cf. synon.* laps. 27 conscientiam miscuerunt. epist. 20, 2 polluissent. 55, 3 maculaverint). VVLG. lev. 21, 15 ne -eat stirpem generis sui vulgo gentis suae.

**C** *homines*: **1** *proprie*: VERG. Aen. 12, 835 -xti corpore tantum subsident Teucri (*cf.* VVLG. Dan. 2, 43 -buntur quidem humano semine, sed non adhaerebunt sibi). SVET. Aug. 25 *servos* sub priore vexillo habuit, neque aut -xtos cum ingenuis aut *eqs.* VLP. dig. 29, 5, 1, 15 -xta familia est *viri et uxoris*. AVG. civ. 15, 20 -xta fuerit atque confusa progenies. VAL. CEM. hom. 8, 2 bonos malosque -uit. *nota reflexive*: ITALA iud. 20, 21/2 (Lugd.) vos secus latenter -etis vos (*sc. filiis Beniamin; deest* LXX *et* VVLG.). *add. ablat.*: RVFIN. hist. 1, 7, 13 alii ex Aegypto, qui dicuntur Israelitis esse -xti. LIB. iubil. 20, 13 -xti sunt illi illis. **2** *translate i. q. coniungere*: **a** (*active et*) *passive*: VLP. dig. 30, 34 pr. si coniuncti disiunctive -xti sunt legatarii. 42, 6, 1, 1 admissis ... -xtisque creditoribus *Seii et Titii*. *c. dat. vel abl.*: EXC. Barb. p. 238, 1 Fr. quasi deo eas -isset (*συμμιγῆναι. sc. de coitu, cf. infra l. 74 sqq.*). **b** *medialiter et reflexive*: *α homo commiscet se cum homine, i. q. sociari*: *αα generatim*: *reflexive*: *c. dativo (abl.?)*: ITALA deut. 2, 19 (Lugd.) neque -eatis vos illis in pugnam (*συνάψητε*, VVLG. ne pugnes contra eos). *metonymice*: BACHIAR. fid. 6 p. 1034B omni spiritui deceptionis credula se facilitate -ent. *medialiter*: TERT. nat. 2, 10 legitimo conubio -eantur. VVLG. Os. 7, 8 Ephraim in populis ipse -batur. I Cor. 5, 11 non -eri (*συναναμίγνυσθαι*) si is ... est fornicator. *aliquo*: PS. APVL. Ascl. 25 nocentes angeli ... humanitate (*i. cum hominibus*) -xti ad omnia ... mala ... compellunt. cum *aliquo*: TERT. idol. 14 convivere nos et -eri cum peccatoribus. ITALA Os. 4, 14 (Wirc.) populus ... -batur (*συνεπλέκετο*, VVLG. *aliter*) cum fornicaria. VVLG. prov. 24, 21 cum detractoribus non -earis. II Thess. 3, 14 ne -eamini (*συναναμίγνυσθαι, cf. l. 69*) cum illo. *alicui*: ITALA II Thess. 3, 14 (Tert. pudic. 13) nec -eamini (*gr. et* VVLG. *v. l. 67*) illi. HIER. epist. 39, 4, 8 incredulitati ... gentilium -eri. VVLG. prov. 20, 19 ei qui revelat mysteria ... ne -earis. *adde*: ITALA I Cor. 5, 9 (Tert. pudic. 18) non -eri fornicatoribus (*συναναμίγνυσθαι*, VVLG. ne -eamini fornicariis). AMBROSIAST. in Gal. 2, 12 non -bantur gentibus. *ββ speciatim de coitu*: *activum intransitive*: VLP. dig. 23, 2, 43, 2 cum uno et altero pecunia accepta -uit *mulier*. *alicui*: GREG. TVR. Andr. 4 mater mea ... me insectatur, ut -eam ei. *activum reflexive*: *alicui (aliquo?)*: NOVELL. Iust. app. 1 praef. colonos -entes se liberis mulieribus procreare filios. LIB. iubil. 20, 5 -bant se cum fornicariis et immunditiam exercebant. *adde de bestiis*: BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 21 p. 121, 24 si se possunt individua (*i. equus et asinus*) -ere. *passivum*: VVLG. Dan. 13, 38 vidimus eos pariter -eri. *alicui*: ITALA Ier. 3, 20 (Aug. quaest. hept. 2, 78) spernit mulier eum, cui -etur (*τὸν συνόντα αὐτῇ*. VVLG. amatorem suum. *cf.* HIER. in Ier. 3, 20 p. 862 mulier contemnit ... amatorem si semel -xta fuerit). VVLG. Ezech. 16, 37 amatores tuos, quibus -sta es. PS. RVFIN. in Os. 1, 2 *sq.* meretrici prophetam corporaliter non fuisse -xtum. AVG. civ. 6, 7 Herculem sibi esse -xtum. epist. 153, 9 cui se noverat non esse -xtum. SORAN. p. 14, 9 subiacente desiderio coitus viro -eatur mulier. THEOD. PRISC. gyn. 22 continuo mulieri -endum est. PRAEDEST. 1, 56 p. 607A *Mariam* post Christum natum viro fuisse -xtum. *cf.* FVLG. aet. mund. p. 135, 24 angelica ... nequitia ... humano amplexui -etur. cum *aliquo*: VVLG. lev. 18, 22 cum masculo non -earis (-eris *Amiat.*) coitu femineo. Dan 13, 20 -ere nobiscum. EPIST. pontif. 383 (Coelestin.) Migne 50, 565B non debet episcopus ... -eri cum mulieribus. GLOSS. IV 90, 25 incestus: qui -itur cum sorore aut filia vel cognata. *adde de bestiis*: ITALA lev. 19, 19 (Hesych. in lev. 19, 19 p. 2029D) iumenta non tua facies -eri (*κατοχεύσεις*, VVLG. coire) cum alterius generis animantibus. *β homo commiscet se rei, i. q. se immiscere: activum intransitive*: SEVERIN. doctr. p. 127 tuis negotiis vaca, alienis ... noli -ere (*at cod. Pal.* -eri). *reflexive: alicui rei*: PS. APVL. Ascl. 29 toto se sensu intellegentiae divinae -et. AVG. c. Faust. 25, 2 si vos huic quaestioni non -ueritis. VEREC. in cant. 6, 14 se eis *saecularibus cupiditatibus* non -unt sancti. *medialiter*: ITALA Ezech. 20, 18 (Ps. Cypr. singul. cler. 35) in studiis eorum nolite -eri (*συναναμίγεσθε*. VVLG. *aliter*). FAV. EVL. p. 14, 10 manat ... illa *substantia vitae* per cunctos volentes -eri. *rei*: VVLG. prov. 26, 17 transit impatiens et -etur rixae alterius.

**II** *i. q.* ***admiscere***: **A** *res corporeas*: CATO agr. 39, 2 *haec* ubi sarseris ... calcis tertiam partem -ito. VERG. Aen. 4, 120 nigrantem -xta grandine nimbum (4, 161 -xta grandine nimbus. PASS. Theclae B 22 p. 58, 23 nubes de caelo aqua grandinique -xta descendens). Aen. 9, 75. VITR. 2, 4, 1 neque habeat terram -xtam *harena*. 2, 4, 3. PLIN. nat. 20, 62 folia lactucarum ... -xto vino et aceto. STAT. Theb. 2, 567 fracta ... -xto sederunt pectora ferro. 5, 257 sanguine -xto redeuntem in pocula Bacchum. SER. SAMM. 1089. in *rem: de fumo. v. l. 54*. *alicui vel aliqua re*: LVCR. 5, 503 nec liquidum corpus ... aeris auris -et *aether*. HOR. sat. 1, 10, 24 Chio nota si -xta Falerni est. COLVM. 7, 5, 22. 11, 3, 11 fimo terra -eatur. 12, 20, 6. SVET. Iul. 81 libellum ... libellis ceteris ... -uit. CAEL. AVR. chron. 5, 10, 101 ad inferiora venientibus liquidis -xta stercora putria egeruntur. *rei alicui*: LVCR. 6, 276 *ventus* se ... simul cum eo *vapore* -uit igni. COLVM. 6, 13, 3 fraces vino et adipi -ent. 6, 17, 3 radices ... tritae ... hordeaceae farinae et sali -xtae. 6, 32, 2 bitumen et sulfur ... pici liquidae ... -xta. 7, 10, 4 eburnea scobis ... fabae minute fresae -xta. SER. SAMM. 733 alia ... piperi iuste -xta. CHIRON 485 ei adipem suillum bene -ito. APIC. 9, 419 cui *piperi* -es ova cruda. CAEL. AVR. chron. 4, 8, 125 nasturtium frixum ... -xtum pani. *re aliqua*: CHIRON 569 capite canino commusto ci⟨ni⟩s et adipe(m) ... -xto bene.

**B** *res incorporeas*: VITR. 8, 2, 9 odor et color eius (*i. aquae*) ... instinctus et -xtus est propter naturae raritatem. *alicui rei*: PS. APVL. Ascl. 18 sensus ... cum semel fuerit animae -xtus humanae, fit una ex bene coalescente materia. 22 vitia contigit mundi corporibus -xta remanere. OPTAT. 2, 23 p. 59, 23 sacrilegium impietati -xtum. CLAVD. MAM. anim. p. 45, 9 radii per oculorum media profusi ac lumini extero -xti.

**C** *homines*: VERG. georg. 4, 500 *Proteus* ceu fumus in auras -xtus tenues fugit. VVLG. psalm. 105, 35 -sti sunt (*ἐμίγησαν*) inter gentes. *alicui*: VVLG. II Macc. 13, 3 -uit (*συνέμιξεν*) ... se illis et Menelaus (*cf.* PASS. Desid. 18 [Mon. Germ. Merov. III p. 636, 25] *anima* sese ... victrix in astrigeris comitem -uit auris). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 23 p. 23 Engelbr. deus corpori anima mediante -xtus est. AVG. c. Cresc. 4, 20, 26 p. 525, 27 quos *malos dispensatores* necesse est ... areae dominicae -eri. *adde*: MANIL. 2, 623 (*de Centauro*) duplici ... cui -xtus homo est. *aliqua re*: GLOSS. V 226, 24 nocte -uit: in aerem concessit.

**III** *i. q.* ***miscendo conficere,*** *componere: res corporeas*: PLAVT. Persa 87 -e mulsum. LVCR. 1, 822 aliis *primordiis* alioque modo -xta moventur *caelum, mare, terra al.* 1, 861 cibos omnes -xto cor⟨por⟩e ... esse. VITR. 8, 3, 10 -xta vis *suci* egreditur per fontes. APVL. Socr. 9 p. 141 quae ... *corpora* utrimque (*i. ex corporibus terrae et aetheris*) -xta sint. EPIT. Alex. 86 ad aquam -xtam (*sc. ex dulci et marina*) pervenirent. ARNOB. nat. 7, 9 *eis* mortiferas subdidit -uitque potiones. VVLG. Is. 30, 24 tauri ... -stum migma comedent. II Macc. 3, 21 erat ... misera -stae multitudinis ... expectatio (*πλήθους παμμιγῆ πρόπτωσιν*). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 155B vinum ... -batur in cratere sapientiae. PLAC. med. 2, 10 hac ratione -etur *medicina*. VAL. CEM. hom. 6, 6 (*in imag.*) qui *sonus* ... mortifera aegris venena -uit. *adde* (*in imag.*): HIER. in Is. 1, 25 p. 28 aere et ferro et plumbo ... esse -xtam *domum Israel*. *res incorporeas*: PLAVT. Amph. 59 faciam ut -xta sit *res*: ⟨sit⟩ tragicomoedia. VERG. Aen. 12, 618 -xtum clamorem (*cf.* GERM. frg. 4, 79 -xtus fragor). QVINT. inst. 3, 8, 55 solent ... fingi materiae ... ex utroque genere *causarum* -xtae (VEG. mil. 4, 41 color *lunae* ex utroque [*i. rubicundo et caeruleo*] -xtus. AVG. civ. 17, 3 genus prophetiae ex utroque [*i. terreno et caelesti*] veluti compactum atque -xtum. GRAMM. suppl. 223, 12 sonus *litterae y* -xtus videtur ex i et u). QVINT. inst.



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

8, 6, 48 illud -xtum *genus allegoriae* frequentissimum *est* (*ibid.* permixta *allegoria*; ...eam miscuit). *homines*: VERG. Aen. 6, 762 Italo -xtus sanguine surget Silvius. COMM. apol. 631 hic (*i. Christus*) erat venturus -xtus sanguine nostro. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 11, 2 p. 37, 14 Engelbr. angelus e caelo terraque -xtus.

***iuncturae:*** *indicatur res quacum commisceatur aliquid: ablativo: v. p. 1896, 47. 68 sqq. 1897, 5 sqq. 18 sqq. 62 sqq. 1898, 45. aliter: p. 1898, 65./77. 1899, 3. cf. p. 1897, 41 sqq. et 60. 63. dativo: v. p. 1897, 30. 59. 68 sqq. 76. 82 sqq. 1898, 17. 23. 38. 49. 56. incertum utrum ablativus an dativus intellegendus sit: p. 1897, 29. 49 sq. 53 sqq. 56 sq. 72 sq. 77 sqq. 1898, 16. 33 sqq. praepositionibus*: cum: *v. p. 1896, 45. 76 sqq. 1897, 7 sqq. 21 sqq. 28. 31. 44. 64 sqq. 74. 79. 1898, 8 sqq.* in *c. abl.*: *v. p. 1897, 12 sq. 61. 1898, 21.* in sese: *v. p. 1897, 36.* in *c. acc.*: *v. p. 1898, 54.* inter: *v. p. 1898, 55.* inter se: *v. p. 1896, 84. 1897, 24 sq.* pariter: *v. p. 1897, 82.* una: CATO agr. 76, 3 *v. p. 1896, 76.* 84. in unum: *v. p. 1896, 53 sq.* in uno: *v. p. 1896, 57. accedunt adverbia*: aequabiliter: CATO agr. 103. bene: CATO agr. 76 CHIRON 485. 569. corporaliter: Ps. RVFIN. in Os. 1, 2 *sq.* diligenter: SCRIB. LARG. 85 PELAGON. 386. iuste: SER. SAMM. 733. valde: CHIRON 352.

*syn.*: compingere, confundere, coniungere, miscere, permiscere. *opp.*: separare.

*deriv.*: commiscibilis, commisculus, commixtaneus, commixticius, commixtivus. commixtio, commixtrix, commixtura, 1. commixtus. *fort.* commictilis (*v. p. 1881, 20—21*) *et* commixtare? *compos.*: recommiscere. incommixtus.

*part. perf. pass. neutr. subst.* **commixtum**, -ī: CATO agr. 93 ad arborem maxumam urnam -i sat est *indas*. *masc. vocativus* commixte *fort. leg. in loco corrupto* PLAVT. Most. 41 (*sic Leo; at trad.* commixtam). *addasne* comixius? *q. v.*

*adv.* **commixtim**. *legitur* -mistim: HIER. praef. Vulg. Is. *i. q. promiscue*: HIER. in Nah. 2 p. 553 -m ... nunc de Israel ... nunc de Assyrio, nunc de Babyloniis ... scriptura contexitur. praef. Vulg. Is. de utroque regno nunc -m, nunc separatim texit oraculum. VVLG. II par. 35, 8 dederunt sacerdotibus ... pecora -m duo milia sexcenta. I Esdr. 3, 13 -m ... populus vociferabatur clamore magno. *v. Funck, Archiv 7 (1892) 497.*

*opp.*: separatim.

**commiscibilis**, -e *a* commiscere. TERT. anim. 12 iam ergo et -is est animus ... et passibilis (*opp.* incommiscibilis).

*deriv.*: incommiscibilis.

**commisco**, -ere *v. p. 1896, 25 sqq.*

**commisculus** (-a, -um) *a* commisceo. GLOSS. II 105, 40 *κοινός* (*v. Pokrowskij, Archiv 11 [1900] 357*). *cf. etiam* comixius. *Wulff.*

**commiserābilis**, -e *a* com *et* miserabilis, *cf.* commiserari. *i. q. miseratione dignus*: SERV. ecl. 6, 47 in illa -i dementia.

**commiserātio**, -ōnis *f. a* commiserari. *actio miserandi*: SVLP. VICT. rhet. 23 p. 324 -o est qua misericordiam provocamus. RHET. Her. 2, 30, 47 conclusiones ... constant ex enumeratione, amplificatione, -e. 2, 31, 50. 4, 8, 11 quae *sententiae* in amplificatione et -e tractantur (*cf.* 4, 28, 38. 4, 53, 66). CIC. de orat. 2, 125. 3, 219. QVINT. inst. 10, 1, 107 salibus certe et -e ... vincimus. SVLP. VICT. rhet. 23 p. 324 *perorationis* partes tres: renovatio, -o, exaggeratio. DON. Ter. Andr. 708 cum -e puellae 'hanc'. Ps. MAR. MERC. Nest. epist. 1, 2 ne ... importuna -e conturbentur.

**commisereor**, -itus sum, -ērī *a* com *et* misereri, *cf.* commiserescere. *idem q. misereri: c. acc.*: GELL. 6, 5, 6 ut ... Electra comploret -eaturque interitum *fratris*. *c. gen.*: EVGRAPH. Ter. Hec. 129 Bacchis eius -eretur. *impers.*: GELL. 16, 19, 11 navitas precum eius ... -itum esse illactenus, ut *eqs.*

**commiserēsco**, -ere *a* com *et* miserescere, *cf.* commisereri. *idem fere q. miserescere: absolute*: ENN. scaen. 186 per vos et vostrum imperium et fidem, Myrmidonum vigiles -ite. CARM. epigr. 935, 15 sei quid amor nostei, ...-e, mihi da veniam (*cf.* CORP. IV 4971 -e mei, da veniam). *c. genet.*: PACVV. trag. 391 Priamus ... ipse eius -ret. TVRPIL. com. 211 hoc te oro, ut illius -as miserae orbitudinis. CORP. IV 4971 *v. l. 66. impers.*: PLAVT. Rud. 1090 unum te obsecro, ut ted huius -at mulieris. TER. Hec. 129 ut ipsam Bacchidem ... eius -ret. TRAG. inc. 245 nihil hominum te fortunae, nihil -it meae?

**1. commisero**, -āre *v. infra l. 78.*

**2. commisero**, -ōnis *m.* [*a* com *et* miser *vel* miserere. *Th.*]. *i. fere qui una cum altero miser, commiserabilis est, socius miseriae*: TERT. adv. Marc. 4, 9 *συνταλαίπωρον* id est -em. 4, 36 -es et coodibiles eius.

**commiseror**, -ātus sum, -ārī *a* com *et* miserari. *forma act.* commisero: ACC. trag. 355 te -bam magis quam miserebar mei (*part. praes.* -ans *v. l. 81 et p. 1900, 2*). **1** *generatim i. q. miserari*: **a** *absolute*: ENN. ann. 103 maerentes flentes lacrimantes -antes (*sic* DON. gramm. IV 398 EXPLAN. in Don. gramm. IV 565 POMP. gramm. V 304; ac miserantes CHAR. gramm. I 282 *et* DIOM. gramm. I 447; *plane aliter versum exhibet* RHET. Her. 4, 12, 18). DON. Ter. Andr. 803 non nunc interrogat, sed -atur. **b** *c. obiecto*: ACC. trag. 355 *v. p. 1899, 78.* RHET. Her. 4, 55, 69 in amplificanda et -anda re. CIC. Arat. 191 -ans hominum metuendos undique casus. [CAES. civ. 2, 29, 4 graviora (*e coni.*).] NEP. Ages. 5, 2 fortunam Graeciae. DON. Ter. Ad. 291 proprium est mulierum ... se -ari. *adde*: GELL. 5, 14, 19 gemitus edens *leo* et murmura dolorem cruciatumque volneris -antia. **2** *de oratore i. q. flebili voce loqui: absolute*: CIC. div. in Caec. 46 -ari, conqueri (Ps. CIC. exil. 21 conqueri, -ari, dicere, expurgare). QVINT. inst. 11, 3, 58 cum dolendum, irascendum, indignandum, -andum sit.

*part. gerund. pro adi.* **commiserandus**, -a, -um: SCHOL. Germ. Bas. p. 66, 17 -o ululatu.

*deriv.*: commiseratio, commiserabilis. *Simbeck.*

**commissālis** *v.* comissalis.

**commissārius**, -ī *m.* [*a* commissum, committere. *Th.*]. GLOSS. -i notarii. SCHOL. Iuv. 7, 6 praecones fieri: -i (*leg. etiam* emissarii, emtiarii).

**commissātio** *v.* comis(s)atio.

**commissātrīx** *v.* comis(s)atrix.

**commissātum** *v. s.* comissor.

**commissio**, -ōnis *f. a* committere. **1** *i. q. ludorum sim. celebratio*: CIC. Att. 15, 26, 1 ab ipsa -e ..., quem ad modum accipiantur hi ludi. 16, 5, 1 rumoris nescio quid afflaverat -e Graecorum frequentiam non fuisse. PLIN. epist. 7, 24, 6 proximis sacerdotalibus ludis productis in -e pantomimis. SVET. Aug. 43 -e ludorum (Galba 6). 89 nomen ... -bus obsolefieri. MACR. sat. 1, 11, 3 ante spectaculi -em (PASS. Perp. 19 in -e spectaculi [*ἐν ἀρχῇ ... τῆς θεωρίας*]). *inde i. q. ludus*: SEN. epist. 84, 10 in -bus nostris plus cantorum est quam in theatris olim spectatorum fuit. PLIN. paneg. 54 laudes ... ludis etiam et -bus (comessationibus *codd.*) celebrarentur. SVET. Cal. 53 Senecam ... -es meras componere. MACR. sat. 2, 7, 9 sequenti -e mimo interiecit hos versus. **2** *i. q. actio*: **a** *c. genetivo*: TERT. adv. Marc. 2, 18 -o iniuriae. ARNOB. nat. 4, 31 piaculi dicitur contracta esse -o. FAVSTIN. trin. 5, 1 ex -e peccati. *speciatim de pugnis commissis*: LIB. gener. a. 334 chron. I p. 90, 22 bellorum -es (*opp.* civitatum conventiones. COMMENT. Lucan. 6, 78 sine -e dimicatur bellorum). SCHOL. Hor. carm. 3, 5, 20 sine caede vel -e pugnae. **b** *absolute: i. q. peccatum*: MAR. MERC. Theod. exc. 3, 1 tantae *horae (sc. sex)* fuerunt a conditione eius (*Adam*) usque ad -em (*syn.* peccatum). *i. q. pugna, congressio*: ISID. orig. 5, 7, 1 ius militare ... egressio in hostem vel -o. **3** *i. q. coniunctio, cf.* GLOSS. *στερεασμός. σύμβλημα. συμβολή. σύμβλησις: rerum*: ITALA exod. 26, 4 (Wirc. Lugd.) facies eis *atriis* ansas hyacinthinas in orificio atrii unius ex una parte in -em (*συμβολήν*) et sic facies in orificio atrii (Lugd. alibi) extrinsecus ad -em secundam (*συμβολῇ*, VVLG. ut possint invicem copulari). AMBR. hex. 2, 5, 21 habili -e conectere. Ps. SORAN. quaest. med. 52 genua ... -es femorum sunt (ISID. orig. 11, 1, 108). CASSIOD. hist. 9, 34 lapidum iuncturas et -es. *hominum, i. q. societas*: VVLG. Sirach 18, 32 assidua ... est -o illorum (*gr. aliter*). **4** *i. q. calumnia*: VVLG. Sirach 19, 15 corripe amicum: saepe enim fit -o (*διαβολή*).

**commissor**, -ōris *m. a* committere. *is, qui aliquid facit*; GLOSS. *συμβαλλομάχος*. -r pugnae *συμβαλλομάχος: absol.*: FVLG. aet. mund. p. 168, 17 ante in se nefas quam in -is sanguine vindicavit. AVG. in psalm. 85, 4 peccatorum omnium non -r sed dimissor. ENNOD. epist. 1, 4, 7 p. 9, 1 Tobias propheta huiusmodi -bus occurrit. *c. genet.*: MART. BRAC. corr. 7 alius ... daemon Martem se nominavit, qui fuit litigiorum et discordiae -r. DIFF. Suet. 318 scelestus scelerum cogitator et -r.

**commissōrius**, -a, -um *a* committere. *quod spectat ad clausulam iuridicam, qua negotium sim. irritum fit. cf. Leonhard, PW. IV 769. adi.*: DIG. 18, 3 de lege -a (SCAEV. dig. 18, 3, 6 pr. 2 VLP. dig. 5, 3, 25 pr. *bis.* 18, 3, 1. 3. 4 pr. 4 PAVL. dig. 4, 4, 38 pr. *bis* sent. 2, 13 tit. FRG. Vat. 11 HERMOG. dig. 18, 3, 7 *bis.* 35, 2, 38, 2. COD. Theod. 3, 2, 1 [= COD. Iust. 8, 34, 3 pr. *a. 326*] -ae pignorum legis crescit asperitas). COD. Iust. 4, 54, 4 (*imp. Alex. Sever.*) -ae venditionis legem. *subst. fem.* commissōria, -ae (*sc.* lex): SCAEV. dig. 18, 3, 6, 2 recessum a -a. VLP. dig. 18, 3, 4, 2 utrum -am velit exercere. *ibid.* si -am elegit (*cf.* FRG. Vat. 3. 4). 18, 3, 4, 3 in -am ... solet convenire. 18, 3, 4, 4 -a utrum tunc locum habet. 19, 1, 13, 26 causam -ae (*cf.* FRG. Vat. 11 causa ... -ae legis). 43, 24, 11, 13 si ... -a venierit. COD. Theod. 3, 2 tit. de -a rescindenda.

**commissum**, -ī *n. v. p. 1913, 32.*

**commissūra**, -ae *f. a* committere. **1** *proprie locus, ubi aliquid committitur, coniungitur, i. iunctura, iunctum.* GLOSS. iunctura, conpago. -ae: coniunctiones dicuntur sive ligamina. -as: cimbing (*anglosax. nom. sing. i. q.* 'iunctura, rima, coniunctio'). *συμβολή. συμβολὴ λίθου ἢ ξύλου. ἁρμογή.* -am *συμβολήν, ἁρμός* (*ἁρμόν e, ἁρμούς Büch.*). **a** *generatim*: CATO agr. 135, 4 in -a *funis torcularii* abibunt p. III. LVCIL. 209 ire ... per -as rimarum. CIC. nat. deor. 2, 139 *ossa* mirabiles -as habent. 2, 150 digitorum contractio facilis ... propter molles -as. Tim. 24 *coniunctiones* secum et inter se ex -a, quae e regione esset, iungerentur. CAES. Gall. 7, 72, 4 ad -as pluteorum atque aggeris. VITR. 2, 9, 11 in -is et coag-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**I** *de actione* ***dandi*****:** **A** *strictiore sensu i. q. dare alicui quae reddantur; fere i. q. mutuari*: **1** *proprie: cf.* NON. p. 275 -are est mutuari. AGROEC. gramm. VII 124, 13 inter -atum et mutuo datum non nihil differt: -amus amico pro tempore equum ... hanc ipsam rem ... recepturi; mutuo damus pecuniam ... quae mutata recipi necesse est. DIFF. gramm. VII 522, 23 -at mutuam pecuniam, accommodat aptat. AVG. in psalm. 111, 5 -at ... in graeco habet *δανείζει*, quod est feneratur. ISID. diff. 1, 363 qui mutuum dat, aliud recepturus est; qui -at, utique idem sibi reddi desiderat. GLOSS. -at: ad tempus praestat. qui commendat, mutuat vero qui recepturus est. *δανείζει.* -ante: *ἐπιχρῶντος. ἐπιχωροῦντος.* -o *κέκρημαι. κιχρῶ. χρημνύω.* -or *κιχρῶμαι.* **a** *absolute*: PLAVT. Persa 320 credetur, -bo. RHET. Her. 4, 51, 64 pertimuerat ... qui -arat. CIC. Verr. 5, 6 illis benignis usus est ad -andum, ... ipse diligens fuit ad reportandum. fin. 2, 117 nec ... cum tua causa cui -es, beneficium illud habendum est, sed feneratio, nec gratia deberi videtur ei, qui sua causa -verit. SEN. benef. 5, 7, 5 quare donare mihi non possum, si -are possum? (*syn.* mutuare). epist. 26, 8 -bit Epicurus (*syn.* sumpturus sum mutuum). POMPON. dig. 34, 3, 8, 7 apud quem deposuero, vel cui -vero pignorive dedero. GAIVS inst. 4, 153 quibus -verimus. *et saepius.* GRAN. LIC. p. 9 ut et rei publicae -ret et possessionem temperaret. VVLG. exod. 12, 36 ut -rent eis (*cf.* AVG. doctr. christ. 2, 40, 60). psalm. 36, 26 tota die miseretur et -at (*δανείζει.* PAVL. NOL. epist. 45, 3 AVG. in psalm. 111, 5 *p. 1917, 82*). psalm. 111, 5 (*κιχρῶν*). Ezech. 18, 8 ad usuram non -verit. VAL. CEM. hom. 7, 3 melius ... esse -are quam abscondere. *in imagine*: HIER. in Eph. 4, 28 p. 631 ut possit -are esurienti. PAVL. NOL. epist. 32, 21 si nostra ... abundantia ad illorum indigentiam -verit. 40, 4 -et nobis Hieremias illum fontem lacrimarum. 44, 1 a quo mihi tribui vel -ari petam. **b** *rem* (*bestiam*): LVCIL. 738 certa sunt, sine detrimento, quae inter sese -ent. RHET. Her. 4, 51, 64 se aedes maximas cuidam amico ad nuptias -asse (IVV. 7, 40). CIC. Verr. 5, 91 nomen ... isti ad translationem criminis -urum (SPART. Geta 2, 5 ad -andum nomen. *cf. p. 1919, 16. 20*). 5, 126 si quid iste suorum aedilibus -arit. Cael. 32 se aurum Caelio -asse (QVINT. inst. 5, 13, 30 aurum se Caelio. AVG. in psalm. 104, 29. COD. Iust. 10, 6, 2, 2 -arit ac dederit). CIC. Marcell. 19 haec a virtute donata, cetera a fortuna -ata. off. 1, 51 quicquid sine detrimento -ari possit. ALF. dig. 34, 2, 28 argentum ... -are ad ludos (IAVOL. dig. 34, 2, 39, 1 nec quod depositum a se nec quod -atum reliquisset argentum. AVG. in psalm. 104, 29). LIV. 34, 12, 5 ne suas vires aliis eas -ando minuat. OV. am. 1, 8, 102 quod numquam reddas, -et. SEN. contr. 1, 4, 10 aut oculos erue aut manus -a (contr. exc. 8, 2 manus -vimus, manus reposcimus. VELL. 2, 70, 4 ut manum morituro -ret sibi. SEN. Herc. O. 1305 nato. Oed. 1032 matri. dial. 5, 12, 2 alteri. epist. 8, 6 candidato vocem et manum. 70, 8 poenae ... sibi. QVINT. decl. 297 p. 157, 10. CALP. decl. 43 b misero. *cf. infra l. 83 sqq.*). SEN. contr. exc. 4, 4 uterque quod alteri deerat -vimus: ille viro arma, ego armis virum. PHAEDR. 1, 17, 3 quem -asse (commendasse *var. lect.*) panem se contenderet *canis* (VVLG. Luc. 11, 5 -a mihi tres panes [*χρῆσον*]). SEN. benef. 3, 7, 3 si beneficium non dat, sed -at. epist. 88, 10 avaritiae -at digitos. 120, 18 nihil horum, quae circa sunt, suum iudicat, sed ut -atis utitur. QVINT. inst. 6, 3, 64 Galba paenulam roganti 'non possum -are'. APVL. met. 1, 24 si quid obsonare cupis, utique -bimus. FRONTO p. 235 N. quod cuique potui, pro copia -vi. POMPON. dig. 10, 4, 4 apud quem deposita vel cui -ata vel locata res sit (GAIVS inst. 2, 50 rem defuncto -atam aut locatam vel apud eum depositam. PAVL. dig. 13, 6, 15 alienam rem. *et saepe*). VLP. dig. 13, 6, 1 pr. quod quis -asse dicetur. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 105 pecuniam -are (PS. ASCON. Verr. p. 165 quibus pecuniae -atae sunt. VVLG. I Esdr. 5, 10 -vimus plurimis pecuniam et frumentum. CONC. Aurel. a. 538 p. 82, 4 pecuniam non -it ad usuras). PANEG. 6, 12 recipe, Iuppiter, quod -asti. PS. HIL. dedic. eccl. p. 881$^{B}$ -atis artificibus et lignis... iuvit. CYPR. GALL. exod. 915 iuvencos. VVLG. deut. 15, 9 nolens ei, quod postulat mutuum -are. I Macc. 9, 35 apparatum (*παραθέσθαι*). LEX Burg. lib. const. 21, 1 servo solidos. PASS. Paul. 14 -a mihi pannum, quo caput tegis. *in imagine*: SEN. Med. 907 quam ... vulgaris notae *fuerint*, quae -vi scelera. SECVNDIN. epist. p. 901, 5 quale si Iordanes oceano aquam -et. EVGRAPH. Ter. Phorm. 59 cum tr mihi pecuniam credideris ... verba mihi metues -are. **c** *homines sim.*: CATVLL. 10, 26 mihi ... paulum istos *servos* -a (*at v. p. 1917, 66*). PVBLIL. H 18 homo vitae -atus, non donatus est. SEN. contr. 2, 1, 2 non adoptari, sed -ari recuso. 2, 1, 32 dare filium ... et -are. contr. exc. 4, 4 virum (*v. l. 38*). 8, 2 recepimus Phidian: confiteor, si possumus -are. *ibid.* -vimus qui facere posset deos, recepimus *eqs.* SEN. dial. 12, 10, 4 natura illum ... non mancipio dedit, sed -vit. 12, 12, 5 di illum deaeque terris diu -ent. MART. 8, 52, 5 tonsorem ... Rufo ... -vi. AFRIC. dig. 13, 7, 31 depositus vel -atus servus. *et sim. saepius.* CAPITOL. Aur. 18, 2 quod ab diis -atus ad deos redisset. IVST. 39, 2, 5 Victoriam -atam sibi ab Iove esse. HYG. fab. 69 p. 77 ut sibi exercitum -ret. PS. HIL. dedic. eccl. p. 881$^{B}$ *artifices* (*v. supra l. 53*). VVLG. I reg. 1, 28 -vi eum *puerum* domino cunctis diebus, quibus fuerit -atus domino. CARM. epigr. 1339, 12 Probina ... marito diebus paucis vix -ata suo. *in imagine*: SEN. dial. 9, 11, 1 vivit *sapiens* ... ut -atus sibi et reposcentibus sine tristitia redditurus. PETR. CHRYS. serm. 70 p. 400$^{C}$ qui Christum terris, ut diabolum vinceret, -vit. *se*: SEN. contr. 1, 5, 6 quae se in optionem -ret. SEN. epist. 62, 1 rebus ... me non trado, sed -o. **2** *translate: aliquid*: CIC. off. 2, 15 ut dando et accipiendo mutuandisque facultatibus et -andis nulla re egeremus. VAL. MAX. 8, 2, 4 cuius (*equi*) usus illi Ariciam -atus fuerat. SEN. Herc. O. 265 -a effigiem mihi parem dolori. benef. 2, 34, 2 non propriis appellationibus ..., sed alienis -atisque. 3, 20, 2 nulli sceleri manus -bunt (nat. 2, 57, 1 alienis opinionibus. dial. 5, 11, 4 manus ei -are.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PETRON. 101 pro consortio studiorum -a manum. PLIN. paneg. 71 orationi oculos, vocem, manum. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 16 operi). SEN. dial. 9, 1, 12 -are alteri vocem, alteri operam (epist. 8, 6 *v. p. 1918, 36.* MART. 7, 72, 14 vocem patronam. PLIN. paneg. 71 *v. l. 2*). dial. 11, 14, 2 quae eloquentiam -ando aliis fatigant. epist. 27, 8 bona mens nec -atur nec emitur. LVCAN. 1, 83 nec gentibus ullis -at in populum . . . invidiam Fortuna suam. PETRON. 111 lacrimas -bat lugenti. 112 -ret . . . illa perituro locum et fatale conditorium. 126 vendis . . . amplexus, non -as. STAT. Theb. 4, 15 cui -at iras cuncta cohors. MART. 4, 14, 10 nostris otia -a Camenis. 9, 101, 24 Tarpeio deus hic -et ora patri. 9, 1, 2 Augustus annis -bit aestates. QVINT. inst. 6, 3, 14 urbanitas rara, nec ex arte propria, sed ad hanc consuetudinem -ata. TAC. Agr. 32 *Britanni* dominationi alienae sanguinem -ent. dial. 32 aliter utimur propriis, aliter -atis (*i. e. quae ab aliis mutuati sumus*). ann. 15, 53 inanem ad spem Antoniam nomen et periculum -visse (*cf. l. 20*). CLAVD. 15, 283 -at imperium. MART. CAP. 5, 512 *inopiae causa translata verba adhibentur*; desunt enim propria et -antur ascita (*sic β; al.* commoditati sunt ascita). CASSIOD. in psalm. 43, 24 catachresis . . . quam recte dicimus abusionem, quae rebus nomen -at alienum.

**B** *sensu latiore i. q. dare, tradere, praebere:* **1** *proprie: cf.* CAPER gramm. VII 99, 6 -a *χρῆσον* (*cf.* GLOSS.), id est praesta; accommoda, apta *ἀπὸ τοῦ ἁρμόζειν.* ISID. diff. 1, 101 -are est praestare aliquid, accommodare vero aptare. GLOSS. -at praestat. PLAVT. Persa 253 Iovi . . . opes, spes bonas, copias -anti. Rud. 434 aquam . . . quam hostis hosti -at. COLVM. 7, 2, 2 quibusdam . . . nationibus . . . victum -at *pecus*. PLIN. epist. 120, 1 neque cuiquam diplomata -vi neque . . . misi. APVL. flor. 13 p. 45 ut natura quibusdam avibus brevem . . . cantum -vit.

**2** *translate:* **a** *obi.* se: SEN. nat. 6, 3, 4 *inquirendo causas* se non tantum -et *animus*, sed impendat. QVINT. inst. 2, 8, 4 se -urum singulis. APVL. met. 7, 25 nec invitus ego cursui me -bam. **b** *res:* PLAVT. Rud. 435 operam . . . quam civis civi -at (PLIN. epist. 2, 11, 23 ad turpissimum imperium. Ps. RVFIN. praef. in proph. p. 962[A] expositioni. AVELL. p. 532, 24). Ps. VARRO sent. 28 in his aetatem consumimus exponendis, quibus antiqui suae *aetatis* portionem -bant contexendis. HOR. epist. 1, 1, 40 si . . . culturae patientem -at aurem (OV. trist. 5, 12, 53 qui mihi -et aurem. SEN. Phaedr. 599 ARNOB. nat. 4, 33. ZENO 1, 15, 1 lectioni. CYPR. GALL. deut. 155 aures -et et sonos receptet. AVELL. p. 6, 27). LIV. 23, 48, 11 rei publicae . . . tempus -rent. MANIL. 2, 960 astrorum series . . . -at illis (*templis caeli*) ipsa suas leges. CORP. IV 920 Frontoni tuo officium -a. MART. 5, 51, 4 epistulis . . . -at gravem vultum. Ps. QVINT. decl. 4, 6 fidem . . . -ate, conferte (LACT. inst. 7, 1, 15 doctrinae. ZENO 1, 1, 1 quae *fides* . . . non ab alio -etur. EPIST. pontif. 212 [Liber.] Lucif. epist. 7 p. 328, 26 fidem et sententiam. SYMM. epist. 3, 14 CASSIAN. inst. 5, 37. AVELL. p. 116, 20 in omnibus). TAC. Agr. 19 parvis peccatis veniam, magnis severitatem. APVL. met. 3, 12 iussis tuis obsequium -are (SYMM. epist. 1, 4, 3 aurium). TERT. nat. 1, 2 neque accusationi neque recusationi spatium -etis. spect. 23 illi oculos deus -vit. CYPR. epist. 43, 4 ne fallacibus verbis consensum facile -etis (EPIST. pontif. 212 [Liber.] Lucif. epist. 7 p. 329, 3 in parte aliqua. 232 [Damas.] Migne 13, 349[A] statutis. CHROMAT. in Matth. 8, 1 perfidiae. CASSIAN. conl. 7, 19, 1 LEO M. epist. 137, 1. EVGRAPH. Ter. Eun. 142 ad voluptatem). *cf.* ARNOB. nat. 1, 54 numquam rebus huiusmodi credulitatis suae -ret assensum (LVCIF. Athan. 2, 24 p. 192, 10 coetui Iudaeorum -asse assensum. THEOD. PRISC. log. 2 AVELL. p. 393, 10 EVGRAPH. Ter. Phorm. 670 COD. Iust. 6, 3, 11, 1). PANEG. 3, 8 diurna vobis et nocturna curricula utraque mundi lumina -asse. COD. Iust. 10, 51, 3 (*imp. Diocl. et Maxim.*) rebus propriis intercessum. LACT. inst. 1, 1, 22 legendi vel audiendi patientiam (FIRM. err. 25, 1 AVELL. p. 19, 18). 6, 18, 9 quod -at (*syn.* misericorditer faciat). LEX c. Caesar. (Corp. V 2781) 14 eiusmodi ⟨personis⟩ audientia non debeat -ari. FIRM. math. 3, 8, 10 si bonum eis Iuppiter testimonium -arit. MAR. VICTORIN. rhet. 2, 42 p. 293 populo . . . licentiam. Ps. HIL. libell. 5 ut nascentibus . . . animantibus animas -rent materiae. FILASTR. 76, 1 taciturnitati studium (MAR. MERC. Nest. serm. 13, 1 arti maritimae. ZACCH. 3 praef. operi. AVELL. p. 601, 11 LEO M. epist. 37). FILASTR. 76, 3 silentium -bant prophetae. 133, 3 ornamenta caeli sidera praestita atque -ata. Ps. DAMAS. epigr. 103, 4 auditum . . . -at his precibus. SCHOL. Hor. carm. 3, 29, 43 nec futuris animum -ari (CARM. epigr. 190, 8 animo . . . quem -vit deus). Ps. ASCON. div. in Caec. p. 104 praesentiam suam -at amico (AVELL. p. 518, 27). HIER. epist. 22, 30 errori locum paenitentiae (*syn.* tribuo). CYPR. GALL. iud. 518 immundis nec -et ora creandus. CLAVD. carm. min. 25, 98 non vilem . . . fistula -at usum. PAVL. NOL. epist. 31, 6 crux . . . hominum votis lignum suum -at. MACR. somn. 1, 21, 35 ignis aetherii, qui terrenis membris vitam et animam sustinendi -ret vigorem. CASSIAN. inst. 1, 2, 4 *institutis* oboedientiam per omnia -are (CASSIOD. in psalm. 118, 141). AVELL. p. 513, 11 placidam supplicantibus conscientiam -ate. p. 744, 15 benedictionis opulentiam. EPIST. pontif. Thiel Hil. 15, 2, 2 omnes sententias et subscriptiones proprias -ate. EVSTATH. Bas. hex. 2, 2 p. 881[C] terrarum . . . schemati familiarem debitamque substantiam -vit *deus* (*syn.* deputare). 6, 4 p. 925[C] plantis sollicitatam diligentiam -antes. SEDVL. epist. 1 p. 12 fluctuanti paginae auctoritatis tuae ancoram -are. EVGRAPH. Ter. Eun. 142 ut paucos dies sibi -et. 310 ut auxilium sibi et consilium -et (IORD. Rom. 234 cur Tigrani auxilium -asset. GREG. TVR. Franc. 1, 1). Phorm. 749 gemitum. ENNOD. epist. 1, 6, 8 p. 6, 26 ad solacium nostrum lacrimas -are. 6, 6, 3 p. 153, 7 si desideriis meis tabellarum frequentiam -etis (7, 13, 4 p. 182, 1 ut circa litterarum munia frequentiam -etis). CASSIOD. in psalm. 125 praef. quapropter animae ponamus aurem, mentem purissimam -emus. CARM. epigr. 391 -a visus et lacrimas titulo noli . . . negare. **c** *additur* ut: PAVL. NOL. epist. 32, 20 -emus . . . Christo, ut ex . . . gloria participare possimus.

*iuncturae praepositionales:* ad: RHET. Her. 4, 51, 64 CIC. Verr. 5, 91 ALF. dig. 34, 2, 28 PLIN. epist. 2, 11, 23 VVLG. Ezech. 18, 8 EVGRAPH. Ter. Eun. 142 PAVL. NOL. epist. 32, 21 ENNOD. epist. 1, 68 p. 6, 26 CONC. Aurel. a. 538 p. 82, 4. inter: LVCIL. 738. in: SEN. contr. 1, 5, 6 AVELL. p. 116, 20 LVCIF. epist. 7 p. 329, 3. pro: PETRON. 101. circa: ENNOD. epist. 7, 13, 4 p. 182, 1.

**C** *inde i. q. commodum dare, adiuvare, commodum, gratum, benignum sim. esse; cf.* NON. p. 275 -are: commodum dare. DIFF. ed. Beck p. 30, 14 accommodare est rem commodam facere; -are: commodo dare. GLOSS. *ὠφελῶ.* **1** *absolute:* **a** *subi. homo:* PVBLIL. H 6 habet in adversis auxilia, qui in secundis -at (*sc. aliis*). PANEG. 10, 33 facilior . . . laedendi quam -andi . . . via est. 12, 12 facultate . . . -andi, non securitate peccandi. PROSP. in psalm. 111, 5 qui miseretur et -at. *subi. res:* AVR. VICT. Caes. 20, 28 quo *foro* parum -ante. **2** *accedit alicui vel alicui rei: subi. homo:* CIC. de orat. 2, 207 studiis . . . eorum (*hominum*) ceteris -andi favetur. Att. 2, 16, 2 voluisse ⟨se⟩ illi ordini -are. epist. 13, 8, 3 ei societati quibuscumque rebus posses -are. 13, 32, 2 ei omnibus in rebus . . . -es. 13, 35, 2 omnibus rebus. 13, 75, 2 de loco . . . et de tempore. *et saepius.* SEN. epist. 104, 3 suis. APVL. flor. 9 p. 39 beneficio multis -asti et exemplo omnibus profuisti. PANEG. 11, 1 non mihi solum . . . verum etiam negotiis tuis -asse aliquatenus videbare. AVSON. 133, 3 caecus claudo pede -at. EPIST. pontif. 238 (Damas. *a. 380*) Migne 13, 370[A] hinc in omnibus honorificentiae tuae -o. *subi. res:* IVL. VAL. 3, 43 nihil homini -are praescientiam. AVR. VICT. Caes. 40, 9 cum agrum satis rei publicae -antem . . . fecisset. SYMM. epist. 2, 42 rem . . . iuveni -asse. CHAR. gramm. I 294, 3 -at mihi haec res. MACR. gramm. V 620, 17 optamus evenisse quod nobis -et. somn. 1, 19, 25 *Veneris et Iovis stellae* vitae nostrae magis -ant. **3** *additur acc. obi.:* TER. Hec. 760 quod queam illi ut -em. CIC. epist. 3, 3, 1 quae successori . . . -are potest is, . . . complectare. 13, 16, 4 quidquid ei -veris. SYMM. epist. 1, 20, 2 magnum illum . . . Stagiritae suo nihilum -asse. SERV. Aen. 6, 660 quae *ars* non aliquid rei publicae -ret.

**II** *de actione aptandi:* **A** *formando in statum aliquem redigere: aliquem:* SALL. Catil. 16, 2 ex illis testes signatoresque falsos -are. OV. am. 1, 8, 86 -at in lusus numina surda Venus. *aliquid:* QVINT. inst. 10, 1, 101 affectus . . . dulciores . . . nemo historicorum -vit magis. TERT. pall. 4 quas *provincias* natura agro potius eluctando -vit. MART. CAP. 4, 338 sexta *norma rhetoricae artis* quae dicenda rhetoribus -ata est. Ps. PROSP. prom. 1, 7, 1 fides -at ac praeparat mentem. EVGRAPH. Ter. Andr. 301 consensus est -atus.

**B** *formando simile reddere:* **1** *homines: alicui (rei):* AVG. civ. 11, 18 quibus eos (*malos homines vel angelos*) bonorum usibus -ret. *se:* SEN. benef. 2, 34, 2 si te -veris mihi. PACIAN. epist. 2, 7 p. 38 Novati insaniae -atum *eum.* AMBROSIAST. in I Tim. 3, 7 tempori magis se -ans. AVG. mus. 1, 6, 11 gratum habeo, quamquam tibi te -es magis. se ad *aliquid:* RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 44 p. 36, 22 Engelbr. quomodo *is qui bestias erudit* se ad uniuscuiusque *bestiae* naturam atque ingenium -bit? **2** *res: res se -ant:* COLVM. 4, 22, 5 plurimarum stirpium natura sic se -at, ut *eqs.* CHIRON 74 si se *medicamentum* -verit. *aliquid alicui (rei):* SEN. epist. 33, 9 *vox* quae alienis verbis -atur. QVINT. inst. 11, 3, 93 gestus . . . principio et narrationi non -atus. IAVOL. dig. 38, 5, 12 qui fidem suam amico -vit. APVL. met. 10, 17 verbis nutum -are. TER. MAVR. 102 E, quae sonitum -at hisce *consonis.* 2778 longas brevibus brevesque contra alterna vice -ando longis. LACT. inst. 3, 17, 43 *vox* quae potest latronibus aptissime -ari. AVSON. 330, 2 decus fictae non -at arti. MACR. sat. 3, 3, 4 profanatum, quod ex sacro promiscuum humanis actibus -atum est. EPIPHAN. Avell. p. 766, 27 nec istam posse descriptionem compositioni lapidum -ari. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 26 spongiae -andae podici. BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 4 p. 250, 22 nihil subiecti substantiae -antes. *se:* SEN. nat. 2, 9, 2 huic (*spiritui*) se -at *aqua.* NEMES. ecl. 4, 24 donum forma (*i. pulchritudo*) breve est nec se quod -et annis. ARNOB. nat. 1, 60 potuit . . . illa vis . . . inferre et -are se mundo. CHALC. comm. 28 diversa illa natura difficile se -ante concretioni . . . generum (*δύσμικτον*). CASSIOD. var. 2, 22, 1 ut se -et pietas regalis fati vulnere sauciatis. *aliquid* ad *aliquid:* ARNOB. nat. 6, 18 ad reliquos habitus . . . corporis . . . similitudinem -are. DON. Ter. Hec. 729 cuius rei difficultas . . . etiam ad alia negotia . . . verbum hoc ('*impetrare*') -vit ac dedit. OPTAT. 6, 3 p. 147, 1 ad . . . facinus -asse consilium. AVSON. 419, 69 ad Cyri virtutes exequendas votum potius quam



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

historiam -asti. MART. CAP. 9, 958 peripheres, quae ad utramque aut -atur aut servit. *aliquid* in *aliquid*: BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 12 p. 108, 17 in unam ... speciem plurimae differentiae poterunt -ari

C *intransitive i. q. aptum esse*: TER. MAVR. 2039 quae vicibus tempora -ant, resumunt, miscentque trochaeos sine fraude saepe plures. CAEL. AVR. acut. exc. prooem. p. 480 quae -ant veternosis *morbis*, acutis vehementer incommodant. ENNOD. epist. 2, 45, 1 p. 50, 18 quaternionem sub maiori quam ingenio meo -bat celeritate reddideram.

*synonyma et iuxta posita*: conferre, credere, dare, deponere, deputare, donare, emere, facere, locare, mutuari, praeparare, prodesse, tribuere. *opposita*: abscondere, adoptare, dare, donare, incommodare, laedere, peccare, recipere, reddere, repetere, reportare, reposcere, tradere, vendere.

*derivata*: commodatio, commodator. *composita*: ac- inpraecommodare.

*part. perf. pass. adi.* ***commodātus,** -a, -um. **1** *de eo, qui ad utendum datus est, i. q. mutuus datus*: SEN. dial. 6, 10, 1 alieni -ique apparatus sunt. SIDON. epist. 4, 24, 7 -a summa solvatur. *t. t. iur.*: POMPON. dig. 13, 6, 8 rei -ae. COD. Iust. 6, 2, 22, 1[c] *et saepius*. *nota de homine fere i. q. adoptatus*: SEN. dial. 6, 13, 3 cum inter -os Scipio fuisset filios. **2** *i. q. aptus*: PLIN. nat. 22, 83 *sucus* stomacho perquam -us. QVINT. inst. 10, 1, 17 vox, actio decora, -a. APVL. met. 3, 17 tectum ... nudatum ... pervium artibus suis -um. Plat. 1, 14 gustatus ... sensus ... humidioribus et aquosis potius -os. MAR. VICTORIN. defin. p. 45, 7 consideratione ... plenius -a. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 28 non omnibus -a curatio videatur. **3** *fere i. q. facilis*: MAR. VICTORIN. in Eph. 5, 13 animi ... voluntas est -a et credula (*opp.* nullus labor, nulla difficultas).

*adv.* **commodātē:** *i. q. apte*: FRONTO p. 162 N. usurpatum concinnius aut congruentius aut -ius. GELL. 2, 5 id -issime facias.

*part. perf. pass. subst.* ***commodātum,** -ī *n.* THEOPHIL. inst. Iust. 3, 14, 2 κομμοδάτον (*syn.* χρῆσις). GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357[A] κομμοδάτον τὸ εἰς χρῆσιν διδόμενον πρᾶγμα. *nota*: VLP. dig. 13, 6, 1, 1 inter -um et utendum datum Labeo quidem ait tantum interesse, quantum inter genus et speciem. *t. t. iur. cf. Leonhard, PW. IV 771.* **1** *id, quod utendum datum est, res commodata*: IVLIAN. dig. 41, 3, 33, 4 -um vel depositum (PAVL. dig. 12, 1, 2 pr.). POMPON. dig. 13, 6, 13 pr. qui -um accepit. MARCELL. dig. 41, 2, 20 VLP. dig. 13, 6, 3, 3 PAVL. dig. 13, 6, 22. SIDON. epist. 5, 2, 2 tempus est -a restitui. **2** *contractus*: IVLIAN. dig. 16, 3, 15 nec depositi nec -i actione (POMPON. dig. 13, 1, 16 GAIVS dig. 15, 1, 27 pr. inst. 4, 33 actiones -i, fiduciae *eqs.* 4, 47 MARCELL. dig. 42, 1, 12 PAPIN. dig. 19, 5, 1, 2 VLP. dig. 2, 14, 7, 1 PAVL. dig. 17, 2, 38 pr. COD. Iust. 3, 31, 12, 1). IAVOL. dig. 47, 2, 72 pr. AFRIC. dig. 47, 2, 62, 6. GAIVS inst. 4, 47 -i formulae. VLP. dig. 19, 5, 17, 3 non fuit gratuitum -um. PAVL. dig. 13, 6, 2 COD. Iust. 6, 2, 22, 1. *et saepe apud iurisconsultos.*

**2. commodō** *v. p. 1924, 52.*

**commodulātio,** -ōnis *f.* [*a* com *et* modulus *vel* modulari, *cf.* commodulus. *Th.*]. *fere i. q. proportio*: VITR. 3, 1, 1 proportio est ratae partis membrorum in omni opere totiusque -o.

(**commodulus,** -a), -um *a* commodus, -um *deminutive. neutr. subst.* commodulum, -ī *i. q. emolumentum*: ARNOB. nat. 1, 9 eventa haec omnia quae fiunt et accidunt mole sub hac mundi -is non sunt nostris, sed ipsius pendenda sunt rationibus ordinibusque naturae. *acc. sing. neutr.* commodulum *adv.*: *i. q. apte, parvo pretio*: PLAVT. Mil. 750 -um obsona, ne magno sumptu.

*adv.* **commodulē.** *i. q. apte, bene*: PLAVT. [Cist. 741 -e quaedam *e coni.*, commodo loquelam *codd.*] Rud. 468 -e ludis. Stich. 690 hoc conviviumst pro opibus nostris satis -e nucibus, fabulis *eqs.* ARNOB. nat. 2, 18 fortuita conspiciens quaedam -e provenire.

***commodus,** -a, -um [*a* com *et* modus; *cf.* σύμμετρος. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 160 a modo fit commoditas, -us, commodat *eqs. de formis*: CATVLL. 84, 1 chommoda dicebat, si quando commoda vellet dicere, et insidias Arrius hinsidias. CONC. Paris. a. 614 p. 186, 2 quommodo. *comp. inde a* TER. Phorm. 603, *sup. inde a* RHET. Her. 3, 19, 32. *de significatione nota*: GLOSS. -ior aetate: τῇ χρήσει (commoditate *Heraldus*, commodatione *Bücheler*). *legitur et adi. et subst.* -um *inde a* PLAVTO *et* ENNIO *saepe apud scriptores pedestres*: RHET. Her. CIC. VARRONEM CAES. LIV. VITR. (-um *bis*) SEN. rhet. (-us 6[ies]) COLVM. QVINT. (-us *ter*) PLIN. (-um *ter*) SVET. (-us *quater*) FRONTONEM ICTOS APVL.; *rarius habent*: SALL. (-um 5[ies]) NEP. (-um *semel*) SEN. philos. (-us *semel*, -um *bis*) VELL. (-um *semel*) VAL. MAX. (-um 6[ies]) PHAEDR. (-um *semel*) MELA (-us *bis*) PETRON. (-us *semel*, -um *quater*) PLIN. nat. (-us *et* -um *binis locis*) TAC. (-um 5[ies]). *rarius apud poetas* (*sed saepe apud* PLAVT. [-um *bis*] TER. HOR. OV.): CATVLL. (-um *quater*) LVCR. (-um 5[ies]) VERG. georg. (-us *semel*) PROP. (-us *bis*) STAT. (-us *bis*) MART. (-us *bis*, -um *semel*) IVV. (-um *bis*). *deest* CATONI TIB. CVRT. PERS. LVCANO VAL. FL. SIL. FLORO; *praeterea desunt*: -us: CATVLLO LVCR. SALL. NEP. VELL. VAL. MAX. PHAEDRO IVV. TAC.; -um: PROP. CELSO MELAE STAT. [*legitur* PLAVT. Bacch. 401 *C D contra metrum, v. p. 1786, 2.*] *cogn.* Commodus, -a *v. nom. propr.*

**I** *de* ***rebus*****:** **A** *i. q. aptus, idoneus: cf.* NON. p. 266 -um: aptum, conveniens. GLOSS. utilis, aptus, congruus. -um habile, aptum, utile. **1** *proprie*: PLAVT. Asin. 401 truculentis oculis, -a statura, tristi fronte. OV. am. 2, 15, 6 digitum iusto -us orbe teras, *anule.* VITR. 4, 2, 1 si maiora spatia sunt ... si -a. SEN. dial. 4, 35, 1 arma ... expedita ..., gladium -um et habilem **2** *latiore sensu*: PLAVT. Most. 255 ubi tu -a es, capillum -um esse credito. TER. Hec. 585 hoc ... meae -um famae arbitror. 817 quot -as res attuli. RHET. Her. 2, 4, 6 rationes -iores. 3, 11, 19 -ae inventiones et concinnae ... elocutiones. 3, 19, 32 -issimam distinctionem. 4, 12, 17 elocutio -a et perfecta. 4, 19, 26 -issima et absolutissima *exornatio.* 4, 41, 53 occasio. CIC. inv. 1, 5 a multis eligere homines -issimum quodque. 1, 61 -ior illa partitio. Verr. 2, 47 ulla spes salutis -a. 3, 192 at mores -i. quis contumacior? 6, 58 tam -a vacatione. 6, 153 quam -am defensionem! Caecin. 8 faciliore et -iore iudicio. Vatin. 28 -iorem reo reiectionis condicionem (reo -um reiectionis, *al.*) dare noluisse. Att. 9, 3, 1 -ius anni tempus. ad Q. fr. 3, 1, 25 satis -as *litteras* de Britannicis rebus. CAES. Gall. 5, 2, 3 -issimum ... traiectum. civ. 1, 46, 3 -iorem ac tutiorem ... receptum. 3, 85, 2 -iore re frumentaria. 3, 97, 3 -iore ... itinere. 3, 100, 3 tempore anni -iore ... ad navigandum. VARRO rust. 1, 6, 5 aestiva montanis locis -iora. 1, 9, 6. ling. 9, 16 a minus -is verbis. VERG. georg. 4, 129 seges nec -a Baccho. HOR. carm. 3, 19, 12 tribus aut novem miscentur cyathis pocula -is. PROP. 3, 22, 19 armis apta magis tellus quam -a noxae. LIV. 6, 14, 9 addita alia -ioris (commotioris *codd.*) ad omnia turbanda consilii res. 30, 29, 10 tumulum ... tutum -umque. 34, 3, 4 nulla lex satis -a omnibus est. MANIL. 2, 391 sexta ... in nullas numerantur -a vires. VITR. 1, 2, 3 eurythmia est venusta species -usque in compositionibus membrorum aspectus. 1, 2, 8 -a dispensatio. 1, 3, 2 apta et -a distributio. LABEO dig. 19, 2, 60 pr. domum. COLVM. 2, 9, 1 hanc *mensuram* ... -issimam docuit ... usus. PLIN. nat. 9, 137 omnes paene -iores purpurae tinguuntur. STAT. silv. 5, 2, 42 iuga. Theb. 2, 521 umbra ... non -a sacris Faunorum. QVINT. decl. 254 p. 44, 9 totam ... -iorem esse partem diversam. APVL. met. 2, 12 dies ... negotiatori -us ... salubris ... oportunus. SCAEV. dig. 34, 1, 16, 1 alimenta -a. VLP. dig. 19, 2, 9 pr. aliam habitationem non minus -am. MARCIAN. dig. 11, 7, 39 in locum -iorem. PORPH. Hor. sat. 1, 4, 88 synecdoche. epist. 2, 2, 132 occasione. AMM. 14, 6, 14 -is intervallata temporibus convivia. RVFIN. hist. 2, 17, 8 regio ... ad munimentum ... -a (εὐκαίρως. *cf.* CLAVD. 20, 417 non -a castris ... regio). AVG. civ. 13, 24 in eum *librum* qui sequitur -iore dispositione differtur. MART. CAP. 2, 109 -issimum sibi conubium. BOETH. in Porph. comm. sec. 2, 5 p. 187 -ior divisio. IORD. Get. 175 generis sui amplitudine -a taciturnitate suppressit.

**B** *utilis, bonus, suavis, gratus. cf.* NON. p. 266 -um: sicuti plerumque utile. GLOSS. utilis. λυσιτελής. εὔχρηστος χρηστός. χρήσιμος. ἐπιτήδειος. ἐπωφελής. -ior χρησιμώτερος. -iorem utiliorem. -um συμφέρον. σύμφορον. ὠφέλιμον. λυσιτελές. χρήσιμον. utile. -ius λυσιτελέστερον. utilius. CARM. epigr. 52, 7 (*aetatis Gracchorum*) sermone lepido, tum autem incessu -o. CIC. leg. 1, 55 divitias, valetudinem ... -as res appellet, non bonas. LAEL. 54 qui antea -is fuerint moribus. Att. 8, 11[b], 1 gesta ... -iora esse multo, quam ... erat ... nuntiatum. 13, 41, 1 -as ad matrem litteras. epist. 2, 17, 3 minus -os sermones. 4, 9, 4 si ista vita tibi -ior esse videatur (*opp.* tutior). 7, 3, 5 in -iore loco (OV. Pont. 3, 3, 64). 13, 14, 2 quam -a condicione. CAES. Gall. 7, 6, 1 res ... -iorem in statum pervenisse. civ. 3, 62, 4 valetudine minus -a. 3, 85, 2 -issimam belli rationem. PROP. 2, 27, 4 quae sit stella homini -a quaeque mala (OV. Ib. 210 nec ulla -a nascenti stella levisque fuit). OV. Pont. 2, 6, 72 spes exilii -ioris (*cf.* 3, 9, 38 solo). LIV. 38, 55, 6 quo -ior pax Antiocho daretur. CELS. 2, 12 *aqua* decocta -ior est. 3, 20 -issima haec ratio (COLVM. 4, 4, 1). SEN. epist. 95, 58 rerum -arum possessio. COLVM. 9, 14, 17 -iores ... tempestates. 12, 52, 21 -ior gustus olei. MART. 13, 119 -iora *vina* bibes. QVINT. inst. 6, 3, 77 -ioris valetudinis. PLIN. epist. 4, 14, 6 quae sunt -issima desinunt videri, cum paria esse coeperunt. 7, 18, 2 nihil -ius invenio. SVET. Iul. 87 finis vitae -issimus. Claud. 3 spem de se -iorem. FRONTO p. 31 N. caelum Neapolitanum plane -um, sed vehementer varium. p. 44 quod -um valetudini sit facis. p. 184 reconciliata ... -a valetudine. p. 187. GAIVS dig. 35, 1, 88 servo -ior *condicio.* APVL. met. 1, 5. pretio. 4, 6 ovili stabulatione -a. ARGVM. Plaut. Stich. 4 verbis delenitur -is. SER. SAMM. 922 horridus attractu, sed gustu -us apto *cimex.* EVTR. 10, 6 filium -ae indolis. HIL. in psalm. 118 heth 5 sortem -ioris portionis. AVSON. 400, 5 -iore fato. AMM. 23, 6, 67 lenium ventorum -issimus flatus. RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 2 p. 211, 10 Engelbr. -issimum ex utroque (*sc. tristitia ac laetitia*) temperamentum. AVG. civ. 4, 7 aliquid -ius pollicente *Cyro.* 12, 4 *ignis* aliter appositus perniciosus, qui convenienter adhibitus -issimus. THEOD. PRISC. log. 10 sanguinis -issimo elemento corpora laborantia. CYPR. GALL. exod. 289 quae tum terra fuit Iudaeae -a genti. FAVST. REI. epist. 9 p. 212, 19 terrenus homo vomere crucis edomitus -a infirmitate marcescat. SEDVL. epist. 1 p. 6, 3 operis causae, non supervacuae ... sed -ae. CASSIOD. in psalm. 1, 1 ni-



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mis pulchrum -umque principium. NICET. vigil. 8 quid istis lucris -ius. CORP. III 9673 -issima *vita.* *nota compar. pro subst.*: FRONTO p. 83 N. nuntii de domnula mea -iora ... iudicantes. *strictiore usu i. q. saluber, prosper*; GLOSS. -um oportunum. PLIN. nat. 36, 145 oculorum vitiis -ior *haematites lapis* croco similis. IVST. 24, 8, 13 nec fugientibus fortuna -ior fuit. RVFIN. hist. 1, 8, 10 *aquae* etiam potantibus -ae (*πότιμα*). CAEL. AVR. acut. 2, 21, 128 fames tantum noxia, quantum refectio -a. GREG. TVR. Franc. 9, 40 in hoc verno, cum aurae -iores fuerint (PALLAD. hist. mon. I 22 -arum ... aurarum). *i. q. fertilis*: OROS. hist. 1, 2, 82 insula ... spatio non parva, solo -a. *huc etiam traham*: PLAVT. Asin. 725 viginti argenti -as minas (*falso ad l.* NON. p. 266 -um: integrum, totum). Rud. 1318 talentum argenti -um magnum. -um est (*i. q. utile, bonum, gratum est*), *plerumque cum infinitivo* (*alia v. infra l. 62 sqq.*): PLAVT. Amph. 558 ut -umst et lubet ... facias. Cist. 486 si tibi -umst. Merc. 918. 919 Most. 807 Stich. 186 TER. Eun. 502 Haut. 161. Phorm. 131 quod erit mihi bonum atque -um. 603 -ius esse opinor duplici spe utier. 814 -ius esse in omnes. 1026 LVCIL. 933 CAEL. hist. 24. RHET. Her. 1, 13, 23 reo. 1, 17, 27 -ius est ... exponere. 4, 17, 26 auditu. CIC. inv. 1, 25. Tull. 17 quod -um fuit, respondit. Verr. 2, 11. 65 ut quos ei -um sit invitet. 3, 55 -issimum putavit esse ... abire. Cluent. 97 leg. agr. 1, 3 Flacc. 20. dom. 37 -ius. p. red. in sen. 12 Planc. 48 de orat. 2, 320 -ius. rep. 3, 8. fin. 4, 56 -ius. Tusc. 1, 23 -ius. div. 1, 111. Lael. 45 -issimum. Att. 1, 20, 1 nihil duco esse -ius. *al.* 2, 1, 3. 5, 6, 1 -issimum. *al.* epist. 9, 2, 3. 10, 22, 2 -issimum. CAES. Gall. 1, 42, 5 -issimum. 1, 47, 4 -issimum visum est. PS. SALL. rep. 2, 3, 4 quos -um est trahunt. LIV. 6, 40, 12 quod -um est populo accipere. LABEO dig. 23, 3, 79 pr. cum -issimum esset. SEN. contr. 10, 5, 18 CELS. 1, 3 *bis.* 3, 22 SEN. nat. 1, 1, 2 epist. 26, 10 COLVM. 6, 37, 5 MELA 1, 24. PETRON. 140 nihil est -ius. PROC. dig. 50, 16, 125 cum -um erit, hoc est cum sine incommodo meo potero. QVINT. inst. 6, 1, 9. PLIN. epist. 3, 9, 19 -issimum putavimus. SVET. Aug. 49 -ius id visum est. IVLIAN. dig. 45, 1, 53 VENVL. dig. 46, 5, 11. APVL. Plat. 1, 15 quod ... fibris est -um. PAVL. dig. 36, 2, 21 pr. quod scribenti comprehendere sit -um. VEG. mil. 3, 7 -ius repertum est, ut *eqs.* BOETH. arithm. 2, 25 p. 114 quantum -um fuerit. *cum acc. c. inf.*: IVLIAN. dig. 34, 5, 12 -issimum est id accipi. 37, 6, 3, 2 -issimum sit emancipatos quartam partem ... ferre. 40, 12, 30 GAIVS dig. 6, 1, 24 inst. 1, 134. 2, 146 SCAEV. dig. 26, 2, 31 PAPIN. dig. 42, 6, 3, 2 VLP. dig. 18, 6, 1, 3. 25, 4, 1 pr. 45, 1, 80 PAVL. dig. 5, 1, 28 pr. 11, 3, 4. IVL. VAL. 3, 31 -um est mihi ... ad consilium ... bellum ... inferri *eqs.* *fere i. q. suave, gratum est*: CIC. nat. deor. 2, 1 Lucilium, si ipsi -um est, audiamus. epist. 9, 1, 2 ut id utrique nostrum -issimum esse diiudicetur. LIV. 32, 8, 13 ultra quam regi -um esset. PLIN. paneg. 48 cum -um est, convenimus. TREB. Claud. 15, 3 si eius animo -um est. IVL. VAL. 3, 46 ut vobis -um est.

**C** *oportunus, expeditus, facilis* (*qui sine labore acquiritur, efficitur*): HOR. epist. 2, 2, 70 intervalla vides humane -a (*cf.* PORPH. *ad l.*). OV. fast. 2, 288 nec satis ad cursus -a vestis erat. LIV. 22, 2, 2 aliud longius, ceterum -ius ... iter. 30, 19, 5 curationi omnia -iora. VITR. 2, 9, 9 in sculpturis -am praestant tractabilitatem. 6, 5, 2 publicanis -iora et speciosiora et ... tuta *aedificia.* 6, 5, 3 -as et emendatas explicationes. CELS. 1, 2 p. 14, 33 *ambulatio* non utique plana -ior est. COLVM. 1, 1, 19 suburbanum praedium -issimum esse. 1, 3, 3 iter -um. PLIN. epist. 4, 26, 3 ut comites istos (*sc. scripta*) quam -issimos habeas. GAIVS inst. 4, 31 et -ius ius et plenius. PORPH. Hor. sat. 1, 1, 74 -iori mansioni ... necessaria. SIDON. epist. 1, 5, 3 vada -a. CORP. X 4654 -ius. *sic interpretandum videtur*: LVCIL. 108 bis quina octogena *milia passuum* videbis -a te (*sc.* '*confecisse*' *vel sim.; falso de loco* NON. p. 266, *v. supra l. 12*). -um est: CIC. Brut. 20 si tibi est -um, ede illa, quae coeperas. Att. 4, 4[a], 2 sed haec si tibi erit -um. *al.* LIV. 22, 1, 18 *pecuniae* quantum conferre cuique -um esset. 25, 12, 14. COLVM. 4, 8, 3 -ius. MART. 5, 30, 7 -ius nisi forte tibi potiusque videtur *eqs.* PLIN. epist. 3, 18, 4. 10, 49, 2 -issimum est (*syn.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 50 accommodatior). IVST. praef. 3 prout -um cuique fuit. DICT. 2, 5 cum -um ipsis videretur.

**D** *varia:* *i. q. magnus* (*?*): PORPH. Hor. epist. 2, 2, 70 antiqui pro magno -um dicebant. *i. q. bonus* (*sc. moribus*); GLOSS. -um iustum vel continuum: COD. Iust. 5, 4, 23, 1 derelicta mala et inhonesta conversatione -iorem vitam amplexae fuerint *mulieres.* *i. q. totus? v. supra l. 12.*

**II** *de* ***hominibus*** *sim.*: **A** *i. q. suavis, comis* (*cf.* GRAMM. VII 530, 23 -us aliis necessario utique prodest): ENN. ann. 246 scitus, secunda loquens in tempore, -us verbum pauc[or]um. PLAVT. Mil. 642 vel cavillator facetus vel conviva -us (Poen. 616). Most. 255 *v. p. 1922, 9.* Pseud. 443 quam pauci estis homines -i. TER. Andr. 844 ego -iorem hominem ... non vidi. Haut. 521 mulier -a et faceta (GLOSS. II 352, 55 *ad l. κομψή*). Ad. 783 comissatorem haud sane -um. CIC. Verr. 4, 23 qui aliis inhumanus ac barbarus, isti uni -us ac disertus videretur (*de dat. cf.* PRISC. gramm. III 219, 5). ad Q. fr. 1, 1, 39 multo te esse iam -iorem mitioremque. HOR. carm. 4, 8, 1 donarem pateras ... -us ... meis ... sodalibus. epist. 1, 9, 9 mihi -us uni. 2, 1, 227. CALP. ecl. 4, 71 tu tantum -us audi. SVET. Tib. 33 praestitit ... etsi varium diu, -iorem tamen saepius et ad utilitates publicas proniorem. APVL. Plat. 1, 1 Socrati magistro -o. ANTH. 453, 4 neutrum faciam, -a si fueris. PS. AVR. VICT. epit. 41, 14 -issimus ... rebus multis fuit *Constantinus.* AVSON. 166, 9 comis blandusque et mensa -us uncta. 270, 1 quaerendi attentus, moderato -us usu. *in imagine*: HOR. ars 257 *iambus* spondeos ... in iura paterna recepit -us ac patiens. **B** *i. q. aptus, conveniens*: CIC. inv. 2, 6 ad hunc quasi ad quendam multo -iorem [explicatorem] revertantur. Mur. 66 quemquamne existimas Catone ... -iorem, communiorem, moderatiorem fuisse ad omnem rationem humanitatis? GRATT. 47 quam -a nostro armamenta operi. AMM. 18, 6, 3 cuius rei ductorem -issimum fore spondebat. COD. Iust. 1, 12, 6, 2 (*a. 466*) quem his negotiis -iorem ... elegerit. *nota praedicative*: PLAVT. Poen. 1331[a] hic venit -us. *fort. addas*: CATVLL. 10, 26 quaeso, inquit, mihi ... paulum istos *servos*, -a nam volo ad Sarapim deferri (commodam nam *var. lect.*, commodum enim *vel* commode enim *coniecerunt; possis*: istos commoda; nam *eqs., v. p. 1918, 60. aliter Friedrich, comm. ad l. p. 124*). **C** *varia: i. q. bonus moribus*: VARRO Men. 83 qui tollit vitium *uxoris*, uxorem -iorem praestat, qui fert sese meliorem facit. RHET. Her. 4, 17, 25 eum -um et cognoscentem sui fore in potestate (*fere i. q. modestus; opp.* intolerabili superbia). VOPISC. Aurelian. 19, 6 agite ... qua puri, qua mundi, qua sancti, qua vestitu animisque sacris -i, templum ascendite, *pontifices.* AMM. 29, 3, 9 in vitia principis alia -issimi. *i. q. sanus*: PLIN. epist. 3, 16, 4 vivere filium atque etiam -iorem esse. FRONTO p. 57 N. te -iorem esse audieram. *cf.* p. 60 aegrum -iorem sibi ... facere. RVRIC. epist. 2, 22 iam -iorem esse me nuntio.

*synonyma et iuxta posita*: absolutus, accommodatus, aptus, blandus, bonus, comis, communis, disertus, emendatus, facetus, habilis, levis moderatus, patiens, perfectus, tutus. *opposita*: barbarus, inhumanus, malus, supervacuus.

*derivata*: commoditas, commodalis, commodulus. *composita*: accommodus, incommodus, percommodus.

*acc. neutr. sing.* **commodum** *pro adverbio: i. q. eodem tempore, modo: cf.* DON. Ter. Eun. 343 '-m' tantum quod vel 'ipso eodemque tempore'. '-m': -m 'una' vel 'ex hoc' significat, ut si dicas: 'eodem tempore quo haec agebantur'. SCHOL. Ter. p. 101, 14 -m: continuo [*D*: velociter], nomen pro adverbio. GLOSS. -m: ipsum quod eodem tempore. PLAVT. Amph. 669 ad aquam praebendam -m adveni domum. Cas. 593 Merc. 219 Mil. 1198 Rud. 519 Stich. 365 Trin. 400. 1136. TER. Eun. 343 illa sese interea -m huc advorterat. CIC. Verr. 4, 61 attrahitur Lollius, -m cum Apronius e palaestra redisset. Att. 4, 19 optio delata -m. 10, 16, 1 dederam litteras. 13, 9, 1. 13, 19, 1. 13, 30, 2. [CATVLL. 10, 26 *v. supra l. 17.*] GELL. 2, 2, 2 Taurus, sectatoribus -m dimissis, sedebat. APVL. flor. 3 p. 10 ars ista repertu novo -m oriebatur. met. 1, 5 -m ... processeram. 1, 14. 9, 20 *et saepe.* ITIN. Alex. 23 IVL. VAL. 3, 30. ZENO 2, 9, 1 filium ... se esse missurum -m tempore maturo. AVSON. 302, 46 -m ... imber ... repressit ignem. SYMM. epist. 1, 11, 1 -m aderant. MACR. sat. 1, 7, 3 ingredientes -m consecutus comitabatur.

*adv.* **commodo:** *i. q. eodem tempore*: PLAVT. Mil. 644 incommoditate abstinere me apud convivas -o (quomodo *codd.*) commemini. Friv. 1 -o dictitemus. APVL. Socr. 20 p. 166 hoc, quod -o (modo *A e coni.*) dixi. MACR. sat. 1, 2, 1 -o assunt feriae.

✕*adv.* **commodē:** *comp. legitur inde a* PLAVTO, *superl. inde a* RHET. Her. CIC. inv. *de formis* -o *et* -e *v.* ROMAN. Char. gramm. I 193, 15. 196, 9 PS. ASPER gramm. suppl. 55, 16. CLEM. ad Cor. 48 quod -e et utile est omnibus. *legitur inde a* PLAVTO; *frequentant*: PLAVT. VARRO RHET. Her. CIC. CAES. CELS. COLVM. QVINT. PLIN. epist. FRONTO; *singulis locis*: BELL. Afr. BELL. Alex. CVRT. FRONTIN. SVET.; *binis*: NEP. HOR. SEN. PLIN. nat. MART; *ter*: APVL.; *quater*: SEN. rhet.; *senis locis*: TER. LIV.; *deest*: CATONI CATVLLO LVCR. SALL. VERG. TIB. PROP. OV. VITR. VELL. VAL. MAX. PHAEDRO MELAE PERS. LVCANO PETRON. VAL. FL. STAT. SIL. TAC. IVV. [*loci dubii*: PLAVT. Cas. 200 partum ei haud -e (-i *codd.*) est. TER. Haut. 685 -e (*codd.* -i) quicquam evenisse. PLIN. epist. 9, 26, 12 iam illa -ius (*D*, custoditius *ed. Ald.*) pressiusque.]

**1** *i. q. eodem tempore* (*cf. adv.* -um): PLAVT. Rud. 309 sed quos perconter -e eccos video astare. TITIN. com. 64 rem magnam aiebat velle se mecum loqui, et -e eccum exit. SISENNA Miles. frg. 3 eamus ad ipsum. atque ipse -e de parte superiore descendebat. SEN. contr. 7 praef. 4 quem proxime dicentem -e audierat. **2** *i. q. bene, utiliter*: *cf.* DON. Ter. Hec. 95 -e pro blande et bene. EVGRAPH. Ter. Andr. 475 -e: ... bene. GLOSS. bene, utiliter. *συμφερόντως. λυσιτελῶς, χρησίμως. ἐπωφελῶς. ὠφελίμως.* PLAVT. Bacch. 130 satis ut -e ... haec concuret cocus. Cas. 260 si facias recte aut -e (Most. 853 fecisti -e, bene ambula. CIC. leg. agr. 3, 1 -ius. Cael. 62 satis -e. Phil. 8, 11 id aeque -e facere non possum. PLIN. epist. 5, 8, 1). PLAVT. Mil. 907 lepide et sapienter, -e et facete res paratast. 945 accurate et -e ... exsequamur. Most. 254 capillus satis compositust -e (*fere i. q. decenter*). Poen. 284 immo vero sane -e. Trin. 377 neque -ius ullo pacto ei poteris auxiliarier. TER. Andr. 475 non sat -e divisa sunt ... haec. Haut. 14 quantum ille potuit cogitare -e. Hec. 95 haud

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

opinor -e finem statuisse orationi militem. RHET. Her. 1, 3, 5 quo -ius exordiri possimus (VARRO ling. 10, 56 a multitudine -ius potest ordiri). 2, 4, 6 non aeque -e potuisse. 2, 9, 13 scriptum illud esse dilucide, breviter, -e, perfecte, cum ratione certa (3, 15, 27 satis -e. CIC. inv. 2, 10 satis ... -e perscripsisse. Att. 2, 1, 4 -ius posse discribere. APVL. flor. 16 p. 70 me -e posse conscribere *librum*. HYG. astr. 2, 11 fabulam -issime scribit). RHET. Her. 2, 30, 47 loci communes ... -issime sumentur. *et saepe*. CIC. inv. 1, 16 exempla ... tum -ius exposituri videamur. 1, 33 distribuetur tempore eo -issime, cum *eqs. ibid.* partitur ... breviter et -e. Quinct. 34 causam -ius demonstrare. S. Rosc. 9 *non* satis ... -e dicere (61 si non -e, at libere. ac. 1, 14 satisne ea -e dici possint latine. Lael. 1 breviter et -e. off. 2, 69 -e autem, quicumque dixit *eqs.* VARRO ling. 7, 4 qui multa dixerit -e. SEN. contr. 2, 3, 23 PANEG. 9, 1 AVG. trin. 13, 7, 10 BOETH. arithm. 1 praef. p. 5. *aliter l. 82 et p. 1926, 11. 42*). CIC. Cluent. 36 perficere rem ... -ius. Verr. 3, 181 satis -e mihi videor ... cognosse. 6, 70 quam liberalissime -issimeque. de orat. 1, 29 immo vero -ius etiam. Brut. 119 -ius fingeretur oratio. orat. 215 -issime ... illigare. part. 119 -ius ... consequi. top. 40 -e ... tractatur haec argumentatio. leg. 1, 20 -ius ... et sapientius *capiamus exordium*. 3, 30 quasi -issime respondisset. fin. 1, 63 nec ad melius vivendum nec ad -ius disserendum. 2, 69 *tabulam* sane -e verbis depingere solebat. Tusc. 1, 8 quo -ius disputationes ... explicentur 2, 35 nos -ius laboriosos appellamus. off. 1, 159 hoc -ius se res habet. 2, 77 has res -issime Xenophon ... persecutus est (CAEL. Cic. epist. 8, 1, 2 quod isti operarii minus -e persequi possint). Att. 1, 16, 14 ne quid in ista re minus -e fiat (13, 37, 1 nihil potest fieri nec -ius nec aptius). 4, 16, 1 te -e navigasse. 9, 10, 8 -issime ... *τὸ μέλλον* ibi *παραδοχήσεις*. epist. 9, 6, 1 Ostiae videri -ius eum exire posse. 12, 21 ut quam -issime sua negotia *conficiat* (*cf.* IAVOL. dig. 17, 1, 36, 1 -e negotium gessisti. AFRIC. dig. 3, 5, 45 pr. -ius negotium ... conficere. POMPON. dig. 28, 2, 10 -issime. GAIVS dig. 35, 1, 63 pr. satis -e). CIC. epist. 14, 18, 1 -e ... in nostris esse possitis. BALB. Cic. Att. 8, 15ᵃ, 3 -ius cadere non potuit. BRVT. Cic. epist. 11, 10, 1 res publica a me -e administrari possit (CAES. Gall. 6, 20, 1 -ius ... rem publicam administrare. COLVM. 1, 8, 4 rem satis -e). LENT. Cic. epist. 12, 15, 6 quo -ius vectigalia tueri ... possim. CAES. Cic. Att. 10, 8ᵇ, 1 tibi minus -e consulueris. Gall. 2, 20, 3 non minus -e ... praescribere. civ. 1, 25, 10 quo -ius ... *rates* defenderet (COLVM. 1, 6, 5 -issime). BELL. Afr. 70, 2 vim hostium ... -ius sustinebat. BELL. Alex. 65, 1 multa Romae male et inutiliter administrari neque ullam partem rei publicae satis -e geri. NEP. praef. 1 saltasse eum -e scienterque tibiis cantasse. Them. 10, 1 multo -ius ... verba fecisse. VARRO ling. 7, 41 qui causam -issime orare poterant. 8, 44 adminiculandi ut docte et -e (*de part. orat.*). rust. 1, 13, 5 unde -issime perflari possit. *et saepe*. LIV. 42, 38, 10 si satis -e valeret (PLIN. epist. 3, 20, 11 ecquid -e vales? FRONTO p. 8 N. multo ... -ius. p. 88 -issime). CELS. 1, 2 -e ... exercent clara lectio *eqs.* 1, 10 -ius assumitur. 3, 5 cibus aegro -issime datur. 6, 6, 28 satis -e. *saepe*. SEN. dial. 1, 1, 1 hoc -ius in contextu operis redderetur. benef. 6, 12, 2 ut -ius veneant *captivi*. COLVM. 1, 6, 18 -ius omnis liquor vapore solvitur. 3, 2, 20 *syn.* melius. *saepe*. SCRIB. LARG. 78 medicamentum ... satis -e proficit. PLIN. nat. 24, 36 palpebras lentiscina -issime replicat. 30, 78 aranei telae -issime curant. MART. 7, 53, 11 quanto -ius ... mihi ferre ... poterat pondera quinque. QVINT. inst. 1, 9, 3 -e tractaverit. 4, 1, 76 cui -issime iungi initium ... poterit. 6, 3, 54 haec ... genera -ius ... respondent. FRONTIN. aq. 123 ut et umorem -e structura combibat. PLIN. epist. 7, 9, 3 quid tu, quid ille -ius. 9, 10, 2 poemata ... -issime perfici. SVET. Aug. 99 mimum vitae -e transegisse. FRONTO p. 4 N. ut -e agas. GELL. 1, 3, 11 transposuit -issime aptissime. 3, 16, 8 *Sabinus* Hippocratem -issime commentatus est. PS. APVL. herm. p. 272 -issime potest ... definiri. LAMPR. Diad. 7, 2 ut illi ne deorum nomen -e videretur adiungi. PORPH. Hor. epist. 1, 13, 8 -e ostendit. IVL. VAL. 3, 7 consuetudinem haud -e gliscere fidei neglegentibus. DON. Ter. Ad. 26 -issime adiecit. AVR. VICT. Caes. 16, 11 denuntiandae litis ... -e ius introductum. SCHOL. Cic. Gron. p. 392 praeclare ... bene, -e. VEG. mil. 3, 7 -ius repertum est. VVLG. III reg. 21, 2 si -ius tibi putas. AVG. civ. 1, 35 haec ..., si qua uberius et -ius potuerit, respondeat. 9, 4 non ... -ius ..., sed certe brevius et ... planius exposui. loc. hept. 2, 33 p. 547, 4 satis -e interpretati. gen. ad litt. imperf. p. 479, 2 -issime ... digesta narratio est. THEOD. PRISC. log. 71 castorei pulvis plus -ius operatur. EVSTATH. Bas. hex. 1, 9 p. 877ᴮ nobis ad credendum -ius (*syn.* utilius). SIDON. epist. 1, 9, 4 Avieni animus totis et cito, sed infructuosius, Basilii paucis et sero, sed -ius aperiebatur. BOETH. herm. sec. 2, 6 p. 132, 21 -issime breviterque. 2, 7 p. 140, 6 -issime ... vocavit. CASSIOD. inst. div. praef. p. 1108ᴬ -issime indicasse.

*bene sc. moribus*: GLOSS. honeste; *δεόντως*. CIC. de orat. 1, 227 non modo parum -e, sed etiam turpiter et flagitiose dicta. **3** *i. q. comiter: cf.* DON. Ter. Hec. 95 -e pro blande et bene. GLOSS. -ius remissius. PLAVT. Cas. 855 acceptae bene -e eximus. TER. Haut. 152 si quis recte aut -e tractaret. CIC. Att. 10, 3 feceris ... -e mihique gratum. epist. 11, 24, 1 Lepidum -e sentire. BRVT. Cic. epist. 11, 23, 1. SEN. contr. 3 praef. 4 iratus -ius dicebat (QVINT. inst. 6, 3, 105 ridicule -eque dicet). PLIN. epist. 1, 9, 5 parum -e scribo. APVL. met. 7, 13 illam thalamo receptam -e parentes ... fovebant. AVSON. 214, 9 -e, laete, benigne, abstemie. QVEROL. p. 9, 13 in malis tuis -e iocaris. *nota iocose de rebus*: PLIN. epist. 2, 15, 2 me praedia ... parum -e tractant. **4** *i. q. grate, iucunde*: PLAVT. Cist. 315 non modo ipsa lepidast, -e quoque ... fabulatur. Epid. 552. Mil. 615 lepide et -e. Poen. 401 aliquid huic responde, amabo, -e. 1221 ut pudice verba fecit, cogitate et -e, ut modeste orationem praebuit. 1223 lepide ... atque -e. TER. Haut. 559 numquam -ius umquam erum audivi loqui (CIC. Att. 4, 16, 3 -issime. 7, 1, 8. 10, 5, 3 -ius). MET. MAC. or. frg. Gell. 1, 6, 2 nec cum illis (*uxoribus*) satis -e, nec sine illis ullo modo vivi possit. CIC. Verr. 5, 95 quin aliquid facete et -e dicant (de orat. 2, 340 -e et breviter et acute et hilare dicto). ad Q. fr. 2, 12, 1 praeterquam quod sine te, ceterum satis -e oblectabam. HOR. sat. 2, 2, 91 *hospes* vitiatum *aprum* -ius quam integrum edax dominus consumeret. APVL. met. 2, 19 quam -e versaris in nostra patria. AVG. gen. ad litt. 3, 18 p. 84, 10 -e suaviterque *vesci*.

*nota fere q. tolerabiliter*; GLOSS. *ἀνεκτῶς*: ITALA Matth. 10, 15 (Mar. Victorin. adv. Arrium 3, 3) Sodomis et Gomorrhis ... -ius erit (*ἀνεκτότερον*, VVLG. tolerabilius). **5** *i. q. expedite, facile, sine labore*: CIC. inv. 2, 118 nos quod dicamus, facile et -e transigi posse. fin. 1, 3 -ius ... ex rebus concessis concludi. Att. 1, 10, 3 signa nostra ... cum -issime poteris, velim imponas. 1, 17, 3 praesenti tibi -ius exponam. 4, 5, 3 videtur -ius ad te. 16, 6, 1 magis -e quam strenue navigavi. 16, 11, 7 epistulas ... -ius mittere potero. epist. 3, 5, 3 erat id mihi multo brevius multoque -ius. 3, 6, 6 quo loco id -issime fieri possit. 13, 1, 1 id satis -e facere potero. VARRO rust. 1, 1, 1 si otium essem consecutus, ... -ius tibi haec scriberem. 1, 13, 1 ubi -issime possint se quiete recipere. CAES. Gall. 5, 49, 8 quo -issime (α, -issimo β) itinere vallem transire possit. LEX Iul. munic. (Corp. I 206) 23 quominus -e populus ea via utatur. ALF. dig. 19, 2, 27 pr. paulo minus -e ... parte cenaculi uterentur. HOR. sat. 1, 6, 110 hoc ego -ius quam tu ... vivo. LIV. 28, 37, 5 ubi -e hibernaturum se. 32, 2, 4 ubi parum -e essent. 32, 32, 12 -ius ... ex propinquo dicamus. PAVL. FEST. p. 16 ad sustinenda -ius vasa. CELS. 7, 16 si angustius vulnus est, quam ut intestina -e refundantur. 7, 26, 2. CVRT. 8, 14, 19 haud satis apte et -e imponunt. COLVM. 1, 6, 3 in ea -e familiares ... morari. MART. 5, 8, 7 tandem -ius licet sidere. FRONTO p. 47 N. -issime venias. CELS. dig. 8, 1, 9. GELL. 1, 13, 3 rem -ius agi. VLP. dig. 39, 2, 37. AMM. 16, 4, 1 ut -ius vescerentur *gentiles*. 16, 12, 11 *difficultates* -e posse transiri. AVG. civ. 18, 8 ad istam vitam -ius ducendam. CASSIOD. inst. div. 10 libri -issime perlegantur. **6** *i. q. apte*: GLOSS. *αὐτάρκως*. CIC. rep. 4, 2 quam -e ordines discripti? Tusc. 3, 31 hoc ... a philosophia sumptum cum tam -e dixerit. div. 1, 9 quia -ius arbitratus es separatim id quaeri. off. 1, 120 facilius -iusque *mutationem* faciemus. epist. 11, 16, 1 satis scite et -e tempus ad te cepit adeundi. CAES. Gall. 1, 25, 3 -e pugnare poterant. 1, 39, 6 *res frumentaria* satis -e supportari posset. LIV. 10, 19, 14 satis -e instructi. COLVM. 2, 14, 3 permixta huic -e. QVINT. inst. 2, 7, 5 cum aliquid -ius elimaverint. 6, 3, 96 adiuvant urbanitatem et versus -e positi. AVG. civ. 10, 21 -ius ... Scipio Africanus est cognominatus. **7** *varia: i. q. libenter*: COLVM. 5, 6, 5 *ulmus* vitem -issime patitur. 5, 8, 6 *terra* -e recipit hanc arborem. *sane*: PLIN. epist. 8, 1, 1 iter -e explicui. HERM. Pal. sim. 7, 3 quamdiu ... -e habueris. HIER. epist. 52, 6 an -ius habeant.

*synonyma et iuxta posita*: abstemie, accurate, acute, aptius, bene, benigne, breviter, cogitate, dilucide, facete, facilius, hilare, laete, lepide, liberalissime, melius, perfecte, recte, ridicule, sapienter, scienter, scite, suaviter, uberius. *opposita*: brevius, flagitiose, inutiliter, libere, male, strenue, turpiter.

*neutr. subst.* **commodum**, -ī (*compar.* commodius *substantive v. p. 1923, 2*): *apud Graecos*: SVID. *κόμοδα* (*v. p. 1928, 79*). PAPYR. Wessely, Wiener Stud. 24, 1902 p. 134 *κομοδίων*. p. 135 (*a. 340*) *Ἀπολλωνίῳ ὀφ(φικιαλίῳ) ὑπὲρ κωμοδίου, Νείλῳ γναφεῖ ὑπὲρ κ.*

*de significatione*: SEN. epist. 87, 36 -um est, quod plus usus habet quam molestiae. *nota*: ISID. orig. 5, 25, 16 -um (commod⟨at⟩um *Arevalo, Lindsay*) est, quod nostri iuris est et ad alios temporaliter translatum est cum modo temporis, quamdiu apud eum sit, unde et -um (commod⟨at⟩um?) dictum est. *de frequentia: v. p. 1921, 72 sqq.* [*locus dubius*: RVT. LVP. 1, 17 vehemens in re publica, -i satis liberi (*sic A*, tum oris satis liberi *coni. Jacobs.*).]

**1** *latiore sensu i. q. utilitas, emolumentum*: SCHOL. Ter. p. 118, 21 -o: prosperitate et utilitate. GLOSS. -i: utilitas (*sic*). -um *ὠφελία*. -o meo: *ἐπὶ τῷ ἐμαυτῷ λυσιτελεῖ*. -a: *λυσιτελῆ χρήματα*. PLAVT. Merc. 438 adnutat, addam sex minas. :: septem mihi .... :: -is poscit, pater. :: nequiquam poscit. Most. 307 ne ... quisquam invideat ... -is. Trin. 1117 -a, quae cupio, eveniunt. TER. Andr. 547 plus malist quam -i. 573 ullum -um in me claudier. 628 ex incommodis alterius sua ut comparent -a (Haut. 397 ut ex illius -o meum compararem -um). Eun. 372 tu illis fruare -is. 573 quid ex ea re ... caperes -i. Haut. 50 servire vostris -is (Hec. 51. 495. CIC. div. in Caec. 64 dolori suo, non rei publicae -is. Sest. 97 qui voluntati, -is, opinionibus ... serviunt. rep. 1, 8. ad Q. fr. 1, 1, 25 eorum ... -is utilitatique. BRVT. Cic. epist. 11, 4, 1 communi -o inservieris. APVL. flor. 9 p. 38 inservire. SOL. 4, 5 quidquid aquarum est, varie -is servit). TER. Hec. 481 nunc me pietas matris potius -um suadet sequi. 840



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

multa ex quo fuerint -a, eius incommoda aequomst ferre. Ad. 262 omnia ... esse prae meo -o. 871 patria ... -a. Phorm. 614 id cum hoc agebam -um. LVCIL. 694 qui pro -o et regno audeat. 671. 1337 -a ... patriai ... parentum ... nostra. GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 1 vestra -a et rem publicam administrare. QVADRIG. hist. 41 quicquam -i expectaret. VARRO rust. 1, 3, 20 quae extra fundum -a fiunt aut incommoda. frg. Non. p. 481 suum quisque diversi...-um focilantur. RHET. Her. 2, 2, 3 num quod -um maleficio appetierit. 3, 3, 4 si -a cum incommodis conferemus. 3, 6, 10 corporis...-a aut incommoda (CIC. fin. 5, 45. GELL. 12, 5, 7 ut omnibus ... corporis sui -is gauderet, ab incommodis omnibus abhorreret. AVG. civ. 5, 20 corporalibus -is. 9, 4 *non bona sed* -a corporis et externa). RHET. Her. 4, 25, 35 cum ratione utilitatis et compensatione -orum. CIC. inv. 1, 68 ex rei publicae -o atque utilitate. 2, 21 aliquid -i aut incommodi. 2, 132 suis rebus et -is. S. Rosc. 91 hoc -i est, quod *eqs.* 111 sui quaestus aut -i causa. div. in Caec. 3 non -a sua, sed ... vitam salutemque ... provinciae. Verr. 1, 26 in eo esse haec -a. 2, 25 de meo iure aliquid et -o detraho. 2, 26 si bis est dicere -um, certe commune utriusque est. 3, 66 locis -isque publicis (HOR. epist. 2, 1, 3 Ov. met. 13, 188. LIV. 2, 44, 6 moratorem publici -i. CLAVD. 5, 203 publica -a suadent). CIC. Verr. 4, 48 fructu illo -oque frumentariae rei. 4, 223 ad -um senatorium. 5, 6 forum ... -is hospitum, non furtis nocentium ornarent. 6, 172 omnia sua iura, -a ... in vestris sententiis versari. Cluent. 150 quam multa sunt -a, quibus caremus! 196 de ... municipii statu, dignitate, -isque omnibus. Manil. 71 me salutem provinciarum ... meis omnibus -is et rationibus praeferre. leg. agr. 1, 25 neque honorem neque ornamentum aliquod aut -um. 2, 77 si ita -um vestrum fert. Mur. 73 omnia haec sunt officia necessariorum, -a tenuiorum. Sull. 62 -a colonorum a fortunis Pompeianorum rei publicae fortuna diiunxerit. Arch. 12 a nullius ... tempore aut -o. dom. 145 -is meis omnibus, emolumentis, praemiis praetermissis. Sest. 23 officii rationem in omni vita, non -i esse ducendam. 103 multis in rebus multitudinis studium aut populi -um ab utilitate rei publicae discrepabat. 137 plebis libertatem et -a (LIV. 6, 35, 4 adversus opes patriciorum et pro -is plebis. VELL. 2, 13, 2 VAL. MAX. 2, 2, 7). CIC. Scaur. 35 anteposuit honori suo -a salutemque provinciae. Phil. 2, 40 ut cum illo -o, si quod erat, animi quidam dolor iungeretur. 3, 7 eorum -a, honores, praemia ... curae. 3, 10 omnia -a, beneficia, iura regni venalia. 8, 11 pacis -a. 14, 5 non solum -is suis, sed etiam necessitati victus. de orat. 2, 17 vel dignitatis vel -i rationem non habet. part. 83 reliquis honestatibus ... et -is anteponendum. 113 utilitas ex adeptione alicuius -i vitationeque incommodi. top. 70 principum -a maiora quam reliquorum. leg. 1, 49 ut ... quisque maxime ad suum -um refert, quaecumque agit. rep. 1, 52 sua -a populus neglegi a principibus putet. fin. 2, 55 emolumentis omnibus et -is. 3, 69 incommoda ... et -a ... communia esse voluerunt, paria noluerunt. ac. 1, 23 vitae -is (LVCR. 3, 2 qui primus potuisti illustrans -a vitae. Ov. Pont. 1, 8, 29 urbanae -a vitae. TERT. adv. Marc. 1, 11 utilitatibus et -is vitae. test. anim. 4. PORPH. Hor. carm. 2, 11, 1 -is vitae nostrae. 3, 29, 45. AVG. civ. 19, 17 ex huius temporalis vitae rebus -isque). CIC. ac. 2, 138 qui ad honestatem prima naturae -a adiungerent. Tusc. 4, 17 cui alterius -a nihil noceant. 5, 36 et nascentibus et cadentibus cum reliquis -is, tum maxime liberis. Cato 84 quid habet ... vita -i? quid non potius laboris? nat. deor. 1, 16 *stoici* honesta a -is non nomine, sed genere toto diiungerent *eqs.* 1, 52 hominum -a vitasque. div. 2, 28 quod fissum periculum, quod -um aliquod ostenderet. Lael. 34 dirimi ... contentione vel uxoriae condicionis vel -i alicuius, quod idem adipisci uterque non posset. 59 recte factis -isque amicorum ... angi. off. 1, 5 qui ... *bonum* suis -is, non honestate metitur. 1, 155 ab augendis hominum utilitatibus et -is. 3, 21 incommodo suum -um augere. Att. 1, 17, 5 urbanorum -orum. 10, 4, 4 patriae salus ... posterior sua dominatione et domesticis -is. epist. 1, 7, 3 de tuis ornamentis et -is cogitare. 5, 5, 2 quae ad tuum -um, quae ad honorem, quae ad dignitatem pertinerent. 5, 8, 5 ad voluntatem aut ad -um aut ad amplitudinem tuam pertinere. 7, 8, 1 tribunatus -a. 7, 11, 2 spe tuorum -orum. 13, 1, 2 de suis -is et praemiis. 14, 5, 1 quod -o valetudinis tuae fiat. ad Q. fr. 1, 1, 15 non sui -i causa simulent. 1, 1, 32 non modo saluti, sed etiam -is consulere debemus. 1, 1, 36 quae -is, utilitate et prope natura diversa sunt. *et saepius.* PLANC. Cic. epist. 10, 8, 7 in damno meae laudis rei publicae -o laetabor (BRVT. Cic. epist. 11, 11, 2 ex tua voluntate reique publicae -o. S. C. Cic. Brut. 1, 5, 1 CAES. Gall. 1, 35, 4. civ. 1, 8, 3 semper se rei publicae -a privatis necessitudinibus habuisse potiora. LIV. 10, 25, 17 GRAN. LIC. p. 14). CASS. Cic. epist. 12, 12, 4 -a sua curae tibi esse. TREBON. Cic. epist. 12, 16, 1 tuis ... minimis -is, non modo tanto bono. Q. CIC. pet. 25 habet hoc...petitio -i. CATVLL. 23, 24 haec ...-a tam beata ... noli spernere. 61, 63 nil potest sine te Venus fama quod bona comprobet -i capere. 68, 21. 84, 1 LVCR. 3, 937. 4, 1074. 1154. 6, 19. CARM. epigr. 59, 7 -a atque incommoda. CAES. Gall. 7, 29, 5. HIRT. Gall. 8, 21, 4 eo proelio -um esse consecutos. BELL. Hisp. 1, 4 pacis -a. 42, 3 *bis.* SALL. Catil. 10, 5 amicitias ... non ex re, sed ex -o aestimare. Iug. 4, 4 maius -um ex otio ... venturum. 16, 3. 82, 1 ex -o pugnam facere. NEP. Phoc. 4, 1 adversus populi -a. HOR. carm. 2, 8, 76 di, quaecumque preceris, -a dent. epist. 1, 14, 37 non istic obliquo oculo mea -a quisquam limat. ars 175 multa ferunt anni ...-a. Ov. am. 1, 2, 38 haec tibi si demas -a, nudus eris. met. 11, 283 mediae ...-a plebi nostra patent. fast. 3, 394 habent parvae -a magna morae. LIV. 1, 54, 10 dulcedine privati -i. 5, 11, 9 nec de agris nec de aliis -is. 45, 13, 7 si quid per se boni -ique evenisset. *saepe.* RVT. LVP. 1, 15 vestrum commune -um spectans. VITR. 8, 6, 10 habent...tubulorum ductiones ea -a. PAVL. FEST. p. 71 omnia -a hominibus dat deus. SEN. contr. 7, 6, 17 quam multa -a haberet ... maritus. VAL. MAX. 4, 6 ext. 3 legibus -isque suis. 8, 2, 1 nec -orum spem augere nec incommodorum cognitionem obscurare. PHAEDR. app. 2, 3 cuncta nobis attribuisset -a. SEN. Herc. O. 170 -a cladibus magnis magna patent. benef. 2, 33, 1 ex homine grato -um. 4, 25, 2 sine mercede, sine ullo ad ipsos perveniente -o. dial. 3, 5, 2 aliorum -is. 3, 16, 6 tam -a ... sine invidia videbit quam scelera sine ira. epist. 9, 10 quae ad -um accedit. 42, 6 aut nihil... -i esse aut plus incommodi. 74, 17 -a vocentur et ut nostra lingua loquar, producta. 87, 37 -um dicitur a maiore sui parte aestimatum. COLVM. 1 praef. 11 quorum -um ageretur. 11, 2, 28 si est -um terrenum. SCRIB. LARG. praef. p. 5, 2 omnia -a nos consecuturos existimabamus. PETRON. 92 iniuriis ... inimici mei hilaris, -is tristis. 111 lucis -is. PROC. dig. 8, 6, 16 -um eius est. PLIN. nat. 8, 91 non sua modo -a, verum et hostium adversa. 36, 203 in rebus damnatis ... sunt aliqua -a. MART. 9, 92, 1 quae mala sunt domini, quae servi -a. QVINT. inst. 1, 2, 15 sit incommodum, ...mox illud comparabimus -is. 3, 8, 34 ut aestimari possit, plus ... sit -i, an ... incommodi. decl. 254 p. 40, 28 contra -um suum. FRONTIN. aq. 88 -um...diffunditur. IVV. 9, 89 -a ... iugentur. 16, 7 -a ... communia (TAC. ann. 1, 22 de communibus -is. PLIN. epist. 1, 8, 13 communibus ... -is ... privatae iactantiae). TAC. hist. 1, 8 pari dolore -a aliena ac suas iniurias metiebantur. SVET. Aug. 25 minima -a non minimo sectantis discrimine. 31 sacerdotum et numerum et dignitatem sed et -a auxit. IVLIAN. dig. 37, 4, 5 salvum ...-um bonorum. VENVL. dig. 45, 1, 137, 4 est ... facultas *dandi* personae -um incommodumque. FRONTO p. 89 N. pro te tuisque ac liberum tuorum -is. p. 193 usus ... est ... omnibus ... praemiis -isque *eqs.* p. 222 de -is sociorum. DIG. 18, 6 de periculo et -o rei venditae. GAIVS inst. 2, 155 pro hoc ... incommodo illud ei -um praestatur. 2, 255 -um hereditatis. dig. 26, 8, 11 contra -um pupilli. PAPIN. dig. 22, 1, 3 pr. -a fideicommissarius accipiat. APVL. apol. 48 quod Apulei -um. met. 3, 6 innocentiam -is cunctis antetuleram. Plat. 2, 24 universae -a civitatis. VLP. dig. 37, 10, 1, 2 Carboniani -um. 38, 17, 2 pr. Tertullianum. 39, 1, 5 pr. ad ... privatum -um res pertineat. PAVL. dig. 17, 1, 22, 1 nonnullum ...-um meum. TERT. bapt. 9 aqua ...in suum -um suavitatis Mosei ligno remediatur. ieiun. 2 carnalium -orum suasoriae. nat. 2, 5 ad -a humana. adv. Marc. 4, 17 spiritalibus -is. ARNOB. nat. 1, 27 utilitas haec nostra est et -i nostri rationem spectans. PORPH. Hor. epist. 1, 16, 69 non ex suo -o, sed ex ...utilitate. PANEG. 4, 11 non amplius tribuere -is meis. EDICT. imp. Diocl. II 23 ex -o publico. LAMPR. Alex. 40, 2 honoratos ... multis -is auxit. HIL. in Matth. 27, 1 -a atque utilitates commissi sibi populi. OPTAT. 3, 10 p. 95, 12 quot -a habet, tot incommoda paries. AVSON. 196, 29 cuncta ...-a fati. AMM. 25, 3, 18 oboedientium -um et salutem. 26, 1, 12 gratificantes publicanorum ...-is (SCHOL. Cic. Bob. p. 136, 4 Hild.). AMBR. off. 3, 4, 24 neque tantum esse -i ... quantum incommodi. HIER. epist. 95, 1 circa salutis -a ... vigilare. VVLG. iud. 17, 8 ubicumque sibi -um reperisset. AVG. civ. 1, 8 de -is atque incommodis. 12, 4 ex -o vel incommodo nostro. OROS. hist. 6, 9, 3 sescentas naves utriusque -i fieri imperavit. SVLP. SEV. Mart. 1, 6 nostri ... rationem -i ducimus. ZACCH. 2, 20 intulit ... brevitas -um. CHROMAT. beat. 1 terrestre -um (*syn.* lucrum). MACR. sat. 1, 2, 10 ut aliquid abs te mihi fiat -i. 1, 20, 5 medicus vel -a vel incommoda futura praenoscit. MART. CAP. 2, 156 *semidei* in totius mundi -a procreantur. 9, 924 psaltas ... ad -um humanae utilitatis inveni. CAEL. AVR. chron. 2, 14, 218 umoris defluxio ... nullius -i teneat fidem. CYPR. GALL. gen. 1027 grandia ditato largitus -a servo. PRAEDEST. 1, 82 p. 615[B] non futurae vitae profuturum ..., sed praesenti -o. PAVL. PELL. 505 -a ut absentis praesentum cura iuvaret. CASSIOD. var. 2, 9, 1 ad clementiae -um. 4, 5, 3 grande -um est cum indigentibus pacisci. 7, 9, 1 -um tuum est venientes evasisse periculum. GREG. M. epist. 5, 26 pro pauperum -is. CORP. III 7584 pro -a (*sic*) fuit *spiritum reddere.* VIII 703 propter -um populi ... dedicavit.

*nota*: -o esse: TERT. nat. 2, 10 illa obsequitur, memor -o fore. SIDON. epist. 6, 8, 1 non illi est opificium quaestui, militia -o, cultura compendio. *adde*: OROS. hist. 1, 12, 1 me prospiciendi finis -o ... praeterire plurima. -i esse: SIDON. epist. 5, 20, 4 inspicere res -i est. *speciatim* -um dare *i. q. usum rei dare, commodare, mutuum dare*: PLAVT. Asin. 445 da -a homini amico (*antea*: scyphos ... utendos dedi).

2 *strictiore sensu i. q. reditus, fructus, usura*: *cf.* GLOSS. lucrum, compendium. -a emolumenta, lucra. -o: *φόρῳ.* SVID. *κόμοδα δόσις ἐπὶ τοῦ σιτισμοῦ (σεισμοῦ cod.) παρεχομένη.* CIC. Phil. 5, 53 de -is militum veteranorum augendis. epist. 13, 11, 1 omnia -a, omnes facultates ... consistunt in ... vectigalibus. PLANC. Cic. epist. 10, 24, 2 de militum -is. BRVT. et CASS. Cic. epist. 11, 2, 3 de -is *veteranorum.* Ov. ars 1, 131 militibus ... dare -a. VITR. 1, 2 praef. cum eis -a accepi,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quae cum primo mihi tribuisti *eqs.* Lex met. Vipasc. (Corp. II 5181) 24 -a percipient. Svet. Aug. 24 citra -a emeritorum praemiorum. Nero 32 stipendia . . . militum et -a veteranorum. Lex colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 1, 33 deductis -is et exequiario. Cels. dig. 31, 22 pr. pecuniam . . . cum suis -is. Scaev. dig. 32, 35 pr. Corp. IX 5899 (*ca. a. 200*) ordo et plebs ex -is suis. Papin. dig. 34, 4, 23. Vlp. dig. 50, 8, 2, 5 -orum -a et usurae usurarum. Veg. mil. 2, 8 merita consequebatur et -a. Cassiod. var. 3, 19, 1 servientibus iustis -is consulamus. 4, 14, 2 -a donativi. 4, 27, 4 -i (*saionis*) nomine. 5, 5, 4 praepositorum -a non praesumas. 6, 23, 2 tot emolumentorum -a. 7, 13, 3 cum privilegiis et iustis -is. 7, 15, 2 iustis -is studia constat artium nutrienda. 11, 8, 7 sollemnia -a . . . militibus non negentur. 11, 33 -a praemii. Cod. Iust. 10, 53, 9 pr. annonaria sibi -a a populi -is ministrari. Greg. M. epist. 1, 42 p. 64, 12 gravia -a (*i. usuras*) pro eodem beneficio (*sc. argento mutuo*) persolvunt. 1, 59 nullus eorum in angariis seu -is . . . praegravetur. Conc. Paris. a. 614 p. 186, 2 absque ullo -o vel datione pecuniae. Corp. VI 30872 -is dup(licatis). Papyr. Berol. 628$^{v}$ II 17 praemia beneficia -a habuerunt *veterani*. Metrol. p. 61 centesima quae -i aut usurarum nomine ad sortem applicaretur. *i. q. compensatio*: Qverol. p. 60, 4 in . . . ossibus loco motis usque ad deuncem solidi iniuriarum -um placuit extendi. Cassiod. var. 9, 14, 4 -um . . . debet esse cum modo. Greg. M. dial. 1, 4 laboris sui -um . . . dedit.

**3** *commoditas, qua quid ex voluntate et utilitate alicuius fit*: Cic. Brut. 17 nec exigam nisi tuo -o. rep. 1, 14 si tuo -o fieri potest (Att. 1, 4, 1 quod -o tuo facere poteris. 2, 17, 3 si tuo -o fieri possit. epist. 3, 5, 4). 10, 28, 3 cum erit tuum -um. *saepius*. 12, 38, 1 qui tuum -um non expectavit. *al.* ad Q. fr. 3, 9, 4 quicquam, quod ad meum -um attineat, nisi maximo tuo -o et . . . facultate . . . cogitaris. Caes. Cic. Att. 9, 6$^{a}$ neque loqui neque audire meo -o potuissem. Liv. 42, 67, 8 ut . . . hiberna -a omnes haberent. Sen. contr. 1, 4, 11 exit et -o suo (*cf.* Sen. nat. 5, 18, 8 emetiri . . . annos suos ex -o. epist. 46, 1. Colvm. 6, 2, 14 qui ex -o, quam qui festinanter mandunt. Tac. ann. 13, 9 bellum ex -o pararet. Nerat. dig. 50, 5, 4 Ivlian. dig. 38, 1, 24 Gaivs dig. 18, 6, 2 pr. Scaev. dig. 33, 7, 7). Petron. 119, 56 detrita . . . -a luxu. Plin. epist. 6, 14, 1 ne quid contra -um tuum facias (Svet. Aug. 78). Fronto p. 26 N. ad meum -um faciam lente. p. 51 numquam . . . mea -a tuis utilitatibus anteponam. Itin. Alex. 31 ad reversionis -um. Ivst. 2, 10, 24 ad navigationis -um. Avson. 414 ut . . . mora habitandi ad -um suum utatur. Amm. 30, 5, 14 -a quaerebat hiberna. *inde fere i. q. suavitas*: Fronto p. 71 N. quantum molestiae absentia, tantum -i affert desiderium irritatum. Sol. 48, 2 caeli ac soli -is. Paneg. 2, 11 omnia -a caelo terraque parta. 5, 18 tantum in bello . . . periculi . . . quantum in pace -i. Sidon. epist. 1, 8, 2 de . . . natalis . . . soli vel iucunditate vel -o. *i. q. suave*: Tert. anim. 52 *mors*, quae animam per -a expellit. Porph. Hor. carm. 3, 29, 42 praesentia -a.

*synonyma et iuxta posita*: amplitudo, beneficium, bonum, cura, dignitas, emolumentum, facultas, fructus, honestas, honos, libertas, lucrum, merces, opes, ornamentum, praemium, productum, quaestus, salus, utilitas. *opposita*: damnum, dolor, iactantia, incommodum, iniuria, labor, malum, molestia, officium, periculum, scelus. *Mertel.*

**commoenio, commoenis** *v.* commun-.

**commoetāculum:** genus virgulae, qua in sacrificiis utebantur Pavl. Fest. p. 56. *cf.* p. 64 -a virgae, quas flamines portant pergentes ad sacrificium, ut a se homines amoveant. [*orig. inc., nisi a* commutare *ductum est. Th.*] *Mbr.*

**com(m)oinis** *v.* communis.

**commolestat** conspiranter molestat Gloss. IV 38, 41. *cf.* 42, 38 (498, 40. V 183, 44) -ant conspiranter molestant. *a* com *et* molestare.

**commōlior,** -ītus sum, -īrī *a* com *et* moliri. *i. q. movere, agitare: proprie de motu corporeo*: Lvcr. 6, 242 ut possint ictu discludere turres, disturbare domos, avellere ⟨t⟩igna trabesque, et monimenta virum -iri (demoliri *coni. Munro*) atque ciere, exanimare homines. 6, 255 cum -iri tempestas fulmina coeptat. Vitr. 10, 7, 3 regulis et vectibus commol⟨i⟩untur qui erit aer *eqs.* *translate i. q. excogitare*: Caecil. com. 207 nec quem dolum ad eum (*patrem*) aut machinam -iar, scio quicquam. Gell. 3, 19, 3 et nimis moleste atque odiose confabricatus -itusque magis est originem vocabuli Gavius iste Bassus.

**commollio,** -īvī, -īre *a* com *et* mollire. Gloss. -it molle facit. commol⟨li⟩vimus ἐμαλάξαμεν. Not. Tir. 73, 20 conmolliat. *i. q. molle facere, mollire*: Marcell. med. 8, 185 si qua (*duritia palpebrarum*) illic in modum pilularum nascuntur, -it ac discutit *vituli medulla*.

**commolo,** -uī, -itus, -ere [*a* com *et* molere; *i. q. umbr.* kumaltu, kumultu, comoltu *imperat.* '*commolito*', kumates comatir *abl. plur.* '*commolitis*', *hibern.* con- meil '*commolit*'. *Th.*]. *forma* commolatus *p. 1930, 6. nomen deae fratrum Arvalium* Commólenda *vel* Commolanda *v. nom. propr.* Gloss. συναλήθω. -unt dentibus comminuunt (comprimunt). -ita molata. **1** *proprie*: **a** *strictiore sensu i. q. fricando conterere*: Colvm. 12, 28, 1 tum -ito minutissime *faenum Graecum*. 12, 52, 18 si protinus illata de agro bacca -ita et expressa erit. 12, 52, 20 dubitare non debemus lectam olivam . . . -ere preloque subicere. Cypr. epist. 63, 13 grana multa in unum collecta et -ita et commixta panem unum faciunt. [Lact. opif. 10, 16 quod contritos et permolitos (-itos *V, rectene?*) dentibus cibos colligit et conglobatos vi sua deprimit et transmittit ad ventrem *lingua*.] Chiron 507 his omnibus *medicamentis* commixtis et commolatis cataplasmas, quousque sanum fiet. Hier. in Am. 2, 4 p. 271 ne possint dura -ere et in alvum toto corpori profutura transmittere *dentes*. in Ezech. lib. 7 praef. alienis dentibus -iti cibi. Schol. Ter. p. 131, 24 'exedendum' -endum, corrodendum, consumendum. Ven. Fort. vita Radeg. 16, 37 (*add. L*) tum more sancti Germani iubet sibi molam secretissime deferri, ad quam totam quadragesimam, in quantum quatriduana refectio postulavit, sua manu -uit (commuluit *add. E*). *nota in imagine*: Hier. hom. Orig. in Luc. 28 p. 334 habeamusque panem novum de scripturarum tritico farinamque -itum in Christo Iesu. tract. p. 408, 15 quidquid . . . diligenti examinatione -itum et ruminatum a doctoribus profertur in medium. Vict. Vit. 1, 21 ego mola catholicae matris -itus et cribro examinationis . . . purgatus.

**b** *latiore sensu i. q. comminuere, deformare*: Itala Dan. 2, 35 (Tycon. 1 p. 2, 16) in pulverem -uisse (comminuisse *V*) *lapidem statuam* (ἐλεπτύνθησαν εἰσάπαξ, Vvlg. tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, aes . . .). *in imag.*: Vvlg. Is. 3, 15 quare atteritis populum meum et facies pauperum -itis? **2** *translate: i. q. occaecare*: Serm. Arrian. frg. XIII Migne 13, 638$^{A}$ et in mola tenebrarum -ere coegerunt *animam*, ut cogitaret carnalia et mundana, sentiret terrena et limosa. *i. q. coinquere* (*v. Henzen, Act. Arv. p. 142*): Act. Arv. a. 224, 5 arbor(um) . . . ferr(o) ⟨f⟩endendar(um) adolendar(um) -endar(um) . . . causa.

**commonefacio,** -ēcī, -actum, -ere (*passive* commonefīo, -factus sum, -fierī) [*a* commonere *et* facere *ductum, cf.* condocefacere. *Th.*]. *scribitur in codd. etiam* como- *et* commun-. Not. Tir. 93, 53 -unefacit. 93, 54 -unefecit. 93, 55 -unefactum. *legitur inde a* Plavto. *i. q. admonere* (*cf.* Non. p. 242, 1), *commemorare* (*cf.* Non. p. 91 commemorare, -ere, in memoriam redducere), *adhortari*: **1** *homines -unt*: **a** *aliquem*: *α obi. sol.*: Met. Nep. Cic. epist. 5, 3, 2 ut is vos doceret et -ret. Cic. epist. 13, 72, 1 te propter magnitudinem provinciae multitudinemque negotiorum etiam atque etiam esse -endum. Sen. benef. 5, 22, 1 hos ego non appellabo, sed -am et ad officium aliud agentes reducam. Hil. in Matth. 22, 4 eorum erat proprium -ere eos, quos invitaverant prophetae. *additur qua re*: Plavt. Stich. 63 vos monimentis -am bubulis. *β alicuius rei*: Rhet. Her. 4, 24, 33 cum ipse te veteris amicitiae -ret, commotus es? Sall. Iug. 49, 4 ad hoc viritim, uti quemque ob militare facinus pecunia aut honore extulerat, -ere benefici sui. Porph. Hor. carm. 1, 13, 12 quoniam *amator* dolore morsam *puellam* commone[m] facit eius, qui momorderit. Schol. Cic. Bob. p. 73, 23 Hild. -ecit eum constantiae suae. *γ aliquem aliquid*: Vvlg. I Cor. 4, 17 qui vos -et vias meas (ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου). **b** *aliquid:* Vitr. 7, 5, 8 quae -ere potui, ut ab errore discedatur, . . . satis exposui. **c** de *re*: Sen. epist. 21, 11 nam de illis extraordinariis . . . hoc unum -am. Tert. bapt. 17 superest . . . de observatione quoque dandi et accipiendi baptismi -ere. **d** *alicuius rei*: Gell. 6, 3, 52 nunc clementiae, nunc mansuetudinis maiorum, nunc utilitatis publicae -it. **2** *res -it*: **a** *aliquem*: Apvl. met. 9, 40 quo sermone eius -ctus. **b** *aliquid*: Cic. Verr. 5, 144 irrisionem esse illam, quae -ret istius turpem calamitosamque praeturam. Vitr. 2, 1, 5 -ere potest et significare mores vetustatis Romuli casa. Op. imperf. in Matth. 8 p. 678 vides ergo, quia doctrina non novas scientias introducit, sed oblitas -it. **3** *passive (subiecto incerto): absolute*: Itala Marc. 11, 21 (cod. k) et -ctus (ἀναμνησθείς, Vvlg. recordatus) Petrus dixit. *alicuius rei*: Cic. Verr. 6, 112 quin tui sceleris et crudelitatis ex illa oratione -fiat. Apvl. met. 8, 21 qui requisitum comitem tempestivae viae -ctum reduceret. 11, 13 sacerdos . . . nocturni -ctus oraculi. 11, 27 consimili praecepto sacrorum ministrandorum -ctum. Anian. Chrysost. hom. 5, 2 propheticorum verborum . . . -ctus. **4** *sequuntur enuntiata*: ut: Cic. Verr. 3, 41 illi eum -unt, ut . . . utatur instituto suo. Act. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 65 -undos (*trad.* Commone · Facivndos *puncto interposito*) homin⟨e⟩s existumavimus, ut omnes liberi peterent *eqs.* Cod. Iust. 7, 43, 8 (*a. 290*) adversario . . . peremptorio edicto, ut praesentiam sui faceret, -cto. quoniam: Itala Ioh. 2, 17 (cod. e) -cti sunt discipuli eius quoniam scriptum est (ἐμνήσθησαν . . . ὅτι, Vvlg. recordati sunt . . . quia). 2, 22 (*ibid.*) -cti sunt discipuli eius, quoniam hoc dicebat (ἐμνήσθησαν . . . ὅτι, Vvlg. recordati sunt . . . quia). *accus. c. inf.*: Tac. ann. 6, 12 -ecit *Tiberius* . . . sanxisse Augustum. Tert. idol. 18 vel hoc te -at omnes huius saeculi potestates et dignitates non solum alienas, verum et inimicas esse. *interrogatio indirecta*: Ps. Sall. in Tull. 2 ut nos -as, quam conversa res sit. Caes. Gall. 1, 19, 4 simul -it, quae ipso praesente . . . sint dicta, et ostendit *eqs.*

✖**commoneo,** -uī, -itum, -ēre *a* com *et* monere. *formae: inf. praes. pass.* -erier: Plavt. Pseud. 150. -eam *pro futuro*: Vvlg. III Ioh. 10 *v. p. 1931, 53.* conmonetus: Conc. Arvern. a. 535 p. 68, 21 *v. p. 1932, 71.* Paris. a. 573 p. 148, 3 *v. p. 1933, 19.* Clippiac. a. 626/7 p. 199, 31

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*v. p. 1932,74.* *confunditur in codd. interdum cum* commoveo. AGROEC. gramm. VII 121,8 -emus praeterita, ammonemus praesentia, monemus futura (ISID. diff. 1, 368 diff. app. 113. *cf.* DIFF. ed. Beck p. 33, 41 admonemus de praesentia, -emus de praeterito, monemus de futuro). NOT. Tir. 53, 57 conmonet. *legitur inde a* PLAVTO *et* TER. [*loc. dub.*: Q. CIC. pet. 4 GERM. 268.]

*i. q. admonere, adhortari*: **I** *homines -ent*: **A** *absolute*: CIC. S. Rosc. 45 non enim exprobrandi causa, sed -endi gratia dicam. Q. CIC. pet. 19 ut...exigas -endo, rogando, confirmando, curando *eqs.* VLP. dig. 13, 6, 12, 1 si -endi causa miserat *servum.* TERT. patient. 1 p. 1, 8 constantiam -endi propriae conversationis auctoritate derigere. ITIN. [Silv.] 1, 2 -erunt deductores sancti illi, qui nobiscum erant, dicentes. PS. HIL. libell. 6 deus non cessabat quotidie -ere. HIER. epist. 98, 19 prophetam lacrimabiliter -entem. 147, 1 decem plagas non quasi ab irato deo, sed quasi a patre -ente sustinuit. VVLG. II par. 36, 15 de nocte consurgens et quotidie -ens. MART. CAP. 1, 61. NICET. frg. p. 6, 10 sive deus inspiravit sive homo -uit et suasit. VINCENT. LER. 33, 43 ut memoria mea ...-endi assiduitate reparetur. **B** *aliquem*: **1** *obi. solum*: PLAVT. Persa 697 tu me -isti hau male. APVL. met. 9, 17 cum ... pudicitiam carae coniugis conservare ... cuperet, servulum ...-et suaeque dominae custodelam omnem permittit. ITALA (Hier. epist. 46, 7, 3) *et* VVLG. Iudas 5 -ere (*ὑπομνῆσαι*) autem vos volo, scientes semel omnia. AVSON. 407, 5 aut ego te vegetum atque alacrem -bo? VVLG. Col. 3, 16 docentes et -entes vosmetipsos (*νουθετοῦντες*). PS. HIL. libell. 19 cum apostolus Paulus ecclesias -ret. PASS. coron. 7 rogo et -o vos, nolite perdere tantum amorem et gratiam principis Diocletiani. *additur qua re*: APVL. met. 5, 11 interea Psychen maritus ... ruisum suis illis nocturnis sermonibus sic -et: *eqs.* HIER. epist. 147, 1 Paulus Corinthios ... voce flebili -bat dicens. **2** *acced. genet.*: *hominis*: AVG. virg. 1, 1 Christi virgines -imus (*var. lect.* ad -(am) monuimus) atque monuimus. *rei*: PLAVT. Rud. 743 mearum me absens miseriarum -es. QVINT. inst. 1, 5, 7 grammaticos officii sui -emus. 1, 8, 14 ut -eat artificialium et memoriam agitet *grammaticus.* ITIN [Silv.] 16, 5 ut -ret episcopum vel clericos temporis ipsius. **3** *aliquem aliquid*: HYG. astr. 1 praef. p. 19, 11 scripsi ad te, non ut imperito monstrans, sed ut scientissimum -ens sphaerae figurationem. **4** *acced. praepositiones*: **de**: RHET. Her. 3, 11, 20 de magnitudine vocis et firmitudinis parte ... nihil nos attinet -ere, nisi ut *eqs.* CIC. Verr. 6, 109 te neque praesens filius de liberum caritate neque absens pater de indulgentia patria -bat. de orat. 3, 47 de iis te, si qui me forte locus admonuerit, -bo. COD. Theod. 11, 30, 34, 1 (*a. 364*) nec -uerit de relationis necessitate. ITIN. [Silv.] 10, 8 *v. infra l. 51.* VVLG. II Petr. 1, 12 incipiam vos semper -ere de his (*ὑπομιμνήσκειν περί*). RVFIN. Adamant. 5, 6 quomodo ... apostolus ... de his eisdem nos -et. hist. 5, 3, 4 de pace ... ecclesiae (*πρεσβεύοντες*). hist. mon. 2 p. 406[B] de studiis spiritalibus. OROS. hist. 3, 12, 23 de neglecta custodia. TERT. paenit. 8 p. 658 Oehl. omnes ad poenitentiam -et, sub comminationibus quidem. CONC. Turon. a. 567 p. 125, 11 si episcopus ... fratres suos in solatio suo non -uerit. **C** *alicui alicuius rei*: ITIN. [Silv.] 10, 8 euntibus nobis -uit presbyter loci ipsius, id est de Libiade. **D** *aliquid*: QVINT. inst. 6, 1, 50 cum amice aliquid -emus et ad concordiam hortamur. VVLG. III Ioh. 10 (*Amiat. et Fuld.*) si venero, -eam eius opera (*ὑπομνήσω*, VVLG. *rell.* -bo). II Tim. 2, 14 haec -e (*ὑπομίμνησκε*). COD. Theod. 11, 30, 41 (*a. 383*) ut ... mansuetudinem nostram facta suggestione -eat. MART. CAP. 1, 90 puer ... compresso digito salutari silentium -bat. 6, 643 non alienum est inter fluenta emergentes terras ... praesertimque nobiles -ere. **E** *sequuntur enuntiata: infin. vel acc. c. inf.*: CIC. Verr. 5, 141 cum quidam ex illius amicis -rent, oportere decerni. COMM. instr. 2, 8, 10 idcirco -o vulneratos cautius ire. SCHOL. Hor. carm. 3, 2, 1 -ens beatiorem vitam facilioremque esse pauperi. sat. 2, 3, 187 a qua non minus quam avaritia et luxuria -et recedendum *esse.* RVFIN. Adamant. 5, 28 suadeo et -o discedere eos a praesumptione animi (*δίκαιον ἡγοῦμαι*). hist. 6, 2, 8 praeferre haec scholaribus studiis -bat (*ἐνῆγεν*) *pater Originem.* AVG. civ. 11, 25 quae in homine spectanda -ui. 14, 15. 21, 27. in psalm. 116 quae ... memoriae commendanda -ui. c. Iul. 1, 6, 26 ut nos totum legere -res et invenire. SVLP. SEV. Mart. 13, 2. EVGIPP. Sev. 40, 1 Fevam ... ad se venire -uit. GREG. M. epist. 13, 8 locorum venerabilium curam laudabiliter habere -eat. GREG. TVR. Franc. 6, 39. quod: APVL. met. 10, 16 simul, quod ei praebiberim, -eto. *interrogatio indirecta*: RHET. Her. 2, 30, 47 enumeratio est, per quam colligimus et -emus, quibus de rebus verba fecerimus breviter. RVFIN. Adamant. 1, 17 -ere *Adam* volens *deus*, in qua beatitudine fuerit ante praevaricationem. APRING. in apoc. 2, 5 et post paenitentiam quid faciat, instigat et -et. ut, ne: ITIN. [Silv.] 24, 6 mittit diaconus vocem et -et, ut unusquisque stans fidelium inclinent capita sua. VEG. mil. 4, 30 illud iterum iterumque -ens, ut sollertissime caveatur. AMBROSIAST. in I Cor. 6, 10 -uit, ut restauraret in illis reverentiam legis. AVG. serm. ed. Mai 141 illudque inter cetera -emus, hortamur, impellimus, ut *eqs.* epist. 148, 1, 1 virg. 1, 1. BENED. reg. 18 l. 49 hoc praecipue -entes, ut *eqs.* ACT. Archel. 36, 2 p. 51, 4 -es *discipulos*, ne delinquant. 42, 6 p. 62, 24 in eadem epistula -et nos, ne terrena sapiamus. INSCR. christ. Rossi II p. 140, 30 -et e tumulo ... ipse superstes insidians, ne lupus vastet ovile dei.

**II** *res -ent (active)*: **A** *absolute*: CIC. Verr. 6, 29 frumenti copia -et, tempus anni non impedit. IVNIL. 1, 5 *proverbialis species est* quaedam figurata locutio ... in praesenti -ens tempore. **B** *aliquem*: **1** *c. obiecto solo*: OV. met. 12, 472 nec te natalis origo -uit (commovit *N*) mentemque subit *eqs.* APVL. met. 6, 28 quae (*plagae*) me saepicule -bant (*trad. etiam* commovebant). **2** *aliquem aliquid*: CIC. Verr. 4, 40 quod vos lex -et, id ... quaeretis. ITALA Ioh. 14, 26 (Hil. syn. 38) *spiritum sanctum* misit, docere eos et -ere omnia (*ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα*, VVLG. suggeret vobis omnia). BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 438, 3 apertissime sententiam rei subiectae dispositionis nos ordo -eat. **3** *aliquem alicuius: rei*: RHET. Her. 4, 33, 44 non illae te nuptiales tibiae eius matrimonii -bant? *hominis*: PLIN. epist. 6, 1, 1 ipsa loca ... acrius me tui -ent. **C** *aliquid*: **1** *c. obiect. solo*: SIL. 13, 111 postquam properata satis *sunt*, quae -et usus, dat signum. **2** *aliquid rei alicuius*: APVL. apol. 12 quod -eant divinos animos eius pulchritudinis *corpora.* **3** *aliquid* de *re*: CASSIOD. var. 6, 7, 3 monetamque facis de nostris temporibus futura saecula -ere. **D** *alicuius rei*: QVINT. inst. 11, 2, 24 horum tamen utcumque -et locus sicut sermonis alicuius habiti. 11, 2, 28 quarum (*notarum*) recordatio -eat et quasi excitet memoriam. APVL. met. 11, 26 Sol ... rursus teletae, rursus sacrorum -et. **E** *sequuntur enuntiata: infin. vel acc. c. inf.*: CIC. Verr. 1, 52 quae *auctoritates* te noctes diesque -eant fortissimum tibi patrem ... fuisse. leg. agr. 2, 31 nec te ea lex ipsa -et IIIviros illos XXXV tribuum suffragio esse creatos. CASSIAN. conl. 7, 34, 2 quoniam hoc nos facere dominici diei sollemnitas -et. CASSIOD. in psalm. praef. p. 10[A] *psalmi* -ent (*trad. etiam* commovent) lacrimis peccata diluere. *interrogatio indirecta*: TER. Andr. 812 nunc me hospitem lites sequi quam hic mihi sit facile atque utile, aliorum exempla -ent. RHET. Her. 4, 26, 35 *exornatio* et quid dixerit -et et ad reliquum comparat auditorem. QVINT. inst. 11, 2, 30 cum translatus anulus vel alligatus -eat nos, cur id fecerimus. ut, ne: TER. Andr. 280 ut neque me consuetudo neque amor neque pudor commoveat neque -eat, ut servem fidem. CIC. epist. 4, 15, 2 hoc tempore breviter -endum putavi, ne quo ⟨in⟩ periculo te proprio existimares esse. COD. Theod. 8, 5, 7 (*a. 354*) praelata iussione nostra provinciarum rectores excellentia tua -eat, ut *eqs.* 7, 20, 11 (*a. 373*) -eat tua sinceritas hac sanctione veteranos, ut *eqs.* quod: CIC. Verr. 5, 57 ut hic modo me -uit Pisonis anulus, quod totum effluxerat (*cf.* QVINT. inst. 9, 2, 61).

**III** *passive (subiecto incerto)*: **A** *aliquis -etur*: **1** *absolute*: PLAVT. Mil. 881 meretricem -eri, quam sane magni referat, nihil clam est. CIC. fin. 3, 3 ut -eri nos satis sit, nihil attineat doceri. ITALA I Cor. 10, 11 (Tert. adv. Marc. 5, 7 p. 596, 19) haec ... scripta sunt ad nos -endos (*πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν*, VVLG. ad correptionem nostram). ITIN. [Silv.] 24, 3 donec -etur episcopus (24, 4. PS. AVG. quaest. test. I 102, 18 p. 213, 6 -entur ... episcopi. p. 213, 10). CONC. Aurel. a. 533 p. 64, 3 qui si -iti a consortio hoc se separare distulerint. a. 541 p. 90, 23 Turon. a. 567 p. 125, 9. 134, 24 si ... -itus aut venire aut transmittere noluerit (*cf.* CONC. Latun. a. 673/5 p. 219, 18 si quis episcopus in sinodo -itus venire neglexerit). *additur re aliqua*: PLAVT. Trin. 1050 re ipsa modo -itus sum. RHET. Her. 3, 18, 30 imaginibus -iti. CIC. epist. 7, 10, 3 eis litteris ... putavi esse hominem -endum. QVINT. inst. 11, 3, 130 ut, si calore dicendi vitare id (*sc. umeros iactare*) excidisset, offensatione illa (*sc. hastae dependentis*) -retur *Demosthenes.* SPART. Geta 1, 5 *v. infra l. 67.* VVLG. num. 16, 40 *v. p. 1933, 17.* COD. Theod. 13, 9, 6 (*a. 412*) libelli aditione vel planaria interpellatione. AVG. civ. 4, 26 cum ille qui somnio -itus erat postero die iussa facere non ausus esset. 7, 34 ut haberet, unde legendo -retur. 21, 18. THEOD. PRISC. gyn. 2, 8 conveniet iam exercitiis aptis sexui -eri (commoveri *pars codd.*) et aeris vel locorum mutatione iuvari. SACR. Leon. p. 457 ecclesia hoc exemplo -ita. CASSIOD. var. 1, 17, 1 publicae utilitatis ratione -iti. CONC. Aurel. a. 549 p. 106, 5 familiari aditione -itus. Paris. a. 573 p. 148, 3 *v. p. 1933, 19.* *accedunt praepositiones*: ab (*aliquo*): SPART. Geta 1, 5 paterna cogitatione vel ... a Iulia uxore -itus. LVCIF. non parc. 5 p. 218, 12 regem Iudae -itum a deo. AVSON. 459, 2 Telemachus a Minerva per somnium -etur, domum ut rediret. CASSIOD. var. 10, 3, 5 a quibus semper quicquid est pro homine -emur. CONC. Arvern. a. 535 p. 68, 1 a sacerdote conmonetus (commonitur *F*) deo collata reddiderit (CONC. Aurel. a. 541 p. 90, 10. 18). CONC. Aurel. a. 541 p. 91, 17 ab ecclesiastico ordinatore. Turon. a. 567 p. 135, 14 a pontifice suo. Paris. a. 573 p. 148, 3 *v. p. 1933, 19.* Clippiac. a. 626/7 p. 199, 31 commonetus ab episcopo. PASS. Theclae C 27 p. 75, 12 Trifena ...-ita a spiritu sancto (stimulata a sp. s. *Ca*, stimulata a Christo *Cc*). *adde*: CIC. epist. 7, 19, 1 ab ipsa urbe -itus amantissima tui. per: CONC. Aurel. a. 541 p. 90, 3 per epistulas fratrum affectuose -iti. **2** *aliquid*: PLAVT. Pseud. 150 officium vestrum ut vos malo cogatis -erier. AVG. trin. 14, 12, 16 quod ... quisque penitus obliviscitur nec -eri utique potest. **3** *alicuius rei*: APVL. met. 9, 26 taciti vulneris et suae sordidae conscientiae -ita, quo maturius ... liberaret. **4** de *re*: CIC. Verr. 2, 154 quin is uno quoque gradu de avaritia tua -retur. AVG. civ. 4, 31 de animae mutabilitate. CONC.



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Turon. a. 567 p. 124,6 de ipsius excommunicatione -itus. **5** *sequuntur enuntiata: infinitivus*: Ps. Apvl. Ascl. 6 quoniam de sensu -or dicere. Avg. civ. 3,8 serius sunt redire -iti. 21,18. nat. et grat. 15,16 praecepto facere -emur. Cassian. conl. 1,22,1 quod observare tota virtute praecepto domini -emur. inst. 1,3 simplicitatem parvulorum iugiter custodire etiam imitatione ipsius velaminis -eantur. Cassiod. in psalm. 32,20 *virtutem* servare toties -emur. 57,10 -etur innoxius cautius se diligentiusque tractare. 62,5 -emur taliter exorare. var. 10,3,5. Conc. Epaon. a. 517 p. 26,1 caticumini procedere -entur. *interrogatio indirecta*: Cic. Mur. 50 qui timor bonis omnibus iniectus sit..., nolite a me -eri velle. de orat. 1,145 *artificum doctrina* habet...quaedam ad -endum oratorem, quo quidque referat *eqs.* ut, ne: Qvint. inst. 4,1,78 qui, ut ordini rerum animum intendat, etiam -endus est. Optat. 3,8 p. 91,8 sub Macario -bantur omnes, ut deus . . . rogaretur. Avson. 459,2 *v. p. 1932,68.* Veg. mil. 3,6 p. 77,15 ante -endi sunt milites, ut parati sint animo. Vvlg. num. 16,40 quibus -rentur, ne quis accedat. Cod. Theod. 7,20,13 (*a. 409*) -endi . . . sunt comites aut duces equitum, ut *eqs.* Avg. civ. 4,31. Conc. Paris. a. 573 p. 148,3 quia a fratre vestre . . . ad petitionem . . . Constituti . . . ut ad synodum venire deberet, est praesentanea invitatione commonetus. si: Avg. retract. 2,2,1 quibus *annotationibus* -rer (*trad. etiam* admonerer, commoverer, commemorarer), si quando contra totam scribere vacavisset. **B** *aliquid -etur*: **1** *res, quam quis admonet*: Gell. 9,3,4 epistula . . . excribenda visa est ad -endos parentum animos. de *re*: Cic. Font. 47 nolite pati, iudices, aras deorum immortalium Vestaeque matris cotidianis virginis lamentationibus de vestro iudicio -eri. part. 96 *animi* de periculo -endi *erunt.* *nota*: Tert. patient. 7 p. 11,13 omni paene in loco contemnendo saeculo scripturis divinis -etur *animus.* **2** *res in memoriam revocata*: Cassiod. inst. div. 5 in prologo . . . aestimavi aliqua -enda.

*deriv.*: commonitio, commonitorius (-um). *compos.*: recommonere. *cf.* commonefacere.

**commonitio,** -ōnis *f. a* commonere. *scribitur*: communitio: Conc. Aurel. a. 538 p. 74,18. communicio: Conc. Turon. a. 567 p. 134,13. *pluralis*: -es: Ambrosiast. in II Cor. 1,22 Hier. epist. 98,19 Avg. c. Iul. op. imperf. 4,129. -bus: Arnob. nat. 1,6 Val. Cem. epist. p. 757[B] Cassiod. in psalm. 100,12 Conc. Aurel. a. 538 p. 74,18 *v. p. 1934,1.* Hier. in Tit. 3,10/11 p. 737 *νουθεσία* -em magis et doctrinam absque increpatione significat. Gloss. commonitorium. *legitur inde a* Qvint. [*loc. dub.*: Cod. Theod. 11,1,14 (*a. 366*) -e $V^1$, communione, communione $V^2$ *et Cod. Iust.*]

*i. q. adhortatio, admonitio*: Qvint. inst. 4,4,9 ut sit haec -o iudicis (Cod. Iust. 11,74 [73],2 pr. [*a. 400*]). Herm. Pal. vis. 3,8,9 -o haec (*ἡ ὑπόμνησις αὕτη*). Arnob. nat. 1,6 quodsi omnes ... *Christi* commo⟨ni⟩tionibus crederent. [Firm. err. 1 p. 2,3 comm⟨onitionibus⟩*? v. p. 1829, 81.* Hil. in Matth. 25,1 post comminationem (-em *aliquot codd.*) deserendae Ierusalem, *v. p. 1886, 19.*] Lvcif. reg. apost. 4 p. 44,18 -em domini duxisse pro nihilo. Sev. Maior. p. 736[C] pastoris -e posthabita. Symm. epist. 7,105,2 adiecī praeterea -em, cuius suffragator esse dignaberis. Ps. Athan. ad mon. p. 73[D] illud non extra -em puto, ut *eqs.* Cod. Theod. 6,35,10 (*a. 380*) non modo ulla conventione cogendum, verum etiam levi saltem -e pulsandum. Ps. Ambr. laps. virg. 7,28 dilectio spiritalis ..., -o sancta non defuit. mor. Brachm. p. 1174[B] non ex -e naturae desiderium tale procedit. Ambrosiast. in Rom. 12,1 -o est haec, ut memores sint, quia misericordiam acceperunt. in I Cor. 4,19 post -em. in II Cor. 1,22 volentibus eis emendare se offerunt -es. Hier. epist. 98,19 qui post crebras -es ecclesiasticae fidei contradicunt. in Is. 1,1 p. 7 in -em duarum tribuum haec universa narrari. Vvlg. II Macc. 6,17 haec nobis ad -em (*ὑπομνήσεως*) legentium dicta sint paucis. II Petr. 1,13 suscitare vos in -e (*ἐν ὑπομνήσει*). 3,1 vestram excito in -e (*ἐν ὑπομνήσει*) sinceram mentem. Rvfin. Adamant. 2,18 scripta sunt . . . ad -em nostram (5,5. *cf.* Orig. in exod. 1,5 quae . . . ad nostram doctrinam et -em scripta sunt). Clement. 3,42 qui de hoc non tam persuasione indigeas quam -e. Basil. hom. 1 proverbiorum . . . -o alia. Orig. in iud. 4,2 agresti et simplici -e de animis auditorum vitia et peccata propellimus. Orig. princ. 4,28 -is gratia. hist. 1,13,4 ex -e divina. Greg. Naz. orat. 7,20,3 p. 231 Engelbr. tamquam fratres et aequales -bus nosmet ipsos et cohortationibus provocantes. Pavl. Nol. epist. app. 2,13 non ad -em praeceptorum dei . . ., sed ad ostentationem sui. Avg. civ. 5,18 necessariae -is exempla. serm. 358,6 -em episcoporum vestrorum non contemnitis. in psalm. 59,7 ad -em. c. Fort. 21 p. 102,26 post -em salvatoris nostri et sanam doctrinam eius. c. Iul. op. imperf. 4,129 tamen illi spreverint -es tuas. Svlp. Sev. epist. app. 2,12 p. 85[D] ne talis virginibus -o potius iniuria quam emendatio videretur. Avell. p. 182,17 tamquam fratrem in hac -e resuscito. Val. Cem. epist. p. 757[B] quamvis geminis -bus erudiatur. Rvric. epist. 2,21 p. 405,27 -o . . . divina. Apring. in apoc. 22,10 ad -em cunctorum. Cassiod. in psalm. 100,12 tuis te verbis, tuis -bus exoramus. 102,22 digna -o, per quam se fidelis anima consoletur. 114 praef. excitat nos de somno huius saeculi sollemnis ac vera -o. var. 12,18,3 aut gratias vobis domini gaudens reddo aut -em principis iratus attribuo. Conc. Aurel. a. 538 p. 74,18 in quibus communitionibus . . . destringatur. Turon. a. 567 p. 134,13 post tertiam communicionem. Greg. Tvr. Franc. 4,27 per praedicationem sacerdotum atque ipsius regis -em conversa. Lex Visig. 8,4,23 qui -e audire neglexit. Pass. Thom. 96,12 tunc divina -e iussus est Indiam ingredi. Evg. Tolet. carm. 2 tit. -o mortalitatis humanae. *i. q. exactio*: Cod. Iust. 1,3,25,2 (*a. 456?*) executoribus . . . solidos duos . . . dent pro -e sua.

*?***commonitōriolum,** -ī *n. si recte traditur, a* commonitorium *deminutive.* Hier. epist. 55,4,1 repperi iunctam epistulae et commentariolo (-o ς) tuo brevem chartulam. 120 praef. p. 818 de sanctarum quaestiunculis scripturarum . . . -um (commentariolum *codd. vet.*) dirigens.

**commonitorius,** -a, -um *a* commonere. *i. q. admonens, adhortans*: Virg. gramm. epit. 5 p. 34,8 -a *Aeneae* verba paucis proferam vobis. Rvfin. apol. adv. Hier. 2,21 epistulis tuis -iis. *i. q. supplicans, commendans*: Cod. Iust. 4,3,1,3 (*a. 394*) solo -o suffragio nititur (*cf.* Cod. Theod. 2,29,2,3 *infra l. 80*).

✖*neutr. subst.* **commonitōrium,** -ī. Gramm. suppl. 41,27 *inter nomina appellativa generis neutri.* Svidas *κομμονιτόριον ἐπιστολὴ προστακτικὴ ἀποστελλομένη εἰς χώρας. cf. etiam infra l. 63 et p. 1935, 9. 11. 12.* Gloss. *ὑπομνηστικόν.* monitionem. commonitionem. V 415,19 communitorium munitionem (*i.* mon-). (commun- *praeterea scribitur ex. gr. infra l. 68.*) *i. q. commonitio, actio monendi vel res ad commonendum apta; saepe schedula, qua quis de officio vel promissione commonetur*: **1** *generatim*: Gavdent. serm. 10 p. 918[A] ut neglegenti homini vel naturalem legem vel mandati legem, scriptum legis -um traderetur. Sev. Maior. p. 734[B] subditum huic epistulae -um. Priscill. tract. 2 p. 35,20 datum nescio quod ab Hydatio ibi -um est. Symm. epist. 5,21 (20) secundum -um, quo summatim muneri praeparanda rescripsi. 5,22 (21) non graveris -o strictim signata percurrere. 5,26 multa Oceano . . . et litteris et -is implenda mandavimus. 6,45 (46) et tamen -um iunxi. Amm. 28,1,20 -um repertum est manu scriptum Hymettii. 28,1,53 -um cum Augusti litteris tradidit, instruens hominem. Hier. epist. 148,14 (= Pavl. Nol. epist. app. 2,14) quasi ad compendiosum quoddam -um illa tibi euangelii eligenda sententia est. Pavl. Nol. epist. 28,5 adnotationem, quam -ii vice miseras litteris meis inditam. Avg. epist. 54,5,6 *inquisitionem* in -o posuisti. 97,4. 125,4 in -o rescripsisti. 126,6 per -um. 139,2. 4 cetera in -is invenies, quae ad presbyterum misi. 148 tit. -um sancto fratri Fortunatiano. 151,11. 164,7,22 in recenti . . . -o tuo, cui nunc respondi, duo quaesieras. retract. 1,5,1 quod mihi quasi -um esse volueram. 2,41,1 iste liber...quoddam -um a me factum. Qvodv. Aug. epist. 221,3 (= Aug. haer. 22) velut quodam ex omnibus concepto -o. 223,1 unum quidem reverentiae -um...suscepi. Oros. comm. 1 -um suggestae rei tunc offerre meditabar. *ibid.* -um iam dederunt de aliquantis haeresibus nec tamen omnes significarunt. Gennad. vir. ill. 97 iam vero asportandus pro fidelis linguae remuneratione in exilium epistulas, velut -a fidei et unius sacri et conservandi baptismatis ovibus suis, quasi pastor sollicitus, dereliquit. Vincent. Ler. 1,1 sublevandae recordationis . . . gratia -um . . . parasse. 27,38 in principio -ii istius. 28,40 sit iam huius -ii modus. 29,41 tit. secundum -um interlapsum est. *ibid.* duobus his -is. 33,43. Leo M. epist. 15 praef. p. 678 epistulae sermo et -ii series et libelli tui textus. 85,3 p. 924 de -o vero a clericis dilectionis tuae nobis oblato. Epist. pontif. 310 Migne 20,547[B] quo litteris vel -o vestro . . . respondere possimus. 347 Migne 20,681[A] verba canonum quae...huic -o inseruimus. Sidon. epist. 8,11,3 vers. 2 dilectae nimis et peculiari Phoebus -um Thaliae. Lvp. Evphron. epist. p. 66[A] -um...inspeximus. Cod. Iust. 12,49 (50),10,1 (*a. 485*) omnia sane -a vel praeceptiones aut evectiones. Nicet. frg. 5 p. 8,15 symbolum est -um fidei et sancta confessio. Vita Fulg. 48 interroganti presbytero . . . per -um parvissimum testinsonia protulit plura. *ibid.* cuius etiam -ii sententias...describi. Greg. M. dial. 3,10 Sabinus, domini Iesu Christi servus, -um (*κομμονιτώριον*) Pado. Stephan. 1 p. 36 -um, sicut ipsi vocant, faciens, . . . ad Thessaliam direxit provinciam. 2 p. 39 cum litteris, quas . . . -um nominant. Isid. eccl. off. 2,22,2 istis enim salutare symbolum traditur, quasi -um fidei et sanctae confessionis indicium. *nota in titulis librorum (christianorum)*: Ps. Avg. comm. *codd.*: incipit -um (commun- *C man. 1 L*) sancti Augustini. Oros. comm. tit. *cod. A*: -um Orosii (presbiteri *add. B*) ad sanctum Augustinum (episcopum) de errore Priscillianistarum et Origenistarum (*sic A*, de Priscillianistis et de Origenis errore *B*). *adde*: Mar. Merc. -um super nomine Caelestii, -um epistulae Cyrilli ad clericos subiunctum. *cf. etiam saepe in titulis singulorum librorum capitum ut l. 39.* Mar. Merc. subnot. *in codd. sic inscribitur*: -um lectori adversum haeresim Pelagi et Caelesti vel etiam scripta Iuliani. [*tit. libr.* Orient. comm. *et* Vincent. Ler. comm. *in codicibus aliter extare videntur.*] **2** *sensu technico (cf. Seeck, PW. IV 775)*: **a** *i. q. petitio ad magistratum facta*: Symm. epist. 1,68 (62) singula . . . tibi vel -ii series indicabit vel Rufus expediet. Cod. Theod. 2,29,2,3 (*a. 394*) solo -o de suffragio nititur (*cf* Cod. Iust. 4,3,1,3). **b** *litterae quibus ab imperatore magistratibus peculiaria mandantur*: Cod. Theod. 7,4,27 (*a. 406*) post completum consulatum in alterius anno consulis -um reparare. 6,29,10 (*a. 412*) curiosi idonei . . . transmittantur, -is competentibus atque

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mandatis instructi. 9, 1, 19, 1 (*a. 423*) -is secretisque mandatis fidem penitus abnegamus. CASSIOD. var. 3, 19 tit. -um Danieli Theodoricus rex. LEX Visig. 7, 5, 3 de his, qui sub nomine regis aut iudicis -a falsa sive fincxerint sive detulerint. qui falsa -a sub nomine regis sive iudicis ... protulerit, non incurrat falsitatis invidiam, sed eum, qui -um dederit, non moretur ostendere. quod si eum noluerit nominare aut quod ab eo -um acceperit, noluerit approbare ... reatum falsitatis incurrat. NOVELL. Iust. 31, 2 quaecumque ei per sacra iniunxerimus -a (*διὰ θείων ... commonitoriων*). *ibid.* sacra ad eum facientes -a (*vox latina etiam in contextu graeco*) de multis ... actibus. 128, 17 sacrum -um (*κομμονιτόριον*) accipiat. NOVELL. Iust. edict. 12, 1 quod profert -um (*κομμονιτόριον*). **c** *mandatum ad vectigalia exigenda*: CASSIOD. var. 7, 22 tit. formula -ii illi et illi scriniariis de binis et ternis. PAPYR. Marini 73, 42 quidquid enim memo⟨ratus conductor⟩ pro nostris commodis egerit ex lectione -ii nostri gratum ⟨nobis et acceptum⟩ esse scribitis. 73, 52 lecto -o nostro. *saepius.*

**commōnstro,** -āvī, -ātum, -āre *a* com *et* monstrare. *formae:* -ōstro: PLAVT. Merc. 894 Poen. 602. 1043. *fut. II* -asso: PLAVT. Epid. 441 *infra l. 25. inf. pass.* -arier: TER. Phorm. 305. *scribitur etiam* conm-. NOT. Tir. 47, 7 conmonstrat *inter* a- ad- de- re- sub- monstrat. *inde a* PLAVTO *et* TER. *evanida vi praepositionis idem q. monstrare*: PLAVT. Aul. 12 quam eum thesaurum -aret filio. Curc. 301 ecquis est, qui mihi -et Phaedromum genium meum? 404 hunc, quem quaero, -are si potes. Epid. 441 si istunc hominem, quem tu quaeritas, tibi -asso (-avero $B^1$). Merc. 894 quin ergo commostras, si vides? 897 omnia -bo (-or *codd.*). Poen. 602 liberum ut commostraremus (-mons- *P*) tibi locum et voluptarium. 1043 commostra (-mons- *P*) si novisti. TER. Haut. 1027 parentes meos ut -es mihi. Phorm. 305 hominem -arier mihi istum volo. CIC. Tim. 43 -vit (*ἔδειξεν*) ... leges fatales ac necessarias. de orat. 1, 203 ut -arem tantum viam. 2, 174 si aurum ... -are vellem. 3, 210 si non patefacti, at certe -ati loci. SEN. clem. 1, 18, 3 quemadmodum domini crudeles tota civitate -antur invisique et detestabiles sunt. epist. 109, 3 occasiones actionum honestarum -bit. PETRON. 97 si qui eum reddere aut -are voluerit. PLIN. nat. 28, 106 potestatium iniquitates -ant. APVL. met. 9, 3 argumentum explorandae sanitatis meae tale -at ceteris. 11, 2 glandis ferino remoto pabulo, miti -ato cibo. 11, 9 quae nitentibus speculis pone tergum reversis venienti deae obvium -arent obsequium. [PORPH. Hor. epist. 1, 17 praef. in qua *epistula* dum ars obsequendi amicis maioribus -atur (*Pauly*, arte ... non monstratur *trad.*).] *seq. interrogatio indirecta*: PLAVT. Curc. 467 -bo, quo in quemque hominem facile inveniatis loco. 590 cupio dare mercedem qui illum ubi sit -et mihi. *Leissner.*

*?***com[m]ōram** (*R*, commemoram *lib. gloss.*) coram (quoram *lib. gloss.*), co⟨m⟩minus GLOSS. Plac. V 14, 30 (56, 12). comoram *restituit Deuerling,* 'incoram*?*' *Götz. cf. c.* com *et* os *vel* ora, *v.* coram *vol. IV p. 942, 70. Mbr.*

**×commorātio,** -ōnis *f. a* commorari. *plur.* -bus: VVLG. III Esdr. 9, 37. *legitur inde a* RHET. Her. *et* CIC. **1** *i. q. habitatio, mansio*: **a** *proprie*: CIC. epist. 6, 19, 1 villa et amoenitas illa -is est, non deversorii. DON. Ter. Hec. 175 commeatus est ex aliqua -e temporalis abscessus. OPTAT. 2, 4 p. 38, 19 urbica placuerat -o (*cf.* SYMM. epist. 6, 62 [63] urbanam -em proximo rure distinguimus. 6, 67 [77] quid ipsi de reditu aut suburbana -e statueritis). SYMM. epist. 5, 98 (96) ex hac -e quam mihi tribuit. RVFIN. Orig. in num. 27, 2 sunt ... multae mansiones quae ad patrem ducunt, in quibus singulis quid causae, quid utilitatis animae -o quidve eruditionis ... accipiat, scit ille solus futuri saeculi pater. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 23 p. 384$^B$ ut iuxta -em praedestinatarum in hoc mundo animarum simul et mora temporis tenderetur. MART. BRAC. gent. patr. 108 in tribulatione et -e cellae. EVSTATH. Bas. hex. 8, 8 p. 956$^A$ peccato vos vacuos -o loci huiuscemodi perficiet. SALV. eccl. 2, 4 hominum circa se conversantium foetidam -em. PASS. Paul. 13 -e (-em *N*) mea in carne plus vos indigetis, si credere vultis, quam ego, qui ad vitam per mortem vado. *inde i. q. tardatio*: CIC. epist. 7, 5, 1 Pompei -o diuturnior erat, quam putaram. ad Q. fr. 3, 1, 23 propter -em tabellariorum. *i. q. mora, intervallum*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 77 quo -em faciat spirandi. **b** *technice: in arte rhetorica i. q. ἐπιμονή*: RHET. Her. 4, 45, 58 -o est, cum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius et eodem saepius reditur. CIC. de orat. 3, 202 QVINT. inst. 9, 1, 26. 9, 2, 4. *sensu christiano i. q. vita*: CASSIAN. inst. 2, 9, 2 huius -is ... indutiae. 5, 37 desiderio -is accensi. conl. 1, 14, 1 post huius -is excessum. 3, 8, 1 ad illam perennem -em. 9, 18, 2 -em vitae praesentis qua in hac degimus terra. 13, 13, 2 beatam -em paradisi. 18, 16, 15 primordia solitariae -is. 19, 3, 1 in coenobii -e. *saepius.* PETR. CHRYS. serm. 117 p. 521$^A$ aula virginis tota est in caelesti -e suspensa. **2** *i. q. locus habitationis, deversorium, sedes* (*cf.* HIER. nom. hebr. p. 31, 17 Auoth -o vel sedes aut viculus sive incunabula quod graece dicitur *ἔπαυλις*. AVG. quaest. hept. 3, 24 locutionem scripturae ubi sessionem pro habitatione et -e ponit. *ibid.* ubi habent -em quorum sedes sunt; habitatio quippe hoc nomen accepit. GLOSS. IV 220, 34 -o habitatio): ITALA gen. 27, 39 (Lugd.) a potu terrae erit -o tua (*κατοίκησις*, VVLG. *aliter*). AMBR. Noe 18, 64 ibique -em suam locat. bon. mart. 2, 5 ideo tamquam peregrinus ad illam sanctorum communem festinabat patriam petens pro huius -is inquinamento remitti sibi peccata. Abr. 1, 2, 4 hoc est de corporis nostri quadam -e egredi. VVLG. act. 1, 20 fiat -o eorum deserta (*ἔπαυλις. cf.* HIER. psalt. sec. Hebr. 69, 26 fiat -o eorum deserta [VVLG. psalm. 68, 26 habitatio]). III Esdr. 9, 37 erant filii Israel in -bus suis. LIB. geneal. chron. I p. 170, 219 facta est -o eorum a Masse usque quo venias Gophera montem orientis. GILD. Brit. 19 chron. III p. 35, 22 ut -o eorum ferarum assimilaretur agrestium. ENNOD. opusc. 3, 99 p. 356, 17. LIB. iubil. 16, 20 et aedificavit ... altarium domino ... et gratiae eius in terram -is suae (*παροίκησις, παροικία*).

**commorātor,** -ōris *m. a* commorari. *is qui commoratur*: APON. 3 p. 52 si ecclesiae caput effectus est Christus, quid mirum, si et -r mentis efficiatur.

**commordeo,** -ēre *a* com *et* mordere. *idem fere q. mordere*: SEN. contr. 9, 6 (29), 2 (contr. exc. 9, 6) quaedam ferae tela ipsa -ent et ad mortis unctorem per vulnera sua ruunt. SEN. dial. 7, 20, 6 gemite et infelicem linguam bonorum exercete convicio, hiate, -ete: citius multo frangetis dentes quam imprimetis. DIOSC. 1, 13 quod masticatu(m) lingua(m) -et (*δάκνον τὴν γεῦσιν*).

**commorior,** -rtuus sum, -rī *a* com *et* mori. *in titulo fabulae* PLAVTI: Commorientes (*cf.* TER. Ad. 7 Synapothnescontes Diphili comoediast: eam -entes Plautus fecit fabulam. ACC. carm. frg. 20, 3 DON. Ter. Ad. praef. 3, 8). *scribitur* cum-: THEOD. MOPS. in Tim. 2, 11 *v. infra l. 37.* GLOSS. *συναποθνήσκω. legitur praeter* PLAVTVM (*l. 23*) *inde a* SALL. [*loc. dub.*: PLIN. nat. 17, 255 QVINT. inst. 8 pr. 31.]

*i. q. mori simul cum aliquo (tam proprie quam in imagine)*: **1** *absolute*: SEN. contr. exc. 5, 3 -tui sunt iuvenes. contr. 9, 6 (29), 2 (contr. exc. 9, 6) morientibus gratissimum est -i. QVINT. decl. 305 p. 194, 13 FRONTIN. strat. 2, 6, 5 ITALA (codd. d g; Paul. Nol. epist. 20, 1) *et* VVLG. II Cor. 7, 3 (*etiam Amiat. Fuld.*) estis ad -endum et ad convivendum (*εἰς τὸ συναποθανεῖν. cf.* ITALA [Tert. scorp. 13 Victric. 28 Cypr. Fort. 5 Aug. epist. 55, 3] *et* VVLG. II Tim. 2, 11 si -tui sumus [-imur Cypr., -imur Christo Victric., -tui sumus Christo Tert. *cf.* THEOD. MOPS. *ad l., ubi* cummortui *C*] et convivemus [*συναπεθάνομεν*]. *adde*: PELAG. in Rom. 6 p. 672$^C$ si -tui non sumus, nec convivemus. RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 1, 1 p. 167 Engelbr. ad convivendum et ad -endum). VLP. dig. 24, 1, 32, 14 de -entibus oratio non sensit. ARNOB. nat. 3, 26 -entium fratrum. HIL. in Matth. 10, 25 *in cruce* compatimur, -imur, consepelimur, corresurgimus (PELAG. in Col. 3 p. 858$^B$ consequenter primo -tuos, deinde consurrexisse nos dicit. PS. PRIMAS. in Col. p. 657$^A$ primo -tuos, deinde surrexisse nos dicit [*sc. cum Christo*]). *cf.* LEO M. serm. 63, 7 p. 357 in quo -tui et consepulti et corresuscitati sumus (epist. 139, 4 p. 1107). HIL. in Matth. 29, 2 -tuis in baptismi professione. trin. 6, 21 quia in his nec emendari possum et -i possum. PRISCILL. tract. 4, 79 p. 60, 9 ut -amur et consepeliamur optamus. VEG. mil. 3, 21. HIER. epist. 22, 13, 2 ipsae -tuae, trium criminum reae *adulterae.* VVLG. Sirach 19, 10 audisti verbum ... -atur in te (*συναποθανέτω*). PAVL. NOL. epist. 23, 42 *Christi* nisi morte -ar. BACCHIAR. repar. laps. 13 si -i necesse erit, optabo. LEO M. serm. 50, 1 p. 306 ut ... in ipsius inveniamur passione -tui. PETR. CHRYS. serm. 153 p. 607$^C$ coorta regi cohors sua magis praemori quam -i tota gestit. ALC. AVIT. carm. 6, 183 suboli ... dant geminum matris -tua membra sepulcrum (*i. infanti ante partum cum matre mortuo*). *nota in nomine collegii*: CORP. VI 6215 quoius sepult(urae) curam egerunt conleg(ium) commorient(ium) *eqs.* 6216 Philologus cellarius ex conlegio -entes (*sic*). 10414 -entes havete. *de bestiis*: PLIN. nat. 8, 32. 34. 40, 47 nec finis saepe -entibus *gallis.* PASS. Theclae C 33 p. 93, 1 leaena complexa est leonem et -tui sunt pariter (*trad. etiam* mortui). *de rebus*: PLIN. nat. 27, 5 duo venena in homine -untur, ut homo supersit. FVLG. myth. 3, 4 vapore aetatis extincto libido -itur. **2** *acced. dativus: hominis*: SALL. hist. frg. 1, 138 obviam ire et -i hostibus (*cf.* ARVS. gramm. VII 462, 6). SEN. epist. 77, 13 si multa milia tibi -erentur. FLOR. epit. 1, 18, 17 quidam hostibus suis morte sua -tui. ITALA (codd. d k l) *et* VVLG. Marc. 14, 31 (*etiam Amiat.*) et si oportuerit me simul -i tibi (tibi *om. cod. d*, tecum *cod. k; συναποθανεῖν*). ITALA Rom. 6, 8 (Tert. resurr. 47 p. 95, 25) -tui [in] Christo (*ἀπεθάνομεν*, VVLG. mortui sumus cum). II Tim. 2, 11 *v. supra l. 36.* CYPR. Fort. 11 liberis suis -itur et mater. HIL. in Matth. 32, 6 in hoc ... agro Christo -tui et consepulti. c. Const. 1 -amur Christo, ut Christo corregnemus. AMBR. apol. Dav. III 3, 7 qui ... Christo -itur et consepelitur cum illo. AMBROSIAST. in Rom. 6, 3 -imur Christo. 6, 8 mori mundo et -i Christo. HIER. epist. 22, 39, 1 qui -tuus est domino suo et consurrexit. in Tit. 3, 15 *maritis* frequentissime -untur *uxores.* PELAG. in Rom. 6 p. 671$^D$ ut illi -amur in baptismo. in II Tim. 2 p. 891$^A$ si ... a vitiis ... sumus -tui Christo, vivemus in illo. RVFIN. Orig. in num. 12, 3 qua (*morte*) Christo -imur, ut et convivamus ei. Orig. in Rom. 4, 7 si creditis vos Christo -tuos, credite quia et convivetis ei. PAVL. NOL. epist. 23, 18 morte Samso -i disco hostibus meis. 23, 42 illi -amur, in quo vita est. PROSP. resp. ad Gall. 1, 9 nisi -antur *Christo* et consepeliantur in baptismo. PS. PROSP. vocat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gent. 2, 28, 1 cui -urum se spoponderat. POMER. 2, 20 nos peccatis nostris illi -tui. VEREC. in cant. 3, 13 -tuos ... Christo. FVLG. RVSP. ad Thras. 3, 31 omnes nos sibi -i fecit. *rei*: ARNOB. nat. 1, 49 nonne alios scimus malis suis -tuos. HEGES. 5, 53, 1 -amur patriae. *de rebus*: AVSON. 99, 1 -itur, Narcisse, tibi resonabilis Echo. RVFIN. Clement. 3, 4 si non -itur corpori anima. AVG. op. imperf. 5, 24 -atur necesse est radici suae germinum succisorum venustas. 6, 16 omni exitio Manichaei Traducianorum dogma -itur. PETR. CHRYS. serm. 77 p. 417[A] sensus est -tuus, sermo noster suo est consepultus auctori. 82 p. 431[A] qui (*sol*) ut suo -eretur auctori. **3** *acced. praep.* cum: LIV. perioch. 3 in acie cum Arrunte -tuus est. VAL. MAX. 6, 8, 2 SEN. Ag. 202. TERT. idol. 14 licet convivere cum ethnicis, -i non licet. ITALA Marc. 14, 31 (cod. k) *v. p. 1936, 69.* Col. 2, 20 (Ps. Cypr. laud. mart. 28) si cum Christo -tui estis (*ἀποθάνετε σύν*, VVLG. mortui ... cum). GAVDENT. serm. 17 -itur ... quadragesimus iste sanctus cum sanctis. AMBR. Iac. 1, 6, 23 si -are, si consepeliare cum Christo. HEGES. 5, 12 l. 25 solacium putabant cum hoste -i. OROS. hist. 2, 5, 2 cum Arrunte congresso sibi -tuoque procubuit. *de rebus*: AMBR. exc. Sat. 1, 78 ut nostra tecum -atur et quasi consepeliatur oratio. *Leissner.*

**commoror,** -ātus sum, -ārī (commoro, -āre) *a* com *et* morari. *activum*: PRISC. gramm. II 392, 10 plurima inveniuntur apud vetustissimos, quae contra consuetudinem vel activam pro passiva ... habent terminationem, ut -o pro -or. *legitur activum*: VEG. mulom. 1, 12, 1 CYPR. GALL. num. 192 PASS. Thom. 101, 16 *cod. P* THEOD. MOPS. in Gal. 4, 26 ISID. lib. num. 78. GLOSS. II 251, 2 -o (-or *a e*). *deponens et gerund. inde a* PLAVTO. GLOSS. *διατρίβω. καταμένω. συγχρονίζω. συνδιαιτῶμαι. συνδιατρίβω. αὐλίζομαι ἐπὶ ἀνθρώπου. v. de vocabuli usu Plautino Langen, Beiträge 174 sqq. 180.*

**I** *transitive*: **A** *i. q. retinere, movere aliquem, ut moretur*: *-atur aliquis aliquem*: PLAVT. Merc. 873 properantem ... me (921 *me.* Poen. 924 me [*syn.* non datur cessatio]. Pseud. 1131 me nunc -or, quom *eqs.*). Persa 203 -andust *puer.* CIC. inv. 2, 109 multitudinem. ad Brut. 1, 18 (= 9, 26), 1 tardare ac -ari te. CYPR. GALL. num. 192 Levitae agmina -ant. *aliquid aliquem*: PLAVT. Amph. 690 an te auspicium -atum est? APVL. met. 11, 26 sermone prolixo -atus. *aliquis aliquid*: PLAVT. Men. 177 mille passum -atus ⟨es⟩ cantharum.

**B** *i. q. incolere*: ITALA Ios. 7, 9 (Lugd., Lucif. non parc. 3 p. 213, 23) qui -antur terram (*κατοικοῦντες τὴν γῆν*, VVLG. habitatores terrae). 9, 3 (Lugd.) qui -bantur Gabaon (*κατοικοῦντες. v. p. 1938, 15*). 15, 15 (Lugd.) -antes Dabir (*κατοικοῦντας*, VVLG. habitatores). CASSIOD. hist. 5, 36 Constantinopolim -antes.

**II** *intransitive*: **A** *proprie i. q. versari, morari*: **1** *de animantibus*: **a** *absolute*: CIC. Mil. 28 (*cf.* QVINT. inst. 4, 2, 57) Phil. 1, 7 Cato 84 Att. 10, 4, 12. 11, 1, 2 epist. 3, 5, 4. 6, 8, 2 ad Q. fr. 2, 14, 2 CAES. civ. 1, 42, 4 BELL. Afr. 2, 3. 5, 5. 38, 2. 48, 5. 63, 5. 78, 9 SALL. Catil. 59, 1 SEN. contr. 9, 5 (28), 11 SEN. epist. 108, 4 PLIN. nat. 19, 116. SVET. Tib. 11 quasi ad occasionem maioris spei -aretur. vita Verg. p. 61 APVL. met. 7, 5. 8, 21. 9, 17 VEG. mil. 1, 22. 3, 2. 10 CAEL. AVR. acut. 2, 29, 157. *adde*: PS. VARRO sent. 120 ex assiduitate -andi languet amicitiae desiderium. *c. nota temporis*: VVLG. II reg. 2, 11 numerus dierum, quos -atus est David. **b** *accedit indicatio loci*: CIC. Quinct. 23 Romae (Att. 5, 12, 3 epist. 11, 5, 1 PLIN. nat. 12, 5). Verr. 2, 63 Lampsaci. Cluent. 40 Larini (192). epist. 3, 5, 5 Ephesi. 6, 19, 2 Asturae. 13, 21, 1 Cibyrae. 16, 1, 1 Patris. CAES. Gall. 7, 32, 1 Avarici. civ. 2, 21, 2 Cordubae. BELL. Alex. 66, 3 Mazacae. SVET. Aug. 17 Brundisii. CIC. Att. 11, 15, 1 libero aliquo *loco* (COLVM. 9, 8, 8). TER. Phorm. 573 quid illi (illic *al.*) tam diu quaeso igitur -abare? (SVLP. SEV. chron. 1, 7, 3 illic). CIC. Cluent. 37 ibidem (PAVLA Hier. epist. 46, 5, 3). de orat. 1, 82 ibi (Att. 9, 15, 6 epist. 14, 20 BELL. Afr. 3, 1. 18, 5. 24, 1. 53, 1. 66, 1 APVL. met. 9, 8. 11, 24. ITALA deut. 26, 5 [Lugd.] -atus est ibi [*παρῴκησεν*, VVLG. peregrinatus est]. Am. 7, 12 [Lucif. non parc. 8 p. 225, 15] ibi -are [*καταβίου*, VVLG. comede ibi panem]. Ier. 2, 6 [Lucif. non conv. 8 p. 16, 11] neque -atus est ibi filius hominis [*κατῴκησεν*, VVLG. habitavit]. CAPITOL. Pert. 1, 2. ITIN. [Silv.] 3, 1 *bis.* 3, 4. 5, 11 VVLG. I par. 4, 23 Iudith 13, 20 act. 12, 19 [*διέτριβεν*]). CIC. epist. 2, 17, 1 nusquam (HIRT. Gall. 8, 44, 5). 7, 26, 2 hic (VLP. dig. 50, 1, 27, 2). ad Brut. 2, 4 (= 9, 4), 3 istic. ITIN. [Silv.] 10, 4 ubi (VVLG. Iob 38, 26 CAEL. AVR. acut. 2, 22, 129). *c. praepos.*: ad: CIC. Verr. 6, 95 ad Helorum. CAES. civ. 1, 23, 5. ante: BELL. Afr. 3, 1 ante portum. ITALA gen. 16, 12 (Lugd.) ante faciem omnium fratrum suorum -bitur (*κατοικήσει*, VVLG. figet tabernacula). apud: CIC. epist. 16, 3, 1 apud Alyziam. ITALA Ios. 7, 7 (Lugd.) apud Iordanem (*κατῳκίσθημεν*, VVLG. *deest*). RVFIN. hist. 3, 1, 1 apud Ephesum (*διατρίψας*). circa, circum: CIC. Att. 3, 17, 2 circum haec loca (POMP. Cic. Att. 8, 12[c], 1). ITALA gen. 49, 13 (Lugd., Ottob.) Zabulon circa mare -bitur (*κατοικήσει*, VVLG. habitabit). ITIN. [Silv.] 5, 12 circa montem. in: CIC. prov. 29 in provincia. Lael. 68 in locis (Att. 11, 7, 6 CAES. Gall. 5, 7, 3 BELL. Afr. 32, 1. 78, 3 NERAT. dig. 50, 5, 4 FILASTR. 56, 3. 72, 1. 87, 1 VEG. mil. 3, 8 VVLG. I reg. 30, 31 THEOD. MOPS. in Gal. 4, 26). CIC. Att. 9, 9, 1 in Formiano. epist. 3, 8, 5 in oppidis. 6, 8, 2 in Sicilia. *bis.* 6, 10, 1 in armis civilibus. ad Q. fr. 1, 3, 6 in vita (SEN. epist. 104, 3). BELL. Alex. 65, 4 in omnibus civitatibus. BELL. Afr. 63, 5 in salo in ancoris. QVINT. inst. 8, 3, 46 in vitio. PLIN. epist. 4, 13, 1 in Tusculano. SVET. Nero 48. FRONTO p. 68 N. in lectulo. TERT. adv. Iud. 13 ut ... in templo ... -batur *spiritus.* ITALA Ios. 6, 25 (Lucif. non conv. 2 p. 6, 15 Aug. loc. hept. 6, 6 p. 614, 21 Lugd.) in Israel (*κατῴκισεν*, VVLG. habitaverunt). PAVL. dig. 33, 7, 18, 3 in regione (VVLG. Ios. 10, 37). LACT. inst. 5, 5, 10 in regno. 7, 24, 6 in terra. ITIN. [Silv.] 2, 1 in valle (5, 9). 20, 8 in civitate. HIL. in Matth. 3, 2 in saeculo. HIER. epist. 3, 4, 4 in insula. 5, 1 in parte eremi. 14, 8, 1 in urbibus (VVLG. deut. 12, 12 iud. 9, 41). 22, 25, 4 in medio uberum meorum (RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 142[B]). 25, 1 in protectione dei (VVLG. psalm. 90, 1). 65, 13, 3 ut *Christus* ... per omnes *virtutes* in omnibus -etur. 78 mans. 3 in extrema solitudine. 98, 8 in caelis. 122, 1 p. 893 Vall. in terra deserta a vitiis. 134, 2 in Africae partibus. VVLG. num. 22, 4 qui in nostris finibus -antur. 24, 2 in tentoriis. Ios. 9, 3 in Gabaon (*cf. p. 1937, 40. adde* I par. 9, 35). I par. 2, 55 in tabernaculis. 9, 3 in Ierusalem. Iob 39, 28 in praeruptis silicibus *eqs.* psalm. 30, 14 in circuitu (*παροικούντων κυκλόθεν*). prov. 19, 23 in plenitudine. 21, 16 in coetu gigantum. 23, 30 in vino. cant. 7, 11 in villis. Dan. 4, 18 in ramis. Ioel 3, 21 in Sion. Zach. 5, 4 in medio domus eius. SVLP. SEV. chron. 1, 10, 4 in solo. epist. 3, 9 in vico illo vel in ecclesia. PHYSIOGN. 129 mediis in muris. VEREC. in cant. 2, 1 in cordibus. CASSIOD. in psalm. 140, 12 in mundo. PASS. Thom. p. 108, 18 in cubiculo. PASS. Mar. Iac. 9 p. 58, 6 in carcere. *adde infra l. 54 sqq. et l. 67 sqq.* in medio *v. l. 10 et 49.* *nota* in *c. acc.*: ITALA Ios. 1, 14 (Lugd.) uxores vestrae ... -entur (*κατοικεῖσωσαν*, VVLG. manebunt) in terram. PASS. Thom. p. 101, 16 in ulteriorem Indiam -ari (-are *P*). inter: VVLG. Iob 8, 17 inter lapides. cant. 1, 12 inter ubera mea (*cf.* RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 143[D] inter medium uberum. *cf. supra l. 10*). SVLP. SEV. chron. 1, 37, 6 intra Hierusalem (HIER. epist. 2, 1 anachoretas intrinsecus -antes). ILDEF. vir. ill. 1 per Italiam. VEG. mil. 1, 3 sub papilionibus. **c** *accedit persona, quacum quis -atur: alicui*: SCHOL. Germ. Bas. p. 78 *Andromeda* neque patri neque matri voluit -ari. VVLG. Sirach 25, 23 -ari (*συνοικῆσαι*) leoni et draconi placebit. PALLAD. hist. mon. II 9 p. 354[B] huic -bantur duo discipuli (*συνῆσαν*). *c. praepos.*: apud: CIC. Manil. 13 apud quos ille diutissime -atur. BELL. Alex. 3, 3 apud se. SALL. Catil. 36, 1 apud C. Flaminium in agro Arretino. SVLP. SEV. Mart. 5, 1 apud eum (23, 2). cum: PS. APVL. Ascl. 33 quos (*daemones*) credo -ari nobiscum. ITALA deut. 24, 1 (Lugd.) si ... acceperit quis uxorem et -atus fuerit cum ea (*συνοικήσῃ*, VVLG. habuerit). LACT. inst. 2, 14, 2 cum hominibus. mort. pers. 2, 2 cum his. DICT. 3, 3 cum rege. HIER. epist. 39, 3, 7 mecum tuam filiam -antem. 141 cum pereuntibus. VVLG. Sirach 42, 9 cum viro (*συνῳκηκυῖα.* 42, 10 [*μετ' ἀνδρὸς οὖσα*]). VITA Radeg. 2, 7 cum ea. *nota*: THEOD. MOPS. in Gal. 4, 26 Iudaei in locis Hierusalem -antes cum deo se -are existimabant. ISID. lib. num. 78 apostolus ... in Ierosolymis cum Petro -are testatur. PAVL. MED. bened. 7, 2 sequestratim extra fratres -antur. ITALA Ios. 9, 22 (Lugd.) qui -antur inter nos (*κατοικεῖν.* VVLG. *aliter*). VVLG. prov. 15, 31 in medio sapientium (Sirach 42, 12 in medio mulierum). SEN. dial. 6, 25, 1 paulumque supra nos -atus. **2** *de rebus*: **a** *absolute*: SEN. nat. 7, 5, 2 trabes ... -antur. PLIN. nat. 22, 147 -antes menses trahit *elelisphacos.* **b** *accedit significatio loci*: VITR. 6, 2, 2 ibi -atae (commotae *Deg.*) *imagines.* *c. praepos.*: in: VITR. 9, 1, 7 stellae in signo -antur (PLIN. nat. 2, 60). SEN. nat. 6, 24, 2 *spiritus* in visceribus et patulo interioris partis recessu -atur. HIER. epist. 52, 3, 8 in senibus tonitruum -ari. *in imag.*: QVINT. inst. 9, 1, 41 ut verset saepe multis modis eadem et in una re haereat in eademque -etur sententia. VEG. mulom. 1, 12, 1 morbus, cui humor pestifer inter corium et viscera -at.

**B** *translate*: **1** *generatim i. q. versari in aliqua re, operam dare*: RHET. Her. 4, 22, 31 Tiberium Gracchum rempublicam administrantem prohibuit indigna nex diutius in eo -ari (BELL. Afr. 63, 3 quae *triremis* in repugnando erat -ata). FRONTO p. 132 N. circa causas et initia belli. AMM. 26, 8, 14 erga alliciendas quasdam civitates Asiae segnius (EVSTATH. Bas. hex. 3, 1 p. 890[C] erga verba domini). **2** *speciatim de oratore i. q. fusius disputare de aliqua re: absolute*: RHET. Her. 4, 54, 67 CIC. Q. Rosc. 28, 48. *accedit* in: RHET. Her. 2, 18, 27 ut ... in eisdem locis -emur (CIC. inv. 2, 138). CIC. inv. 1, 61 in huiusmodi rebus (de orat. 3, 32). 1, 92 in hoc maxime (2, 126). 2, 100 in voluntate defendenda. Cluent. 53 pluribus verbis in eo (PLIN. nat. 4, 1). de orat. 3, 48 Brut. 306 part. 14. epist. 13, 52 in causa. SEN. epist. 117, 18 in philosophia. QVINT. inst. 11, 3, 156 in componenda toga ... est -andum. decl. 257 p. 51 in hac parte (FRONTO p. 114 N.). TREB. Claud. 1, 3 in hac re publica. AQVILA rhet. 42 p. 35 in elocutione. MARCELL. chron. II p. 97, 507, 2 in processibus. COD. Iust. 1, 40, 8 in huiuscemodi officiis. *adde*: EVSTATH. Bas. hex. 8, 7 p. 952[D] in his diutius -atus *sermo.* CIC. de orat. 2, 292 ut ... ibi -er. QVINT. inst. 4, 2, 22 hic.

*deriv.*: commoratio, commorator. *Simbeck.*

**commorsico,** -āre [*cf. c.* commordere *et c.* morsicare. *Th*.] *idem fere q. mordere, commordere: proprie*: APVL. met. 7, 16 dentiumque *equus* candentium renudatis asceis totum me (*asinum*) -at. *translate*: APVL. met. 10, 22 -antibus oculis *amantis.*

**commortālis,** -e *a* com *et* mortalis, *cf.* commori. *idem q*



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*mortalis*: COLVM. 3, 20, 4 propter infirmitatem -is (-es *AS*) naturae. PAVL. NOL. epist. 49, 12 p. 400, 4 hominibus -bus.

**commortifico,** -āre *a* com *et* mortificare. *simul mortificare, unā morti dedere: alicui rei*: PS. MAR. MERC. Nest. epist. 1, 3 deitatem unigeniti et ad originem coniunctae carnis referunt et -ant carni.

**commōsis,** *acc.* -in *f.*, *κόμμωσις*. PLIN. nat. 11, 16 prima fundamenta *structurae apium* -in (-osin, -ossin, -osisin, -missin, -issiin *codd.*) vocant periti. *ibid.* -is crusta est prima saporis amari. 1, 11, 6 quid sit in eo (*opere apium*) -is. *Mbr.*

**commōstro,** -āre *v.* commonstro.

**commōtātio,** -ōnis *f.* [*cf. c.* commovere *et c.* motatio. *Th.*]. *i. q. commotio, dolor; cf.* GLOSS. V 446, 54 -o turbatio: THEOD. PRISC. log. 112 arthriticis omnium ex articulorum -bus (*sic r*, cumut- *V*, cōmut- *B*) subito initium passionis emergit.

**commōtē,** -ius *v. p. 1951, 69.*

**?commōtilis,** -e (*a* commotus, commovere?). VARRO ling. 5, 71 lymphae -es (*sic Götz-Schöll*, comitiis *cod.*, Commotiae *vulgo*) ad lacum Cutiliensem a commotu, quod ibi insula in aqua commovetur.

***commōtio,** -ōnis *f. a* commovere. GLOSS. *κίνησις*. *legitur inde a* CIC. (8^ies), *singulis locis*: Q. CIC. QVINT., *increbescit inde ab* ITALA. [*dub.*: COD. Theod. 16, 5, 62 (*a. 425*) -o *pars codd., legitur* commonitio. *adde infra l. 30 et p. 1940, 35. 61.*]

**I** *proprie de motu locali*: **A** *animantium: absol.*: PS. APVL. Ascl. 40 (*res pers.*) *aeternitas* sempiterna -e versatur. CASSIOD. hist. 4, 11 milites ... sine -e steterunt. *adde*: VVLG. psalm. 65, 9 non dedit *deus* in -em (-e *Amiat.; σάλον*) pedes meos (120, 3 [-e *Amiat.; σάλον*]. *cf.* Ier. 34, 17 dabo vos in -em [*εἰς διασποράν*] cunctis regnis terrae. *cf. sim. p. 1940, 39*). *seq. genet.*: *subiect.*: PS. APVL. Ascl. 30 ipsius *dei* -em (commonitionem *codd. mel.*) in aeternitate esse. HIER. epist. 78 mans. 1 Ramesses ... interpretatur ... amaritudo -oque tineae (RVFIN. Orig. in exod. 1, 5). *explic.*: FIRM. math. 5, 2, 9 qui variis ... profectionum (*sic Ziegler*, profectionibus *codd.*) -bus transferantur. *obiect.* (*partium corporis*): VVLG. psalm. 43, 15 posuisti nos ... -em capitis in populis (*κίνησιν, sc. de ludibrio. cf.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 8, 1 Engelbr. -o capitis in plebibus. *proprie*: CAEL. AVR. chron. 1, 1, 41 [*i. q. concussio; postea* motu]. 3, 2, 42). VVLG. Is. 19, 16 timebunt a facie -is manus domini (*cf.* HIER. *in l.* p. 295 -em sive elationem). RVFIN. Orig. in psalm. 37 hom. 2, 4 pedum (*opp.* stabilitate). CAEL. AVR. acut. 1, 13, 104 ventris. ORIBAS. syn. 1, 2 exercitatio corporis est -o (*κίνησις*). *nota*: MART. CAP. 9, 940 productio ... est ... vocis -o a loco graviore in acutum locum.

**B** *rerum*: **1** *generatim: absol.*: VVLG. Ezech. 3, 12 audivi ... vocem -is magnae (3, 13). 37, 7 ecce -o et accesserunt ossa ad ossa. SEDVL. op. pasch. 3, 6 cursus *aequoris et ventorum* rapida -e praecipites. *seq. genet. obiect.*: ITALA Is. 29, 6 (Wirc.) visitatio enim erit cum -e tonitrui (*μετὰ βροντῆς καὶ σεισμοῦ*, VVLG. *v. l. 63*). PS. APVL. Ascl. 30 mundi. PALLAD. 11, 14, 5 vasorum. AMBR. hex. 3, 10, 45 segetis. VVLG num. 4, 15 castrorum. GREG. M. moral. 28, 10 aëris. *nota*: VVLG. Ier. 47, 3 ululabunt ... a -e quadrigarum eius. *add. praepos.*: PS. APVL. Ascl. 33 ubi nec nebulis locus est nec ex signorum aliquorum agitatione -o. **2** *speciatim*: **a** *de maris impetu* (*cf.* NON. p. 247 aestus marini impetus vel -es): ITALA Ion. 1, 12 (Rufin. Greg. Naz. orat. praef. p. 5, 2 Engelbr.) desinat a vobis -o (*κοπάσει ἡ θάλασσα*, VVLG. cessabit mare). AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 41 orta subito -e maritima. *nota in imag.*: AMBR. Abr. 2, 3, 11 -es *fluctuum* ... facilis premere *ecclesia* (PETR. CHRYS. serm. 49 p. 337^A). **b** *de terrae motu: absol.*: VVLG. III reg. 19, 11 post spiritum -o *fuit.* 19, 12. Is. 24, 19 -e commovebitur terra. Ier. 10, 22 -o magna (*cf.* HIER. *in l.* p. 916 -o sive terrae motus). IV Esdr. 6, 14. HIER. in psalm. 35 *σάλος* id est fluctuatio sive -o. *seq. genet.*: HIL. in Matth. 33, 5 naturae. HEGES. 1, 32, 6 insensibilium (*syn.* terrarum motus). VVLG. Is. 29, 6 visitabitur in tonitruo et -e terrae (*at v.* ITALA Wirc. *l. 46. adde*: PS. RVFIN. in Am. 1, 1). LEO M. serm. 57, 4 mundi. VVLG. Ezech. 38, 19 in die illa erit -o magna super terram Israel. **c** *de turbine, procella*: ITALA IV reg. 2, 1 (Legion. marg.) dum levaret dominus Heliam in -e (*ἐν συσσεισμῷ*, VVLG. per turbinem) quasi usque in caelum (ITALA IV reg. 2, 11 [Lucif. Athan. 1, 20 p. 101, 26]). HIER. in Nah. 1, 3 p. 537 pro ... 'turbine' ... -em septuaginta transtulerunt. VVLG. Am. 1, 14 devorabit aedes ... in turbine in die -is. MAX. epist. p. 2 (*in imag.*) inter tot -um turbines ac procellas.

**II** *translate*: **A** *animantium*: **1** *generatim de motibus animi*: **a** *generaliter de affectibus i. q. concitatio, perturbatio: absol.*: CIC. de orat. 2, 216 illa ... contrariis -bus auferenda sunt. Tusc. 4, 61 sit vitiosa ipsa -o. 5, 42 *temperantia* sit moderatrix omnium -um. Q. CIC. pet. 54 duabus illis -bus (quo- *codd.*) matutinis. QVINT. inst. 5, 10, 29 *-em* accipi volunt temporarium animi motum. FIRM. math. 5, 4, 19 erunt ... in accusationibus et -bus. 8, 6, 7. PS. AMBR. serm. Sess. 3, 4 p. 128^A *spiritus* qui ab omnibus -bus alienus sit (*syn.* ab omnibus perturbationibus vacet). ORIG. in I reg. 1, 9 -es quasdam introducit *sermo*. *seq. genet.*: CIC. inv. 2, 19 impetum et quandam -em animi affectionemque (Tusc. 3, 8. 4, 11. 47. 61. LACT. inst. 7, 10, 6 -es et perturbationes. ira 5, 2 mentis. HIL. in psalm. 54, 6 EMPOR. rhet. p. 570, 13. *cf. l. 10 sqq.*). LACT. inst. 7, 10, 2 aliorum affectuum. VITAE patr. 3, 2 passionis. **b** *de offensione, ira: absol.*: IVL. VAL. 2, 1 in iram -emque conversus. AMM. 15, 7, 3 multitudinem ... ex -e pristina saevientem. AMBR. Abr. 2, 8, 54 (*cf. antea θυμικόν*). HEGES. 1, 29, 10 iustae -is dolor. 1, 40, 9. 1, 44, 5 AVG. quaest. hept. 1, 119 LEO M. serm. 37, 4 ALC. AVIT. epist. 23 p. 55, 23. 44 p. 74, 8. 75 p. 91, 21. ENNOD. epist. 1, 13, 2 p. 23, 23 (*syn.* offensa). 3, 8, 2 p. 77, 5 (*opp.* affectio). 7, 31, 1 p. 197, 17 (*antea* indignationi). opusc. 5, 8 p. 396, 2. GREG. M. in Ezech. 2, 6, 7 (*antea* motum). BENED. reg. 71. *seq. genet. (cf. infra l. 25): rei*: LAMPR. Alex. 17, 2 animi (SERV. auct. Aen. 2, 41 AVIAN. fab. apol. 1). AMBR. obit. Theod. 13 iracundiae (PALLAD. hist. mon. II prolog. Lex Burg. lib. const. 54, 3). LEO M. serm. 88, 1 divinae iustitiae. *hominum*: CAPITOL. Gord. 13, 3 Maximini. HEGES. 2, 12, 2 dei (*syn.* indignatio). SIDON. epist. 1, 2, 8 superati. *adde*: HEGES. 2, 16, 1 -e ... Caesaris in Florum excitata (3, 21, 2 hinc maior in Romanos -o). *speciatim de magistratuum animadversione, censura* (*cf.* GREG. M. moral. 3, 4 quia nos ferire nisi commoti nescimus, ipsa divina percussio -o vocatur. GLOSS. II 349, 37 *κίνησις δικαστική*): *absolute vel c. adi.*: COD. Theod. 1, 15, 6 (*a. 372*) *iudicem* dignam -is subire censuram. 6, 30, 1 (*a. 379*) sine ullo metu iudiciariae -is. COD. Iust. 1, 31, 3 (*a. 441*) quae tali -e digna sunt. LEO M. epist. 95, 3 (*opp.* caritatis). ENNOD. opusc. 2, 91 p. 315, 22 post caelestem -em iuste vos et principalis ... censura percellit. COD. Iust. 1, 51, 14, 3 (*a. 529*) sine imperiali -e. *c. genet. subi.: hominis*: COD. Theod. 11, 36, 14 (*a. 361*) iudicis. NOVELL. Mart. 3, 3 (*a. 451*). *rei*: AVG. c. Cresc. 4, 46, 55 saecularium iudiciorum. *nota i. q. vituperatio*: LEO M. epist. 14, 1 plus ... erga corrigendos agat benevolentia quam severitas, plus cohortatio quam -o. **c** *de sensibus*: CIC. fin. 2, 13 *voluptati* subiciunt laetitiam in animo, -em suavem iucunditatis in corpore. PS. AMBR. prec. 1, 3 carnis stimulos et ... libidinis -es. **d** *varia: i. q. iactantia, superbia*: AVG. doctr. christ. praef. 4 eorum ... sic est lenienda -o. *i. q. dementia*: FIRM. math. 4, 14, 3 facit *Luna* caducos et misera -e dementes. *i. q. impulsio, cohortatio*: AVG. gen. ad litt. 11, 11 p. 343, 20 ex quo ... in eos veniat imponendae -o (commonitio *P*) disciplinae. LEX Sal. 41 add. 7 (*codd. HE*) *si* per eius -em sive mendacium ille ... occisus fuerit. *i. q. causatio*: LEX Burg. lib. const. 13 exartum ... remota hospitis -e possideat. 51, 4 fratrum (communione *pars codd.*). *singularia*: VVLG. II par. 29, 8 tradidit ... eos (*Iudaeos*) in -em et in interitum et in sibilum. sap. 18, 20 -o (*θραῦσις*; *antea* tentatio mortis) in eremo facta est multitudinis.

**2** *speciatim*: **a** *de seditione, tumultu* (*cf.* SCHOL. Hor. carm. 3, 14, 14 tumultum: -em bellorum): HEGES. 3, 22, 1 ut aegra partium eius a -is et discordiae furore resipiscerent. OROS. hist. 1, 18, 2 generalis tunc per totam Asiam Graeciamque -o. MART. CAP. 5, 467 de -is eventu. COD. Iust. 1, 27, 2, 8 (*a. 534*) si forsitan -o aliqua fuerit. **b** *de morbo i. q. irritatio, vexatio* (*de febri i. q. παροξυσμός*: *l. 49 sqq. 53. 58*): THEOD. PRISC. eup. faen. 31 -is tam doloribus quam gravedinibus. 32 (*bis*). log. 3 in initiis omnium -um (5). 5 -is praesentis. 7 declinatione temporalis -is (39. 48). 10. 18. 45. 114. 118 diversas ... -es, ut aliquando frigidas, aliquando calidas patiantur. *al.* CAEL. AVR. chron. 1, 1, 29 ut ... stomachus ... sine ulla -e revomat. ORIBAS. syn. 6, 9 (*παροξυσμοῦ*). 6, 16 (cummucionis *cod.*). *adde*: SORAN. p. 30, 17 cum *infans* post omnem -em quietus fuerit effectus. *seq. genet.*: THEOD. PRISC. eup. faen. 35 *oculis laborantes* fumi vel pulveris declinent -es. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 48 cum sit gravior (*quam in luce*) in sinapi ... -o. chron. 1, 1, 11 adiutorii (1, 1, 32. 39). ORIBAS. syn. 2 add. p. 848 *cataplasmata* -es febrium leniunt. syn. 6, 32 declinatione -is in febribus facta (*ἐν ἀνέσει τοῦ παροξυσμοῦ*).

**B** *rerum*: AVG. gest. Pelag. 26, 51 sine ullius -e (commemoratione *vel* commonitione *pars codd.*) quaestionis. LEX Burg. lib. const. 15 tit. de -e litium. *i. q. vis, violentia*: EVSTATH. Bas. hex. 7, 4 p. 941^C *mare* expositum violentiae -ique ventorum.

*deriv.*: commotiuncula.

**commōtiuncula,** -ae *f. a* commotio *deminutive.* CIC. Att. 12, 11 -is (*i. febriculae*) *Atticae συμπάσχω.*

**commōto,** -āre *v.* commuto.

**commōtor,** -ōris *m. a* commovere. *is qui commovet*: AVG. civ. 7, 3 Saturnus seminis dator vel sator et Liber vel Libera seminum -es vel emissores. *Hofmann.*

**?commōtria** *titulus comoediae* NAEVII (VARRO ling. 7, 54 cemetria *F*, *corr. Turnebus*). *κομμώτρια.* *Mbr.*

**commōtus,** *abl.* -ū *m. a* commovere. VARRO ling. 5, 71 *v. p. 1939, 17 sq.* CAEL. AVR. chron. 5, 10, 95 saepe -u corporis quasi sonus auditur velut inclusi ... umoris.

***commoveo,** -ōvī, -ōtum, -ēre [*a* com *et* movere. *cf. c. umbr.* comohota *abl. sg., si idem est ac lat.* commōtā. *Th.*]. *perf. legitur inde a* PLAVTO, *formae contractae a* TER.; *exemplis a Georges, Wortf. 153 allatis adde*: commorat: TVRPIL. com. 30. commorit: RHET. Her. 4, 47, 60 HOR. sat. 2, 1, 45 (*cf.* PRISC. gramm. III 110, 12). commorant: CYPR. GALL. num. 192. *verbum sermone vulgari* (*cf. it.* muovere) *tertiam coniugationem secutum esse videtur, cf.* ITALA Is. 14, 16 (Comm. instr. 1, 41, 1) -it (*praes., sic C*). Luc. 20, 18 (cod. e) -et (*fut.?*). PASS. Theclae B c 9 p. 24, 21 -it (*sic* B c *et* B b *pars codd.*,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-et B a). GREG. TVR. Mart. 2,45 -vi (*inf.*). *fort. add.* VEN. FORT. carm. app. 1,120 commovĕrere. GLOSS. σαλεύω. συγκινῶ. -et inquietat. II 188,30 stimulant -ent. NOT. Tir. 31,66 conmovet. *legitur inde a* PLAVTO (*usu translato inde a* TER.), *posteriore aetate prorsus in usum simplicis verbi abiit (cf. infra l. 50), cuius structuras assumpsit; singulis locis usurpant*: CATO PACVV. LVCIL. TVRPIL. VITR. PERS. HOMER. IVV.; *binis*: ACC. QVADRIG. SISENNA CIRIS; *ternis*: SALL. HOR. sat.; *quater*: BELL. Alex.; *quinis*: OV. VAL. FL. STAT. (*non in* silv.); *senis*: PLAVT. LVCAN. PETRON.; *septenis*: NEP. VERG.; *octonis*: TER. BELL. Afr. VAL. MAX. COLVM PLIN. nat. SIL. PLIN. epist. SVET.; *saepius*: RHET. Her. SEN. phil. TAC. *28nis locis*, LVCR. CAES. *denis locis*, VARRO (*9ies*) CIC. (*plus 300ies*) LIV. (*15ies*) CVRT. (*13ies*) QVINT. (*27ies*) APVL. met. (*37ies*) VVLG. (*81ies*); *deest ex. gr.*: CATVLLO MANIL. CELSO PHAEDRO. [*corr. vel dub.*: CATO agr. 134,2 *bis codd. recc.* LVCR. 6,128 -vit $A^1C$. CIC. Verr. 2,151 concitarem *codd. dett.* APVL. met. 6,28 -bant *codd.*, commonebant *edd.* GREG. TVR. glor. conf. 19 -otus *plerique codd.*]

**I *proprie*** *i. q.* ***motum*** *qualemcumque rei vel homini afferre, idem fere q.* ***movere***, *sc. de motu corporeo vel locali*:

**A *generatim*:** **1** *-ent animantia*: **a** *absol. vel obiecto supplendo*: CATO agr. 107,2 -eto (*i. versato*), videto, ne aduras. CIC. Verr. 4,37 nisi pactus eris, non -bis *frumentum* (*i. tolles*). 5,95 *signum* nulla labebat ex parte, cum . . . vectibus subiectis conarentur -ere. Tusc. 4,54 -e *caenum* (*i. tange*). CVRT. 5,3,20 *saxa* in eos, qui -verant, recidebant. COLVM. 5,9,9 leviter palā (pilā *codd.*) -ere *oportet orbusculam*. **b** *aliquid*: CIC. Verr. 1,145 *columnae* a tuo redemptore -otae non sint. 4,45 glebam -visset (*i. rusticatus esset*) in agro decumano Siciliae nemo. Font. 4 nummus nullus sine litteris multis -otus est (11 in Gallia. Flacc. 44). Att. 5,14,1 ex ea die . . . παράπηγμα ἐνιαύσιον -eto (*i. clavum anni figes, annum provincialem ordieris*). VARRO ling. 10,26 ubicumque -entur litterae (*postea* moventur). Men. 258 funere familiari -oto (-oti $F^3$). SEN. dial. 5,22,2 *pallam* leviter. Ag. 634 saepe -otae sonuere parmae *in equo Troiano*. Herc. O. 1629 -ota tandem *quercus* (*i. labefacta*). COLVM. 11,2,95 terram ferro (*i. fodere*. 11,3,46 capreolis. PLIN. nat. 17,39 is *odor* esse ⟨e⟩ -ota *terra* debebit). 12,16,4 reliqua *vasa*. LVCAN. 5,520 haec Caesar bis terque manu . . . limina -vit (*i. pulsavit*). 7,232 pugnaces -vit Hiberia caetras (*i. vibravit. cf.* PETRON. 89,61 orbes. SIL. 8,403 socia . . . arma. 9,464 Aegide. 12,720. *adde*: IVV. 3,317 -ota . . . mulio virga). VAL. FL. 2,33 dum . . . molem (*i. Aetnam*) -et *Typhoeus* (*sc. excutere conans*). SIL. 4,94 ubi -oto docuerunt pulvere nubes hostem ferre gradum. PLIN. epist. 5,4,3 (*in imag.*) pleraque tacta tantum et omnino -ota latissime serpunt. APVL. met. 7,18 ut incessu meo (*asini*) -otae incitataeque *spinae* . . . me convulnerarent. mund. 35 cuncta[s] *deus*. TERT. bapt. 5 piscinam . . . angelus. praescr. 37 (*in imag.*) qua potestate, Apelles, limites meos -es (*sc. dicit Christus haereticis. cf.* AVG. civ. 4,29 terminos). PANEG. 2,12 navigia . . . levi modo -ota nisu ducentium. VVLG. IV Esdr. 4,37 numero numeravit tempora et non -vit nec excitavit. prov. 12,3 (*in imag.*) radix iustorum non -bitur. CLAVD. 22,364 sollemnibus urnam -et (*cf.* VERG. Aen. 6,432 movet) *dea* auspiciis. APIC. 4,181 ius mortarii reliquum -es, commiscis. GREG. TVR. Mart. 1,33 signo matutinis horis -oto (*de campanis pulsandis*. 2,45). *nota*: CIC. Planc. 90 an si unquam vitae cupiditas in me fuisset, . . . omnium parricidarum tela -ossem (*i. in me direxissem*)? **c** *aliquem*: TER. Andr. 864 ego iam te -otum (*i. verberibus excitatum*) reddam (*cf.* GLOSS. V 532,14 plagis vexatus. DON. *ad l.* -otum citum, celerem). PETRON. 140 *ut Eumolpus* dominum lumbis suis -ret. ITALA Is. 14,16 (Cypr. testim. 3,118 *cf.* Comm. instr. 1,41,1) hic homo, qui concitat (VVLG. conturbavit) terram (Comm. orbem), -et (σείων, VVLG. concussit) reges. *nota*: VVLG. I Macc. 6,38 tubis exercitum -ere (*i. incitare; κατασείοντες*). *bestiam*: COD. Iust. 12,50,4 pr. (*a. 362*) parhippum . . ., si quis . . . alterum tertiumve *veredum* extra ordinem -eat (*i. agitet*). *nota in imag.*: TER. Haut. 730 dormiunt: ego pol istos -bo. CIC. de orat. 2,186 facilius est . . . currentem, ut aiunt, incitare quam -ere languentem (*fort. proverbialiter*). HOR. sat. 2,1,45 qui me -orit (*i. lacessierit. postea* tangere). SEN. benef. 5,23,1 quidam, ut expergiscantur, non feriendi, sed -endi sunt. *seq. praep.* (*cf. l. 82 et p. 1951,80 sqq.*): CIC. Att. 2,20,2 ab Amalthea (*i. villa tua*) te non -bo (*i. avocabo*). *reflex.* (*cf. p. 1942,63. 1947,31. 1949,17. 40*): PLAVT. Amph. 335 torpeo . . . neque miser me -ere possum prae formidine. Truc. 818 lapideus sum, -ere me miser non audeo. CIC. de orat. 2,233 quis . . . sese -ere (*i. gestum agere*) potest, cuius ille (*Roscius*) vitia non videat? nat. deor. 1,102 si se -verit *deus*. Att. 11,21,2 *legionem* nullam putant se -uram. epist. 7,16,1. PLIN. paneg. 64 iamque se omnis turba -verat. AMM. 24,6,8 *manipuli peditum* densius se -bant. 29,4,1. AVG. civ. 6,9 dea Prema, ut subacta *virgo*, ne se -eat, comprimatur. *adde*: LVCR. 4,886 animus cum sese ita -et, ut velit ire. PS. APVL. Ascl. 32 omnis . . . sensus divinitatis . . . ipse in stabilitate se -et sua. *additur locus unde*: CIC. Att. 3,13,1 nec me Thessalonica -vi (3,14,2). epist. 6,20,3 istim. 9,5,2 domo. fin. 5,42 *bestiae* in quo loco natae sunt, ex eo se non -ent. *locus quo*: LVCIL. 744 -et se nusquam *avarus*. RVFIN. Basil. hom. 1,6 quocumque se visi fuerint convertere vel -ere. *utrumque*: TERT. anim. 12 quem (*animum*) secum habens *anima* ex semetipsa se -eat in semet ipsa⟨m⟩. *in imag.*: CIC. Verr. 4,34 ne se -eat *arator*, reliquus metus iudici sit. ac. 2,51 simul ac se ipse -vit (*i. expergrectus est*) atque ad se revocavit. 2,61 quos si sequamur, iis vinclis simus astricti, ut nos -ere nequeamus. Att. 14,17,6 quacumque nos -vimus. LIV. 2,54,6 si se -verit *consul*, si respexerit patres. PS. ASCON. Verr. p. 199 *Rabonius* non se -bat motu operis praefiniti. HIER. epist. 50,5,2 moveat manum *maledicus*, figat stilum, -eat se et, quidquid potest, scriptis ostendat. *adde*: CIC. ad Brut. 1,15,7 cum se nondum . . . Bruti divina virtus ita -visset, ut. *passivum sensu reflex.* (*cf. l. 39 sq. 70 sq. et v. sub IB2*): CIC. Att. 7,7,3 prorsus te -eri. (*i. proficisci*) incommodo valetudinis tuae nolo. SIL. 6,59 penna . . . levi -ota volucris. APVL. met. 10,32 Venus placide -eri . . . coepit (*de saltatione*). PSALT. Rom. 108,10 -oti (σαλευόμενοι, VVLG. nutantes) amoveantur filii eius. VVLG. Ier. 4,1 non -beris (*i. errabis*). SVLP. SEV. Mart. 7,3 defunctum paulatim membris omnibus -eri. *adde*: PAVL. NOL. epist. 13,2 cum caro . . . infirma per hiemem longius -eri negaret. *c. notione loci*: PLIN. epist. 3,7,6 ne adventu quidem novi principis inde -otus est *Silius*. VVLG. Am. 8,12 -buntur a mari usque ad mare (*syn.* circuibunt). *adde de partibus corporis*: PLAVT. Asin. 786 ne quid sui membri -eat quicquam in tenebris. PETRON. 20 non indecenti risu latera -vit (*i. concussit*). 26 obiter labra. 113 iratum -ens caput (PHYSIOGN. 128. THEOD. PRISC. log. 26 sternutamentis [*i. concutienda*]. 48. *cf. l. 38*). SVET. Cal. 56 *Gaius consuerat* manum offerre formatam -otamque in obscaenum modum. APVL. met. 10,10 tunc *verbero* pedes incertis alternationibus -ere *prae timore* (*cf. infra l. 40*). HIER. epist. 39,1,4 haerentem *aegrae* linguam viscera -ota non laxant (*aliter p. 1946,12*). PHYSIOGN. 76 qui . . . umeros -et (ὑποκινούμενος) . . ., superbus . . . iudicabitur. 85 bracchia. *de membris alterius*: VVLG. IV reg. 23,18 nemo -eat ossa eius (*mortui*). *de bestiis*: VERG. Aen. 5,217 *columba* radit iter . . . celeres neque -et (*i. commovere videtur*) alas (VVLG. sap. 5,11 [κινουμένων]). AMM. 22,15,15 *crocodilus* maxillam superiorem -ens solum. BACCHIAR. repar. laps. 1 ossa mea. *nota*: VEG. mulom. 2,7 tit. de cerebro -oto (*i. concusso*). *seq. praepos.* (*cf. p. 1941, 69*): FRONTO p. 224 N. *ut* balneas peteres, corpus ad sudorem uberem -res. VVLG. IV reg. 21,8 ultra non faciam -eri pedem Israel de terra. Nah. 3,7 quis -bit super te caput (*sc. misericordia captus*)? *nota passivum intransitive vel reflexive*: ITALA psalm. 72,2 (Aug. civ. 10,25) pedes suos paene fuisse -otos (*i. titubasse; ἐσαλεύθησαν*, VVLG. moti sunt) et effusos in lapsum. PSALT. Rom. 65,9 non dedit -eri (*μὴ δόντος εἰς σάλον*, VVLG. in commotionem) pedes meos. VVLG. sap. 2,2 sermo scintilla *est* ad -endum cor nostrum (*ἐν κινήσει καρδίας*). PHYSIOGN. 37 si genae et supercilia et labella -eantur *ridendo. ibid.* oculus. *nota*: ITALA psalm. 44,2 (Hier. epist. 65,5,1 interpretatus est Symmachus) -otum est (*ἐξηρεύξατο*, VVLG. eructavit) cor meum verbo bono *eqs.* OPTAT. 3,12 p. 100,9 uniuscuiusque lingua in haec verba -ota est (*i. erupit*).

**2** *-ent res*: **a** *aliquid*: LVCR. 4,906 multa . . . pondere magno -et atque . . . sustollit machina. SEN. nat. 5,11,1 ut auram, ita illos (*etesias*) sol. COLVM. 12,46,2 *ne māla* vento -eantur (*i. quatiantur*). LVCAN. 3,531 quas *naves* . . . quater surgens extructi remigis ordo -et (*i. quadriremes*). PLIN. nat. 31,108 *aquilones* validius -ent limum. VAL. FL. 5,71 iam prora fretum -verat (*i. secuerat*). APVL. mund. 27 aliud alio. ITALA apoc. 6,13 (Tert. adv. Hermog. 34 p. 163,20, cod. g) fici arbor cum valido -ota (σειομένη, ITALA Primas. agitata, VVLG. movetur) vento acerba sua amittit. PAVL. NOL. epist. 16,2. MART. CAP. 8,851 caeli . . . cursibus *planetae. nota in imag.*: TAC. ann. 4,52 -ota (*i. concussa*) principis domo *morte Drusi*. VVLG. sap. 4,4 infirmiter posita *spuria vitulamina* (*sc. generatio impiorum*) a vento -buntur (σαλευθήσεται) et . . . eradicabuntur. *additur abl. separat.*: COLVM. 9,13,12 ne . . . ferramentum . . . favos sedibus suis -eat. SVLP. SEV. Mart. 23,6 omne monasterium loco. *reflex.* (*cf. p. 1941, 70 al.*): PLAVT. Amph. 273 neque se Septentriones quoquam in caelo -ent. Curc. 154 (*res pers.*) dormiunt pessuli . . . nec mea gratia -ent se ocius. LVCR. 6,1120 ubi se caelum . . . -et atque aer inimicus serpere coepit. LIV. 21,62,4 Lanuvi hastam (*Sabellicus*; hostia *P*) se -visse. PANEG. 3,11 tecta ipsa se . . . paene -verunt (*cf.* 9,19 -eri). 8,1 Flavia Aeduorum. SIDON. carm. 5,52 quotiens caelum se -et illic. *passive* (*pro usu reflex.*): VARRO ling. 5,70 ibi insula in aqua -etur. STAT. Theb. 12,435 -oto pondere *rogi*. PORPH. Hor. carm. 1,23,5/6 -ota sunt ac tremuerunt *folia*. PANEG. 9,19 *supra l. 68*. CASSIOD. in psalm. 96,4 -otae nubes atque collisae. **b** *aliquem*: LVCAN. 5,507 tertia iam vigiles -verat (*i. mutaverat*) hora secundos. VVLG. Sirach 28,16 lingua tertia multos -vit (ἐξέβαλεν) et dispersit illos. 29,24 (*in imag.*) repromissio . . . multos perdidit . . . et -vit (ἐσάλευσεν) illos quasi fluctus maris (*postea* migrare fecit). *nota i. q. conterere*: ITALA Luc. 20,18 (cod. e) super quem . . . eciderit *lapis*, -et (λικμήσει, VVLG. comminuet) illum. *adde partes corp.* (*cf. l. 1. 20. p. 1941,78*): CVRT. 8,4,12 calor *incendii* stupentia *militum* membra -vit (*i. rigore liberavit*). AMM. 16,10,8 quocumque artus necessitas -visset. AVG. civ. 14,17 nondum (*ante peccatum originale*) libido membra illa (*pudenda*) praeter arbitrium -bat (14,23). *de bestiis*: COLVM. 2,2,26 ne . . . vomis . . . colla



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

*boum* -eat. *seq. praep.*: VVLG. sap. 4, 19 a fundamentis (*σαλεύσει*).

**B** ***speciatim:*** **1** *-ent animantia:* **a** *in militia de castris armis signis -endis, i. q. ire, proficisci, bellum incipere*: APVL. met. 4, 22 latrones expergiti castra -ent (5, 12 *furiae*. AMM. 17, 12, 21 Bregetionem. 30, 5, 13 Acincum. *cf. l. 13*). AMM. 23, 2, 7 Mesopotamiam propere signa -vit (31, 12, 10 *cf. infra l. 13*). 26, 7, 16 prosapiam ... arma iustissima -entem (CASSIOD. var. 3, 4, 3 ISID. Goth. 3 chron. II p. 268 rec. B arma civilia. *adde l. 14*). CYPR. GALL. num. 192 levitae ... agmina -orant. CASSIOD. var. 9, 19, 4 exercitus nostros ... crebris expeditionibus -emus. *cf. l. 15.* *seq. praep.*: AMM. 18, 2, 2 in quos *Alamannorum pagos* erant arma protinus -enda (29, 5, 17. 27, 2, 4 castra. 27, 5, 2 signa. 31, 3, 4). 31, 12, 1 e Melanthiade signa -vit. AVG. civ. 3, 24 *consul* adversus eum intra urbem arma -verat. GREG. TVR. Franc. 2, 32 contra Gundobadum exercitum -et. **b** *de venatu i. q. excitare*: VERG. Aen. 5, 213 spelunca subito -ota columba. 7, 494 *cervum* -vere canes. *adde*: VERG. georg. 4, 471 cantu *Orphei* -otae Erebi de sedibus imis umbrae ibant. QVINT. inst. 9, 4, 44 plus est saxa quam bestias -eri (*syn.* flectuntur). **c** *de sacris*: VERG. Aen. 4, 301 bacchatur *Dido*, qualis -otis (*i. arreptis*) excita sacris thyias (*cf.* SERV. *ad l.* ideo dixit, quia in sacrorum renovatione -bantur simulacra). SEN. Med. 785 tripodas ... favente -otos dea. SERV. Aen. 8, 3 is, qui belli susceperat curam, sacrarium Martis ingressus primo ancilia -bat, post hastam simulacri ipsius dicens: 'Mars vigila'. Aen. 8, 4 ex ipso templo, id est post divina arma -ota. *hinc transl.*: PLAVT. Pseud. 109 scis tu ..., mea si -vi sacra (*i. dolorum machinas molitus sum*), ... quantas soleam turbellas dare. **d** *in proelio i. q. hostem loco, statu movere, labefactare*: SISENNA hist. frg. 68 agmen perturbatum pedites insinuant ac loco -ent. CIC. div. 2, 26 (*in imag.*) comminus agamus experiamurque, si possimus cornua -ere disputationis tuae. LIV. 9, 27, 10 pedestri acie Samnitium (30, 18, 12). 9, 40, 9 hostem (*postea* turbavit. 10, 29, 9). 30, 18, 3 nihil. *hinc transl. de re incorp.*: PELAG. in I Thess. 3 p. 866[A] fidem vestram forsitan -ret *diabolus* (*syn.* temptare). *cf.* VARRO ling. 9, 105 quod sit an non, nihil -et analogian. *adde passivum i. q. labare, nutare*: ITALA (Aug. civ. 11, 1) *et* VVLG. psalm. 45, 6 deus in medio eius (*civitatis*), non -bitur (*σαλευθήσεται*). VVLG. psalm. 15, 8 a dextris est mihi *dominus*, ne -ear (*σαλευθῶ*). 20, 8 (*σαλευθῇ*). eccles. 12, 3 custodes (*syn.* nutabunt). Sirach 13, 25 dives -otus (*σαλευόμενος*) confirmatur ab amicis suis (*syn.* ceciderit). *adde*: VVLG. psalm. 37, 17 pedes (*σαλευθῆναι*). **e** *de deo terras quatiente v. sub 2 b.*

**2** *-ent res*: **a** *de furore maris*: VARRO ling. 7, 23 ⟨aequor⟩ mare appellatum, quod a⟨e⟩quatum, cum -otum vento non est (APVL. mund. 12. *cf.* CIC. Tusc. 5, 16 nulla ... aura fluctus -ente. LVCR. 2, 766 cum magni -orunt aequora venti. SEN. nat. 5, 1, 1 leviter). GELL. 2, 30, 4 undas ... non prorsus impulsas, sed imitus -otas. HIL. in Matth. 8, 1 tempestas oritur, mare -etur. VVLG. psalm. 95, 11 (*σαλευθήτω*). Ier. 5, 22 (*ταραχθήσεται*; *syn.* intumescent). *nota*: AVIEN. Arat. 1399 quinta dehinc lux -et Amphitriten. *seq. praep.*: SEN. Ag. 67 Euxini ... ab imis -ota vadis unda. **b** *de terrae motu sim.* (*cf.* ITALA psalm. 103, 32 [Filastr. 102, 1] *deus terram* -et terrae motu [*ποιῶν ... τρέμειν*, VVLG. facit ... tremere]. OBSEQ. 59. VVLG. Is. 24, 19 commotione): SEN. nat. 6, 7, 6 potest ... maior solito exorta tempestas aliquam partem terrarum impulsam vehementius -ere. 6, 22, 2 tectum cavatae vallis. 6, 25, 3 magna terrarum spatia (*syn.* titubarent). SIL. 5, 388 -oto quatiuntur tartara mundo. ITALA iud. 5, 5 (Lugd.) montes -oti sunt (*ἐσαλεύθησαν*, VVLG. fluxerunt) a facie domini. Is. 10, 13 (Rufin. Orig. in num. 12, 4) -bo (*σείσω*. VVLG. *aliter*) civitates. ITALA (Aug. civ. 18, 35) *et* VVLG. Agg. 2, 7 -bo caelum et terram *eqs.* (*σείσω*. *syn.* movebo). ITALA Marc. 13, 25 (cod. k) fortitudines in caelis -buntur (*σαλευθήσονται*, VVLG. movebuntur). Luc. 21, 26 (Tert. resurr. 22) virtutes (*σαλευθήσονται*, VVLG. movebuntur. *cf.* VVLG. Matth. 24, 29). HIL. in Matth. 32, 5 sub passione domini -otis infernis. FILASTR. 102, 3 indignatio dei ... -et creaturam. VVLG. II reg. 22, 8 -ota est et contremuit terra (psalm. 17, 8. 76, 19. Is. 54, 10 *syn.* contremiscent). Is. 6, 4 -ota sunt superliminaria a voce clamantis (Ier. 8, 16. 49, 21. 50, 46 I Macc. 9, 13 [*ἐσαλεύθη*]). psalm. 17, 8 fundamenta montium conturbata sunt et -ota sunt (*ἐσαλεύθη καὶ ἐτρόμος ἐγενήθη*. *cf.* 59, 4 *syn.* conturbasti. Ier. 51, 29). *al.* Am. 9, 1 superliminaria. CASSIOD. inst. div. 32. *seq. praep.*: VVLG. Iob 9, 6 -et terram de loco suo. I Macc. 1, 29 -ota est terra super (*ἐσείσθη ἐπί*) habitantes in ea.

**II** ***translate:*** **A** *commoventur* ***homines:*** **1** *generatim de motibus animi*:

**2** *de rebus publicis (civitatis, collegii, aerarii sim.). i. q. totum; interdum fere i. q. res publica* (PS. ASCON. Verr. p. 185): *pro subiecto*: PVBLIL. S 43 sua servat qui salva esse vult -ia. HOR. carm. 2, 15, 14 -e magnum *erat Romulo et Catoni*. OV. met. 12, 7 sequuntur mille rates gentisque simul -e Pelasgae. CORP. X 1430—1432 M. Nonio M. f. Balbo pro cos. -e Cretensium patrono. 7947 genio villaes com(mune) villa(ticorum). INSCR. numm. Cohen I p. 75 n. 86 (-e) Asiae (p. 250 n. 3. II p. 124 n. 240. *sc. i. q. τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας*). *pro obiecto*: CIC. Verr. 2, 95 quomodo ...-e Milyadum vexarit *Verres*. SEN. dial. 9, 3, 1 -ia ... administrans. AMM. 26, 6, 3 ad regenda -ia Iovianum evectum. *genet.*: PLIN. epist. 6, 2, 9 amore -ium (*codd., temptaverunt varie, nescio an iure*) soles emendari cupere, quae iam corrigere difficile est. *dativ.*: CORP. XIV 2408 L. Acilio ... archimimo, (-i) mimor(um) adlecto. *ablat.*: CIC. off. 1, 20 ut -bus pro -bus utatur, privatis ut suis. *praep.*: CORP. I² 725 ⟨ab -⟩i ... ⟨Lucei⟩ Roma(m) Iovei Capitolino et poplo Romano ... v⟨irtutis⟩ ... causa erga Lucios ab -⟨i⟩ (*Λυκίων τὸ κοινόν. cf.* CIC. Manil. 46 ⟨a⟩ -i Cretensium legati ... venerunt. Verr. 3, 114 statuae ... a -i Siciliae ... datae. 3, 154. 168 statuas ... a -i Siciliae positas. 2, 96). IVV. 13, 140 ten ... extra -ia censes ponendum. in -e: CORP. I² 712 (*a. 87 a. Chr.*) *pecuniam* in -e conlatam (CIC. inv. 2, 8. 44 Quinct. 12 Verr. 3, 145 SCAEV. dig. 31, 89, 3. 36, 1, 80 pr. VLP. dig. 37, 6, 1, 16 PAVL. dig. 14, 2, 2, 2). CORP. I² 726 ⟨benevolent⟩iaei beneficique erga Lucios in comu⟨ne⟩. LIV. 6, 40, 18 in -e honores vocare. SEN. dial. 6, 14, 3 cum *Caesaris incrementa* in -e crescerent. benef. 7, 1, 7 animus ... in -e genitus. LEX Malac. (Corp. II 1963) 60, 31 quisque eorum ... praedes in -e municipum dato (64, 21). 64, 33 *praedes* in -e municipum ... obligati. TERT. ieiun. 13 altiora quaeque *in conciliis* in -e tractantur. PANEG. 10, 33 necesse est, quod singillatim omnes adipiscuntur in -e rei publicae redundare.

**3** *de possessione communi et societate negotiorum, usus fructus sim.* (*t. t. iuris civilis*): CIC. Quinct. 13 haud mediocriter de -i quodcumque poterat ad se ... sevocabat. ALF. dig. 19, 2, 31 pr. Saufeius uni ... frumentum reddiderat de -i (*sed suppleri potest etiam* frumento). PAPIN. dig. 17, 2, 81 ut de -i dos constitueretur. 31, 77 pr. praedium ... de -i filiam habituram. VLP. dig. 17, 2, 52, 18 non debere eum (*socium*) de -i id consequi, si vero praesens iniuriam iudicis passus sit, de -i sarciendum. 43, 8, 2, 22 refectio ... de -i fit. PAVL. dig. 17, 2, 27 omne aes alienum, quod manente societate contractum est, de -i solvendum est. HIER. epist. 6, 2, 2. OV. met. 13, 271 ne -ia solus occupet *Achilles*. PHAEDR. 5, 6, 3 invenit calvus ... pectinem; accessit alter aeque defectus pilis 'heia' inquit '⟨in⟩ -e'. SEN. epist. 119, 2. FRONTIN. grom. p. 15, 5 est et pascuorum proprietas pertinens ad fundos, sed in -e (PS. AGENN. grom. p. 15, 24). HYG. lim. grom. p. 201, 16. IVLIAN. dig. 8, 3, 27 *si fundum* in -e redemerimus. VLP. dig. 17, 2, 33 per nuntium rem emere in -e (17, 2, 52, 13). 17, 2, 52, 2 cum pecus in -e pascendum aut agrum politori damus in -e quaerendis fructibus. 17, 2, 52, 6 quod *fratres* aliunde quaesierint, in -e non redigetur (17, 2, 52, 8. 17, 2, 73. 37, 6, 1, 11 PAVL. dig. 17, 2, 17, 1 DICT. 2, 51). 24, 1, 32, 24 quae *uxor et maritus* ... in -e tenuerunt, fine praestituto revocanda non sunt. PAVL. dig. 21, 1, 44, 1 ut quidquid agunt *venaliciarii* in -e videantur agere. LACT. inst. 3, 21, 2 omnia in -e possideant. *cf.* COD. Iust. 6, 20, 21, 1 castrense peculium in -i conferre. DIG. 8, 4 rubr. -ia praediorum. SCAEV. dig. 33, 4, 14 ut ... quantitas ex -i praecipua minori filiae dotis nomine detur (VLP. dig. 17, 2, 52, 18. PAVL. dig. 17, 2, 27 ex -i solvendum est. sent. 1, 18, 3 quae quis ex -i accepit. CORP. VI 15169 Cl. Onesimus Claudia Maxima ... ex -i fecer(unt)). COMM. instr. 2, 31, 2 (*in imagine*) nisi divitiae assunt, ars certe si fuerit, iam et tu -ia fratri (*sc. habes, sim.; ed. I et Oehler sine necessitate, ut videtur*, communica). *technice passim* -i dividundo iudicium, actio, *sim. inter eos, qui re aliqua communiter fruuntur, cf.* DIG. 10, 3, rubr. -i dividundo. CIC. epist. 7, 12, 2 quod ius statues -i dividundo. IVLIAN. dig. 10, 1, 10 iudicium -i dividundo, familiae erciscundae, finium regendorum tale est, ut in eo singulae personae duplex ius habeant agentis et eius quocum agitur (10, 3, 24 pr. -i dividundo iudicio ... summam percipere. GAIVS dig. 5, 1, 13 in tribus ... iudiciis familiae erciscundae, -i dividundo et finium regundorum). GAIVS dig. 2, 1, 11, 2 si una actio -is sit plurium personarum, veluti familiae herciscundae, -i dividundo, finium regundorum (PAPIN. dig. 10, 3, 28 per -i dividundo actionem. VLP. dig. 10, 3, 23 utrum ex conducto sit actio an vero -i dividundo. PAVL. dig. 10, 3, 8, 4 est cum socio -i dividundo actio). *al. passim.* IVLIAN. dig. 9, 4, 41 cum ... domino *servi* furti agi non potest, sed -i dividundo agi potest (10, 1, 9 quamvis socii -i dividundo egerint. 10, 2, 52 pr. si cum Attio -i dividundo egissemus). AFRIC. dig. 19, 2, 35, 1 -i dividundo praestabitur ... damnum. VLP. dig. 11, 3, 9 pr. -i dividundo ... pro socio ... teneri. *al.* *adde*: ALF. dig. 10, 3, 26 arbitrum -i dividundo. VLP. dig. 10, 3, 3, 1 -i dividundo iudex. *al. cf.* ISID. orig. 5, 25, 10 -i dividendo est inter eos, quibus -is res est, quae actio iubet postulantibus iis arbitrum dari, cuius arbitratu res dividantur.

**II** ***sensu magis technico quam proprio***: **A** *in grammaticorum doctrinis*:

**1** *adiectivum*: VARRO ling. 8, 46 utrum *casu* recto sit, ut Marcus, an obliquo ut Marco, an -i ut Iovis (SCHOL. Ter. p. 63, 23 inveniuntur quaedam, quae obliquos casus -es habent). 9, 89 nomen -e, quam vocant *ὁμωνυμίαν* (*cf. de adiectivis*: CHAR. gramm. I 150, 32 non minus forma etiam in -bus nominibus invenitur. *de appellativis*: HIER. in Is. 2, 7 p. 35 pro Philistiim ... 'alienigenas' ... nomen -e pro proprio. FAVST. REI. spir. 2, 6 p. 146, 10 doctrina grammatica alia nomina -ia, id est appellativa vocat). PAVL. FEST. p. 6 agnus ex Graeco *ἀμνός* deducitur, quod nomen apud maiores -is erat generis (p. 29 ROMAN. Char. gramm. I 124, 23. 128, 9 CHAR. gramm. I 302, 25 PRISC. gramm. II 312, 21 *al.* *nota*: CHAR. gramm. I 153, 9 genera nominum sunt tria vel ut quibusdam placet quinque, masculinum femininum neutrum -e promiscuum. 153, 14 *genus* -e ... ex his fit duobus modis. sunt -ia aut ex genere masculino et feminino, ut hic et haec canis aut ex genere masculino, feminino et neutro, ut hic et haec et hoc felix. 164, 23 verborum genera sunt quinque, activum ... passivum ... neutrum ... -e ... deponens. 164, 27 quibusdam placuit verborum genera esse quattuor, agens patiens -e neutrum. DIOM. gramm. I 329, 13 genera pronominibus accidunt quattuor, masculinum, ... femininum, neutrum ... -e, ut ego tu). DIOM. gramm. I 423, 2 l et r subiectae mutis -es syllabas faciunt (429, 29 *s littera* syllabae ratione -is velut sibilus posita vim consonantis amittit. 503, 7 potest ... haec *syllaba* [*sc. tertii pedis pentametri*] esse -is. 504, 12 saepius ... tertiae combinationis secundo pede invenitur -is syllaba. SERV. auct. Aen. 1, 611 in nominibus propriis omnes syllabae vocales possunt esse -es. *al.* *nota*: CHAR. gramm. I 13, 17 -es syllabae fiunt modis quinque. primo *eqs.* 14, 10 -es syllabae sunt ex his quae natura longae fuerint. DIOM. gramm. I 427, 10 aliae *syllabae* ... breves, aliae longae, aliae -es sunt. 428, 29 -is syllaba est longa in brevem vel contra certis observationibus versa. -ium syllabarum modi sunt septem. primus est *eqs.* DON. gramm. IV 369, 3 sunt ... syllabae, quae -es dicuntur, cum aut correptam vocalem duae consonantes secuntur, quarum prior aut muta quaepiam est aut f semivocalis et sequens liquida *eqs.* MART. CAP. 3, 278 -ium ... syllabarum modi sunt octo). CHAR. gramm. I 102, 20 heres parens homo, etsi in -i sexu intelle-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gantur tamen masculino genere semper dicuntur. 157,32 numeri sunt duo, singularis ... pluralis ... -is quoque numerus invenitur, ut qui (DON. gramm. IV 133, 36. CLEDON. gramm. V 10, 19 -is est numerus, qui et dualis dicitur apud Graecos, ut species facies res. 23, 18 -is numerus in participiis numquam deprehenditur. HIER. epist. 25, 4 quaest. hebr. in gen. p. 11, 23). CHAR. gramm. I 165, 4 -e verbum intellegitur quod r littera terminatur ... ut consolor criminor (168, 32 -e est verbum quod specie passivae declinationis et passivam et activam continet significationem, ut populor te, populor a te. ISID. orig. 1, 9, 7 *verba* -ia ... dicuntur, quia et agunt et patiuntur, ut amplector. *al. passim. cf.* CHAR. gramm. I 168, 21 significatio verborum definita est ... activa ... passiva ... neutra ... deponens ... -is, ut populor. DIOM. gramm. I 337, 15 *-is significatio verbi* tam activam quam passivam significationem in se habet). CHAR. gramm. I 272, 22 metaphorae quaedam sunt -es, quae a Graecis acoluthoe appellantur ... quia, quem ad modum in navi auriga dici potest, ita et in curru gubernator ... quaedam non -es, quae a Graecis anacoluthoe appellantur. DIOM. gramm. I 474, 10 aut bioticon metrum est aut poeticon aut -e (474, 19 -e ... metrum velut musicae rationis sive disciplinae. huius enim species bipertita *eqs.*). DON. gramm. IV 365, 8 praepositivae coniunctiones sunt, ut ac ast aut, subiunctivae ut que autem, -es ut et igitur ergo. SERV. Aen. 3, 539 quae ... in 'es' exeunt -ia esse possunt (COMMENT. Lucan. 5, 11). POMP. gramm. V 275, 17 sunt ... aliquae praepositiones, quae -es vocantur, eo quod nunc accusativo serviunt, nunc ablativo (280, 14 FIN. METR. gramm. VI 239, 7 SERV. Aen. 1, 253). MACR. gramm. V 604, 9 *dipthongus* '*au*' numquam pro -i habita est. PRISC. gramm. II 159, 11 appellativa ... si sint ad homines pertinentia, quae apud Graecos -ia vel mobilia, apud nos -ia sunt, ut heres, locuples *eqs.* 579, 28 pronomen 'ipse' ... quidam -e existimaverunt, quia tribus adiungitur personis. *sic similia multa apud* GRAMM. *in structuris cum genetivo et dativo significatio magis proprie quam technice sumenda est; cf.* QVINT. inst. 1, 4, 23 quae *nomina* sunt duobus omnibusve *generibus* -ia. CHAR. gramm. I 28, 1 -ia *verba* trium generum, hic et haec et hoc audax. 158, 8 pronomen hoc, id est nos, trium generum est -e. 159, 13 '*talis*' *et* '*qualis*' -ia sunt masculino et feminino generi. PRISC. gramm. II 589, 5 'sui' -e est utriusque generis. *al.*

2 *neutr. subst.* (*vel substantivo non necessario ex praecedentibus supplendo*): PRISC. gramm. II 312, 9 in 'o' correptam ... masculina desinunt vel feminina vel -ia Latina vel notha. 374, 11 activa et passiva et -ia certam et praefinitam habent significationem. MACR. exc. gramm. V 627, 33 sunt apud Graecos -ia, quae ab illis *μέσα* vocantur. *al. structura cum abl.*: DIOM. gramm. I 329, 15 sunt quaedam numero -ia, ut qui, quae (PRISC. gramm. II 597, 10).

**B** *in rhetorum doctrinis*: RHET. Her. 1, 7, 11 vitiosum *exordium* est, quo nihilo minus adversarius potest uti, quod -e appellatur (CIC. inv. 1, 26 vitia ... sunt exordiorum ... vulgare, -e, commutabile *eqs. ibid.* -e *exordium est*, quod nihilo minus in hanc, quam in contrariam partem causae, potest convenire. de orat. 2, 315 QVINT. inst. 4, 1, 71 FORTVN. rhet. 2, 15 p. 110 MAR. VICTORIN. rhet. p. 200, 34 SVLP. VICT. rhet. 18 p. 322 MART. CAP. 5, 549). locus -is: RHET. Her. 1, 14, 24 in loco -i per amplificationem iniciemus *eqs.* 2, 3, 5 utetur *defensor* loco -i rumoribus credi non oportere. *sic passim, cf. definitiones*: RHET. Her. 2, 6, 9 *approbatio* habet locos proprios atque -es ... -es sunt qui alia in causa ab reo, alia ab accusatore tractantur. 2, 30, 47 loci -es ex decem praeceptis commodissime sumentur adaugendi criminis causa; *sequuntur praecepta.* CIC. inv. 2, 48 haec ... argumenta, quae transferri in multas causas possunt, locos -es nominamus. nam locus -is aut certae rei quandam continet amplificationem ... aut dubiae. *ibid.* pars locorum -ium per indignationem aut per conquestionem inducitur ... pars per aliquam probabilem utraque ex parte rationem *eqs.* de orat. 3, 106 consequentur ... illi loci, qui quamquam proprii causarum et inhaerentes in earum nervis esse debent, tamen quia de universa re tractari solent, -es a veteribus nominati sunt; quorum partim habent vitiorum et peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem aut querelam ... alii autem habent deprecationem aut miserationem; alii vero ancipites disputationes, in quibus de universo genere in utramque partem disseri copiose licet. Brut. 46 scriptasque fuisse et paratas a Protagora rerum illustrium disputationes, quae nunc -es appellantur loci. orat. 126 *loci* -es ⟨sunt⟩ appellati eo quod videntur multarum idem esse causarum. IVL. VICT. rhet. 6, 1 p. 395 loci ideo -es appellantur, quia in omni genere causarum ex his argumenta duci possunt. PRISC. gramm. III 434, 16 locus -is exaggerationem habet manifestae rei quasi argumentationibus iam peractis ... dicitur autem -is locus, quia convenit contra omnem verbi causa sacrilegum vel etiam ... pro omni viro forti *eqs.* ISID. orig. 2, 4, 8 -is ... locus generaliter in acti crimine praeponitur: unde et -is locus dicitur, quia absente persona non tantum in hominem, quantum in ipsum crimen exponitur. *al. passim.* CIC. inv. 1, 40 *occasio* distribuitur in tria genera: publicum -e singulare ... -e quod accidit omnibus eodem fere tempore, ut messis vindemia calor frigus. 1, 48 iudicatum est res assensione aut auctoritate aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata. id tribus in generibus spectatur, religioso -i approbato ... -e est quod homines vulgo probarunt et secuti sunt. 1, 89 in ipso *genere argumentationis* vitium erit, si omnino totum falsum erit, si -e, si vulgare, si leve *eqs.* ... -e est, quod nihilo minus ab adversariis quam a nobis facit. QVINT. inst. 4, 4, 8 praeter haec (*propositiones varias*) utimur propositione aut nostra ... aut adversarii ... aut -i (7, 1, 37).

**C** *in litteris*: DIOM. gramm. I 440, 3 genera locutionum sunt quinque: rationale, artificiale, historicum, glossematicum, -e. 482, 16 *poematos genus* aut ... activum est vel imitativum ... aut enarrativum vel enuntiativum ... aut -e vel mixtum *eqs.* SCHOL. Hor. gloss. Γ carm. 4, 3, 12 quinque ... sunt caracteres sermonum: Atticus, Asianus, Aeolius, -is, Rhodius.

**D** *varia*: VARRO frg. Serv. auct. Aen. 8, 275 deos ... alios esse privatos, alios -es, ...-es quos universi *colunt* (TERT. nat. 2, 9. *paulo aliter*: SERV. Aen. 12, 118 di -es sunt, qui *ἄζωνοι* dicuntur, id est qui caeli certas non habent partes, sed generaliter a cunctis coluntur). VARRO rust. 1, 9, 1 *terra* tribus modis dicitur, -i et proprio et mixto. -i, ut cum dicimus orbem terrae et terram Italiam aut quam aliam *eqs.* PLIN. nat. 1, 16, 31 arborum natura per situs: quae montanae, quae campestres, quae siccaneae, quae aquaticae, quae -es. FRONTIN. grom. p. 15, 7 compascua multis locis in Italia -ia appellantur. SIC. FLACC. grom. p. 147 sunt viae publicae ... vicinales ... -es viae ex vicinalibus nascuntur; quae aliquando inter binos possessores in extremis finibus, pari utrimque modo sumpto -ique impensa iter praestant. MACR. somn. 1, 3, 10 *somnii* quinque sunt species. aut enim proprium aut alienum aut -e aut publicum aut generale est ... -e est cum se *quis* una cum alio *facientem patientemve aliquid somniat.* *de notionibus temporalibus*: ATTA com. 9 cras est -is dies (*cf.* ISID. nat. 1, 4 dies postridie Kalendas Nonas Idus sunt, qui et -es vocantur. MACR. sat. 1, 16, 21. COD. Theod. 15, 4, 1 [= COD. Iust. 1, 24, 2 *a. 425*] seu diebus ... festis sive -bus). TERT. orat. 25 *horae -es* diei interspatia signant, tertia, sexta, nona, quas sollemniores in scripturis invenire est. PASCASIN. Leo M. epist. 3, 1 duo sunt anni -es, tertius embolismalis *eqs.* (ISID. orig. 6, 17, 21 -is annus dicitur, qui duodecim tantum lunas, id est dies CCCLIIII habet. dictus autem -is, quia saepe ita duo coniuncti incedunt, ut invicem se in paschali festivitate sequantur).

**III** *qui se non praeter alios extollit, i.* ***comis, commodus, benignus, humanus***: SERV. auct. Aen. 8, 275 -em: humanum beneficum, *φιλάνθρωπον*, unde et -es homines dicimus (GLOSS. IV 497, 40). *adde* CIC. Balb. 36 *p. 1787, 47 sqq.* *de hominibus*: CAECIL. com. 109 modo fit obsequens hilarus comis -is concordis, dum id quod petit potitur. CIC. Mur. 66 quemquamne existimas Catone proavo tuo ... -iorem ... fuisse ad omnem rationem humanitatis? Lael. 65 -em et consentientem id est qui rebus isdem moveatur, eligi par est. epist. 4, 9, 2 qui in bello ... suo et certorum hominum minime prudentium consilio uteretur, eum magis -em censemus in victoria futurum fuisse, quam incertis in rebus fuisset? PANEG. 11, 12 cum ... -bus *imperatoribus* defuerit industria. CARM. epigr. 1424, 13 -is ... dum summa teneris. PS. AVR. VICT. epit. 29, 2. *adde de animo*: TER. Haut. 912 (*versu non sano*) quemquamne animo tam -i esse ... putas ...? (SCHOL. Ter. *ad l.* amicabili, benevolo. *cf.* PS. AVR. VICT. epit. 48, 9). *de stellis* (*?*): APVL. mund. 29 *solisque* comites, amoenus Lucifer et -is Cyllenius. *structurae: c. abl.*: SVET. Claud. 21 nec ullo spectaculi genere -ior ... erat. ENNOD. opusc. 3, 11 *v. infra l. 59.* *c. dat.*: NEP. Att. 3, 1 *Atticus* sic se gerebat, ut -is infimis, par principibus videretur. COMM. instr. 1, 30, 15 estote -es minimis. 2, 22, 11 in tuis divitiis -em te redde pusillis. VVLG. II Macc. 9, 27 confido ... eum ... -em vobis fore (*συμπεριενεχθήσεσθαι*). CASSIAN. inst. 12, 25 aequalem fratribus fieri -emque. ENNOD. opusc. 3, 11 *Epifanius* erat ... sequentibus mera caritate -is. 3, 19 omnibus sacerdotibus ... -is. [PROB.] anth. 783, 5 *imperator* -is cunctis. CORP. VI 32049 coniux ... -is fidelibus amicis (CARM. epigr. 437, 9). VIII 7156 omnibus -is ego. *c. praepos.*: EVTR. 8, 5 nimium circa omnes -is (FERRAND. epist. 7, 6 dux ... circa inferiores ... -is). RVFIN. hist. mon. prol. monachus -is erga omnes ... existit. *c. gen.*: IORD. Rom. 274 Pertinax nimis aequissimus omniumque -is.

**IV** *qui non inter alios excellit, i.* ***par, humilis, simplex*** *(cf.* MVTIAN. Chrysost. hom. *p. 1981, 36), etiam cum nota vilitatis*: **A** *adi.*: *de hominibus*: TERT. adv. Marc. 4, 18 p. 478 Iohannes, -is ... homo. FILASTR. 50, 1 -is homo erat ... ut omnes homines Christus (VINCENT. LER. 12, 17 p. 19). *de bestia*: PETR. CHRYS. serm. 3 p. 193[B] -is vitulus non sufficit, nisi fuerit pinguis, nisi fuerit saginatus. *de herbis et fructibus*: SCRIB. LARG. 40 oleo (210. 250). 163 trifolio. PLIN. nat. 13, 113 nucleos. VEG. mulom. 1, 13, 3 salis (2, 139 APIC. 1, 29). CAEL. AVR. chron. 2, 1 malva. *de cibo*: PANEG. 12, 14 epulae mensis -bus parciores. CLAVD. rapt. Pros. 3, 43 -ia pabula, glandes. *de instrumentis, vestimento*: LVCIL. 325 latere⟨m⟩ qui ducit habet nihil amplius na⟨tu⟩m, quam -e lutum a paleis caenoque aceratum. LAMPR. Alex. 4, 2 paenulis togisque. TREB. Gall. 17, 5 nil esse -ius *vitro*. AMM. 14, 11, 20 paludamento. *de terrenis*: CLAVD. 28, 27 nil ... Castaliae rivis -bus undae dissimiles. *de rebus incorporeis*: RHET. Her. 4, 26, 36 res ... -i verbo elata (*ibid. iter.* QVINT. inst. 8, 2, 24 SVET. vita Verg. p. 65 APVL. met. 1, 8 TERT. adv. Hermog. 27 p. 155 ARNOB. nat. 7, 2 *al.*).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CIC. de orat. 1, 243 sermone (SEN. suas. 2, 13 PETRON. 113 QVINT. inst. 2, 10, 13. 2, 21, 20 COMMENT. in Don. gramm. V 327, 2 CONSENT. gramm. V 386, 9 *al. nota* DIOM. gramm. I 436, 3 in -i sermone prosae orationis. GRAMM. suppl. 231, 8). CIC. de orat. 1, 243 vita (ac. 1, 15 nat. deor. 3, 69 div. 1, 50. 86 *al.* LACT. ira 8, 7). de orat. 2, 299 *lingua (MACR. gramm. V 602, 18 VEL. gramm. VII 81, 6). GAIVS dig. 38, 10, 1, 6 appellatione. GELL. 7, 15, 2 vocum. PS. AVR. VICT. epit. 39, 7 habitu. CLAVD. 20, 371 tela -em quaerere victum. POMER. 2, 23, 1 delicias.

**B** *neutr. subst.*: PORPH. Hor. epist. 2, 1, 168 comoedia -ia sectatur (SCHOL. Hor. Vind. ars 243). AMM. 25, 5, 8 *Ioviano* -ia supergresso (*i. imperatore facto*).

**V** *cum nota vituperationis i. q.* ***immundus, inquinatus*****:** GLOSS. IV 499, 21 -em immundum (V 182, 11 -e immundus dicitur et -e). 521, 27 -e inquinatum, immundum. *cf.* RVFIN. Orig. in Rom. 9, 42 Iudaei vim verbi ignorantes, unde -is diceretur homo, quem -em appellabant, sermonis usum sine significationis intellegentia tenuerunt ... idcirco talis homo -is appellatur, quasi qui multorum sit vel vitiorum vel daemonum servus. *de hominibus*: CIC. epist. 7, 1, 1 cum illi ... spectarent -es mimos. ITALA deut. 12, 22 (Lugd.) -is (*ἀκάθαρτος*, VVLG. immundus) in te (ante *cod.*) et mundus similiter edetis. Matth. 15, 20 (Hil. in psalm. 118 samech 6 p. 490) *cogitationes malae, caedes* sunt, quae -em hominem faciunt (*κοινοῦντα*, ITALA codd. d e k: communicant, VVLG. coinquinant. *cf.* COMM. instr. 1, 23, 2). ITALA (codd. d e g) *et* VVLG. act. 10, 28 neminem -em (*κοινόν*) ... dicere hominem. *de bestia*: VVLG. I Macc. 1, 50 immolari carnes suillas et pecora -ia (*κοινά*). *de corporis partibus et rebus; cf.* ITALA (codd. d q) *et* VVLG. Marc. 7, 2 -bus (*κοιναῖς*) manibus, id est, non lotis. RVFIN. Orig. in lev. 5, 12 vernacula quadam consuetudine scripturae -e esse dicitur quod immundum est (AVG. quaest. test. I 9, 1). *cf. infra l. 36.* SEN. contr. 1, 2, 5 meretrix vocata es, in -i loco stetisti (*si huc pertinet*). ITALA I Macc. 1, 65 (Lucif. de non parc. 12 p. 234, 26) ut non manducarent -ia (*κοινά*, VVLG. immunda). act. 10, 14 (Aug. c. Faust. 31, 3) -e ... non contingam (*κοινόν*, ITALA codd. d g *et* VVLG. numquam manducavi -e et immundum). Hebr. 10, 29 (Mutian. Chrysost. hom. 20 p. 361/62, cod. d) sanguinem testamenti -em (*κοινόν*, VVLG. pollutum) existimavit (*cf.* MVTIAN. *ad l.* -e quid hoc est? immundum, sive quod nihil amplius a ceteris habet). apoc. 21, 27 (Ambr. virginit. 14, 85 exhort. virg. 5, 28 cod. g Apring.) nec introibit in ea *civitate* aliquid -e (*κοινόν*, VVLG. coinquinatum). ITALA *et* VVLG. Marc. 7, 2 *v. supra l. 27* (7, 5). ITALA (cod. g) *et* VVLG. act. 10, 15 quod deus purificavit, tu -e ne dixeris (*κοίνου*). 11, 8 (cod. g, VVLG.) -e (*κοινόν*) ... numquam introivit in os meum. 11, 9 (cod. g, VVLG.). Rom. 14, 14 (cod. d, VVLG.) nihil -e per ipsum, nisi ei qui existimat quid -e esse, illi -e est. HIER. epist. 100, 9 ne *Maccabaei* -es tangerent cibos.

*syn. et iuxta posita: ad III*: TER. Haut. 912 leni. CIC. Mur. 66 commodiorem ... moderatiorem. Lael. 65 simplicem ... et consentientem. NEP. Att. 3, 1 par. CARM. epigr. 1424, 13 carus humilis. SVET. Claud. 21 remissior. CASSIAN. inst. 12, 25 aequalem. ENNOD. opusc. 3, 19 munificus ... affabilis. CARM. epigr. 437, 9 honorificus. FERRAND. epist. 7, 6 mansuetus ... et facilis. RVFIN. hist. mon. prol. mediocris. IORD. Rom. 274 aequissimus. *ad IV*: TERT. adv. Marc. 4, 18 p. 478 unus de turba. VINCENT. LER. 12, 17 p. 19 solitarius. QVINT. inst. 8, 2, 24 planiora. ARNOB. nat. 7, 2 simplici. RVFIN. Orig. in gen. 12, 5 plebeia. GELL. 1, 10, 1 cotidianis. VINCENT. LER. 1, 1 facili. PETR. CHRYS. serm. 132 p. 561 vilis (POMER. 2, 23, 1). CIC. de orat. 2, 299 volgari. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 168 de medio (SCHOL. Hor. Vind. ars 243 de medio id est de -i).

*opp.: ad III*: RHET. Her. 4, 26, 36 electius. SERV. Aen. 7, 445 figuratius. VINCENT. LER. 1, 1 ornato et exacto.

*derivata*: communalis, communicare, 1. communio, communitas. *cf. etiam* communica. *compos.*: communificare.

*adv.* ✖**commūniter**. **I** ***sensu sollemni: ita ut ad duos tres plures pariter similiter simul pertineat*****:** GLOSS. II 351, 48 *κοινῇ ἐπίρρημα. cf.* MOD. dig. 38, 10, 4, 1 cognati ab eo dici putantur, quod quasi una -rve nati ... sint. CAEL. AVR. acut. exc. pr. p. 480 *species* communes ex eo arbitror dictas, quod -r id est similiter specie dumtaxat sua laborantibus prosunt. ISID. orig. 20, 2, 14 communicantes, quod -r id est pariter conveniunt. *nota*: CIC. Balb. 36 erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat, 'comiter' esse 'communiter' *eqs.* (*v. p. 1787, 47 sqq.*).

**A** *de actione eorum qui simul, una aliquid faciunt* (*adv. spectat ad communem actionem* ***subiectorum***): CATO agr. 136 *dominus et colonus* -r pisunt. orig. 2, 58 lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Laevius Tusculanus dedicavit dictator Latinus. hi populi -r. or. inc. frg. 19 iure, lege, libertate, re publica -r uti oportet; gloria atque honore, quomodo sibi quisque struxit (CIC. Cato 2 CELS. dig. 33, 2, 14). CIC. Arat. 16 *duplices catenae Piscium* una ... in stella -r haerent. Mur. 11 rebus -r gestis (LIV. 5, 28, 6 IVLIAN. dig. 40, 7, 13, 2 VLP. dig. 17, 2, 32. 33 PAVL. dig. 17, 2, 65, 13). Balb. 37 (*disputans de* comiter *et* communiter): absurda res est caveri foedere, ut maiestatem populi Romani -r conservent. fin. 3, 9 agemus ista -r (Att. 16, 13[b], 2 [*in ellipsi*]. LIV. 37, 10, 4 GAIVS dig. 3, 4, 1, 1 VLP. dig. 17, 2, 31). 4, 4 ut ... -r ad eas virtutes apti essemus (SEN. epist. 58, 22 quintum genus est eorum quae -r sunt. HIPPOCR. aer. [Herm. 40, 254] 2 PS. APVL. herb. 79 SEDVL. op. pasch. 2, 17 p. 221, 2). CIC. off. 3, 80 conscripserunt *tribuni et praetores* -r edictum. *ibid.* quod -r compositum fuerat, *Marius* solus edixit. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 6 (9, 15), 1 -r constituemus de reditu eius. VARRO rust. 2, 10, 2 qui pascunt, eos cogere oportet in pastione diem totum esse, pascere -r (PAVL. FEST. p. 40 compascuus ager relictus ad pascendum -r vicinis [ISID. orig. 15, 13, 9 GLOSS. V 184, 8]). HOR. epod. 16, 15 forte quid expediat -r aut melior pars malis carere quaeritis laboribus. OV. met. 6, 262 di ... o -r omnes parcite. LIV. 1, 10, 2 ipsi inter se tres populi -r bellum parant. 1, 45, 2 *Dianae Ephesiae fanum* -r a civitatibus Asiae factum (GAIVS dig. 3, 4, 1, 1 VLP. dig. 43, 8, 2, 41. VVLG. II Macc. 8, 29 -r ab omnibus facta obsecratione [*κοινὴν ἱκετείαν ποιησάμενοι*]). 3, 21, 8 -r ... edicunt, ne quis L. Quinctium consulem faceret. 7, 12, 12 patres -r increpare *milites* (*subiect.*). 23, 35, 3 ut ... Cumanus eo (*Hamas*) senatus veniret ad consultandum -r (29, 24, 8 consulerent. HIL. syn. 91). 38, 30, 9 legatosque -r et castella omnia vicique et exules ... ad Achaeos miserunt. 38, 47, 9 quae -r de immanitate gentis Gallorum, de infestissimo odio in nomen Romanum scitis. 40, 51, 7 ex ea *pecunia* -r locarunt *censores* abducendum fornicesque faciendos. 41, 18, 7 -r ambo *consules* exercitus lustraverunt. LABEO dig. 28, 6, 9 ceteros patris heredes -r dimidium *bonorum* habere (IAVOL. dig. 33, 3, 4 CELS. dig. 50, 16, 96, 1 IVLIAN. dig. 30, 84, 13 PELAG. in Gal. 4 p. 514[D] AVG. civ. 21, 3 p. 489 lib. arb. 2, 14, 37). VAL. MAX. 8, 8, 1 *Scipio et Laelius* animi ... remissioni⟨bu⟩s -r acquiescebant. MELA 1, 87 *Panionium* -r Iones colunt. LVCAN. 9, 417 cum -r istae (*Europa et Libye*) effundant zephyrum. QVINT. inst. 3, 6, 102 obicitur -r a duobus. FRONTIN. aq. 109 dum quis ex iis qui -r impetraverunt *aquam* superesset. PLIN. epist. 6, 31, 8 heredes, cum Caesar esset in Dacia, -r epistula scripta petierant, ut susciperet cognitionem. SCAEV. dig. 31, 89, 4 cum -r universa sequenti creditori obligaverint. MOD. dig. 38, 10, 4, 1. TERT. nat. 2, 8 quos *deos* totus orbis -r colit. ARNOB. nat. 2, 30 animae -r obeunt. VOPISC. Aurelian. 7, 7 mulum centuriatum -r curent *milites*. VVLG. gen. 13, 6 nequibant habitare -r. II Macc. 14, 25 -r vivebant (*ἐκοινώνησε βίου*. EVSTATH. Bas. hex. 8, 3 p. 948[B]). AVG. in psalm. 131, 5 aerem istum -r ducimus, solem -r omnes videmus. BARNAB. 4, 10 inquirite, quod -r dilectis (*κοινῇ*) conveniat. NICET. frg. 5 p. 8 *confessio* -r ab omnibus tenetur et discitur. PETR. CHRYS. serm. 120 p. 527[A] sermo apostoli -r lectus. FAVST. REI. serm. 26 p. 329 -r in arcam Christi intrare festinent. BOETH. Porph. isag. p. 27, 5 genera et species et differentiae et propria et accidentia -r sed non proprie alicui (p. 27, 22. 28, 11 *al.* in Porph. comm. pr. 1, 19). top. Cic. 1 p. 281 differentiae continentes ... genera -r. CASSIOD. hist. 1, 1 p. 882[C] *imperatorem* modo seorsum modo -r quae sunt agenda considerare. 1, 9 p. 891[D] qui ... circa deum delinquerent, -r et seorsum ... omnia eis difficilia provenirent. COD. Iust. 7, 2, 15, 4 -r hereditatem adire. 9, 41, 4 commissum -r facinus. IVLIAN. epit. novell. 108, 12 *in civitate* -r domicilium habebant. PASS. Theclae B a 41 pro Trifena -r oraverunt Iesum (B b 41 -r fuderunt preces pro Triphena ad dominum). PASS. Mar. Iac. 7 p. 55, 5 cum ... viam -r carperemus.

**B** *adv. spectat ad* ***obiectum*** *vel alia membra enuntiati, saepe fere i. q. similiter, pariter; cf.* CAEL. AVR. acut. exc. pr. p. 480 -r i. similiter (*v. p. 1981, 66*): GRACCH. or. frg. Char. gramm. I 196, 26 qui et vobis et rei publicae et sibi -r prospiciat. CIC. inv. 1, 25 -r de utroque (*principio et insinuatione*) praecipiendum videtur. 1, 39 -r in tempore perspiciendo longinquitas eius est consideranda. 2, 38 suspiciones ... -r ex personis atque ex negotio proficiscentur. *cf.* 2, 42 *aliae suspiciones* -r et ex negotiorum et ex personarum attributionibus sumuntur. 2, 146 utra *lex* -r in plures scripta sit. 2, 156 in [hoc] quoque genere causae quaedam argumentationes -r ... tractabuntur. Font. 22 aurium iudicium ... -r stultis ac sapientibus ab natura datum. Arch. 32 quae ... de hominis ingenio et -r de ipsius studio locutus sum. leg. 2, 57 -r in omnibus sepultis venit usu, ⟨ut⟩ humati dicantur. nat. deor. 2, 123 dissimillimis bestiolis -r cibus quaeritur. off. 2, 36 admirantur ... *homines* -r ... omnia. part. 114 causae -r videntur insimulare et arguere omnes posse. epist. 13, 12, 1 alia epistula -r commendavi tibi legatos Arpinatium. hac separatim Q. Fufidium ... commendo. HOR. epist. 1, 2, 13 hunc amor, ira quidem -r urit utrumque (*Achillem et Agamemnonem*). LIV. 1, 8, 3 ex duodecim populis -r creato rege. 3, 31, 7 si plebeiae leges displicerent, at illi (*patres*) -r legum latores et ex plebe et ex patribus, ... sinerent creari. 29, 17, 17 -r omnia amplectar. 36, 5, 8 quae ad illos seque -r pertinerent. 42, 5, 11 *Marcellus* -r ab utrisque petiit *eqs.* VITR. 5, 4, 5 reliqui X sonus -r modulantur. PAVL. FEST. p. 220 omnibus dis -r sacrificabatur. SEN. epist. 109, 14 in ... magnis ac divinis ... -r honesta tractando. QVINT. inst. 11, 3, 22 -r et phonascis et oratoribus necessaria est exercitatio. IAVOL. dig. 33, 3, 4 paries ... duobus nobis -r ... legatus. IVLIAN. dig. 45, 1, 54, 1 ut is (*patronis*) -r operae edantur. 45, 1, 56 pr. -r sibi et Titio ... stipulari. PAPIN. dig. 29, 1, 36 pr. legata ... -r debentur. TRYPH. dig. 26, 7, 55, 3 non utique eius periculum est, qui quaedam gessit, sed -r omnium. VLP. dig. 15, 1, 1, 5 potestatis verbum -r accipiendum est tam in filio quam in servo. 17, 2, 31 hereditas vel donatio -r nobis obvenit. PAVL. dig. 20, 4, 13 an -r ex omnibus pignoribus summa pro rata servetur. 50, 16, 163, 1 graece

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

παιδίον -r appellatur *et puer et puella.* IREN. 5, 12, 2 afflatum *dedit* -r omni qui super terram est populo. SER. SAMM. 613 mercurialis ... capitur -r (*i. ab utroque coniuge*) herba. PANEG. 6, 3 adhuc ... de amborum in hanc necessitudinem congruentibus votis -r dixi. ARNOB. nat. 6, 5 aut enim nullis erit in partibus *deus* praesens ... aut aderit unis tantum, quoniam praebere -r suum non potest atque indiscretus auditum. PS. IVL. RVF. schem. lex. 3 ζεῦγμα est, cum unum verbum -r multis sententiis iungitur. EXVP. 4 cum in omnes -r baccharetur. CHIRON 713 tractat⟨u⟩ hae omnes causae -r intelligentur. PS. RVFIN. in Ioel 1, 13—14 *calamitas* in omnes -r saevitura. in psalm. argum. p. 646A *perfectiones de Christo* -r ponit in priori psalmo. AVG. civ. 10, 9 p. 416 *perturbationes* -r daemonibus et hominibus Apuleius attribuit. c. Faust. 26, 2 p. 730 omnia -r facta ab eodem. IGNAT. ad Smyrn. 12, 2 saluto ... singillatim et -r omnes. CASS. FEL. 17 p. 25 post sectionem -r ut cetera apostemata curabis. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 61 totum corpus -r in cachexiam mittunt. 3, 16, 135 erunt -r omnes culpandi. SEDVL. op. pasch. 2, 17 p. 220, 7 non separatim singulis, sed -r universis donum ... attributum. BOETH. arithm. 2, 48 harmonica ... neque solum in terminis speculationem proportionis habet neque solum in differentiis, sed in utrisque -r. MVTIAN. Chrysost. hom. 28 p. 409/10 simul et -r coronatur *corpus* et non per partem. BENED. reg. 5, 14 magistri iussio et perfecta discipuli opera ... ambae res -r citius explicantur. GREG. TVR. Franc. 7, 27 caesum -r hastis pugnis et calcibus. COD. Iust. 6, 42, 32 pr. ut aequitatis ratio -r in omnes procedat. 6, 51, 1, 14a quod -r omnibus prodest.

**C** *fere i. q.* ***generaliter*****:** CIC. inv. 2, 12 cum -r quaedam de omnibus praecipi possint, separatim quoque aliae sunt cuiusque generis diversae praeceptiones (CELS. 3, 21 p. 107). 2, 50 hoc sit nobis dictum -r de omni genere locorum communium (SEN. epist. 58, 17 poeta -r dicitur, omnibus enim versus facientibus hoc nomen est. POMPON. dig. 16, 3, 12, 1 eadem dicenda sunt -r et in omnibus bonae fidei iudiciis. SCHEM. dian. praef. cum omnes ... quae orationem sensu figurant, generaliter figurae -rque dicantur. AVG. epist. Parm. 2, 21, 41 IVNIL. 1, 15. 16. BOETH. Porph. isag. p. 33, 19 differentia ... -r et proprie et magis proprie dicitur *eqs.* herm. sec. 1, 1 p. 32 noluit -r dicere voces, sed dixit tantum ea quae sunt in voce. 2, 7 p. 176, 23 -r de his *contradictionibus* dixit quae sibi sunt oppositae). CIC. off. 3, 17 nec id, quod -r appellamus honestum ... cum emolumentis unquam est comparandum. LIV. 35, 48, 11 provectus ... est intemperantia linguae in maledicta nunc -r Romanorum, nunc proprie ipsius Quinctii. 38, 58, 3 orationem ... habuit *P. Scipio Nasica* plenam veris decoribus non -r modo Corneliae gentis, sed proprie familiae suae. QVINT. inst. 9, 1, 23 quia figura, quam non -r sed proprie nominamus, non sit simplex rei cuiusque enuntiatio. PAVL. dig. 9, 2, 33 pr. Pedius ait pretia rerum non ex affectione nec utilitate singulorum, sed -r fungi (35, 2, 63 pr.). APVL. apol. 3 Aemiliani multa in me proprie conficta et alia -r in philosophos. PS. APVL. herm. p. 272 propositio est et si assentiri se dicet fit acceptio remota interrogatione. quae et ipsa tamen -r appellatur propositio. TERT. adv. Val. 18 p. 197 ut animalium ... substantiarum, quas ad dextram commendant, Patrem nuncupent, materialium vero quas ad laevam delegant, Demiurgum nominent, regem autem -r in universitatem. LACT. inst. 5, 12, 3 -r cum deorum cultoribus loquimur. AVG. civ. 6, 3 p. 249 unum *librum* singularem, qui -r prius de omnibus loqueretur in capite posuit *Varro*. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 131 Hippocrates de epilepsia scribens -r ait. BOETH. herm. pr. 1, 7 p. 100, 1 *oppositionem* -r et improprie contradictionem vocat. herm. sec. 1, 1 p. 20 antequam ad verba Aristotelis ipsa veniamus, pauca -r de nominibus atque verbis ... disputemus. 5, 11 p. 352 -r ... totius propositi sensus huiusmodi est. nunc autem ad ipsa Aristotelis verba veniamus. 5, 13 p. 420 quid Aristoteles -r de propositionibus universitaliterque tractaverit *cqs.* in top. Cic. 6 p. 377, 11 -r de tota locorum ratione ... esse tractandum. arithm. 2, 40 ut ... -r definiamus. ORIBAS. syn. 4, 1 haec ... super omnia oportet scire -r quae sequuntur.

*fere i. q.* '*ut breviter dicam*': CAEL. AVR. acut. 2, 9, 37 baccis ... lauri vel -r ... omne quod tenuare atque movere vehementer membranas valeat cerebri. 3, 16, 134 clysteribus utendum, -r omnibus depurgativae vel temperativae virtutis.

*coniungitur praepositio* cum *ad I*: CIC. S. Rosc. 108 cur quae reliqua sunt iste Roscius omnia cum Chrysogono -r possidet? Phil. 1, 5 haec omnia -r cum collega. Att. 11, 5, 1 *litteras* -r cum aliis scripsisti. NEP. Pel. 2, 2 -r cum iis, qui Thebis idem sentiebant, diem delegerunt ad inimicos opprimendos. SVET. Tib. 21 ut *Tiberius* provincias cum Augusto -r administraret. POMPON. dig. 17, 2, 62 si Titius cum quo mihi societas erat decesserit egoque cum putarem Titii hereditatem ad Seium pertinere, -r cum eo res vendiderim. *ibid.* utrum per se partes meas vendidissem an -r cum eo. TER. MAVR. 467 *au et eu* habemus cum Grais -r. AVG. mus. 4, 16, 34 cum quo (*diiambo*) *antispastus* eam (*dimidiam partem priorem*) -r habet. COD. Iust. 8, 39 (40), 1 cum quo -r pecuniam accepisti.

*syn.: ad I A et B*: CIC. inv. 2, 156 similiter. Font. 22 promiscue. ARNOB. nat. 6, 5 indiscretus. MVTIAN. Chrysost. hom. 28 p. 409/10 simul. *opp.: ad I A et B*: CIC. inv. 1, 25 separatim (2, 11. 38. 156 off. 2, 36 epist. 13, 12, 1 *al.*). part. 114 proprie (LIV. 35, 48, 11. 38, 58, 3 IREN. 5, 12, 2). off. 3, 80 solus. VARRO rust. 2, 10, 1 suum quemque. PAVL. dig. 8, 2, 33 (*et* 35, 2, 63 pr.) singulorum. CASSIOD. hist. 1, 1 p. 882C seorsum (1, 9 p. 891D). MVTIAN. Chrysost. hom. 28 p. 409/10 per partem. IGNAT. ad Smyrn. 12, 1 singillatim.

*syn.: ad I C*: SCHEM. dian. pr. p. 59 generaliter (*opp.* CAEL. AVR. acut. 1 praef. 14 omnis ... phrenitidis causam vel substantiam alienationem generaliter, -r autem alienationis substantiam in sensibus constitutam existimavit Asclepiades). BOETH. herm. pr. 1, 7 p. 100, 1 improprie. herm. sec. 5, 13 p. 420 universaliter. *opp.: ad I C*: CIC. inv. 2, 12 separatim. SEN. epist. 58, 17 unius. QVINT. inst. 9, 1, 23 proprie (APVL. apol. 3 IVNIL. 1, 15 BOETH. Porph. isag. p. 33, 19 *al.*). BOETH. herm. sec. 5, 13 p. 420 singillatim. IVNIL. 1, 16 distincte.

**II** ***technice apud grammaticos*****:** CHAR. gramm. I 82, 14 melius -r hic et haec acris dicemus. 154, 2 *sunt* quaedam singularem pluralemque numerum -r significantia, ut dies, nubes (DOSITH. gramm. VII 392, 6). 166, 13 est aliud genus quod commune vocatur, ut vador, ulciscor. -r enim tam agit quam patitur. PRISC. gramm. II 288, 1 est ... quando in 'es' productam *syllabam* terminantium Graecorum vocativus in e longam exit secundum Graecos vel -r vel poetice.

**III** *i. q.* ***solito more, ut omnes solent*****:** TERT. nat. 2, 4 cum ... universos deos vestros, in quibus nullius cursus aut motus officium denotatur, θεούς -r appelletis. apol. 17 quod videri -r potest. ARNOB. nat. 5, 36 partes alias esse -r scriptas (*opp.* allegorias). NON. p. 455 fatum, sicuti -r intellegitur significantiam decreti habet (EVSTATH. Bas. hex. 2, 8 p. 888B vesperae ... nuncupatio -r intelligenda est). AMBR. hex. 3, 4, 17 terra potest -r dici vel scatens aquis vel deserta et invia et sine aqua (parad. 9, 43 ut -r dicatur vivere et qui vita vivit et qui morte vivit et -r dicatur mori vel ille qui morte moritur. RVFIN. Orig. in gen. 15, 2. AVG. c. Faust. 21, 1 p. 568 *syn.* usitate). AMBR. off. 3, 2, 12 aliud ... est -r sapere, aliud sapere perfecte. SORAN. p. 32 qua vita agenda est nutrix? -r sicut omnes homines, ut sana esse possit.

**IV** *fort. i. q.* ***comiter?*****:** CLAVD. 18, 367 -r omni fungitur officio *Eutropius.*

*adv.* **commūnitus:** VARRO Non. p. 510, 2 deos colere debet -s civitas (*opp.* singulae familiae. NON. -s pro communiter). *fort. addendum* GLOSS. *p. 1880, 73.*

**commūnitās,** -tis *f. a* communis. **I** *i. q. natura, status communis, aequalitas, consensio*: PS. SORAN. quaest. med. 363, 23 coenotetas i. e. -es ... vitiorum. CAEL. AVR. acut. exc. pr. p. 480 kinotetas Graeci vocant, nos -es possumus dicere. -es ex eo arbitror dictas quod communiter i. e. similiter specie dumtaxat sua laborantibus prosunt. *cf. infra l. 55.* DIFF. gramm. VII 529, 1 -s est communicandi voluntas (*opp.* communi⟨ti⟩o).

**A** *iuncturae*: **1** *pro subiecto*: CIC. ac. 2, 54 ut ... nec sit in duobus aut pluribus nulla re differens ulla -s. nat. deor. 3, 38 hominum ... -s ... iustitiam procreavit. off. 1, 56. 157 ut vincat cognitionis studium ... -s. 1, 159 haec -s, quae maxime est apta naturae. PANEG. 8, 3 nomine *fratrum* praeter cetera necessitudinum vocabula et -s amoris apparet. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 170 libera est res -s. LACT. inst. 3, 21, 4 quo ... illum -s ista perduxit? 3, 21, 10 perit ... illi (*filio*) uni -s (*sc. quae uxoribus pluribus cum viro est*). 3, 22, 5. 7 -s ... nihil aliud quam vitiorum licentiam *continet.* 5, 5, 13 hominibus intercidit -s vitae. 6, 10, 25 retentio ... societatis est -s. BOETH. Porph. isag. p. 50, 5 speciei ... et accidentis commune quidem est de pluribus praedicari, rarae vero aliae sunt -es (*gr.* κοινότητες). p. 51, 15. in Porph. comm. pr. 2, 11 p. 105, 5 est ista generis differentiaeque -s, quod ea, quae de genere speciei praedicantur ut genus et de sub eodem genere specie praedicantur. 2, 12 p. 107, 21 *in differentiis* nulla quantum ad genus est speciemque -s. p. 108, 27. 2, 20 p. 120, 8. 2, 28 p. 127, 25 in Porph. comm. sec. 5, 24 p. 346, 11. CASSIOD. art. 3 p. 1201D illae perspicuae -es, quod ... ipsi paene in utrisque facultatibus versantur loci. PASS. Mar. Iac. 1 p. 48, 4 quis ... dubitet, quae nobis in pace vitae -s fuerit, quando nos individua dilectione viventes unum tempus persecutionis invenerit? **2** *pro obiecto*: CIC. off. 1, 45 animus erga nos erit spectandus et -s ac societas vitae. 1, 51 *in societate* omnium rerum ... est servanda -s. 1, 56 -s conficitur ex beneficiis ultro et citro datis acceptis. 1, 157 remota -e coniunctioneque humana. 1, 159 -s moderationi modestiaeque anteponenda. 3, 22 societas hominum et -s evertatur necesse est. LACT. inst. 7, 8, 5. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 24 p. 213 ut in omne genus formamque causarum quaedam -s argumentationum ... ponatur. AMBR. Iac. 1, 8, 36 perfecti ... est viri -em naturae sustentare virtute animi. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 17 p. 116, 1 in Porph. comm. sec. 5, 1 p. 285, 9. 5, 3 p. 292, 11. **3** *ablat.*: CIC. off. 1, 156 eloquentia complectitur eos, quibuscum -e iuncti sumus. SCHOL. Cic. Ambros. p. 371, 8 non hostem iudicat, quem donat publici -e consilii. **4** *praepositiones: c. accus.*: ad: CIC. fin. 3, 65 nos ... ad naturalem -em esse natos (4, 4). 3, 66 inter nos ... ad civilem -em coniuncti et consociati sumus. epist. 9, 24, 3 id ... refero ... ad -em vitae atque victus. AMBR. fid. 5, 14, 176 ad -em ... beneficium transivit a specie. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 17 p. 115, 26 peractis ... generum propriorumque differentiis ad generum accidentiumque -es ... transitum fecit. 2, 28 p. 127, 24. EVSTATH. Bas. hex. 4, 5 p. 907C propter insitam singulis -em. *c. ablat.*: ab: CIC. fin. 5, 66 id a -e ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

humana non abhorrebit. off. 1, 153 necesse est, quod a -e ducatur officium, id esse maximum. top. 29 a -e res diiuncta videbitur. **in**: CIC. off. 1, 160 in ipsa . . . -e sunt gradus officiorum. 3, 118 *virtutes* in -e cernuntur. PS. CYPR. singul. cler. 11 animum nostrum . . . in hac -e perseverare. PANEG. 6, 9 p. 155 ne, quem totius vitae . . . socium semper habuisses in alicuius facti -e desereres. **ex**: CIC. off. 1, 153 aptiora esse naturae ea officia, quae ex -e . . . ducantur. 3, 32 omne genus pestiferum atque impium ex hominum -e exterminandum est. **5** *genetiv.*: CIC. off. 1, 50 quae naturae principia sint -is. 1, 152 quarum *partium* una sit cognitionis, altera -is. BOETH. Porph. isag. p. 51, 15 sufficiunt . . . haec ad . . . -is . . . traditionem. CIC. fin. 3, 67 *homines* -is et societatis suae *causa natos*.

**B** *adduntur ad* -s: **1** *praepositiones*: **cum**: CIC. Phil. 6, 3 quae vobis potest cum hoc gladiatore condicionis, aequitatis, legationis esse -s? ac. 2, 34 *in viso* si erit -s cum falso. 2, 140 *voluptatem* si sequaris, multa ruunt et maxime -s cum hominum genere. nat. deor. 1, 116 cum homini nulla cum deo sit -s. off. 1, 158 propter necessitatem vitae . . . initam esse cum hominibus -em. VARRO ling. 6, 95 i cum e et c cum g magnam habet -em. LACT. inst. 3, 6, 3 nobis . . . cum deo et cum animalibus est aliqua -s. EVSTATH. Bas. hex. 6, 3 p. 924$^{A}$ nulla . . . -s tenebris esse possit cum luce. **inter**: CIC. Lael. 61 ut . . . sit inter eos (*amicos*) omnium rerum, consiliorum . . . -s. off. 1, 20 qua *ratione* societas hominum inter ipsos et vitae quasi -s continetur. 1, 153 *in sapientia* continetur deorum et hominum -s . . . inter ipsos. VARRO ling. 9, 59 inter se (interest *F*) . . . perpauca sunt quae habeant quandam -em. BOETH. diff. top. 1 p. 1174$^{C}$ differentiis inter se et -bus pernotatis. **ad**: VITR. 5, 5, 4 quod . . . ad chromaticen hyperbolaeon diapente et ad chromaticen meson diatessaron habet consonantiae -em (5, 5, 5). RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 12 p. 157, 3 Engelbr. ut . . . fiat -s . . . dei ad homines. **2** *duo genetivi* (*eorum inter quae communio est*): CIC. off. 1, 153 deorum et hominum. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 11 p. 105, 5 generis differentiaeque (2, 12 p. 108, 27) 2, 14 p. 113, 1 generum specierumque. 2, 17 p. 115, 26 generum accidentiumque. 2, 28 p. 127, 24 speciei et accidentis. **3** *genetiv. rei*: CIC. Phil. 6, 3 condicionis, aequitatis, legationis. Lael. 61 omnium rerum (off. 1, 51), consiliorum (SCHOL. Cic. Ambros. p. 371, 8), voluntatum. off. 1, 20 vitae (1, 45. epist. 9, 24, 3 vitae atque victus. LACT. inst. 5, 5, 13 PASS. Mar. Iac. 1 p. 48). VITR. 5, 5, 4 consonantiae. 5, 5, 5 symphoniarum. PANEG. 6, 9 p. 155 facti. 8, 3 amoris. LACT. inst. 3, 22, 5 non rerum fragilium, sed mentium. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 24 p. 213 argumentationum. AMBR. Iac. 1, 8, 36 naturae.

*epitheta*: CIC. ac. 2, 54 nulla re differens. fin. 3, 65 naturalem. 3, 66 civilem. 5, 66 humana (off. 1, 157). CASSIOD. art. 3 p. 1201$^{D}$ perspicuae.

*syn. et iuxta posita*: CIC. fin. 3, 67 societatis (4, 4. 5, 66 nat. deor. 3, 88 off. 1, 45. 50. 153. 158. 3, 22. 118). 5, 66 caritate. off. 1, 152 cognitionis (1, 153). *ibid.* magnanimitatis . . . moderationis. 1, 157 consociatio. *ibid.* coniunctione. *opp.*: BOETH. diff. top. 1 p. 1174$^{C}$ differentiis (in Porph. comm. pr. 2, 14 p. 113 in Porph. comm. sec. 5, 1 p. 285). Porph. isag. p. 51 proprietates (in Porph. comm. pr. 2, 12 p. 108. 2, 13 p. 109. 2, 17 p. 115 in Porph. comm. sec. 5, 24 p. 346).

**II** *humanitas, comitas*: NEP. Milt. 8, 4 in Miltiade erat cum summa humanitas tum mira -s (*var. lect.* comitas, *v. p. 1790, 74*), ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret.

**III** *cum nota vituperationis immunditia, coinquinatio*: TERT. orat. 25 Petrus, qua die visionem -is omnis in illo vasculo expertus est, sexta hora orandi gratia ascenderat in superiora.

**commūniter** *v. p. 1981, 62 sqq.*

**1. commūnītio,** -ōnis *f. a* communire. *i. q. munitio, munimentum*: VITR. 10, 13, 1 *Carthaginienses* gradatim ex ordine totam -em dissipaverunt. *scribendum est, ut videtur*, DIFF. gramm. VII 529, 1 communi⟨ti⟩onem et communitatem . . . communi⟨ti⟩o undique munitio. [CIC. de orat. 2, 320 omne . . . principium aut rei totius, quae agetur, significationem habere debebit aut aditum ad causam et munitionem (*codd. integri*; ad commutationem *codd. mutili*; -em *edd. plurimae, idem coni. Usener, Rhein. Mus. 56 (1901) 312* CIC. rep. 1, 69, *ubi* commutatione *cod.*, confirmatione *edd.*).] *Bannier.*

**2. communitio, communitōrium** *v.* common-, *cf. p. 1933, 33 sq. et 1934, 21. 68.*

**1. commūnītus,** -a, -um *v. p. 1967, 81 sqq.*

**2. commūnitus** *adv. v. p. 1984, 34 sqq.*

**commurmurātio,** -ōnis *f. a* commurmurare. *i. q. communis murmuratio, fremitus*: GELL. 11, 7, 8 -o fieri coepta est a plerisque, qui aderant.

**commurmuror,** -ātus sum, -ārī (commurmuro, -āre) *a* com *et* murmurari (-e). GRAMM. suppl. 430, 16 verba quae passive tantum efferuntur . . . primae coniugationis: . . . -or *ὑπογογγύζω*. *legitur deponens apud* VARRONEM CIC. FEST. *singulis locis, deinde active inde ab* AETNA. **1** *strictiore sensu i. q. murmurare, mussitare, pressa voce secum loqui: seq. oratio directa*: VARRO Men. 380 hoc Graecis renuntiato, ut facile intellegeres nos ab his amari, -antur 'αὐτό'. CIC. Pis. 61 ut scriba . . . secum ipse, caput sinistra manu perfricans, -atus sit: *eqs.* *seq. acc. c. inf.*: SIL. 15, 821 *Hannibal comperta morte fratris* compressit lacrimas . . . et inferias in tempore dignas missurum fratri clauso -at ore. **2** *latiore sensu i. q. sonitum murmuris similem edere, fremere*: PAVL. FEST. p. 9 arrumavit: rumorem fecit sive -atus est. *de eruptione Aetnae*: AETNA 300 summota furens torrentibus *auris* aura pugnat in angusto et magnum -at Aetna. *de bestiarum clamore*: PLIN. nat. 10, 62 *in Pythonos come* congregatae *ciconiae* inter se -ant. *de operariarum sonitu*: HIER. virg. Mar. 20 textricum turba -at. *Mbr.*

**commūro** *v.* comburo *p. 1758, 64.*

**commūtābilis,** -e [*cf. c.* commutare *et c.* mutabilis. *Th.*]. *scribitur* conm-: NOT. Tir. 31, 80. *idem fere q. mutabilis*: **1** *de personis*: AVG. civ. 10, 29 *filius dei* tam longe erat immortalis a mortalibus, incommutabilis a -bus. FAVST. REI. serm. 11 p. 266, 17 cum essem immortalis, -is (commotabilis *cod., v. l. 40 et p. 1987, 61*) pro te homo factus sum. **2** *de rebus*: CIC. Mil. 69 vide, quam sit varia vitae -isque ratio. parad. 7 *maiores nostri* haec imbecilla et -a pecuniae membra verbo bona putaverunt appellanda. nat. deor. 3, 30 natura argenti et aeris. *ibid.* cera. 3, 92 materiam . . . rerum . . . totam esse flexibilem et -em. Lael. 92 animus . . . varius, -is, multiplex. Att. 1, 17, 8 in republica infirma, misera -ique versamur. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 28 p. 231 eventus interdum necessarius et naturalis est . . . interdum varius et -is. AVSON. 417, 104 reverentia. PRVD. ham. 756 propositum. 888 tempus. AVG. c. Faust. 20, 9 dei substantia. EXPLAN. in Don. gramm. IV 526 sive stativos sive -es accentus Latinos. PS. ORIG. tract. 1 p. 4, 10 anima -em statum habet. CASSIOD. in psalm. 101, 29. *in grammatica*: VARRO ling. 9, 99 verbi principia . . . ex utraque parte -a (*opp.* incommutabilis). *t. t. artis rhetoricae*: CIC. inv. 1, 26 -e *exordium. ibid.* -e, quod ab adversario potest leviter mutatum ex contraria parte dici. QVINT. inst. 4, 1, 71 quod adversarius in suam utilitatem deflectere potest -e. FORTVN. rhet. 2, 15 p. 110 SVLP. VICT. rhet. 18 p. 322. *ibid.* -e est, quod paucis modo commutatis possit esse vulgare sive commune.

*adv.* **commūtābiliter:** BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 208, 16 in aliis vero una quidem vera, altera falso (*negatio et affirmatio*), sed indefinite et -r. anal. post. 2, 17 similiter se habebit ut propter quid -r analogum.

*syn.*: mutabilis, flexibilis. *opp.*: incommutabilis.

*compos.*: incommutabilis.

**commūtātē** *v. p. 1991, 14.*

**commūtātio,** -ōnis *f. a* commutare. *scribitur* commotatio: ITALA Matth. 16, 26 (cod. *δ*) commo⟨ta⟩tionem. EVGRAPH. Ter. Andr. 242 rec. *α* motus species sunt -o et immutatio et est illud circa quantitatem, istud circa qualitatem. GLOSS. II 228, 42 -o *ἀντάλλαγμα*. *inde ab* ACC., *qui solus habet poetarum; plur. saepe legitur; non habent* LIV. RVT. LVP. VAL. MAX. CELS. SEN. rhet. CVRT. MELA SCRIB. LARG. ASCON. PETRON. PLIN. epist. SVET. *al.*

**1** *proprie et generatim: i. q. mutatio, immutatio, varietas, vicissitudo, conversio*: **a** *absolute*: CIC. inv. 1, 59 annuae. rep. 1, 45 orbes . . . -um et vicissitudinum. de orat. 3, 221. 225 quid est vicissitudine et varietate et -e aptius? orat. 110. 219. 231. top. 82 *bis.* ac. 1, 42. epist. 5, 12, 4 civiles. SALL. Iug. 13, 7 NEP. Dion 6, 1 VITR. 6, 2, 5 SEN. dial. 11, 6, 8 QVINT. inst. 6, 6, 49 PS. QVINT. decl. 14, 4. ITALA Iac. 1, 17 (Aug. gen. ad litt. 5, 18 p. 161, 15 Apring. in apoc. 1, 5 p. 4) apud quem non est -o (*παραλλαγή*, VVLG. transmutatio). PORPH. Hor. epist. 1, 18, 18 pretium -o pro acri liberalitate scilicet. PRISCILL. tract. 11, 145 PS. APVL. Ascl. 13 HIER. epist. 119, 6. VVLG. psalm. 54, 20 non . . . est illis -o (*ἀντάλλαγμα*). AVG. gen. ad litt. 9, 3 p. 272, 8. PS. AVG. categ. 21 omnis -o, quae *μεταβολή* graece est, fit tribus modis. MART. CAP. 1, 67. 5, 507 (*cod. β*). EVSTATH. Bas. hex. 6, 11 p. 934$^{A}$ CASSIOD. in psalm. 101 concl. PRISC. gramm. II 29, 8 GRAMM. suppl. 298, 4 GREG. M. moral. 12, 18. **b** *c. genet.*: *personarum*: CIC. Att. 12, 36, 1 -es dominorum reformido. APVL. met. 9, 12 sectae. HIER. epist. 66, 5 non . . . substantiae diminutio, sed operarii -o est. *nota i. q. metamorphosis*: AVG. civ. 18, 17 tit. de incredibilibus -bus hominum (*syn.* mutatio). *rerum*: ACC. praetext. 35 rerum (RHET. Her. 2, 17, 26 CIC. inv. 2, 176 Sest. 42 div. 1, 45 top. 82 epist. 13, 10, 2 CAES. Gall. 1, 14, 5. 2, 27, 1. 6, 12, 6. 7, 59, 3 civ. 1, 52, 3. 1, 60, 4. 3, 68, 1. 3, 72, 4 NEP. Alc. 5, 5 HIER. epist. 108, 25). VARRO ling. 1, 6 litterarum *bis* (RHET. Her. 4, 21, 29 *l. 74* FRONTO p. 64, 21 N. DIOM. gramm. I 442, 28). 10, 77 vocis (*cf.* RHET. Her. 4, 21, 29). rust. 2, 2, 14 *aquae*. RHET. Her. 1, 8, 13 fortunae (2, 31, 50 CIC. inv. 1, 27 CAES. Gall. 7, 63, 8 civ. 3, 27, 1 TAC. ann. 12, 47 FRONTO p. 220, 13 N.). 2, 28, 45 nominum (LACT. inst. 6, 15, 15 AVG. civ. 16, 28). 3, 15, 26 gestus. 4, 21, 29 vocum aut litterarum. 4, 22, 30 casuum aut unius aut plurium nominum (4, 22, 31 casuum). 4, 26, 36 verbi (CIC. part. 23). CIC. inv. 1, 36 affectio est animi aut corporis . . . -o. 2, 59 poenae. dom. 4 crebra tamquam tempestatum sic sententiarum -o. rep. 1, 65 rerum publicarum (2, 63). 2, 9 Graeciae. Tusc. 1, 68 vitae (Att. 8, 15, 1). *ibid.* temporum (VVLG. sap. 7, 18 [*μεταβολάς*]). 1, 117 loci (SEN. dial. 2, 8, 3. 11, 6, 1 *ter.* 11, 6, 5. 11, 7, 7. 11, 8, 1. 11, 13, 1 FRONTIN. strat. 2, 2, 11 FIRM. math. 3, 7, 22. *adde p. 1987, 5*). CIC. div. 2, 89 caeli conversiones -esque. Lael. 77 morum aut studiorum. part. 24 non verborum, sed tantummodo ordinis. Att. 1, 17, 1 voluntatis. 16, 4, 2 animorum. CAES. Gall. 5, 1, 2 aestuum (5, 8, 3).



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 54, 4 voluntatum (HIER. adv. Pelag. 2, 30). VELL. 2, 35, 4 status publici. SEN. epist. 114, 9 ordinis (QVINT. inst. 9, 1, 6). COLVM. 11, 2, 94 ventorum. PLIN. nat. 7, 113 morum. DARES 25 imperii (CLAVD. DON. Aen. 10, 275). HIER. epist. 28, 2, 1 metri. AVG. civ. 17, 4 Israelitici regni et sacerdotii. PS. AVG. categ. 21 qualitatis sive loci. CAEL. AVR. acut. 1, 2, 31 capitis. ALC. AVIT. hom. 20 p. 133, 23 aedis. ENNOD. epist. 8, 5 p. 203, 15 in illius melioris saeculi -e. PRISC. gramm. II 445, 14 consonantium. **c** *c. praepos.*: CIC. fat. 17 ita fit, ut -o ex vero in falsum ne in futuro quidem ulla fieri possit. AVG. gen. ad litt. 6, 28 p. 199, 17 in corpus spiritale -em.

**2** *speciatim*: **a** *i. q. permutatio invicem facta, vicissim datio*: FLOR. epit. 2, 2, 24 captivorum. VVLG. Iob 28, 15 nec appendetur argentum in -e *sapientiae*. PALLAD. hist. mon. I 7 p. 277[B] carnibus venditis ac vini -e distractis. GLOSS. commercium -o mercis (*vel* mercium). commercium -em. **b** *i. q. venditio*: VVLG. psalm. 43, 13 non fuit multitudo (*i. lucrum*) in -bus eorum (*ἀλαλάγμασιν*). COD. Iust. 1, 2, 14, 3 (1) emptionis seu -is. LEX Burg. Rom. 35, 5 quod facta qualiterlibet -o vicem obtinet emptionis. CONC. Epaon. a. 517 p. 22, 4 utili tamen omnibus -e permissa. LIB. pontif. p. 75, 14 donationes vel -es vel traditiones. **c** *t. t. grammaticorum: i. q. ἀντιμεταβολή*: RHET. Her. 3, 10, 17. 3, 12, 21. 3, 14, 25 *bis*. 4, 28, 39 -o est, cum duae sententiae inter se discrepantes ex traiectione ita efferuntur, ut a priore posterior contraria priori proficiscatur. 4, 42, 55. 4, 43, 56 CIC. inv. 1, 10. 16. 2, 57 CHAR. gramm. I 286, 1. *adde in re musica*: MART. CAP. 9, 938 Harmonica habet partes disputationis septem, primam de sonis, ... sextam de -bus.

**3** *translate* (*cf.* commercium *sub I C 3, II A et B*): **a** *i. q. pretium*: ITALA deut. 23, 18 (Aug. quaest. hept. 5, 38 Lugd.) -em canis (*ἄλλαγμα κυνός*, VVLG. pretium canis). Is. 43, 3 (Rufin. in exod. 10, 9 in lev. 9, 3) dedi -em tuam (*ἄλλαγμα*, VVLG. propitiationem tuam). Matth. 16, 26 *et* Marc. 8, 37 (codd. a b l Ambr. bon. mort. 5, 16, VVLG.; *sim.* codd. d *δ*) quam dabit homo -em (*ἀντάλλαγμα*). VVLG. gen. 47, 17 pecorum. Is. 55, 1 absque ulla -e. MARCELL. chron. II p. 95, 498, 11 Anastasius princeps ... placibilem plebi -em distraxit. **b** *i. q. beneficium*: ITALA (Aug. civ. 17, 12) *et* VVLG. psalm. 88, 52 exprobraverunt -em Christi tui (*ἀντάλλαγμα. cf.* HIER. psalt. sec. Hebr. 89, 52 quibus *iniquitatibus* exprobraverunt vestigia Christi tui). HIER. psalt. sec. Hebr. 78, 11 et obliti sunt -um eius (*εὐεργεσιῶν*, VVLG. 77, 11 benefactorum). AVG. civ. 17, 12 multas gentes ... exprobrasse illis passionem Christi, quam scriptura -em vocat. *ibid. sexies*. **c** *i. q. colloquium, consilium, conversatio*: QVADRIG. hist. 5 putabant eos qui foris atque qui in arce erant, inter se -es et consilia facere (*cf.* GELL. 17, 2, 26 -es id est collationes communicationesque). HIER. psalt. sec. Hebr. 99, 8 propitius fuisti eis et ultor super -bus eorum (VVLG. 98, 8 ulciscens in ... adinventiones eorum). **d** *i. q. pactum, condicio*: ITALA Is. 58, 6 (Ambr. Nab. 10, 45 Hel. 10, 34 bon. mort. 3, 9 Hier. in Is. 58, 10 p. 693) dissolve obligationes violentarum -um (*στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων*, ITALA [*p. 1877, 45*] impotentium commerciorum, VVLG. fasciculos deprimentes).

**commūtātus,** -ūs *m. a* commutare. *actio commutandi, commutatio*: LVCR. 1, 795 quapropter quoniam quae paulo diximus ante in -um veniunt.

**commūteo,** -ēre [*cf. c.* commutescere. *Th.*]. GLOSS. *l. 55.*

**commūtēsco,** -uī, -ere *a* com *et* mutescere, *cf.* obmutescere *et* commutere. GLOSS. II 472, 9 *φιμοῦμαι*: obmuteo, commuteo (obmutuo, commutuo *codd., utrumque, ut formam vulgarem, conservat Heraeus, Sprache d. Petron. p. 40*), -o. IV 320, 58 -it reticet, conticiscit. CIC. orat. 129 a nobis homo audacissimus Catilina in senatu accusatus -uit. ITALA Marc. 4, 39 (cod. d) dixit mari 'sile, -e' (*περιφίμωσο*, cod. e: ommutesce, VVLG. tace, obmutesce).

***commūto,** -āvī, -ātum, -āre *a* com *et* mutare. commotare: VIRG. gramm. epit. 10 p. 73, 3. cummotare: CONC. Aurel. a. 538 p. 79, 16. 17. *cf. etiam* commotabilis *p. 1986, 14*, commotatio *p. 1986, 40*. FEST. p. 214 permutatur id proprie dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur; at -atur, quom aliud pro alio substituitur. EVGRAPH. Ter. Andr. 242 rec. *α* motus species sunt commutatio et immutatio, et est illud circa quantitatem, istud circa qualitatem, ut si quis ex magno parvus fit -atus, si quis ex nigro albus, immutatus dicitur. GLOSS. II 297, 23 *ἐναλλάσσω*. *legitur inde a* CARM. Nelei PLAVTO CATONE; *non habent*: CATVLL. VERG. HOR. TIB. PROP. LIV. VELL. CELS. SEN. rhet. MELA SCRIB. LARG. PERS. LVCAN. PETRON. PLIN. nat. VAL. FL. MART. STAT. SIL. FLOR. *al.*

**I** *idem q.* ***mutare, convertere,*** *transformare*: **A** *aliquem*: **1** *generatim de forma*: HYG. fab. 126 p. 110, 5 Minerva eum (*Vlixem*) et habitum eius -verat. ITALA I Cor. 15, 52 (Aug. c. Faust. 11, 3) mortui resurgent incorrupti et nos -bimur (immutabimur *SMG et* VVLG., mutabimur cod. d; *ἀλλαγησόμεθα*). AVSON. 19, 3. HIER. epist. 60, 19, 1 cotidie -amur. VINCENT. LER. 13, 19 p. 20 *Christus est* -atus et passus. *accedit* in: HYG. fab. 45 p. 71, 19 Procnen in hirundinem. 53 p. 59, 1 in avem ortygem. 58 p. 60, 22 Venus ... in speciem arboris eam -vit. 125 p. 107, 14 *Circe* potione data homines in feras bestias -bat. 138 p. 16, 11 Philyra ... petit ab Iove, ut se in aliquam speciem -ret; quae in arborem philyram hoc est tiliam -ata est. 152 p. 26, 16 sorores Phaethontis ... in arbores populos -atae sunt. 167 p. 20, 14 Iuno in ... nutricem Semeles se -vit. 188 p. 119, 24 Neptunus ... Theophanen in ovem -vit formosissimam, ipse ⟨se⟩ autem in arietem, cives autem ... in pecora. 203 p. 128, 14 *Daphnen* in arborem laurum -vit. *sim.*: 187 p. 119, 18 Alopes ... corpus Neptunus in fontem -vit. ITALA II Cor. 3, 18 (Tycon. 19, 10) in eandem imaginem -amur (*μεταμορφούμεθα*, VVLG. transformamur). HIER. epist. 60, 14, 4 Niobam in lapidem. 96, 5 *eum* in alium -atum. RVFIN. hist. mon. 28 p. 451[A] -et eam (*puellam in equam versam*) in hoc, quod fuit. AVG. civ. 5, 6 illa in feminam -ata est. *nota*: HYG. fab. 10 p. 43, 2 Periclymenus beneficio Neptuni avi in aquilae effigiem -atus. 189 p. 120, 9 -at eum in hospitis figuram. *de aliis animantibus*: AVG. civ. 19, 12 in res quaslibet convertantur et -entur animalia. HYG. fab. 202 p. 128, 11 corvum ... ex albo in nigrum -vit.

**2** *speciatim de animo*: BELL. Afr. 35, 1 C. Caesarem ... subito -atum. TAC. ann. 13, 26 quos beneficia non -vissent (mutavissent *al.*). VVLG. Mich. 2, 4 pars populi mei -ata est. *accedit ablat. causae*: CIC. Att. 16, 5, 2 sic enim -atus est totus *Quintus* et scriptis meis quibusdam ... et assiduitate orationis et praeceptis. *ablat. limit*: CIC. fin. 4, 7 nihil -antur animo et iidem abeunt, qui venerant. *praepos.* in: AVG. civ. 21, 15 nos in melius -ati (bapt. 4, 13, 19. 6, 3, 5. 6, 24, 44. 7, 44, 87 c. Cresc. 3, 35, 39). c. Petil. 3, 30, 35 in deterius. *nota*: ITALA Eph. 2, 16 (Aug. c. Faust. 22, 89) ut ... -ret (communicaret *S*, communitaret *G*; *ἀποκαταλλάξῃ*, VVLG. reconciliet) utrosque in uno corpore. *additur* a b: PS. QVINT. decl. 8, 18 quicquid nos in vitia morborum a naturali sanitate -at. ex: VITR. 2, 8, 12 e duro feroque more -ati in Graecorum suavitatem. MART. CAP. 5, 485 Dido ... possit ex amore in odium versari. RVFIN. Adamant. 3, 13 angelum ... per liberi arbitrii facultatem in deterius -atum. RVFIN. hist. 4, 15, 23 nec possumus de bono ad malum per paenitudinem -ari. *sensu dubio*: ITALA (Hier. epist. 65, 3, 1) *et* VVLG. psalm. 44, 1 (*in tit. psalmi*) pro his qui -buntur (*ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων. idem* VVLG. psalm. 68, 1. 79, 1). *nota intransitive pro reflexivo*: HIER. nom. hebr. p. 11, 22 Thamar palma sive amaritudo vel -ans (*cf.* ISID. orig. 7, 6, 39 eadem (item) et -ans, mutavit enim se in habitum meretricis, quando cum socero suo concubuit).

**B** *rem*: **1** *subi. est persona*: **a** *c. obi. solo*: PLAVT. Amph. 53 contraxistis frontem, quia tragoediam dixi futuram hanc? deus sum, -vero, eandem hanc, si vultis, faciam ex tragoedia comoedia ut sit. 305 nomen (Asin. 374 Pseud. 192 CIC. Sest. 9 fin. 4, 21. RVFIN. hist. 2, 18, 3 *bis* [*μετονομαζομένων*]). Merc. 368 istuc quid est, tibi quod -atust color? (HIPPOCR. progn. 24 [*μεταβάλλωσι*]). Mil. 206 statum. 327 nisi oculos orationemque aliam -as tibi. Persa 571 ferreas aedis. LEX Tarent. (Ephem. epigr. IX p. 1 *sqq.*) 40 vias fossas clovacas ... publice facere, immittere, -are, aedificare, munire (LEX Vrson. [Corp. II 5439] 77, 30). VARRO ling. 5, 3 litteras (5, 79. 103. 137. 6, 2. 62. 83. 7, 31. 10, 25 RHET. Her. 4, 21, 29. HIER. epist. 27, 2, 2 tau litteram. AVG. civ. 18, 5 CASSIOD. inst. div. 15 p. 1127[A]). VARRO ling. 5, 6 verba (9, 16 RHET. Her. 3, 6, 11 CIC. inv. 2, 56 de orat. 1, 192. 3, 168 orat. 135 fin. 4, 60 top. 12 QVINT. inst. 9, 1, 38). VARRO ling. 5, 89 rem militarem. 6, 38 praeverbia. 9, 54 casus (RHET. Her. 4, 22, 31 CIC. orat. 135 QVINT. inst. 9, 1, 39). RHET. Her. 3, 10, 17 dispositionem. 3, 14, 24 ut verba ita pronuntiationem. 4, 11, 16 figuram. *bis*. CIC. inv. 1, 102 res (leg. 1, 38 off. 2, 3 VITR. 10, 9, 5). 2, 9 sententiam (Arch. 18 verba atque sententias. ac. 2, 71 Att. 16, 7, 2 RVT. LVP. 2, 19 FRONTO p. 157, 8 N.). 2, 134 leges (Verr. 4, 16 Cluent. 150 div. 1, 96 Att. 13, 6, 2). 2, 154 navis. Verr. 1, 30 consilium (Att. 9, 10, 4. 14, 20, 4 CAES. Gall. 1, 23, 3. 7, 56, 2 civ. 2, 38, 2. 3, 36, 7 consilium iterque). Verr. 4, 14 vendundi aut tempus aut locum. 4, 15 imperium (6, 8). *ibid.* ius societatis. 4, 21 inventus est, qui haec non -ret, sed everteret. 4, 51 iura omnia et consuetudinem omnium. 4, 83 tabulas publicas. Caecin. 86. leg. agr. 2, 90. Rab. perd. 13 disciplinam. Catil. 3, 25 rempublicam (rep. 2, 2). Sull. 44 indicium. dom. 15 annonam. har. resp. 60 reipublicae statum. Planc. 103 voluntatem (CAES. civ. 2, 23, 3 voluntatem et opinionem. RVT. LVP. 2, 3 PAVL. dig. 34, 4, 29). CIC. ac. 1, 28 materiam. fin. 4, 8. 5, 74 signa. Tusc. 3, 71 mentem. nat. deor. 1, 73. 3, 30. Lael. 32 utilitatem (off. 3, 95). off. 1, 31 *bis*. *ibid.* officium. 1, 121 genus vitae. de orat. 2, 211 animos (LVCR. 3, 515 MANIL. 2, 639). Brut. 314 genus dicendi. orat. 233 ordinem rerum. *bis* (SALL. Iug. 49, 6. 101, 2. FRONTIN. strat. 2, 3, 4 instructionis ordinem. SVET. vita Verg. p. 64 librorum ordinem. VEG. mil. 3, 19 HIER. epist. 54, 9, 2. PS. APVL. herm. p. 279 ordinem propositionum et partium). CIC. ad Q. fr. 3, 1, 8 diem. epist. 1, 8, 4 rationem senatus (1, 9, 21 rationem tuam. CAES. civ. 3, 65, 4 belli. 3, 73, 1 VITR. 10, 4, 3). 1, 9, 21 cursum. MAT. Cic. epist. 11, 28, 5. LVCR. 1, 588. 2, 936. CAES. Gall. 3, 6, 2 fortunam (FRONTO p. 219, 50 N.). 7, 77, 16 ius et leges (civ. 1, 85, 9 iura magistratuum). civ. 3, 27, 2 tempore -ato. NEP. Dion 4, 5 statum vitae. Att. 13, 2. VITR. 5, 1, 4 symmetriam. PHAEDR. 1, 15, 1 principatum. SEN. dial. 11, 6, 6 sedes. ASCON. Scaur. p. 21 Cl. iudicia. TAC. ann. 14, 56 instituta prioris potentiae. PLIN. paneg. 51 delubra. 59 in -andis moribus hominum. epist. 3, 10, 5. 5, 3, 10. 7, 17, 5. 9. 7, 20, 1 SVET. Aug. 24 Tib. 27. 71 vocem *ἐμβλημα*. Vit. 5 APVL. apol. 95 met. 10, 8 mund. 14. TERT. pudic. 21

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

evertens atque -ans manifestam domini intentionem. ITALA lev. 13, 7 (Aug. loc. hept. 3, 30 p. 576, 10) -ata est significatio in cute (*μεταβαλοῦσα μεταπέσῃ*, ITALA Lugd. immutans, VVLG. redditus munditiae). lev. 13, 55 (Aug. loc. hept. 3, 35 p. 577, 12) non -vit aspectum suum (*μετέβαλεν*, Lugd. mutabit, VVLG. faciem quidem pristinam non reversam). NERAT. dig. 7, 8, 23 speciem rei usuariae. GAIVS inst. 1, 162 statum hominis. COMM. apol. 656 -vit aquas, fierent ut optima vina. HIL. syn. 33 imaginem. QVEROL. p. 38, 16. HYG. fab. 126 p. 110, 5 habitum (HIER. epist. 54, 9, 2 cultum corporis et habitum vestium). HIER. epist. 57, 5, 1 aliquid de epistula. VVLG. Iob 9, 27 faciem (eccles. 8, 1 Dan. 5, 6. *cf.* Sirach 12, 19 vultum [*ἀλλοιώσει*]). 12, 20 labium veracium. psalm. 72, 21 renes (*ἠλλοιώθησαν*). IV Esdr. 6, 16 finem. AVG. civ. 2, 9. EXC. barb. p. 306 Frick illos tricentos XXIII annos. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 126 regulas. 2, 11, 128 curationem. PRISC. gramm. III 144, 25 numeris quoque positive -atis. *nota*: CIC. part. 7, 25 quae (*actio*) quidem oratori et cum rerum et cum verborum momentis -anda maxime est. **b** *accedit ablat. modi, instrumenti, causae*: RHET. Her. 4, 42, 54 -bimus *rem* tripliciter: verbis, pronuntiando, tractando (*ibid.* verbis. *ibid.* eadem verbis -ando. CIC. inv. 1, 56 quod ne verbo quidem -ari potest. RHET. Her. 4, 42, 54 pronuntiando). 4, 43, 56 eadem res igitur his tribus in dicundo -bitur rebus. CIC. inv. 1, 102 *rem* alio iudicio (2, 133 *rem* iudicio). Caecin. 74 iura finium aliqua ratione. rep. 1, 69 ipsa genera generibus saepe -antur novis. ac. 1, 37 ut haec non tam rebus quam vocabulis -verat sic .... orat. 209 quot modis -anda *sit oratio*. LVCR. 5, 1106 victum vitamque priorem ... novis ... rebus. RVT. LVP. 1, 16 *μετάνοια* ... cum ipse se, qui loquitur, reprehendit et id quod prius dixit, posteriori sententia -at. ASCON. Scaur. p. 22 Cl. qua voce ita omnium -vit animos. CELS. dig. 34, 4, 17 priorem scripturam posteriore corrigere, -are, rescindere. IORD. Get. 44, 233 praevaricatione⟨m⟩ Suavorum suasionibus -ans. *huc adde*: VARRO Men. 365 saepe totius theatri crebro flectendo -ari mentes. GAIVS dig. 7, 5, 2, 1 neque enim naturalis ratio auctoritate senatus -ari potuit. *nota*: AVG. civ. 18, 18 specie tenus, quae a vero deo sunt creata, -ant *daemones*. **c** *sequuntur praepositiones*: ad: Q. CIC. pet. 42 cuius frons et vultus et sermo ad eorum, quoscumque convenerit, sensum et voluntatem -andus et accommodandus est. PORPH. Hor. ars 133 si non quaesieris, ut ad verbum -es *carmen*. RVFIN. hist. mon. 7 p. 415$^{C}$ latro ille iam sanctus vitam suam moresque ad omnem innocentiam ...-ans. ENNOD. epist. 9, 23, 3 p. 245, 15 *Italiam* ad spem reparationis et ad praebitionem tributariam -asti. GREG. M. moral. 15, 54 dolores transitorios ad aeternos gemitus -are. *adde*: 12, 42 ad humilitatis metum ab elatione corda -ant. *paulo aliter*: LEX Iul. munic. (Corp. I 206) 161 seiquid is ... ad eas leges ⟨addiderit -verit conrexerit⟩ (*add. Mommsen*). 163 sei eai res ... ad eas leges additae -atae conrectae essent. ex: VITR. 4, 3, 1 -vit ex eadem copia *aedem. adde l. 55.* in: HYG. fab. 134 p. 114, 14 remos in thyrsos. PAVL. dig. 7, 8, 23 rem in meliorem statum. CHAR. gramm. I 150, 19 si n litteram in i -es (DIOM. gramm. I 307, 33). TRACT. in Luc. 5, 27 malos mores in melius -bit. RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 4, 3 Engelbr. luctum nostrum in gaudium nobis (*syn.* convertit). HIER. epist. 52, 13, 1 ne in offensam dei populorum laudem -es. VVLG. Os. 4, 7 gloriam ... in ignominiam. Rom. 1, 25 veritatem dei in mendacium (*μετήλλαξαν*. ITALA [cod. d Faustin. trin. 2, 9] in mendacio). AVG. civ. 21, 27 *p. 1990, 22.* *adde*: LEX agr. (Corp. I 200) 27 ⟨... quem agrum populus ex publico in privatum c⟩ommutavit. *ibid. bis.* in *c. abl.*: ITALA Is. 2, 4 (Ps. Cypr. adv. Iud. 9) frameas suas in falcibus -ant (*συγκόψουσιν ... εἰς*, VVLG. lanceas suas in falces *conflabunt*). Rom. 1, 25 *v. supra l. 53.* TRACT. in Luc. 5, 3 ut docendo legem in euangelio -ret.

**2** *subi. est res*: PLAVT. Most. 201 aetate hoc caput colorem -vit. CIC. Mur. 35 totam opinionem parva nonnumquam -at aura rumoris. orat. 158 adiuncti verbi prima littera praepositionem -vit. VARRO rust. 1, 40, 2 ut *semen vetus* naturam -et. ling. 6, 2 ut verba litteras ... -ent. 9, 99 dicunt ex utraque parte verba omnia -are syllabas oportere. LVCR. 2, 130 *corpuscula* viam. 2, 303 nec rerum summam -are ulla potest vis. 5, 831 omnia -at natura et vertere cogit. 5, 1276 volvenda aetas -at tempora rerum. CVRT. 10, 1, 40 res secundae valent -are naturam. COLVM. 2, 10, 23 loci proprietas ... semen -at. FRONTO p. 64, 7 N. una littera ... vim verbi ac venustatem -at. GAIVS inst. 1, 83 ne iuris gentium regulam vel lex aliqua vel quod legis vicem optinet aliquo casu -verit. COMINIAN. Char. gramm. I 148, 3 sunt autem *nomina*, quae -ant declinationem praedictam. HIER. epist. 97, 2 belli rabiem pax repentina -at. *bis.* VIRG. gramm. epit. 10 p. 73, 3 inter 'autem' et 'enim' hoc distat, quia 'autem' sensum -at ac discernit, 'enim' conglutinat. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 2 p. 88, 18 propria et magis propria ... numquam illam superiorem formam naturamque -ant. PROB. inst. gramm. IV 140, 32 participia praeteriti temporis ... m litteram, quam habent ultimam, in 'rum' syllabam -ant. *reflexive*: CATO agr. 157, 1 -atque sese semper cum calore *brassica*. VARRO rust. 1, 69, 1 antequam se -ent farra.

**3** *passive* (*pro reflexivo vel subi. incerto*): **a** *absolute*: CARM. Nelei Fest. p. 352 topper fortunae -antur hominibus (*cf.* FEST. *ad l.*). PLAVT. Merc. 368 *? v. p. 1988, 42.* CIC. Phil. 11, 17 nihil est de Scipionis provincia -atum. LVCR. 1, 593 primordia rerum -ari aliqua possent ratione revicta. 4, 667 omnes -antur ibi positurae principiorum. QVINT. inst. 1, 7, 8 quod veritas exigit, sequentis syllabae sono victum m gemina -atur. GAIVS inst. 1, 158 cognationis ius eo modo (*capitis deminutione*) non -atur. PS. AVG. categ. 21 quae crescunt aut minuuntur, quantitate immutantur, non -antur qualitate. *pro subi. est enuntiatum*: VEG. mil. 3, 15 qui in dextro cornu ... debeant ordinari, ... pro qualitate hostium -atur. **b** *adduntur praepos.*: VVLG. Dan. 4, 13 cor eius ab humano -etur et cor ferae detur ei. VITR. 7, 5, 7 scaenam ... ad rationem veritatis -atum. ex: VARRO ling. 7, 94 Є ex A -ato. VITR. 4, 1, 12 vocabula traducta et -ata ex corinthiis et pulvinatis et doricis videmus. 7, 10, 1 ingrediar nunc ad ea, quae ex aliis generibus tractationum temperaturis -ata recipiunt colorum proprietates. *adde infra l. 27.* in: VARRO ling. 5, 116 gladium C in G -ato a clade. MACR. exc. gramm. V 642, 11 'te' ultima in 'mini' syllabas -ata. CASSIOD. gramm. VII 157, 15 b in p -atum videmus. 160, 11 d in c -atur. 208, 26 d littera in c litteram -atur. FAV. EVL. p. 9, 25 semen in sanguinem. VEG. mil. 3, 25 ferocia in formidinem. HIER. epist. 98, 3 verba in opera. AVG. civ. 11, 28 in bonum -etur omne, quod vivimus. 17, 4 quae in melius vel in deterius ... -antur (21, 27 vita in melius -ata. *cf. ibid.* qui vitam nolunt a consuetudine scelerum in melius -are). CAPREOL. epist. 2, 1 p. 850$^{A}$ illa ... convertantur et -entur in triticum. CLAVD. MAM. anim. p. 54, 21 nec corpus umquam in animae naturam -bitur. ENNOD. epist. 9, 30, 9 p. 254, 6 famulantium censum in palatina lucra. *adde*: CIC. fat. 17 nec magis -ari ex veris in falsa posse ea, quae futura, quam ea, quae facta sunt. TERT. adv. Val. 16 p. 196 vitia ... in materiae corporalem paraturam -ans ex corporali passione.

**II** *i. q.* ***invicem permutare,*** *inter se mutare*: **A** *absolute*: PLAVT. Trin. 59 vin -emus, tuam ego ducam et tu meam? SEN. epist. 81, 17 facilis erit in -ando (*i. beneficiis iniuriam*).

**B** *aliquem: generatim*: CIC. epist. 5, 3, 1 libenterque -ata persona te mihi fratris loco esse duco (VLP. dig. 2, 15, 8, 24). PS. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 1 dominum. SEN. epist. 45, 9 cum quo se -atum velit. *nota: subi. res*: PORPH. Hor. epist. 2, 2, 168 quasi quicquam semper nostrum sit, quod multis dominis possessorem -at. *speciatim de captivis*: CIC. off. 1, 39 *Regulus* de captivis -andis Romam missus.

**C** *res*: PLAVT. Aul. 576 coloniam. Capt. 37 inter se vestem et nomina (CONC. Aurel. a. 549 p. 107, 7). Pseud. 1281 pallium (VINDIC. med. 32). TER. Phorm. 638 tria non -bitis verba hodie inter vos (*cf.* DON. *ad l. et adde infra l. 80*). Eun. 973 locum (LVCR. 3, 1059 CATO agr. 67 oleo · *cf. ibid.* amurcam. VARRO ling. 5, 138 L et S inter se saepe locum -ant). CATO agr. 3, 5 *trapetorum orbes.* LEX agr. (Corp. I 200) 58 agrum (82. 94). CIC. Sest. 55 provinciam. ad Q. fr. 3, 4, 5 libros. ALF. dig. 5, 1, 76 partes. HOMER. 563 clipeos. FRONTIN. strat. 2, 3, 13 arma. SVET. Iul. 1 per singulas noctes -are latebras. Aug. 47 provincias. TERT. spect. 22 hominum miscentium et -antium statum boni et mali. PANEG. 4, 2 officia. AVSON. 1, 13 -ata meditatur arundine carmen. *sim.* ITALA Is. 7, 15 (Cypr. testim. 2, 9) priusquam cognoscat aut proferat mala, -at bonum (*προελέσθαι πονηρά, ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν*, VVLG. ut sciat reprobare malum et eligere bonum). VVLG. gen. 48, 14 manus (*cf.* ITALA Lugd. immutans). III reg. 14, 2 habitum. CAEL. AVR. acut. 3, 21, 199 ligationes. CONC. Aurel. a. 538 p. 79, 16. 17 CORP. XIV 3421, 4. INSCR. christ. Rossi II p. 288, 23 -asse magis sceptrorum insignia credas quem regnum Christi promeruisse video. *nota*: EPIT. Alex. 113 Alexander ... vitam -vit. AVSON. 253, 4 -vi saecula, non obii. *nota*: SIDON. carm. 15, 181 manus (*i. aliquid aliud incipere*). *huc addas*: LIB. col. I p. 247 ager -atus ex beneficio Augusti. *v. adnotationes* p. 389. DICT. 2, 26 siquidem proprio spoliatus -are matrimonium pro arbitrio hostium ... cogor (AVG. civ. 19, 12 eam *pacem* pro arbitrio suo cupiunt -are). *additur ablat. rei*: RHET. Her. 2, 19, 29 multi leve compendium fraude maxima -arunt. 4, 28, 38 interpellatio est, quae non iterans idem redintegrat verbum, sed id -at, quod positum est, alio verbo, quod idem valeat. CIC. Cluent. 129 fidem suam et religionem pecunia (leg. agr. 1, 14 ut possessionis invidiam pecunia -ent). orat. 3, 167 proprium *verbum* proprio -atum. OV. Pont. 4, 14, 11 Styx quoque, siquid ea est, bene -bitur Histro. COLVM. 12, 26, 2 mustum ... absumito aut aere -ato. QVINT. decl. 257 p. 51 quae alieno incommodo -antur. FRONTO p. 59, 3 N. benignitate malivolentiam. p. 217, 15 aerumnas adoris terroresque nostros triumphis -vit. PORPH. Hor. carm. 1, 31, 12 -ata vina Syra merce. HIER. epist. 49, 21, 4 miseriae deliciis et deliciae miseriis -antur. VVLG. lev. 27, 33 non eligetur nec bonum nec malum nec altero -bitur. PETR. CHRYS. serm. 81 p. 428$^{C}$ solo nutu tempestates tranquillitate -at. ZACCH. 1, 10 colorem candore. EVGRAPH. Ter. Phorm. 159 id malum, quod minus habebatur, -atum est graviore et deteriore malo. *adduntur praepos.*: cum: cum *persona*: TER. Andr. 410 crede ... numquam hodie tecum -urum patrem unum esse verbum (*v. l. 42*). LVCIL. 670 quicum -o omnia. CIC. Pis. 5 provinciam cum Antonio. VAL. MAX. 6, 8, 6 -ata cum eo veste (SEN. epist. 122, 7 qui -ant cum feminis vestem). IVST. 3, 1, 8 iubet Artabanum secum -are *loricam*. DICT. 2, 8 res cum accolis. cum *re* (*quae mutua datur*):



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CIC. Sest. 37 cum patriae caritate constantiae gloriam. SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 5, 3 mortem cum vita. in: VVLG. Ezech. 27, 15 dentes eburneos et hebeninos -verunt in pretio tuo. pro (*aliter p. 1990, 62*): LEX agr. (Corp. I 200) 79 ⟨quo pro agro ager locus com⟩-mutatus redditusve non erit (81. SIC. FLACC. grom. p. 155 *agrum* redditum et -atum pro suo). SEN. clem. 1, 19, 7 nihil esse cuiquam tam pretiosum, quod non pro salute praesidis sui -atum velit? SVET. Iul. 56 quartam elementorum litteram id est D pro A et perinde reliquas -et. TERT. adv. Marc. 5, 19 p. 645 corpus -ando pro corpore. VLP. dig. 2, 15, 8, 24 vinum pro oleo vel oleum pro vino. VVLG. Iob 28, 17 nec -buntur pro ea (*sapientia*) vasa auri. RVFIN. hist. 1, 2, 18 terrae huius ... habitaculum pro paradisi deliciis -arunt (*ἀντικατηλλάξατο*). MART. CAP. 3, 227 nomen pro nomine.

*part. perf. pass. adv.* **commūtātē:** RHET. Her. 42, 54 eandem rem dicemus non eodem modo ... sed -e.

*syn.*: mutare, immutare, permutare. convertere, transformare. *opp.*: conservare. *deriv.*: commutabilis, commutatio.

**commūtuo** (*pro* commuteo) *v. p. 1987, 56.*

**1. cōmo,** -psī, -ptum, -ere [*a* co- *et* emere, *cf.* dirimere, demere, sumere *ac* coemere. *Th.*]. EVTYCH. gramm. V 478, 23 -o ... a compono concisum (*alia de origine v. p. 1992, 50 sqq.*). *de formis participii v. p. 1992, 55 sqq.* GLOSS. IV 43, 4 -it componit. 44, 34 -itur componitur. 220, 25 ordinat ornat componit. 408, 14 -as componas. *legitur verbum finitum loco incerto ap.* ATIL. com. (*l. 29*), *deinde a* LVCR., *participium perf. pass. iam inde a* PLAVTO, *frequentant*: OV. (*10ies*) SEN. phil. QVINT. (*senis locis*) STAT. (*14ies*) TAC. (*5ies*) HIER. ENNOD. CORIPP.

**I** *i. q. coemere,* ***colligere,*** *coniungere, componere*: ATIL. com. 4 cape, caede, Lyde, -e, conde (*? i. q.* 'coeme' *interpretatus est Bücheler, recte, ut videtur*). CORIPP. Ioh. 1, 546 -ptae alae. 6, 482 cohortes. 6, 501 acie -pti ... Latini (*cf.* 4, 138 acies ... longo stetit ordine -pta) 6, 547 manus. CORP. XI 260, 8 sic -ere parva, ut valeant spa⟨t⟩iis a⟨m⟩plum superare coactis. *huc potius pertinere videntur, quam ad II*: LVCR. 1, 950 dum perspicis omnem naturam rerum qua constet -pta figura. 3, 259 nunc ea quo pacto inter sese mixta quibusque -pta modis vigeant (*nisi de κόσμος, κοσμεῖν cogitasse putandus est* LVCR.). CORIPP. Iust. 3, 11 vasa ... ordine -pta suo. 3, 181 omnia ... numeris bene -pta suis. 3, 205 longoque sedilia -pta tenore clara. *c. praepos.*: LVCR. 4, 27 quibus e rebus cum corpore -pta vigeret *animi natura.*

**II** *i. q.* ***ornare*** (*quae notio ex 'coemendis', sc. colligendis rebus corporeis velut comis [v. p. 1992, 25 sqq.] vestimentis sim. orta esse videtur*): **A** *aliquem*: HOR. sat. 2, 8, 70 ut omnes praecincti recte pueri -ptique ministrent. OV. am. 2, 8, 2 deas. SEN. nat. 1, 17, 5 qualem fuisse cultum putas ad hoc se speculum -entium? (*cf.* HIER. in Soph. 1, 11 p. 687). STAT. Ach. 1, 343 *Thetis* admoto non distat -ere tactu *Achillem.* MART. CAP. 2, 113. 115 MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 6. *in imāg.*: PANEG. 12, 9 *fortuna* futurum principem -ens. *accedit dat.*: TIB. 3, 12, 3 tibi se laetissima -psit. ANTH. 458, 5 mihi quae se -it amica. SCHOL. Hor. carm. 1, 5, 4 cui -eris. *c. ablat.*: VERG. Aen. 7, 751 felici -ptus oliva *sacerdos.* CVLEX 218 Tisiphone serpentibus undique -pta. STAT. silv. 2, 1, 95 fluctivagus volucrem -bat Persea Dictys. TAC. Germ. 18 quibus *deliciis* nova nupta -atur. HIER. epist. 65, 14, 5 his a te vestibus -ptus incedat. MART. CAP. 6, 696 gemmis -untur *Indi.* PETR. CHRYS. serm. 115 p. 516A (*in imag.*) non -pta moribus, non monilibus ornata virtutum. SALON. in prov. p. 977C gloriosus id est clarus doctrina vel -ptus doctoris officio. SIDON. epist. 4, 20, 3 quo -bantur ornatu. CORIPP. Iust. 1, 241 diademate -ptus. 3, 223 -ptus caesarie. 4, 234 pars *senatus* -pta togis. Ioh. 6, 519 felici nomine -ptus ductoris. GREG. TVR. Mart. 3, 23 vir quidam sacerdotali habitu -ptus. INSCR. christ. Rossi II p. 215, 79, 7 doctrinis -ptus sacris et dogmate claro. p. 216, 82, 4 altisonis -ptus actibus et meritis. CARM. epigr. 748, 25 veste sacra -ptae. *loco lacunoso*: CORP. VI 32433, 4 ⟨...⟩ula -ptus. *c. acc. gr.*: OV. ars 1, 510 Minoida Theseus abstulit a nulla tempora -ptus acu. *de aliis animantibus*: STAT. Theb. 4, 43 equos (*cf.* SIDON. epist. 4, 20, 1 equus ... phaleris -ptus).

**B** *rem*: **1** *generatim*: STAT. Theb. 4, 351 alipedum iuga. 6, 231 primus bellorum -itur ille vultus. 8, 167 nitidae nec cassidis altam -psit adornavitque iubam. silv. 1, 2, 111 colla genasque. 2, 3, 71 divitias. Ach. 1, 182 miratur -itque senex *Chiron* nunc pectora mulcens nunc fortes umeros. QVINT. inst. 8 pr. 19 corpus. TERT. ieiun. 16 in idoli⟨i⟩s -endis (comedissent *cod.*) et in† hac re ornandis (ordinandis *cod.*). CYPR. laps. 30 faciem. AVSON. Mos. 286 alternas -unt praetoria ripas. MART. CAP. 1, 36 quicquid -it decorem iuvenalium gratiarum. ENNOD. carm. 1, 4, 16 naturalem dos tua -it opem. 2, 56, 9 inclusas -it lux hospita gemmas. 2, 123, 5 sanguinis venam nitentis -it iste sarculus. CORIPP. Iust. 4, 81 cuncta triumphalis pendentia culmina laurus -it. 4, 152 limina. INSCR. christ. Rossi II p. 54, 6, 5 Iohannis hoc com⟨psit⟩ (comis *cod.*) opus. p. 148, 14, 4 haec Caelestinus -psit ad omne decus. *nota*: AVSON. 332, 34 iam venit Augustus, nostros ut -at honores. *cf.* INSCR. christ. Rossi II p. 150, 20, 3 quae *gratia* quia -pta nitet. *accedit ablat.*: VERG. Aen. 8, 128 vitta -ptos voluit praetendere ramos (*cf.* SERV. *ad l.*). TIB. 1, 8, 15 nitidum tarda -pserit arte caput. PROP. 4, 10, 20 galea hirsuta -pta lupina iuba. STAT. Theb. 11, 405 lucida -unt arma manu. HOMER. 316 thalamos testudine -ptos (*MN*, tutos $E^1$, tectos $BE^2$, cultos *al.*). FRONTO p. 216, 2 N. virgulta summa diligentia et studio ... -i solita. APVL. Socr. 2 p. 120 quibus (*sideribus*) caeli chorum -ptum et coronatum ... visimus. ANTH. 458, 4 omnia semper -pta videre manu. CHALC. comm. 299 deus itaque silvam magnifica virtute -bat. OPT. PORF. carm. 20a, 26 tot vota fronde Foebi versuque -pta solo. 26, 5 ara ... tot -pta sertis et Camenae floribus. AVSON. 322, 59 qui Latium lecto sermone, Terenti, -is. SYMM. or. 2, 20 mediae arcis sublimitas ... tecto -itur pro tropaeo. AMBR. serm. 56, 1 nos scimus eam rem -ere debere sermonibus. MART. CAP. 1, 1 (vers.) -ere vernificis florentia limina sertis. 3, 221 (vers.) memorans frigente vero nil posse -ere usum. 9, 909 cuius sonorum caput auri coruscantis bracteis -batur. PROSP. epigr. 9, 8. SIDON. epist. 5, 2, 1 librum ... artibus partibusque. ENNOD. dict. 11, 2 p. 459, 9 poetarum hederas nobilioribus corymbis et viridanti specie -it assiduitas. carm. 1, 5, 48 Eridanus claris radiabat -ptus harenis. 2, 17, 4 vestibulum galea -itur armigeri. CASSIOD. or. frg. p. 483 totum metallicis coloribus -itur. CORIPP. Iust. 3, 66 arundine limina. Ioh. 8, 576 ossa per Euantis digno bene -pta sepulchro. MART. BRAC. form. vit. 1 quibus *virtutibus* animus humanus -ptus. INSCR. christ. Hisp. 149 opere exiguo comtum fidelibus votis perspicue clareat oc templum. *subi. est res*: SIDON. carm. 22, 225 resultanti non -et malleus ictu saxa. *c. praepos.* in: ORIENT. comm. 1, 545 -itur in somnos tenuato lucida citro cella. **2** *strictiore sensu*: **a** *de coma sim.*: TIB. 3, 8, 10 comas (OV. epist. 20, 88). OV. met. 1, 498 capillos (SEN. nat. 1, 17, 7 SIL. 7, 446 SVET. Aug. 99 GELL. 10, 15, 30 APVL. apol. 4. 34 IVST. 14, 6, 12). STAT. Theb. 3, 424 -unt Furor Iraque cristas. 9, 902 crinem (silv. 2, 1, 122. 2, 7, 10 SERV. Aen. 8, 128). PS. QVINT. decl. 18, 10 -ere caput (SVET. Aug. 79) habitumque componere. *accedit ablativ.*: CALP. ecl. 4, 69 pectine crines (*cf.* SIL. 13, 123 aurato matres assuetae pectine mitem -ere et umenti fluvio revocare colorem). MART. 12, 82, 9 dente capillos. QVINT. inst. 2, 5, 12 inustas comas acu. *abl. rei incorporeae*: SEN. epist. 124, 22 quid capillum ingenti diligentia -is? *nota res pro subi.*: OV. fast. 2, 560 nec tibi ... -at virgineas hasta recurva comas (*cf.* PAVL. FEST. p. 62 caelibari hasta caput nubentis -batur *eqs.*). **b** *de oratione, sermone sim.*: GELL. 1, 9, 10 linguae orationisque -endae gratia. ENNOD. dict. 24 pr. 6 p. 498, 10 huius verba, precor, -ite vos placidi. *c. abl.*: ENNOD. epist. 5, 3 p. 126, 10 sermo ... dum nulla peritiae lima -retur. dict. 1, 7 p. 425, 5 cum avium cantilena -itur sapore modulato. CASSIOD. inst. div. praef. p. 1106D unde ... casto ... eloquio fidelium lingua -retur (*cf.* ISID. vir. ill. 1 epistulam pulchro ac diserto -ptam eloquio). *adde*: CASSIOD. inst. div. 16 p. 1133A unde et se -at imitando.

*syn.*: *ad I*: ornare (MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 6), adornare (STAT. Theb. 8, 167), coronare (APVL. Socr. 2 p. 120). *ad II*: componere, coniungere. *opp.*: *ad I*: foedare. *ad II*: disponere, separare.

*part. perf. pro adiect.* **cōmptus,** -a, -um. PAVL. FEST. p. 63 -us id est ornatus a Graeco descendit apud quos *κοσμεῖν* dicitur comere et *κόσμιος*, qui apud nos comis. SCAVR. gramm. VII 21, 1 interdum et p littera supervacuo adicitur, ut cum scribimus sumptus -us (*Bω*, emptus *al.*). ISID. orig. 10, 56 -us a coma dictus, quod sit capillis formosus vel quia comam nutrit. diff. 1, 112 inter -um et compositum: -um cura, compositum natura. *formae*: conptus: CORP. VI 32433, 4 (*saec. V*). comtus (*praeter codd.*): INSCR. christ. Hisp. 149. *nota* cumptus: PS. HIL. dedic. eccl. tit. p. 879. *legitur comp. saepe; superl.*: AVG. quant. anim. 33, 73. GLOSS.

**I** *generatim: i. q. ornatus*: GLOSS. *εὔθετος. κεκοσμημένος. ⟨ἐ⟩στεμμένος. συγκείμενος.* ornatus, compositus. honoratus ('ornatus?' *Götz*) capite vel compositus. -a pulchra, ornata. bene vestita. -issimus ornatissimus. *v.* comicus *p. 1784, 6.* **A** *de personis*: OV. epist. 4, 75 iuvenes (HIER. epist. 54, 13, 1). medic. 24 viri. SEN. dial. 10, 12, 3 qui non -ior esse malit quam honestior? SIL. 7, 461 dea. TAC. Germ. 38. ann. 14, 2 ut ... offerret se saepius temulento -am et incesto paratam. PLIN. epist. 2, 11, 23 homo. VVLG. Sirach 9, 8 mulier (*εὔμορφος*). HIER. epist. 107, 9 comes non -a atque formosa. 108, 19 si vidisset aliquam -iorem. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 79 -ior heros (*i. Martinus*). ENNOD. carm. 2, 59, 1. CORIPP. Ioh. 2, 179 in nulla -us procedere turma cernitur. *nota*: SCHOL. Hor. epod. 8, 14 nulla mariti cura sit -ior gemmis. *c. abl.*: SPART. Hadr. 26, 1 statura fuit procerus, forma -us. *c. accus. Graeco qui dicitur*: OV. am. 1, 1, 20 longas -a puella comas. Pont. 3, 3, 16 nec bene dispositas -us ut ante comas. LVCAN. 10, 83 simulatum -a dolorem *Cleopatra.* cum: ARNOB. nat. 4, 35 saltatur et Magna sacris -a cum infulis Mater.

**B** *de rebus corporeis: generatim*: LYGD. 1, 14 opus (*i. pulchre ornatum librum*). SEN. epist. 100, 8 corpus. PLIN. nat. 8, 194 colus. TERT. adv. Hermog. 40 dispositae iam -ae *materiae.* PS. LEO M. humil. 17 imago. CORIPP. Ioh. 4, 508 -isque nitet felicior armis. *c. abl.*: CORIPP. Ioh. 2, 101 -aque dispositis ponunt tentoria signis. SYMPH. 190 non sum -a comis (*pila*) et non sum calva capillis. *c. acc. gr.*: AVIEN. orb. terr. 663 Corcyra -pta solum. *speciatim de corpore et eius partibus, de comis sim.*: PLAVT. Mil. 792 caput (SVLP. SEV. chron. 2, 16, 1). CIC. Pis. 25 capilli (VERG. Aen. 10, 831 CIRIS 127 OV. fast. 1, 711

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VAL. FL. 5, 589). VERG. Aen. 6,48 comae (TIB. 3, 8, 10. *cf.* GLOSS. IV 436, 27 -ae comae compositae comae). HOR. carm. 2, 11, 33 nodus. 4, 9, 13 crines (HOMER. 845). CLAVD. 458, 3 cultus. CARM. epigr. 709, 6 forma. *adde*: QVINT. inst. 12, 10, 47 do tempori..., ne *sit* intonsum caput, non ⟨ut⟩ in gradus atque anulos -um. **C** *de rebus incorporeis*: SEN. contr. 2, 2, 8 -um (*Haase*, comtum *A*, constari *V*) et decens et amabile ingenium. 9, 1, 13 constabit sensus, etiamsi non aeque -us, aeque tamen integer. APVL. met. 6, 28 caudaeque setas incuria lavacri congestas et horridas -a diligentia *ornabo* (*vel sim. quid*). ANTH. 458, 3 cultus. AVG. quant. anim. 33, 73 *animam* mundissimam reddere et -issimam.

**II** *speciatim i. q. limatus, exaratus, cultus*: **A** *de oratore sim.*: QVINT. inst. 10, 1, 79 Isocrates in diverso genere dicendi nitidus et -us. LACT. inst. 5, 1, 23 in eloquendo parum facilis et minus -us et multum obscurus fuit *Tertullianus*. **B** *de oratione, sermone sim.*: CIC. Cato 28 facit . . . ipsa sibi audientiam diserti senis -a (*VP*, cocta *Brux. LA*, conposita *Q*) et mitis oratio (SEN. epist. 100, 6 quidam illam [*orationem Fabiani*] volunt esse ex horrido -am). part. 6, 19 genus ... orationis ... -um atque expolitum (QVINT. inst. 8, 3, 42 *bis*. SVET. Cal. 53 lenius -iusque scribendi genus). TAC. hist. 1, 19 -ior... Galbae sermo (PELAG. in Rom. 16 p. 716[A] PS. HIL. dedic. eccl. tit. p. 879—80[C] HIER. in Is. 6, 9). ann. 6, 15 facundia. IVL. VAL. 2, 10 -a satis atque ornatiora verba (AMM. 17, 11, 1 gesta secus verbis -ioribus exornantem). SALV. gub. praef. 1 -o et blando carmine.

*syn.*: ornatus, compositus, expolitus (CIC. part. 6, 19 QVINT. inst. 8, 3, 42), limatus. *opp.*: dispositus, foedus, rudis.

*neutr. subst.* **cōmptum**, -ī: PAVL. FEST. p. 40 -um genus libaminis, quod ex farina conspersa faciebant.

*adv.* **cōmptē**: *i. q. decenter, ornate: legitur compar. l. 31 et 33.* GLOSS. decenter, ornate. -ius ornatius. SEN. epist. 75, 6 -e de iis, quae facienda sunt, disserat. FRONTO p. 154, 17 N. tum se maiore cura quam Cleopatram reginam ornari, -ius quam Laidam formosam. GELL. 6, 3, 52 non enim, inquam, distincte nimis atque -e atque modulate res acta est. CARM. poet. min. V 65, 3 purpureo vestis quae *membra* -e (*MB*, compote *B*) tegmine texit. SVLP. SEV. epist. app. 2, 7 -e et ornate (*V*, -ac et ornatae *al.*) procedant. RVFIN. hist. 7, 18, 2 statua habitu virili stola -e (κοσμίως) circumdati.

*deriv.*: 1. comptus, comptor, comptose. comptulus. *compos.*: incomptus. *fort.*: decomere (*v. vol. V p. 201, 23*) *et* decomptor (*vol. V p. 201, 20*)? *Simbeck.*

**2. como**, -āre *v. p. 1756, 52.*

**cōmodium, cōmodum** *v.* commodum *p. 1926, 66 sqq.*

✖**cōmoedia**, -ae *f.*, κωμῳδία. *de etymologia et significatione*: VARRO ling. 7, 89 κῶμος, inde comisatio latine dicta et in Graecia, ut quidam scribunt, κωμῳδία. PAVL. FEST. p. 39 -as constat appellari ex eo, quod initio in vicis iuvenes cantare soliti essent crebro convenientes. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 180 res ludicra: -a a ludis dicta. DON. de com. 5, 6 *Atheniensis* in vicos et compita . . . laeti alacresque veniebant ibique cum nominibus singulorum vitia publicabant, unde nomen compositum ut -a vocaretur. DIOM. gramm. I 488, 5 -a dicta ἀπὸ τῶν κωμῶν. CASSIOD. var. 4, 51, 7 -a a pagis dicta est, comus enim pagus vocatur. GRAMM. suppl. p. 236, 8 -a . . . dicitur a Graeco, quod est comos et ode. DIOM. gramm. I 488, 3 -a est privatae civilisque fortunae sine periculo vitae comprehensio. GLOSS. Plac. V 56, 11 (*cf.* 41, 9. 98, 3. 148, 5) -a est quae res privatarum et humilium personarum comprehendit non tam alto, ut tragoedia stilo, sed mediocri et dulci (*sim.* ISID. orig. 8, 7, 6 *v. p. 1995, 42 sqq.*). *cf.* EVANTH. de com. 4, 2 in -a mediocres fortunae hominum, parvi impetus periculorum laetique sunt exitus actionum. DON. de com. 5, 1 -a est fabula diversa instituta continens affectuum civilium ac privatorum *eqs.* GLOSS. V 181, 7 -a est quae privatorum hominum continet acta. -am autem invenisse Thaliam . . . poetae finxerunt. dicta autem -a sive a loco, quia circum pagos agebatur, quos Graeci κώμας vocant sive a comessatione *eqs. fusius de -ae historia.* GLOSS. κωμῳδία. ⟨hi⟩storia -ae. historia comoedi⟨a⟩ graece. significatio morum singulorum, cum detractus (*sic*) quis fit in circo. historia, tragoedia. -ae: cantica agrestia graece. SCHOL. Ter. p. 163, 12 -a villanus cantus.

*de formis*: PRISC. gramm. II 40, 3 pro *oi* diphthongo Graeca nos hanc (*oe*) ponimus, ut κωμῳδία -a. *in codd. saepius* comedia, *ut* NOT. Tir. 78, 15 comedia. *gen. sing.* -āī: PLAVT. Cas. 30 Mil. 84 Poen. 51. *legitur inde a* PLAVTO, *singulis locis apud* RHET. Her. VITR. SEN. VELL. PHAEDR. MART. IVV., *bis*: VAL. MAX., *ternis locis* SEN. *phil.* PLIN. nat., *quinis*: TER. PLIN. epist.. *senis*: VARRON. HOR., *frequentant* PLAVT. CIC. QVINT. SVET.

*genus ludi scaenici*: PLAVT. Amph. 55 -a ut sit omnibus isdem vorsibus. 868 ne hanc incohatam transigam -am. 987 minus liceat ... minitarier ... quam servolo in -is. Asin. 13 inest lepos ludusque in hac -a. Capt. 1033 huius modi paucas poetae reperiunt -as, ubi boni meliores fiant. Cist. 787 more maiorum date plausum postrema in -a. Men. 7 hoc poetae faciunt in -is. Merc. 3 non ego item facio ut alios in -is ⟨vi⟩ vidi amoris facere. Mil. 84 -ai quam nos acturi sumus... nomen vobis eloquar. Most. 1151 optumas frustrationes dederis in -is. Poen. 51 nomen dare ... -ai. 1371 plausum postulat -a. Pseud. 1081 verba quae in -is solent lenoni dici. 1240 in aliis -is. Trin. 706 vicit tua -a. Cas. 9 (*in prologo non Plautino*) novae quae prodeunt -ae. 13 eius edimus -am. 30 -ai nomen dare. TER. Ad. 6 Synapothnescontes Diphili -ast. Andr. 26 quas faciet de integro -as. Haut. 4 integram -am ... sum acturus. Hec. 866 ut in -is. Phorm. 25. VOLCAC. carm. frg. 2 Afer populo sex dedit -as. VARRO Men. 59 tot -as sine ulla fecerit musa. ling. 6, 55 ab eodem verbo fari fabulae ut tragoediae et -ae dictae. 6, 71 ut in -is. rust. 2, 11 ab hac pelle *caprina* vocantur ... in -is, qui in rustico opere morantur. RHET. Her. 1, 8, 13 argumenta -arum. CIC. Flacc. 65 quis umquam Graecus -am scripsit in qua servus . . . non Lydus esset? Brut. 224 cuius improbitatem veteres Atticorum -ae notaverunt (leg. 2, 37 Aristophanes, facetissimus poeta veteris -ae. HOR. ars 281. VELL. 1, 16, 3 priscam illam et veterem sub Cratino ... -am. VAL. MAX. 8, 9 ext. 2 veteris -ae maledica lingua. QVINT. inst. 10, 1, 9 scriptores ... iamborum veterisque -ae. 10, 1, 82 PLIN. epist. 6, 21, 2. 5 SVET. Aug. 89 MAR. VICTORIN. gramm. VI 151, 24 LACT. frg. 2. RHET. min. p. 447 -ae veteres et togatae et tabernariae. GLOSS. V 181, 7 prior ac vetus -a). *cf.* CIC. off. 1, 104 Plautus noster et Atticorum antiqua -a (VITR. 6 praef. 3 poetae, qui antiquas -as graece scripserunt. QVINT. inst. 10, 1, 65 PORPH. Hor. sat. 1, 10, 18 MAR. VICTORIN. gramm. VI 135, 26. 265, 15 DIOM. gramm. I 492, 9 [= SVET. frg. p. 12]). HOR. sat. 1, 4, 2 Aristophanes ... atque alii, quorum -a prisca virorum est (1, 10, 16 VELL. 1, 16, 3 *l. 13* PLIN. nat. 21, 29. MAR. VICTORIN. gramm. VI 133, 2 tam a novis quam priscae -ae auctoribus). DIOM. gramm. I 485, 31 (= SVET. frg. p. 20) archaeae -ae charactere (PORPH. Hor. sat. 1, 5, 1 Eupolis ... alii: ⟨hi⟩ arch⟨a⟩eas -as scripserunt. 1, 5, 7 ἀρχαίας -as. SCHOL. Hor. sat. 1, 4, 1). CIC. orat. 109 tragoedum in -is ... placere (*cf.* opt. gen. 1, 1 in -a turpe tragicum). rep. 4, 11 numquam -ae, nisi consuetudo vitae pateretur, probare sua theatris flagitia potuissent (*cf.* Tusc. 4, 69). *ibid.* quem illa (-*a*) non attigit vel potius quem non vexarit? cui pepercit? *eqs.* Lael. 98 nec parasitorum in -is assentatio faceta nobis videretur, nisi essent milites gloriosi (*cf.* AMM. 28, 4, 12 parasitorum in -is ⟨assentationes⟩ facetas affectando). epist. 9, 22, 1 in -is res ipsa narratur. HOR. sat. 1, 4, 45 quidam -a necne poema esset, quaesivere. epist. 2, 1, 169 habet -a tanto plus oneris, quanto veniae minus. ars 93 interdum tamen et vocem -a tollit. PAVL. FEST. p. 17 actus ... in -is et tragoediis. p. 288 Roscius ... perfectus ... in arte sua, id est -a. SEN. contr. 3 praef. 10 Pylades in -a, Bathyllus in tragoedia multum a se aberrant. VAL. MAX. 7, 2 ext. 7. PHAEDR. 5, 1, 9 Menander nobilis -is (*cf.* PLIN. nat. 32, 69). SEN. dial. 2, 18, 5 Socrates ... -arum publicatos ... sales in partem bonam accepit. PLIN. nat. 7, 185 -arum histrio. MART. 2 praef. 4 quare tragoedia atque -a epistolam accipiant. QVINT. inst. 1, 8, 7 -ae, quae plurimum conferre ad eloquentiam potest *usus*. 1, 8, 8 in tragoediis gravitas, in -is elegantia. 4, 2, 53 in -is etiam et in mimis. 11, 3, 111 *opp.* tragoedias. IVV. 5, 157 quae -a, mimus quis melior plorante gula? PLIN. epist. 5, 3, 2 etiam -as audio et specto mimos et lyricos lego et Sotadicos intellego. SVET. Cal. 3 reliquit et -as Graecas. GLOSS. V 181, 7 (*ex carmine?*) tragoedias -asque Romae (Romae tr. c. que *cod.*) primus egit, idem[que etiam (*add.* GLOSS.)] composuit Livius [Andronicus] duplici toga involutus. FRONTO p. 54 N. lectiones ... -as, Atellanas, oratores veteres. p. 106 comes *sententias* ex -is. GELL. 2, 23, 1 -as lectitamus nostrorum poetarum sumptas ac versas de Graecis. 10, 3, 4 in -arum festivitatibus. APVL. flor. 16 p. 62 Philemon mediae -ae scriptor. p. 66 -am eius prius ad funebrem facem quam ad nuptialem venisse. apol. 30 ex -is et tragoediis Graecis. TERT. spect. 17 tragoediae et -ae scelerum et libidinum actrices cruentae et lascivae. adv. Val. 10. PORPH. Hor. ars 80 quomodo -ae et tragoediae ornantur (*sc. pede iambico*). 120 apud antiquos -arum tragoediarum scriptores (HYG. astr. 2, 1 Amphis -arum scriptor. HIER. chron. a. Abr. 1563. 1589. 1838 *al.* PROSP. chron. I p. 401, 265 Caecilium -arum scriptorem. p. 402, 274). SOL. 5, 13 *in Sicilia* primum inventa -a. SPART. Hadr. 26, 4 in convivio tragoedias, -as, Atellanas, sambucas, ... exhibuit. ARNOB. nat. 7, 33 *dii* ex -is Atellanis mimis ducunt laetissimas voluptates. LACT. epit. 58, 5 in ... -a de stupris et amoribus ... fabulatur. DON. Ter. Ad. 7 fabula ..., cuius species sunt tragoedia, -a, togata. tabernaria, praetexta, crepidata, Atellana, μῖμος, Rinthonica. SERV. Aen. 2, 512 in -is a servis timentibus. DIOM. gramm. I 491, 20 membra -arum sunt tria, deverbium canticum chorus. SCHOL. Hor. sat. 1, 4, 47 metro differt -a a prosa oratione. 1, 4, 48 multi dubitant, utrum fabula, utrum poema dicitur -a *eqs.* ars 288 togatam ...-am *esse eqs. ibid.* -arum genera sunt sex: stataria, motoria, praetextata, tabernaria, togata, palliata (*cf.* EVANTH. de com. 4, 5 -ae autem motoriae sunt aut statariae aut mixtae. *seq. definitio*). PS. ASCON. div. in Caec. p. 119 -a quinque actus habet, hoc est, quinquies ducitur in scaenam. HIER. epist. 52, 5 risu dignas urbanitates in -is. 54, 15 omnes -ae et mimographi et communes rhetorum loci in novercam .. declamabunt. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 84, 2 Engelbr. nihil ita grate cantatur in -is (*sc. illuditur*) quam christianus. AVG. civ. 2, 8 haec sunt scaenicorum tolerabiliora ludorum, -ae scilicet et tragoediae. MACR. somn. 1, 2, 8 fabulae ... auditum mulcent velut -ae, quales Menander eiusve imitatores agendas dederunt. MART. CAP. 5, 558 verisimile, quod de -a sumitur. SIDON. epist. 8, 11, 3 vers. 27 -a temperat iocosa. SCHOL. Ter. p. 73, 12 non iudicio -a exacta est. p. 94, 27

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

modulator -ae. *personata -a*: CARM. in Plaut. Gell. 1,24,3 postquam est mortem aptus Plautus, Comoedia luget. *inde effigies*: PLIN. nat. 35,78 Aetionis sunt nobiles picturae ... Tragoedia et Comoedia. *in imagine*: PLIN. epist. 9,7,3 altera *villa* imposita saxis ..., altera aeque ... lacum tangit. itaque illam tragoediam, hanc appellare -am soleo. *cf. quae sequuntur.*

*nota hasce iuncturas verbales*: -am (-as): agere: PLAVT. Amph. 88 Mil. 84 TER. Haut. 4 QVINT. inst. 11, 3, 111 GLOSS. V 181,7 (*v. p. 1994,49*) MACR. somn. 1, 2, 8 (transigere: PLAVT. Amph. 868 Truc. 11). componere: DIOM. gramm. I 489,4 (*ex Suet.*) GLOSS. *p. 1994,49.* dare: VOLCAC. carm. frg. 2. CASSIOD. chron. II p.128,316 ad scaenam (edere: PLAVT. Cas. 13 SVET. vita Ter. 5). docere: SVET. Claud. 11. exhibere: SPART. Hadr. 26, 4. facere: TER. Andr. 26 VARRO Men. 59 (efficere: DON. Ter. Andr. 301). lectitare: GELL. 2, 23, 1. legere: PLIN. epist. 6, 21, 2 HIER. epist. 21,13. scribere: CIC. Flacc. 65 VITR. 6 praef. 3 PLIN. epist. 6,21,4 SVET. vita Ter. 3 PORPH. Hor. sat. 1,5,1 DIOM. gramm. I 489,8 (*ex Suet.*) SCHOL. Hor. sat. 1,4,1.

*synonyma et iuxta posita*: Atellana, mimographi, mimus, tragicomoedia. *oppositum*: tragoedia.

**cōmoedicus,** -a, -um, *κωμῳδικός*. *i. q. ad comoediam pertinens*: APVL. flor. 16 p. 64 in arte -a nobilis. FVLG. myth. 1 praef. p. 3,13 Thalia ... -a solita est vernulitate mulcere. 9, 8 aut satira luseram aut -o fasmate delectabam aut tragica pietate mulcebam aut epigrammatum brevitate condibam.

*adv.* **cōmoedicē:** PLAVT. Mil. 213 euge, euschome hercle astitit et dulice et -e (PAVL. FEST. p. 61 *ad l.*: -e figuratum a comoedo). DON. Ter. Hec. 803 verniliter et -e se ipsum servus imitatur.

**cōmoediographus,** -ī *m., κωμῳδιογράφος*. *is qui comoedias scribit*: PROB. cath. gramm. IV 38, 17 sic Plautus et antiqui -i (SACERD. gramm. VI 490, 21 SCHOL. Hor. sat. 1, 10, 16). MAR. VICTORIN. rhet. 1,19 p. 202,14 quod est -orum vel tragoediographorum. SCHOL. Cic. Gron. p. 429, 31 apud Caecilium -um inducitur pater quidam. SCHOL. Hor. ars 281 nominatim appellabantur principes civitatis a -is.

**cōmoedis(s)o,** -āre, *κωμῳδίζειν*. *i. q. comoediam agere*: IREN. 2, 14. 1 quae ubique in theatris ab hypocritis ... -isantur.

✖**cōmoedus,** -ī *m., κωμῳδός* (GLOSS.). *is qui comoedias agit: de formis*: NOT. Tir. 78,14 comedus. INSCR. comoedus, *ex. gr.* CORP. III 375. VARRO ling. 9,55 nunc fieri in multis rebus binas *figuras vocabulorum*, ut Metellus Metella ... nonnulla singula ut tragoedus, -us (*at v. infra l. 79*). *de significatione*: ISID. orig. 8, 7, 6 -i appellati sive a loco, quia circum pagos agebant, quos Graeci *κώμας* vocant, sive a comessatione. ... -i privatorum hominum praedicant acta, tragici vero res publicas. 18, 46 tit. de -is. -i sunt, qui privatorum hominum acta dictis aut gestu canebant *eqs.* GLOSS. -is: inde nomen est castellis (*sc. comis*) et cantilena⟨e⟩ (*mutilata?*). *legitur inde a* VARRONE *et* CIC., *habent* SEN. PETRON. PLIN. nat. MART. QVINT. IVV. PLIN. epist. SVET. *et posteriores.*

CIC. Q. Rosc. 30 nemo ... a pessimo histrione bonum -um fieri existimaret. *ibid.* in Erote -o. *ibid.* qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit -os. orat. 109 -um in tragoediis et tragoedum in comoediis ... placere. PAVL. FEST. p. 61 comoedice figuratum a -o. p. 134 ab ... Maesone -o. FEST. p. 217 -i et tragoedi. SEN. apocol. 4 expiravit ... dum -os audit. PETRON. 53 et -os ... emeram, sed malui illos Atellaniam facere. PLIN. nat. 1, 31 ind. auct. Menandro -o. nat. 34,87 et -os et athletas. MART. 6, 6, 1 -i tres sunt. 14, 214 tit. pueri -i. 14, 215 -is et citharoedis. QVINT. inst. 1, 11, 1 dandum aliquid -o quoque. 1, 12, 14 non -um in pronuntiando nec saltatorem in gestu facio. 6, 2, 35 vidi ... histriones atque -os. 11, 3, 181 non ... -um esse, sed oratorem volo. IVV. 3, 94 cum uxorem -us agit. 6, 396 haec de -is te consulit, illa tragoedum commendare volet. PLIN. epist. 1, 15, 2 audisses -os vel lectorem vel lyristen. 3, 1, 9 -is cena distinguitur. 5, 19, 3 ars ... eius et quasi inscriptio -us. SVET. Tib. 47 -um Actium ... manumittere. AFRIC. dig. 21, 1, 34 pr. -i vel chorus (21, 1, 34, 1). GAIVS inst. 3, 212 *si* ex gemellis vel ex -is vel ex symphoniacis unus occisus fuerit (PAVL. dig. 9, 2, 22, 1 INST. Iust. 4, 3, 10). GELL. 20, 4, 1 -os quispiam et tragoedos et tibicines ... adulescens ... habebat. APVL. flor. 5 p. 18 mimus ... funerepus ... si -us est, faveris, ... philosophus *eqs.* 18 p. 83 -us sermocinatur (*iuxta posita*: mimus, tragoedus, funerepus, praestigiator, histrio, ludio). TERT. nat. 1, 16 mimis et -is argumentorum venae fluunt. CAPITOL. Aur. 2, 2 usus est magistris ... Euforione litteratore et Gemino -o, musico Androne. AVSON. 400, 5 nec de mimo planipedem, nec de -is histrionem. CAEL. AVR. chron. 1,5,152 furens alius se passerem existimavit ... alius tragoedum vel -um. SIDON. carm. 23, 129 si pulpita personare socco -us voluisset. ISID. orig. 8, 7, 6 -orum *argumenta* ex rebus laetis. 8, 7, 7 duo sunt genera -orum, id est veteres et novi. veteres ... ut Plautus ... novi ... ut Flaccus. CORP. III 375 P. Publilium ingenuum -um.

*adi.* cōmoedus, -a, -um: IVV. 3, 100 natio -a est.

*synonyma et iuxta posita*: athleta, chorus, funerepus, geometra, histrio, lector, litterator, ludio, lyristes, mimus, musicus, philosophus, praestigiator, saltator, tibicen. *opposita*: orator, tragicus, tragoedus. *Mertel.*

**comoinis** *v.* communis *p. 1968, 11.*

**cōmopolis,** (-is) *f., κωμόπολις*. GLOSS. II 529,13 conciliabulum. V 182, 7 municipium Graece. *cf.* II 357, 40 *κω⟨μό⟩πολις* oppidum, conciliabulum. *fort. ad* ITALAM Marc. 1, 38 *spectat, ubi gr. κωμοπόλεις* (*non extat in codd., quos nunc legimus, sed* codd. c d fff² q r *δ et* VVLG. vicos et civitates, codd. a b e: castella et civitates).

**comōram** (*i. q.* coram) *v. p. 1935, 45.* **cōmos** *v.* comus.

**comōsus,** -a, -um *a* coma. *legitur superl. l. 16, compar. non legi. i. q. comatus; cf.* GLOSS. V 566,4 comatus cura fit, -us natura (DIFF. ed. Beck p. 48, 46). *aliter*: ISID. diff. app. 97 inter -um et comatum hoc interest, quod -us a comae usu dicitur, comatus natura. [*val.* comos. *M.-L.*] *proprie de animantibus*: PRIAP. 36,2 Phoebus -us. AVSON. 415,9 qualis astet *quidam* ... canus, -us, hispidus ... Terentianus Phormio, horrens capillis ut marinus asperis echinus. *de corporis parte*: PHAEDR. 5,8,2 calvus -a fronte, nudo occipitio. *translate de herbis sim.*: PLIN. nat. 16, 22 *quercus hemeris* in orbem -a. 26,71 *genus quoddam tithymalli* -issimum ex omnibus. *deriv. fort. cogn.* Comosicus?

*?* **compa,** -ae *f.* GLOSS. Non. p. 177, 2 (Lindsay, Archiv 9, 599) 'salebras' compas solent vulgares dicere. *vix huc trahendum nomen morbi* compe *q. v.* *Mbr.*

**compaciscor,** compectus (compactus) sum, -ī *a* com *et* pacisci. *praesens non legitur nisi* NOT. Tir. 43, 34 conpaciscitur (*at v.* ROMAN. *infra l. 35 sqq.*). *partic. inter* -pact- *et* -pect- *variant auctores codicesve. i. q. pacto consociari, coniungi*: PLAVT. Pseud. 543 si sumus -pecti (conspecti *codd.*) seu consilium umquam iniimus. POSSID. vita Aug. 10 persecutiones unitati ecclesiae -pacti fecerunt.

*partic. perf. subst.* **compectum** (c o m p a c t u m), -ī *n.* GLOSS. II 110, 21 conlusio et conpactum *συνδοιασμός*. 110, 39 conpactum fecit *συνδοιάζει* (108, 16 *συνδυάζει*). 443, 24 *σύμφωνον* (*sc. spectat ad partic. verbi* compingere) *ἤτοι συνθήκη* pactum -actum conventum conventiculum pactio. 499, 62 compactum *συνδοιασμός*. APVL. apol. 74 a -pecti (*corr. Hild.*, conspecti *F*) fide descivisse.

*inde abl. fere adverbialiter*: c o m p e c t ō, *i. q. societate inita, consiliis coniunctis*: ROMAN. Char. gramm. I 197 conpecto ... verbum enim quaero an possit esse inpersonale, quamvis primae positionis ei status desit; nemo enim etiam nunc dixit conpaciscor. AFRAN. com. 90 te facere -o omnia. CIC. Scaur. 8 -o cum matre Bostaris consilium cepit. LIV. 5, 11, 7 ut multo veri similius sit -o eam rem et communi fraude patriciorum actam. SVET. Aug. 15 extiterunt qui traderent -o (conspecto *codd.*) eum ad arma isse. d e c o m p e c t o (compacto): PLAVT. Capt. 484 scivi extemplo rem de -o (*test.* ROMAN. Char. gramm. I 197; compacto *codd.*) geri. 489 (ROMAN. *l. l.*, compacto *codd.*). Pseud. 540 de -o (*B*, conpacto *CD*) faciunt consutis dolis (*syn.* inter se consenserunt). DON. Ter. Phorm. 426. e x c o m p a c t o (compecto): SVET. Iul. 20 ut ... auctores ex -pacto nominaret. TERT. castit. 1 FORTVN. rhet. 1,7 p. 86 DON. Ter. Phorm. 426ᴬ COD. Iust. 7, 53, 3. EVGRAPH. Ter. Eun. 771 advenit miles ex -pecto.

*deriv. fort.* 2. compactio? (*v. infra l. 70 sqq.*).

**compāco,** -āre (compācor, -ātus sum, -ārī) *a* com *et* pacare. *active i. q. pacare*: CASSIOD. hist. 1, 20 p. 920ᶜ -ret Aegyptios et Orientales. *deponens i. q. pacisci, compacisci, consentire*: CASSIOD. hist. 8, 13 p. 1119ᴬ i n t e r se barbari -ati. IORD. Get. 231 -atusque cum ceteris gentibus arma movit in Suavos. *Simbeck.*

*?* **compactīcius,** -a, -um *a* 3. compactus, 1. compingere. TERT. adv. Val. 31 p. 207, 4 restitutam *Achamoth* Pleromati statim excipit -us (*sic Beat. Rhenan., at codd.* comparcinus) ille Soter (*cf.* IREN. 1, 7, 1 qui est ex omnibus factus).

**compactilis,** -e *a* 3. compactus, 1. compingere. **1** *i. q. compactus, compositus, inde fere i. q. firmus*: VITR. 4, 7, 4 supra columnas trabes -es imponantur. *ibid.* eae ... trabes -es eam habeant crassitudinem, quanta *eqs.* 10, 14, 2 insuper hanc compactionem erigantur postes -es. PLIN. nat. 15, 88 *nucem iuglandem* natura -i aperimento clausit. 16, 120 ferunt et Abellanae iulos -i callo. **2** *i. q. collectus, in artum redactus: fere i. q. solidus*: PLIN. nat. 8, 46 *leonum genus* -e et breve. 11, 59 *apes* breves variaeque et in rotunditatem -es. *i. q. coartatus*: GROM. p. 320, 22 casa ... fines grandes atque -es, fines spatiosos non habet. p. 334, 25 fines -es habentes et cultas.

**1. compactio,** -ōnis *f. a* 1. compingere. GLOSS. *συνθήκη. σύνταξις ἐπὶ δύο τινῶν ἀλλήλοις συντεθειμένων (nisi forte utrumque ad voc.* 2. compactio *i. q.* '*compactum*', *sc. a* compacisci *derivatum, pertinere videtur). legitur inde a* CIC. [*loc. dub.*: SEN. nat. 2, 2, 3.]

**1** *actio compingendi vel status rerum compactarum*: CIC. fin. 5,33 *animalia valida servantur* sensuum distributione et quadam -e m e m b r o r u m (PS. ORIG. tract. 1 p. 2,1 hominem membrorum -e constructum [*opp.* distinctio]). VITR. 10,15,3 tignum ... coniungebat capreolorum -es. PS. AVG. serm. 247, 4 in cruce facta -o. PS. SORAN. quaest. med. 203 fit et maxillarum -o vel concretio, ut os aperire non possit. CLAVD. MAM. anim. p. 174, 24 quae ossuum coitio quaeve -o *sit.* ISID. diff. 2, 46 animal ex corpore animaque ... compositum atque spirituali -e formatum. **2** *i. quod compactum est*: VITR. 10, 14, 2 insuper hanc -em erigantur postes compactiles. 10, 15, 2 arrectaria quae supra -em erant ... collocata. 10, 15, 3 trabes ... continebant totam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-em. NON. p. 64 pages enim -e, unde compages. *translate*: AVG. serm. ed. Mai 57, 4 certa est -o falsitatis.

**2. compactio** *v. p. 1996, 70 sqq.*

**compactīvus,** -a, -um *a* 3. compactus, 1. compingere. *quod compingendo aptum, utile est*: ISID. orig. 17, 7, 10 *coquimella* gummi glutinosum et -um distillat.

**compactor,** -ōris *m. a* 1. compingere. GLOSS. II 585, 4 iunctor: -r. PS. AMBR. de anima p. 228, 2 -r corporis et liniator omnis carnis *deus*.

**1. compactum** *v.* compaciscor *p. 1996, 28 sqq.*

**2. compactum** *v.* 1. compingo.

**compactūra,** -ae *f. a* 1. compingere. *i. q. 1. compactio*: VITR. 4, 7, 4 *trabes compactiles* ita sint compactae ... ut -a duorum digitorum habeant laxationem.

**1. compactus,** *abl.* -ū *m. a* 1. compingere. *i. q. compages*: IVL. VAL. 2. 27 *imago* repente fatiscente -u procidit. *Wulff.*

**2. compactus,** -a, -um *v.* compaciscor. **3. compactus,** -a, -um *v.* 1. compingo.

**compaedagōgia** *v. infra l. 24. 25.*

**compaedagōgīta,** -ae *m.* [*cf. συμπαιδαγωγεῖν. Th.*] *formae: scribitur quinquies* conp-; comp-: CORP. VI 9763. -paed-: CORP. VI 9763. 9764, *quater* -ped-. *i. q. socius paedagogii (sc. servulorum), conservus una educatus (de re v. Marquardt-Mau, Privatleben p. 158 sq.)*: CORP. VI 9759 Erasto ... conpedagogi⟨t⟩ae. 9760. 9761 pueri -git(ae) merenti. 9762 -giiae (*sic lapis*) suo. 9763 *scrib.* compaedagonae. 9764. *Mbr.*

**compāgānus,** -ī *m.* [*a* com *et* pagus *vel* paganus. *Th.*] *i. q. eiusdem pagi incola*: CORP. II 1043, 5 titulum posuerunt conpagani Marmorarienses. 4125 quam *sententiam* tulit L. Novius Rufus inter -os rivi Larensis et Val. Faventinam.

*?* **compāgēnsis,** -is *m. cf. c.* compaganus, 1. compagus. LEX Sal. 63, 1 *v. p. 2003, 83.*

**compāgēs,** -is *f.* [*cf. c.* 1. compingere, 3. compactus, 2. compago. *Th.*]. *formae: gen. plur.* -ium: PLIN. nat. 2, 5. -um: MACR. somn. 1, 6, 6 VVLG. Hebr. 4, 12. GLOSS. ἁρμογή. ἁρμογαί, ἁρμοί. iuncturae tabularum. iuncturae membrorum. coniunctio. coniunctiones. -bus: iuncturis. iuncturis, alligamentis. tabularum texturis. NOT. Tir. 95, 2. *legitur inde a* PACVV. *de formis* compages *et* compago *v.* SACERD. gramm. VI 475, 17 *p. 2001, 81* (PROB. cath. gramm. IV 10, 9). SERV. Aen. 1, 293 -es antiqui dicebant, posteritas admisit, ut etiam compago dicatur; sed non, quia varius esse potest nominativus, debet etiam declinatio mutari..., compaginis enim nemo dicit. FRG. Bob. gramm. VII 541, 26 haec compago latinum non est, sed haec -es, et ab eo quod est ⟨-es⟩ compagibus facit, a compago compaginibus, quod nemo dixit. p. 542, 37 haec -es dicitur, non haec compago. *praeferunt antiquiores vocem* -es; *apud recentiores passim legitur nominativus sing.* compago, *at in casibus obliquis formae a* -es *ductae praeferuntur, ut hac tabula demonstratur*:

| | compages | | compago | |
|---|---|---|---|---|
| | *usque ad* SVET. *extat*: | *post* SVET. *legi*: | *usque ad* SVET. | *post* SVET. |
| *nom. sing.* | Varro 1. Sen. phil. 2. Lucan. 1. Tac. 1 | 1 | Varro 1. Stat. 1. Iuv. 1 | 69 |
| *acc. sing.* | Pacuv. 1. Lucan. 2. Sil. 1. Tac. 1 | 33 | Sen. epist. 1 | 17 |
| *gen. sing.* | Lucan. 1 | 3 | — | 6 |
| *dat. sing.* | — | 1 | — | 1 |
| *abl. sing.* | Carm. de bell. Aeg. 1. Vell. 1. Sen. trag. 1. Curt. 1. Lucan. 8. Pers. 1. Plin. nat. 2. Sil. 4. Stat. 2. Mart. 1. Quint 1. Iuv. 1. Tac. 1 (= 25) | 80 | Ov. 1. Manil. 3. Germ. 1. Cels. 1 | 12 |
| *nom. et acc. plur.* | Lucr. 1. Curt. 1. Plin. nat. 2. Sil. 1. Tac. 1 | 9 | — | 3 |
| *gen. plur.* | Plin. nat. 1 | 2 | — | 1 |
| *dat. et abl. plur.* | Cic. 1. Lucr. 3. Verg. 3. Ov. 1. Liv. 1. Manil. 3. Sen. contr. 1. Sen. phil. 6. Colum. 1. Lucan. 3. Plin. nat. 1. Stat. 1. Iuv. 1. Suet. 1 (= 27) | 16 | — | 1 |

**I** *i. q. 1. compactio, colligatio, compositio*: **A** *i. q. actio compingendi vel status eius quod compactum est*: **1** *de rebus corporeis*: PLIN. nat. 16, 215 valvas in glutinis -e quadriennio fuisse. LACT. opif. 12, 2 venae seminales duae in una -e cohaerentes. HIER. in Matth. 9, 1—2 p. 48 totis ... membrorum -bus dissolutum filium (*cf.* HIL. euang. 106 morbis corpus -e solutum). AMM. 14, 10, 6 pontem suspendere navium -e. HIER. c. Ioh. 7 membrorum ... -em (GREG. M. moral. 19, 43 corpus nostrum unitum est -e membrorum). in Eph. 4, 16 p. 618 *corpus* in suam -em et iuncturam redigetur (*cf. p. 2002, 12*). RVFIN. Basil. hom. 5, 15 robusta membra et valida nervorum -e districta. Greg. Naz. orat. 2, 10 Engelbr. *mundi* laudabilioris ex harmonia omnium universorumque -e (*cf.* 7, 15 in hanc -em concordiamque cuncta constricta sint). PAVL. NOL. carm. 19, 692 illam in cruce consertam socia -e coronam. MAR. VICTOR aleth. praef. 43 mundi ... stabili rerum -e manentis. CLAVD. MAM. anim. p. 174, 23 quae nervorum origines quaeve -es sint. MVTIAN. Chrysost. hom. 29 p. 427 *corpus nostrum* suam tenet bene -em. *ibid.* -em suam et concinnantiam non valet ex diffluentia retinere. BOETH. mus. 1, 2 p. 187, 25 quae in ... caelo vel -e elementorum vel temporum varietate visuntur. *nota*: ALC. AVIT. carm. 5, 283 lutea -e creatum hominem. **2** *de rebus incorporeis*: TER. MAVR. 1113 dactylus ... prior ... discretus liberque pedis -e secundi. LACT. opif. 10, 9 dualis numerus una et simplici -e solidatus. SVLP. VICT. rhet. 15 p. 321, 7 ordo verborum ea -e iungatur, ne confragosum ... sonum faciat (*cf. p. 2002, 14*). PACIAN. epist. 2, 4 p. 31 versum suo ordine, sua -e repetisti. RVFIN. hist. 2, 17, 13 omnibus eos *hymnos* metris et sonis ... suavi -e (*ἀριθμοῖς σεμνοτέροις*) modulantis. *allegorice apud* ECCL. *fere i. q. unitas*: HIER. epist. 78 mans. 16 omnes *gradus* eadem -e teneantur. PS. RVFIN. in psalm. 20, 4 multi unum sunt in -e caritatis (PAVL. NOL. epist. 23, 29 navem, hoc est ecclesiam ... in -em caritatis ... coniunctam. AVG. bapt. 3, 19, 26 ab illa invisibili caritatis -e separati sunt. serm. ed. Mai 133, 2 *ecclesiam* in unam suam fidei et caritatis -em aggregat Christus. un. eccl. 21, 60 in -e caritatis incorporati sunt aedificio). Ps. RVFIN. in psalm. 64, 5 qui ... manent in -e Christi (AVG. in psalm. 54, 7. *cf.* epist. 98, 1 in sancta -e corporis Christi [fid. et op. 9, 14. c. Parm. 2, 10, 20 nec ... divisae *ecclesiae* a -e corporis Christi, sed in unitate perseveranti. 3, 2, 5]). PAVL. NOL. epist. 13, 3 quibus corpus unum est in -e credendi. 24, 2 multiplex virtus in una -e numeretur. AVG. bapt. 1, 8, 10. civ. 21, 25 p. 565, 24 est in eius corporis unitate, id est in christianorum -e membrorum. epist. 157, 22 eos in ecclesiae -e sanari (c. Petil. 2, 108, 247 non sunt in illa ecclesiae -e. EPIST. pontif. 364 [Bonif. I] Migne 20, 777$^{B}$ in eadem non coeperit esse -e *ecclesiae*). in psalm. 30, 2 serm. 2, 2 caritas -em facit, -es complectitur unitatem. c. Parm. 2, 9, 19 ab unitatis -e crudeli laceratione divellitur (c. Petil. 2, 104, 239 unitatis -e fit salvum). SACR. Leon. p. 349. 423 ecclesiam ... per legem totius mirabilem -is unitam. AVELL. p. 118, 19 non potest cum Christi corpore habere -em. GREG. M. moral. 10, 43 ecclesia elatos ... ad aequalitatis -em reformat. 27, 30 humanitatis suae -e sese ... ad caelos trahit *Christus*. BRAVLIO Isid. epist. 12, 6.

**B** *i. q. res ex diversis partibus compacta*: **1** *de rebus corporeis*: PACVV. trag. 250 nec ulla subscus cohibet -em alvei. CIC. Cato 77 sumus inclusi in his -bus corporis (VELL. 2, 127, 3 sufficiente ... vigori animi -e corporis. AVG. gen. ad litt. 9, 15 p. 286, 26 costa *Adam* ... a corporis -e detracta. OROS. hist. 4, 8, 11 -em totius corporis solvit. LEO M. epist. 155, 2 manus a -e corporis auferatur. EVGIPP. Sev. 44, 6 integram corporis -em repperimus. *cf. p. 1999, 20 sqq.*). OV. met. 3, 30 *specus* efficiens humilem lapidum -bus arcum. CARM. de bell. Aeg. frg. tab. 1630 Ferr. -e carinae (LVCAN. 1, 502 nondum sparsa -e carinae. *cf.* 3, 597 hic Latiae rostro -em ruperat alni. SIL. 17, 277 rupta -e carina dissiliens sonuit. MART. 9, 75, 4 Tucca balneum fecit ... pinea ... -e. ARNOB. nat. 7, 45 fragili se ligno et tabularum -bus credit. AMBR. exc. Sat. 1, 43 de navis -e resolutam tabulam. PAVL. NOL. epist. 16, 8 navigii fatiscentis infida -e). SEN. nat. 7, 9, 4 dissiparetur et terrae solida fortisque -es (*cf.* LVCAN. 10, 248 cavae -is [*i. terrae*] hiatus. 10, 265. SIL. 1, 204 aetherias ... erigit ... -es ardua cervix Atlantis). GELL. 7, 1, 7 natura -em hanc mundi ... fecit (IVVENC. praef. 1 immortale nihil mundi -e tenetur. PETR. CHRYS. serm. 103 p. 488$^{B}$ ex disiunctis partibus iunxit -em mundi). CVRT. 4, 3, 6 fluctibus -es operis (*i. aggeris*) verberatae (*cf.* LVCAN. 3, 397 structa laterum -e ligatam artet humum *aggeris*. TAC. ann. 12, 35 informes saxorum -es *aggeris* distractae). LVCAN. 6, 177 male defensum fragili -e cerebrum (*cf.* GREG. TVR. mart. 47 capitis -e dispersa). IVV. 6, 502 tot adhuc -bus altum aedificat caput. TAC. hist. 3, 27 soluta -e scutorum ... laceros prosternerent (AMM. 14, 2, 10 densata scutorum -e semet ... praestruerent. 16, 12, 44 nexam ... scutorum -em. 24, 4, 15. OROS. hist. 6, 7, 9 dissolvere -em *scutorum*). TAC. ann. 4, 62 (*de amphitheatro*) neque firmis nexibus ligneam -em superstruxit (*cf.* AMM. 16, 10, 14 amphitheatri molem solidatam lapidis Tiburtini -e. SCHOL. Stat. Theb. 10, 880 -es quadratorum quae ... continent aedificationem). PORPH. Hor. epist. 1, 12, 19 -em rerum ex elementis quattuor ... conexam. CYPR. epist. 10, 2 rupta -e viscerum (LACT. inst. 7, 13, 9 ex -e viscerum ... vim sentiendi existere. opif. 16, 13 a constructione corporis et -bus viscerum. AMM. 30, 6, 4 viscerum flagrante -e. *cf.* 21, 6, 3 interna -e disrupta efflasse spiritum). CYPR. epist. 63, 13 utrumque (*i. farina et aqua*) ... copulatum et panis unius -e solidatum. AMM. 14, 7, 16 artuum et membrorum divulsa -e (24, 4, 28 disiecta -e membrorum. *cf.* 14, 11, 28 *fuit Caesar* decente filo corporis membrorumque recta -e. PETR. CHRYS. serm. 87 p. 446$^{B}$ in utero membrorum -e paene concepta. GREG. TVR. Iul. 12 omnium membrorum -em de-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bilitatus. *adde*: AMM. 14, 6, 17 *spadones* distorta ... lineamentorum -e deformes. 25, 4, 22 *erat Iulianus* lineamentorum recta -e). AMM. 16, 12, 50 agminis nostri laxare -em. 23, 4, 4 funes ... -em *scorpionis machinae* ... continentes. HIER. epist. 1, 5, 2 solvuntur membra *feminae tortae* -bus (*i. liberantur ex eculeis*). CLAVD. rapt. Pros. 2, 171 rupes oppositae dura ... deum -e tenebant (*cf.* 3, 184 fracta ... iugi -e Vesevi). PAVL. NOL. carm. 20, 45 *citharam* putri dudum -e iacentem (*cf.* AVG. civ. 16, 2 p. 127, 28 insunt et cetera in -bus organorum). AVG. in psalm. 121, 4 nomine ... aedificii structuram -emque corporum atque parietum voluit intellegi (*sim.*: PS. PROSP. vocat. gent. 2, 14 p. 699$^{C}$ [*in imag.*] hanc dispersionem in illius aedificationis erat coaptatura -em). MACR. sat. 1, 7, 29 paludis coacta -e. SIDON. epist. 4, 13, 2 *est ei* incorruptae lactea dentium -e gingivae. *nota: i. q. singula pars rei compactae*: MACR. somn. 1, 6, 80 quae *partes corporis* dividuntur, non nisi septem -bus iuncta sunt. *in imag. i. q. moles, structura*: TAC. hist. 4, 74 octingentorum annorum fortuna disciplinaque -es haec (*i. imperium Romanum*) coaluit. AMM. 22, 8, 38 (*de ora Pontica*) in ipso huius -is exordio ... habitant Arimphaei. PS. APVL. herm. p 267 adverbia ... coniunctiones ... in universa -e orationis vice clavorum ... et glutinis deputanda. *i. q. corpus* (*cf. p. 1998, 47 sqq.*): LVCAN. 5, 119 -es humana labat. PAVL. NOL. carm. 31, 165 ecce ipsam toto -em corpore vivam stare patet. 31, 297 reducem terris animam -e refecta ... suscipiat *caro*. AVG. gen. ad litt. 3, 16 p. 82, 19. DRAC. laud. dei 2, 84 induitur -e deus, structura ligatur ossibus et nervis. *adde in imag.*: PAVL. NOL. carm. 27, 525 tremula -e minax pendebat aquae mons. **2** *de rebus incorporeis*: MACR. somn. 1, 6, 6 singularum -um *numeri septenarii* membra tractemus (*cf. p. 2003, 13*). PRISC. periheg. 265 conum laterum -bus aequis (*cf. p. 2003, 8*). *de hominibus i. q. societas, chorus*: PAVL. NOL. carm. 21, 276 pia -is (*i. chori*) nostrae testudo resultet. AVG. bapt. 7, 51, 99 (*in imag.*) alios ... ita ... esse in domo, ut non pertineant ad -em domus nec ad societatem ... iustitiae. PROSP. in psalm. 126, 1 in omnium -e sanctorum. 134, 20—21 -e angelorum.

**II** *i. q. commissura, iunctura*: **A** *generatim*: LVCR. 6, 1071 laxare queant -es *tabularum* taurea vincla (*i. gluten taurinum*). *de navibus*: VERG. Aen. 1, 122 laxis laterum -bus. LIV. 35, 26, 8 omnibus -bus aquam acciperet. SEN. contr. 7, 1, 8 navigium ... putre, resolutis -bus. SEN. dial. 4, 10, 8 *navigium* laxatis -bus aquam trahit. LVCAN. 3, 629 *ratis* ruptis pelagus -bus hausit. 5, 596 sonuit victis -bus alnus. PAVL. NOL. carm. 24, 39 *navis* laterum ... laxis solvitur -bus. *de mundo*: MANIL. 2, 803 in illis *locis* nititur aetheriis veluti -bus orbis. 3, 357 *verticem caeli* gelidus rigidis fulcit -bus axis. 4, 828 concutitur tellus validis -bus haerens. SEN. Herc. O. 1135 -bus ruptis uterque debuit frangi polus. LVCAN. 5, 633 mota ... poli -e laborat *axis*. SIL. 17, 607 caelum ... soluta in caput hoc -e ruat. STAT. Theb. 8, 31 supera -e soluta. MIN. FEL. 11, 1 caelesti -e divisa. MACR. somn. 1, 15, 4 lacteum *circulum* esse -em, qua de duobus haemisphaeriis caeli sphaera solidata est. CLAVD. MAM. anim. p. 132, 8 solidi huius *mundi* ... rupisse -em. ALC. AVIT. carm. 2, 93. CORIPP. Ioh. 4, 692 orbis tremuit -e solutus. *de terra*: SEN. Oed. 580 tellus ... -e rupta sonuit. Thy. 1013 hinc -bus et hinc revulsis. nat. 6, 32, 4 ruptis -bus dehiscens solum. STAT. Theb. 8, 144 rupta ... soli -e. *cf.* AMM. 17, 7, 14 dissolutis elementa -bus ... relabuntur. *de partibus corporis*: SEN. Herc. O. 1228 *ossa* -bus discussa ruptis ... fluunt. PERS. 3, 58 laxum ... caput -e soluta oscitat. PLIN. nat. 25, 20 -es ... in genibus solverentur. AMM. 25, 1, 12 iuncturae *lamminum* rigentes -bus artuum convenirent. HIER. epist. 121, 10 p. 880 (*in imag.*) corpus ecclesiae per suas -es atque iuncturas ... accipit sucum. interpr. Iob 17, 11 concussae sunt -es cordis mei. VVLG. Dan. 5, 6 -es renum eius solvebantur. 10, 16 dissolutae sunt -es meae. Hebr. 4, 12 sermo dei ... pertingens usque ad divisionem animae et spiritus, -um (ἁρμῶν) quoque ac medullarum (*cf. p. 2003, 27 et* PS. PRIMAS. in Hebr. 4, 12 p. 712$^{A}$ per -es debemus intellegere cogitationes quae sibi invicem compaginantur. GREG. M. in Ezech. 2, 9, 17 per -es ... ossibus ossa iunguntur). ALC. AVIT. carm. 1, 98 descendere cervix incipit et vastos -bus addere nervos. VEN. FORT. vita Pat. 11, 35 signavit maxillarum -em. vita Germ. 25, 74 ab oculorum -e cernit manare sanguinem. *de aliis rebus*: VERG. Aen. 2, 51 (*de equo ligneo*) curvam -bus alvum. SEN. nat. 3, 27, 7 saxa revolutis remissa -bus (*cf.* MARCELL. chron. II p. 100, 518, 1 saxa ... suis evulsa -bus). CVRT. 4, 4, 12 saxorum -e laxata munimenta defecerant. COLVM. 9, 6, 4 resolutis structurae -bus. LVCAN. 3, 491 -em solvere muri. 7, 857 *tumuli* effudere suas victis -bus urnas (QVINT. decl. 299 p. 182, 7 resoluta lapidum -e). IVV. 6, 618. SVET. Aug. 43 laxatis sellae curulis -bus. APVL. mund. 32 soluta -e simulacri. AMM. 17, 13, 28 struendo textis -bus ponti. HIER. epist. 96, 13 (*in imag.*) -em loricae. *nota de re incorporea*: PLIN. nat. 2, 5 *orbis absolutus* se ... includit et continet nullarum egens -ium.

**B** *speciatim*: **1** *i. q. rima quae inter res compactas existit*: LVCR. 6, 1016 *anulus* caecis ... in eo *lapide Magnesio* -bus haesit. VERG. Aen. 1, 293 -bus artis claudentur belli portae. PLIN. nat. 17, 118 (*de insitione*) sic -e densata, ut cicatrici locus non sit. SIL. 11, 456 discisset stagna ... tellurisque globum media -e locasset. **2** *i. q. pars ea, qua coniungitur aliquid cum aliqua re*: PLIN. nat. 11, 139 capitis ossa ... serratis pectinatim structa -bus. HIER. in Eph. 4, 16 p. 619 (*de resurrectione*) -em copulare -i et ... unum corpus efficere (RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 42). c. Ioh. 33 faciet -em ad -em et os ad os. PAVL. NOL. carm. 31, 318 ossa ... dispersa ... ad -es currere iussa suas.

**III** *i. quod continet, vinculum: proprie: cf.* GLOSS. II 264, 30 *γόμφος ὁ καλούμενος ἐπίουρος*: -gies (*sic*), sudis (310, 9 *ἐπίουρος*). SEN. nat. 6, 18, 3 nec ventum tenet ulla -es (*cf.* LVCAN. 9, 467 solida Libye -e ... clauderet ... austrum ... cavernis). LVCAN. 2, 487 alnos discussa -e feras *fluvius*. PLIN. nat. 36, 1 montes natura sibi fecerat ut quasdam -es telluris. SIL. 12, 146 *gigantes* minantur rumpere -em impositam. 14, 418 nexae ferri -e triremes. LACT. inst. 3, 2, 2 (*in imag. de philosophia*) partes ac membra ... *nulla* -e inter se cohaerent. PAVL. NOL. carm. 20, 206 ille intus meritae -e catenae solvitur. EVSTATH. Bas. hex. 5, 3 p. 912$^{C}$ *stipula frumenti* crebris -bus alligata (*ibid.* succingitur). GILD. Brit. 3 chron. III p. 28, 15 *domorum* culmina forti -e pangebantur. *nota*: STAT. Theb. 3, 356 artam -bus (*i. muris*) urbem. DRAC. laud. dei 2, 645 anhelat intra membra *matris* puer vinctus -bus artis. *translate*: LVCR. 4, 1113 in Veneris -bus haerent, membra voluptatis dum vi labefacta liquescunt (4, 1204 *canes* validis Veneris -bus haerent). LACT. epit. 44, 5 divisio ... -e inseparabili vinciatur. 61, 8 deus virum et uxorem unius corporis -e solidavit (*cf.* inst. 6, 23, 25 quisquis -em corporis [*i. matrimonii*] in diversa distraxerit). FIRM. err. 25, 2 lignum crucis vitam immortali -e restituit. HIER. epist. 64, 20, 6 supernaturale et rationale ... inter se forti -e solidentur et ... nexa sint. PROSP. epigr. 36, 1 (INSCR. christ. Rossi II p. 176, 22, 1) lapides vivi pacis -e ligantur (*cf.* GREG. M. in Ezech. 2, 6, 3).

*syn.*: concinnantia, concordia, harmonia, iunctura, structura.
*opp.*: diffluentia, dispersio, varietas.

**compāgina,** -ae *f. cf. c.* compaginare *et c.* pagina. *idem fere esse videtur quod pagina, tabula, index*: GROM. p. 331, 6 quomodo in litteris computum colligo ab omnis -a litterarum ab A usque ad Z. p. 338, 11 sic a bonis (*leg.* ab omnis) -a litterarum ... limites quibusque finalium explicuerunt. p. 338, 18 de A usque ad Z omnis -a litterarum.

**compāginābilis,** -e *a* compaginare. SEV. Aug. epist. 109, 3 nos ipsos ... elimatiores et -iores, si tamen admittis hoc verbum, aptare moliamur.

**compāginātim** *v. p. 2001, 67.*

**compāginātio,** -ōnis *f. a* compaginare. *fere i. q. 2. compago*: **1** *i. q. status eius quod compactum est*: **a** *proprie i. q. compositio, commixtio*: RVFIN. Clement. 8, 19 neque atomis gravioribus cum levioribus ... societas aut -o ulla conveniat. PS. AVG. quaest. test. I 2, 3 discretis ... substantiis facta -e mundus vocatur. 106, 3 ante -em mundi fecit deus lucem. **b** *translate i. q. coaptatio, unitas*: PRISCILL. tract. 4, 79 in -em corporis Christi ... reparemur. AMBROSIAST. in Eph. 4, 11—12 ecclesiae ordinationem ad -em humani corporis in professionis unitate ... compositam. AVG. trin. 4, 2, 4 haec congruentia ... in omni -e, vel si melius dicitur coaptatione creaturae valet plurimum. **2** *i. q. res compacta*: **a** *proprie*: ANON. de mach. bell. 16 (*de ponte ascogefro*) super utrium -em cilicia sunt ... substernenda. EVSTATH. Bas. hex. 2, 2 p. 881$^{C}$ totum ... mundum ... in unam societatem -emque devinxit. 2, 7 p. 888$^{A}$ non propter eximiam -em membrorum, quae nulla sunt ei *stellae*. 8, 4 p. 950$^{A}$ (*de favis apium*) *thecarum* condensatio tenuissimae textu -is arctata ... opus omne contineat. **b** *translate*: IREN. 4, 39, 2 custodi figuram, qua te figuravit *deus* ... custodiens autem -em ascendes ad perfectum. **3** *i. q. commissura*: CAEL. AVR. diaet. pass. 70 in ultima -e buccarum. *in imag.*: AMBR. in psalm. 37, 29 *caput* per -es et colligationes totius plebis crescit (*cf.* VVLG. Col. 2, 19 ex quo *capite* ... corpus per nexus et coniunctiones ... crescit).

*syn.*: coaptatio, colligatio, figura, societas.

**compāginātor,** -ōris *m. a* compaginare. GRAMM. suppl. 297, 25 -r ... per tor syllabam scribendum *est*. 300, 9.

**compāginātus,** -ūs *m. a* compaginare. GLOSS. II 444, 22 *συνάρμοσις. cf. etiam p. 2001, 76.*

**compāgino,** -āvī, -ātum, -āre [*a* 2. compago. *Th.*]. GLOSS. *συναρμόζω. συναρμολογῶ.* -vit: coniunxit. -atam: coniunctam. conpegisti: -asti. IV 289, 54 struices constructi, -ati (V 516, 4). GLOSS. Verg. C 295 p. 490 H. coniuncta: -ata. *legitur inde ab* ITALA (*v. p. 2001, 25 sqq.*) *et* IREN.

**1** *i. q. componere, coniungere res singulas*: **a** *proprie*: QVEROL. p. 54, 16 fragmenta *urnae* ... potesne agnoscere? :: ita ut -ari per me possent omnia. AMM. 16, 8, 10 *pontis* asseres et axiculos -bat. 23, 4, 2 ferrum inter axiculos duos firmum -atur. AMBR. Ioseph 3, 17 resinae temperamento lapides ... -antur (*cf. in imag.*: fid. 2 praef. 10 *lapides* mens nostra componat naturalisque sensus ... -et [*syn.* contexet]). RVFIN. Basil. hom. 1, 3 reliqua ... membrorum indumenta ei (*cordi*) circumtexi -arique (*de partibus corporis*: PRVD. perist. 10, 890 revulsis qui medetur ossibus aut fracta nodis sarciens -at. AVG. serm. 271, 1 [*in imag.*] membra dispersa ad unum caput Christum -ata. PETR. CHRYS. serm. 132 p. 562$^{B}$ conexa sibi et -ata *membra. adde*: CAEL. AVR. chron. 2, 13, 160 *cochleae* habent ... -andi *vulnera* virtutem). AVG. conf. 13, 20, 45 (*de fabricatione mundi*) iam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fuisse . . . quae tu (*deus*) contraheres et -res atque contexeres. in psalm. 31 serm. 2,25 distortum lignum . . . in pavimento aequali non collocatur, non -atur nec adiungitur. HIST. Apoll. rec. A 25 p. 47,12 secari et -ari tabulas . . . et facere loculum. **b** *translate: c. obiecto solo*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1,3 p. 9, 4 Engelbr. utraque (*i. mens et ratio*) pariter -ata et sibi invicem mixta. AVG. serm. 336,1 domum domini non faciunt, nisi quando in caritate -antur. SIDON. epist. 5, 8, 1 trochaeis . . . in metrum hendecasyllabum -atis. BOETH. mus. 1, 2 p. 188, 2 tanta stellarum cursus coaptatione coniuncti, ut nihil aeque -atum, nihil ita commissum possit intellegi. GREG. M. moral. 6,60 divisas . . . hominum nationes -atis ad unum mentibus . . . astringeret. *nota i. q. terminare*: TRACT. de sepulchr. grom. p. 271,6 extremis ac -antibus agros limitibus vel viis. *c. dativo*: AMBROSIAST. in Col. 2, 18—19 ad ipsum . . . conversi reaedificantur -ati fidei eius. AVG. bapt. 4,12,18 in bona fide . . . et caritate -atus ecclesiae. c. Faust. 6,9 p. 301,4 tabernaculo . . . dei, quod est ecclesia, non -ari . . . peccatum est (*cf.* ISID. in lev. 17, 11 tabernaculum . . . dei . . . non -ari *eqs.*). in psalm. 122, 1 unitas nos -at uni *deo*. 131, 13 qui est in caritate atus lapidibus vivis. AVELL. p. 653,20 synodum factam Chalcedone unam esse et convenientem et -atam praedictis . . . conciliis. PS. PRIMAS. in Hebr. p. 712[A] cogitationes . . . sibi invicem -antur, dum una alteram subsequitur. GREG. M. moral. 26, 15 in cordis cardine ei (*i. veritati*) -ata concordant *verba*.

**2** *i. q. componendo conficere res totas*: **a** *proprie de rebus corporeis: de corpore humano*: ITALA Col. 2,19 (Rufin. Orig. in lev. 6, 5) ex quo *capite* omnis iunctura conexa et -ata (*ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον*, ITALA cod. d: corpus conexum et conductione subministratum et provectum, VVLG. subministratum et constructum) crescit. AMBR. paenit. 1, 6, 28 corpus omne -ando potius quam solvendo. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 91[C] ex quattuor elementis -atum corpus. *cf.* Basil. hom. 1, 3 primum omnium coagulari et -ari cor. CASSIOD. anim. 9 p. 1295[A] caput nostrum sex ossibus -atum *est*. AMM. 16, 11, 8 *naves* ad -andos paraverat pontes (18, 2, 9. 21, 12, 9 *ponticulos* ante -arant. 23, 3, 9. 25, 7, 4. 30, 10, 2). 21, 2, 1 *axiculis* orbis *scuti* erat -atus. 23, 4, 11 testudo -atur immanibus axibus roborata. 28, 2, 3 -atae formae e roboribus. SERV. Aen. 11,554 de libris arborum volumina . . . -bantur (ISID. orig. 6,13,3). SCHOL. Hor. Vind. ars 127. AMBR. in psalm. 6, 19 -ata eius *parietis* structura. HIER. in Eph. 2, 19 p. 584 (*bis*) aedificatio -ata crescit in templum. RVFIN. hist. 9,11,6 compositam et -atam machinam (*i. simulacrum*) pandunt. Orig. in gen. 1, 14 p. 158[B] omnia, quae a deo facta sunt, coniuncta et -ata dicuntur. PS. AVG. quaest. test. I 23, 3 primum . . . domum -ari et sic habitatorem induci. 106, 10 -atur in specie mundus (106, 16 ex quibus *substantiis deus* mundum -ret. 107, 1). EVSTATH. Bas. hex. 9, 6 p. 964[B] aratrum -emus. PS. FVLG. RVSP. serm. 9 novit eam *navem* artifex dominus -are. *adde* (*in imag.*): PAVL. NOL. epist. 32,10 basilicas nostras tuis . . . litteris -are curavi (*syn.* coniunctae sunt). *nota i. q. continere*: PAVL. NOL. epist. 1,1 quorum *ossium* structura nos in corporis habilitate -at.
**b** *translate de rebus incorporeis*: IREN. 3,11,9 speciem euangelii bene compositam et bene -atam esse. RVFIN. Clement. 5,31 omnia illa quae simulata vel . . . ministerio daemonum -ata . . . proferuntur. Basil. hom. 2,1 talis natura ipsa verbi spiritu -ante formata est, ut *eqs.* (*cf.* AVG. serm. 126,15 ne ibi [*i. in verbo, sc. in Christo*] sit aliquid coagmentatum et copulatum et duplex et -atum [*opp.* simplex]). AVG. in psalm. 88 serm. 2, 14 matrimonium . . . caritate -atur. PS. AVG. quaest. test. I 108,7 de ceteris linguis collecta sit *lingua Hebraea* particulatim et -ata. EVSTATH. Bas. hex. 4,5 p. 908[A] circulus quidam et chorus atus. BOETH. in top. Cic. 1 p. 275, 31 *argumentationes* propositionibus -ari atque coniungi. ENNOD. opusc. 9, 6 p. 417,8 species trino -atae consortio societatis . . . coniunguntur. EPIST. pontif. 700 (Gelas. 42) 8 centonem de Christo Vergilianis -atum versibus. GREG. TVR. Franc. 2,34 scripsit . . . libros sex versu -atos. FERREOL. reg. 18 gesta martyrum . . . -ata studio et sermone digesta sunt.

**3** *i. q. lapidibus sternere*: LIB. pontif. p. 123, 20 atrium omnem -vit.

*? adv.* **compāginātim:** PASS. Thom. p. 138, 10 dum providetur matri filius cupiditissim educitur (*ubi var. lect.* -m, frustratim, frequenter).

*syn.*: coagmentare, coagulare, colligere, committere, componere, conectere, coniungere, construere, contexere, copulare, miscere.
*opp.*: solvere.

*deriv.*: compaginabilis, compaginatio, compaginator, compaginatus.

**?compagitus,** -ūs *m. a* compagere (*sc. i. q.* 1. compingere *q. v.*): GLOSS. II 245, 16 *ἁρμολόγησις. an leg.* compagi⟨na⟩tus? *cf. etiam s. v.* compagum *p. 2003, 59.*

**1. compago,** -ere *v.* 1. compingo.

**2. compāgo,** -inis *f.* [*cf. c.* compages. *Th.*]. DVB. NOM. gramm. V 575,10 -o generis feminini, ut Varro, haec compages. SACERD. gramm. VI 475, 17 compage . . . non -ine a nominativo singulari haec compages, non haec -o; nam -inis, -ine diceretur. GRAMM. suppl. 110, 17 nominum in o exeuntium genetivus singularis . . . ⟨in⟩ inis . . . -o, -inis. GLOSS. coniunctio. copula, coniunctio. iunctura. -es: *ἁρμογαί*. iuncturae. coniuncturae. -bus: iuncturis. IV 322,38 coniunctio: conbinatio, -o, conexio. *legitur ap.* VARRONEM (*v. p. 2001, 80*), *rursus inde ab* OV. MANIL. GERM. *de usu singulorum casuum v. p. 1997, 46 sqq.*



**I** *i. q. compactio, colligatio, compositio*: **A** *i. q. status eius quod compactum est*: **1** *de rebus corporeis*: PS. QVINT. decl. 8, 11 quicquid nos elementorum varia -o formavit. TERT. pudic. 20 (*in imag.*) in -em aptos . . . substrui lapides. resurr. 52 p. 108,3 *granum* copia feneratum, -e aedificatum, ordine structum. HIER. c. Ioh. 25 (*ex Origine*) substantiam carnis *in resurrectione* . . . non . . . in antiquam redire -em (RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 42 corpus . . . in suam -em iuncturamque redigetur. *cf. p. 1998, 3*). DRAC. laud. dei 3, 713 membrorum currit -o per artus. **2** *de rebus incorporeis*: TER. MAVR. 76 vocum ne series hiet neu -o fragosa sit (*cf. p. 1998, 17*). IREN. 1, 3, 1 Hori et crucis . . . et Aeonum -o (*i. intima societas. σύμπηξις*). 1, 9, 3 soluta est octonationis illorum -o (*σκηνοπαγία*). AVG. in psalm. 68 serm. 1,3 in his duobus (*i. anima et corpore*) familiaritatem conglutinationis et -is. **3** *allegorice apud* ECCL. *fere i. q. unitas*: CYPR. epist. 55, 24 ecclesiastici corporis -em . . . rescindere (*sim.*: AVG. civ. 19, 13 qua *parte* nec dolor urit nec -o ipsa dissolvitur. SACR. Leon. p. 337 sacri corporis [*i. ecclesiae*] . . . vera -o. p. 340). FIRM. err. 27, 1 vita hominis perpetuae immortalitatis -e stringeretur. PAVL. NOL. epist. 44, 4 commembrata in domini corpore fidei -o. AVG. bapt. 5, 2, 2 qui . . . *non* ab unitatis -e recesserunt. 6, 14, 23 ad . . . -em corporis Christi . . . accedunt. in psalm. 55, 3 haec -o tamquam unius hominis facit duos in carne una. 111, 1 se ad spem sanctae firmaeque -is tamquam lapidem vivum . . . convertit (*sim.*: 149,2 -o spiritualis, aedificium de lapidibus vivis. PROSP. in psalm. 146, 2 non est firma -o si . . . non unus sonus est cordis). CASSIAN. conl. 7,6,4 -is illius per quam corpori eius (*i. Christi*) valeat copulari.

**B** *i. q. res ex diversis partibus compacta; cf.* GLOSS. II 110,35 *συναρμολογούμενον*: **1** *de rebus corporeis*: **a** *accedit genetivus*: CELS. 4,14 a -e corporis ad viscera transeundum est (TERT. adv. Marc. 5, 8 p. 599, 23. FIRM. math. 2,13,6 -o corporis solveretur. VEG. mulom. 2,9 totius corporis *iumenti* -o [CHIRON 149]. CHIRON 220. AMBROSIAST. in Rom. 6,3 corporis manente -e. HIER. c. Ioh. 25 totius . . . -o corporis resurgat in novissima die. RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 1,8 corporis nostri -o . . . exigua ab initio nativitatis. AVG. civ. 22, 30 epist. 142, 3. in psalm. 130, 6 solveretur -o corporis in pace. EPIST. pontif. 385 [Coelestin.] Migne 50 p. 541[B] periclitatur corporis tota -o [*opp.* membrum aliquod]. BOETH. mus. 1, 1 p. 186, 3 tota nostrae animae corporisque -o musica coaptatione coniuncta sit. CASSIOD. in psalm. 30,13 ossa . . . fortitudo est qua -o corporis sustinetur. GREG. M. epist. app. p. 450, 25 tota . . . corporis -o afficitur si pars eius . . . laceratur. moral. 32, 28. PASS. Mar. Iac. 5 p. 52, 13 de nervis suis totius corporis -o penderet. *cf. infra l. 80*). SEN. epist. 91, 12 flammarum violentia -em soli ruperit. STAT. Theb. 7, 43 ferrea -o laterum *domus*. PS. QVINT. decl. 8, 13 solvitur . . . caeli siderumque -o (*cf.* MACR. somn. 1,18,5 septentrionum -o non solvitur. *adde*: APVL. mund. 1 omnis . . . siderea -o aether vocatur). PS. QVINT. decl. 19, 12 leviter sedibus suis remota -o fidicularum . . . membra laxaret. FIRM. err. 21, 4 duorum *cornuum crucis* quae per latus vadunt -e (21, 5). SYMM. epist. 1, 12 -o *crustarum* solidum mentiatur (IORD. Get. 34, 178 quarum tabularum -o ita solidum mentiebatur, ut *eqs.*). AMM. 30, 9, 6 pulchritudo staturae lineamentorumque (*sc. figurae*) recta -o (*cf. p. 1998, 83*). HIER. epist. 100, 9 omnis -o nervorum atque artuum solvebatur. *cf.* RVFIN. Orig. princ. 1,1,6 invalida . . . et imbecilla membrorum est -o (AVG. civ. 19, 12 quam diu -o membrorum manet. 21, 3 -o membrorum atque vitalium sic infirma est. PETR. CHRYS. serm. 30 p. 284[C] in illo paralytico fuerat -o turbata membrorum. PASS. Thom. p. 152, 23. *in imag.*: PELAG. in Eph. 4 p. 831[C] consensum debet habere in uno corpore omnium -o membrorum. PAVL. NOL. epist. 24, 15). HIER. in Is. 3, 23 p. 62 quibus *acubus* ornatorum crinium -o retinetur (ISID. orig. 19, 31, 9). VVLG. Sirach 27, 2 in medio -is (*ἁρμῶν*) lapidum palus figitur. PRVD. perist. 5, 111 -o . . . ossuum divulsa membratim crepet (AVG. serm. ed. Mai 138, 3 ossium -o membrorumque perfectio. SIDON. epist. 3, 13, 9 [*de curvatura costarum*] ossium ramosa -o. *cf.* BACHIAR. repar. laps. 16 costarum -o nudata visceribus). AVG. serm. ed. Mai 28, 4 -em palmarum rumpit . . . foratura clavorum. un. eccl. 5, 9 (*de arca Noes*) admittat aquam -o lignorum (*cf. ibid.* compacto ligno). CHIRON 37 omnis . . . -o colligationis (*i. tumoris*) corrupta solvitur. VINDIC. gyn. p. 445 *intestini* series, id est -o, cum tribus foraminibus porrigitur.
C *aliquid*: RHET. Her. 2, 28, 45 in -andis rebus (4, 2, 4 res omnes volent cum re -are. CIC. dom. 130 *v. infra l. 68*. QVINT. inst. 5, 11, 23 decl. 274 p. 121, 9. FRONTO p. 212, 9 N. assimulandae -andaeque. TREB. Claud. 2, 6 nostris temporibus. HIL. in Matth. 18, 2. MAXIMIN. c. Ambr. 47 non -atas res, sed differentes affectus defendebat). CIC. inv. 1, 82 aliud de eo, quod -bitur, et de eo, quicum -bitur, existimare oportere. 2, 75. 174 hasce ... inter se saepe necesse est -ari. Quinct. 58 litterae ... testes tot ... cum astipulatore tuo -buntur. leg. agr. 2, 96 Veios ... cum Calibus. dom. 130 hominem cum homine et tempus cum tempore et rem cum re (STAT. silv. 1, 6, 39 *cf. p. 2020, 52.* QVINT. inst. 7, 2, 25). Mil. 55 iter ... latronis cum Milonis impedimentis. Marcell. 16 non ... causae sunt inter se, sed victoriae -andae (NEP. Them. 5, 3 *victoriam* cum Marathonio ... tropaeo. VAL. MAX. 3, 6, 6 victoriae ... victorias. QVINT. inst. 7, 2, 25). Phil. 2, 33 invidiam ... cum laude. 5, 49 nihil cum hac gloria (Lael. 103 cum amicitia Scipionis. HOR. epist. 2, 1, 65 illis [*opp.* anteferat]. HIL. epist. ad fil. 3 ei. SVLP. SEV. dial. 2, 10, 4). de orat. 1, 8 ne quis forte cum aliis studiis ... magis hanc dicendi rationem quam cum imperatoris laude ... -andam putet (VLP. dig. 2, 13, 6, 1). 2, 172 maiora. orat. 138 similitudines (Tusc. 4, 23 morbis. off. 1, 11. QVINT. inst. 9, 1, 44 ut -et similitudines, ut utatur exemplis. SEDVL. op. pasch. 2, 17 p. 228, 3 aerariam similitudinem flagitiis). orat. 220 verba verbis. 234 orationis ornamenta. part. 7 naturae rerum aut facultates -antur (QVINT. inst. 7, 2, 25 personae, causae, facultates, tempora, instrumenta, testimonia -antur). top. 43 par pari -atur. fin. 1, 62 stultorum vitam cum sua (Tusc. 5, 64 cum ... vita. SEN. benef. 3, 17, 4. COLVM. 8, 16, 2 urbanae vitae ... villatica. VOPISC. Aurelian. 42, 6 vita et mors). fin. 3, 25 medicinae ... ultimum cum ultimo sapientiae. 5, 34 nec auctoritatem cum animi partibus. Tusc. 1, 2 *virtus* cum maioribus nostris. 2, 30 nec malum ... cum turpitudinis malo. 5, 38 humanus ... animus ... cum alio nullo nisi cum ipso deo ... -ari potest (TAC. Agr. 41 *cf. infra l. 66*). fin. 3, 34 bonum non accessione neque crescendo aut cum ceteris -ando ... sentimus et appellamus bonum. Cato 14 equi fortis ... senectuti -at suam. 50 epularum ... voluptates cum his voluptatibus (64). nat. deor. 2, 148 ex quibus collatis inter se et -atis. 3, 18 quae ... cum pulchritudine mundi -bas. div. 1, 7 argumenta cum argumentis (QVINT. inst. 7, 2, 23 inter se). off. 1, 152 haec ... inter se. 3, 2 nec hoc otium cum Africani otio nec haec solitudo cum illa -anda est. 3, 12 quod utile videretur, cum eo, quod honestum est. Tim. 14 ut, quod medium sit, ut ei primum proportione, ita id postremo -etur. 15 deus ... ea ... inter se -aret et proportione coniungeret (*ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος*). Att. 12, 25, 2 Drusianis vero hortis multo antepono *hortos aliquos* neque sunt umquam -ati. epist. 3, 6, 1 meum factum cum tuo (VELL. 2, 92, 5 factum ... gloriae). BRVT. Cic. ad Brut. 1, 4, 4 alia omnia ... cum quolibet antiquorum. CAES. Gall. 1, 31, 11 neque enim conferendum esse Gallicum cum Germanorum agro neque hanc consuetudinem victus cum illa -andam. NEP. Timol. 3, 6 nullius umquam consilium non modo antelatum, sed ne -atum quidem est. VARRO ling. 10, 82 singularis est vocabuli series neque habet, cum qua -ari possit. LIV. 1, 5, 6 -ando aetatem eorum (SEN. dial. 6, 21, 2 omni tempore. QVINT. inst. 6 pr. 5 meae *aetati*. decl. 322 p. 266, 19 aetates. SVET. vita Lucani p. 50 aetatem et initia sua cum Vergilio. HERMOG. dig. 40, 16, 5, 1). LIV. 3, 26, 2 ut -ati ad eam *vastitatem* prope intacti bello fines Romani viderentur. 9, 19, 1 copiae copiis -entur. 10, 46, 4 spolia ... paternis spoliis. 21, 19, 3 foedus ... cum Lutatii priore foedere. 22, 54, 11 cladem ... proelio navali acceptam. 28, 28, 15 utrum exercitus exercitui an duces ducibus an dignitas an causa -ari poterat? (QVINT. inst. 7, 2, 25 *p. 2019, 83.* PANEG. 3, 10 fortunae causaeque). GRATT. 182 fraudes. VITR. 2, 9, 5 singula genera principiorum proprietatibus (FRONTO p. 21, 5 N.). *et sim. saepe.* SEN. contr. 1, 4, 5 non -assem patri legem (VAL. MAX. 7, 2, 14 leges araneorum telis. QVINT. inst. 3, 6, 87 inter se decl. 266 p. 86, 3). 2, 6, 1 utriusque ... -etur luxuria. 7, 4, 3 inter se commoda patris et matris. suas. 2, 19, 20 hoc ... priori. VELL. 1, 11, 6 felicitatem fortunae Metelli. 2, 78, 3 gravissimi -andique antiquis exempli auctor. VAL. MAX. 4, 6 ext. 3 specimen ... maximis patriae suae laudibus. SEN. Phaedr. 800 Phoebo colla licet splendida -es. dial. 5, 5, 3 *ira* -anda cum pessimis *malis* est. 9, 8, 1 omnia alia. benef. 3, 8, 3 inter se ista. 5, 10, 2 quod -atur, sine altero non intellegitur. COLVM. 3, 2, 7 etiamsi degenerent vites sibi -atae. SCRIB. LARG. 38 si pondera aut effectus -are voles (HIL. myst. p. 18, 5 iunge personas, -a effectus, gesta intuere). PLIN. nat. 1, 6, 38 terrae per mensuras -atae (TAC. Agr. 25 *v. infra l. 65.* CHALC. comm. 59 cum universae rei magnitudine). 3, 67 urbis magnitudinem ... ei. 7, 132 numerus dierum (CHALC. comm. 41 numero ad numerum -ato. *ibid.* octo numerus adversum sex ... -atus. BOETH. arithm. 1, 13 p. 30, 14 ad alios -atus) -atur, ubi quaeritur pondus! SIL. 15, 506 Germani ... vias divinis -at ausis. STAT. silv. 1, 6, 39 saecula -a, Vetustas, antiqui Iovis aureumque tempus. 3, 4, 9 sine dulce nitentes *capillos* -et atque diu fratris putet esse Lyaei. MART. 3, 93, 6 cum -ata rictibus tuis ora ... habet corcodilus angusta. 7, 45, 10 discrimina. QVINT. inst. 1, 2, 15 incommodum ... commodis. 6, 5, 3 consilium ... ratio est ... plura perpendens et -ans. 7, 7, 2 colliduntur ... aut pares inter se, ut si optio tyrannicidae et viri fortis -entur, ... aut secum ipsae *eqs.* decl. 269 p. 101, 7 non est tam aequum -ari fidem tormentorum. 298 p. 179, 12 vestris nivibus meos fontes. PS. QVINT. decl. 1, 12 *syn.* perpendere. FRONTIN. aq. 16 molibus *aquarum* pyramidas ... otiosas. strat. 1 praef. qui probatis eam *inventionem* experimentis -bit. IVV. 12, 121 nec -o testamento (*i. hereditati*) mille rates (*i. totam classem Agamemnonis*). TAC. Agr. 24 spatium eius *Hiberniae*, si Britanniae -etur, angustius. 25 cum ... hinc terra et hostis, hinc victus Oceanus militari iactantia -arentur 41 vigorem et constantiam et expertum bellis animum cum inertia et formidine eorum *eqs.* dial. 7 fama et laus cuius artis cum oratorum gloria -anda est. 13 ne fortunam quidem vatum et illud felix contubernium -are timuerim cum inquieta et anxia oratorum vita (PANEG. 3, 10 fortunae causaeque). PLIN. epist. 1, 16, 3 *orationes* facile cuilibet veterum. paneg. 14 *montes.* FLOR. Verg. p. 186 vites affectat et -at areas. AFRIC. dig. 16, 1, 19, 5 quae postea non recte -ari ait (39, 2, 44, 1 inter se). FRONTO p. 8, 13 N. aggeres manu ac ratione constructos montibus. p. 103, 23 *obsequia* cum praesentibus officiis. GELL. 2, 23, 22 cum haec Caecilii seorsum lego ... cum ... Graeca -o et contendo. APVL. flor. 9 p. 29 *dictum* cum torno et cothurno ⟨ad⟩ verum. met. 5, 6 meum spiritum nec ipsi cupidini. 9, 16 amatorum diversum ingenium. ITALA (cod. d) *et* VVLG. I Cor. 2, 13 spirit(u)alibus spirit(u)alia -antes (*συγκρίνοντες. cf.* HIER. epist. 36, 10). TERT. anim. 2. bapt. 8 baptismus diluvio. adv. Hermog. 4 *materiam* deo. adv. Marc. 4, 21 -ata multitudine et pabuli mediocritate. nat. 2, 12 gradus ad gradus -antur. VLP. dig. 11, 6, 1, 1 lata culpa plane dolo -bitur. *et sim. saepe apud* ICTOS. PORPH. Hor. carm. 2, 5, 9 immaturae uvae -ans viridem ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

puellae virginitatem. SOL. 9,8 quod merito ad istas eminentias -etur. 33,8 hanc arborem ... alii lentisco, alii mage terebintho -bant. PANEG. 2,10 quod -em vobis. ARNOB. nat. 1,28 quod sibi -atas animantium vilium conspiciunt sanctitates. IVST. 4,3,1 facinus nulli tyranno -andum. CHALC. comm. 73 circulos ... medios tres verticulis. HIL. epist. ad fil. 3 *bis*. in Matth. 4,21 concupiscentia efficientiae -etur. trin. 8,52 non est ... naturae a se alienae neque per creationem in deum -atae. OPTAT. 5,1 p. 120,8 contra hanc *rem* diversa. 5,7 p. 134,4 ad res divinas ... artes -emus humanas. AVSON. 17,7 formam cum capillo. AMM. 17,1,14 memorabili bello, -ando Punicis et Teutonicis. HIER. epist. 49,2 quod nuptias virginitati subicio, laudetur ille, qui -at. 64,22 ne meam stillam illius flumini -etis. VVLG. Iob 13,12 memoria vestra -bitur cineri. 41,24 non est super terram potestas, quae -etur ei. AVG. civ. 1,4 asylum illud ... Iovis ... cum memoriis nostrorum apostolorum. 1,35 *civitas dei* alienis a contrario -atis clarius eminebit. 2,20 hanc rem publicam ... domui Sardanapali. SVLP. SEV. epist. 3,21 -etur ... saecularis illa pompa non dicam funeris sed triumphi. MART. CAP. 5,501 ipsius scripturae secum aut cum causa qualitas -atur. PROSP. in psalm. 118,105 verbum propheticum lucernae. NICET. spir. 17 -a huic sententiae illud *eqs*. SIDON. epist. 1,4,3 declamatiunculas pannis. CLAVD. MAM. anim. p. 128,12 plura istic eiusdem legas innumeris -ata. BOETH. arithm. 1,9 p. 20,17 coacervata quantitas partium numeri totius termino -atur. 1,15 p. 31,2 si solos duos contra tres -es, pauciores sunt. in Porph. comm. pr. 2,3 p. 91,7 rationale atque mortale ad superiora. herm. pr. 1,7 p. 86,11 si universalis negatio particulari affirmationi -etur, repperiuntur opposita. APRING. in apoc. 1,10 omnis humanitas ... divinis sanctionibus -ata, divinis vocibus adaequata, nequaquam parilitatem praesentiae aut vultus praestat intuitum. CASSIOD. in psalm. 64,9 congrue fundo maris -ata sunt corda dementium.

*adversum statuere translate*: RVT. NAM. 1,267 haec ... Pieriis spiracula -at antris ... ager. *cf. p. 2019,54.* **se**: OV. am. 1,8,33 est etiam facies, quae se tibi -et illi.

**D** *seq. enuntiatum: interrogativum*: LIV. 2,32,12 -ando hinc, quam intestina corporis seditio similis esset irae plebis in patres, flexisse *Menenium* mentes hominum. SEN. dial. 6,21,3 si inspecto quanto quis vixerit spatio, -veris, quanto non vixerit. benef. 6,6,1 licet mihi inter se -are, quantum profuerit mihi quisque aut quantum nocuerit. TAC. ann. 3,5 qui publici funeris pompam requirerent -arentque, quae in Drusum ... honora et magnifica Augustus fecisset. TERT. pudic. 15 -a denique, an eius sit dicere *eqs*. *enuntiatum relativum*: SEN. benef. 7,10,6 quidquid habet, ei, quod cupit, -et. COLVM. 6,37,4 posset huic aliquatenus -ari, quod progenerat onager. PLIN. paneg. 53 muneribus tuis omnibus -o, multis antepono, quod licet nobis ... vindicari. *nota fere i. q. aestimare*: ACC. trag. 309 proin tu id cui fiat, non qui facias -a. CIC. off. 2,16 qui ... -at quanto plures deleti sint homines hominum impetu ... quam omni reliqua calamitate.

*synonyma et iuxta posita*: coaequare, committere, componere, conferre, connumerare, contendere, exaequare, inserere, intueri, iudicare, iungere, perpendere, quaerere, subicere. *opposita*: anteponere, praeferre, separare.

*part. perf. pass. subst.* **comparātus,** -ī *m. sensu II*: GLOSS. -us assimulatus. *neutr. pl.*: HIL. trin. 4,41 quid exaequata discriminas? quid -a discernis?

*part. perf. pass. adv.* **comparātē:** *i. q. comparando, comparatione adhibita*: CIC. top. 84 cum quaeritur quale quid sit, aut simpliciter quaeritur aut -e; simpliciter: expetendane sit gloria; -e: praeponendane sit divitiis gloria.

*derivata*: comparabilis, comparativus, 2. comparatio, 2. comparator, comparatus. *Mertel.*

**compars,** -rtis *m. a* com *et* pars, *cf.* comparticeps. *i. q. particeps, socius*: GLOSS. IV 323,7 -em participem (compotem *confert Nettleship p. 415*). AVG. c. Petil. 2,45,105 si istae sunt partes, nihil nobis praeiudicant nomina -is.

**comparticeps,** -cipis *adi. a* com *et* particeps. HIER. in Eph. 3,6 p. 644[A] -s ... appellatur, qui cum aliis est particeps. *ibid.* puto in scripturis participem in bonam, -em in malam partem accipi. GLOSS. IV 435,20 coniuga conibulus -s. **1** *adiect. i. q. particeps: c. genetivo*: ITALA (cod. g) *et* VVLG. Eph. 3,6 gentes esse coheredes et concorporales et -es promissionis (*συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας*. cod. d participes. *cf.* HIL. in psalm. 60,6 quia -es et concorporales et conformes eius effecti sint. 68,14 cum coheredes et concorporales et -es Christo gentes fierent. HIER. in Eph. 3,6 p. 588[D]. 591[A]). HIL. syn. 2 vosque -es exilii mei. LVCIF. Athan. 2,14 p. 173,19 insaniae meae. HIER. in Eph. 5,7 p. 644 particeps sive -s diffidentiae. AVG. in psalm. 26,2,21 non particeps veritatis tuae, sed -s mendacii adversus te. MAX. TAVR. serm. 47 ut suae nos -es efficeret gloriae. LEO M. serm. 29,3 sint humilitatis Christi -es. *absol. (vel c. dat.): supra l. 73.* **2** *subst. i. q. socius, consors: absol.*: LVCIF. moriend. 14 p. 315,24 tu ergo et omnes -es tui. AVG. fid. et symb. 5,12 quos -es et coheredes suos esse dignatus est. in euang. Ioh. 18,1 inter consortes et -es suos. *c. gen.*: LVCIF. moriend. 10 p. 304,28 cum ... sacrilegii tui -bus (*syn.* satellitibus). DIDASC. apost. 1,10 coheredes et -es dilecti pueri eius.

**comparticipātio,** -ōnis *f. a* comparticipari. *i. q. participatio*: HIER. in Eph. 3,5—7 p. 591 ubi una -o est.

**comparticipor,** -ātus sum, -ārī *cf. c.* participare *et c.* particeps. **1** *intransitive (?) i. q. participem esse cum aliquo*: [*legitur nonnisi locis dubiis: aliquo*: SEVERIN. doctr. p. 129 qui ... in divinis te -atur (tecum participatur *cod. Pal.*), debet et in humanis particeps esse. **de** *re*: POSSID. vita Aug. 23 altari deservientes de eodem -ari (compartiri *codd., cf.* VVLG. deut. 18,1 non habebant ... partem et hereditatem cum). PASS. Petr. Paul. long. 62 peto ut -entur (*U*, participentur *al.*) mecum de gratia tua.] **2** *transitive i. q. participem reddere, dare alicui aliquid*: ARNOB. in psalm. 44 p. 388[C] Christus est prae omnibus participibus, quibus hoc -atus est nomen. [AMBR. epist. 66,11 nobiscum participato *codd. omnes*, nobis -ato *edd. ante Maurinos.*]

**compartior,** -ītus sum, -īrī *a* com *et* partiri. *i. q. partiri cum aliquo*: GLOSS. *συμμερίζομαι*. -itur *συμμερίζεται*. VVLG. Sirach 1,24 scientiam et intellectum prudentiae sapientia (sapientiae *Amiat.*) -etur (*ἐξώμβρησε*). CORP. V 532,16 munera decurionatus iam ut pauci⟨s one⟩rosa honeste de pl⟨e⟩no -iamur. *fort. i. q. participem esse?* POSSID. vita Aug. 23 *v. supra l. 8.* *Simbeck.*

**comparturio,** -īre *a* com *et* parturire. *i. q. una (cum altera) parere, parturire*: AMBR. epist. 35,2 omnis ... -iat illum fortasse spiritum salutis ... subiectam creaturam omne dixerit congemiscere et -ire. *Mbr.*

**compartus** *v. p. 208,69.*

**compāsco,** (-pāvī), -pāstum, -ere (compāscor, -pāstus sum, -ī) *a* com *et* pascere. *de depon. v. infra l. 38 sq.* **1** *i. q. simul pascere*; GLOSS. II 446,54 *συννέμω* (*usurpatur absolute, c. obi. sub 2 et 3*): LEX agr. (Corp. I 200) 25 neive *quis* defendito quo mi⟨nus quei v⟩elit -ere liceat *in agro compascuo*. CIC. top. 13 si compascuus ager est, ius est -ere (QVINT. inst. 5,10,86 quod compascuum est, -ere licere). SCAEV. dig. 8,5,20,1 plures ex municipibus ... saltum communem, ut ius -endi haberent, mercati sunt. *de ostreis*: PLIN. nat. 32,61 Brundisina *ostrea* in Averno -sta. *cf. l. 42.* *accedit dativus*: HIER. hom. Orig. in Luc. 12 p. 279 pastor bonus, qui habet secum pastorem optimum -entem sibi. **2** *i. q. depascere*: **a** *activum*: VARRO rust. 2 praef. 5 pabulum in fundo -ere quam vendere ... magis expedit. **b** *deponens*: VARRO rust. 1,53,1 oportet aut domi legere stipulam aut ... -i. *translate*: SCHOL. Stat. Theb. 11,235 (*de Hercule*) 'accedere vestes' (*a Deianeira datas*): per membra -i. **3** *i. q. pascendo depellere (famem)*: PLIN. nat. 9,169 ostreas ... famem longae advectionis a Brundisio -ere in Lucrino (*cf. l. 34*). *cf. etiam* **2.** compesco.

*deriv.*: compascuus, compastio, compastor.

**compāscuus,** -a, -um [*cf. c.* compascere *et c.* pascuus. *Th.*]. *legitur nom. sing.* -uos: SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 33 LEX agr. (Corp. I 200) 25. *acc. sing.* -uom: LEX agr. (Corp. I 200) 14. *legitur inde a* SENT. Minuc. *a. 117 et* LEGE agr. *a. 111 a. Chr. de re v. Voigt, Abhandl. d. K. sächs. Ges. d. Wissensch. phil.-hist. Kl. 10 p. 229 sqq.* **1** *adiectivum*: **a** ager -us; *cf.* PAVL. FEST. p. 40 -us ager, relictus ad pascendum communiter vicinis (ISID. orig. 15,13,9 GLOSS. V 184,8): SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 33—34 quei ager -os erit, in eo agro quo minus pecus ⟨p⟩ascere Genuates Veituriosque liceat ita utei in cetero agro Genuati -o niquis prohibeto. LEX agr. (Corp. I 200) 14 quei in agrum -om pecudes maiores ... pascet. 25 neive is ager -os esto. CIC. top. 13 (*v. supra l. 31 et cf.* QVINT. inst. 5,10,86 quod -um est, compascere licere). HYG. grom. p. 117,3 quod genus agrorum, id est -orum, etiam nunc ... incidere potest. **b** *i. qui in iisdem pascuis est*: APVL. met. 4,1 nec me cum asino vel equo meo -us coetus attinere potuit.

**2** *subst. i. q. ager compascuus*: **a** compascua, -ae *f.*: HYG. grom. p. 116,26 in formis locorum talis ascriptio, id est 'in modum -ae' aliquando facta est et 'tantum -ae'. **b** compascuum, -ī *n.*: SCAEV. dig. 8,5,20,1 aliquid iuris secum huius -i traxerit. *saepius plur.*: SIC. FLACC. grom. p. 157,9 inscribuntur et *quaedam* -a, quod est genus quasi subsecivorum sive loca quae proximi quique vicini, id est qui ea contingunt, pascua (*excidit verbum aliquod velut* habent *sim.*). FRONTIN. grom. p. 15,6 ea -a multis locis in Italia communia appellantur. HYG. grom. p. 117,18 in his agris *divisis et assignatis* et subseciva sunt, et aliquando -a *eqs*. p. 120,16. lim. grom. p. 201,12 si qua -a aut silvae fundis concessae fuerint. p. 201,16 cum plus terrae ... superesset, proximis possessoribus datum est in commune nomine -orum. p. 202,2 -a fundi acceperunt. p. 202,3 *haec* in forma '-a publica Iuliensium' inscribi debent.

**compassibilis,** -e [*a* compati, compassus. *Th.*]. *i. qui simul pati potest*: TERT. adv. Prax. 29 p. 286,9 si impassibilis *est* pater, utique et incompassibilis; aut si -is utique passibilis. 29 p. 286,11 times dicere passibilem quem dicis -em. PHOEBAD. c. Arrian. 19 cur maluerint -em Christum quam ... passibilem confiteri (*cf. p. 2024, 36. 50 sqq.*).

*adv.* **compassibiliter:** EPIST. pontif. 243 (Ps. Damas.) praef. Migne 23,425[A] eadem vos cum apostolo -r dicere *eqs*.

*deriv.*: incompassibilis.

***compassio,** -ōnis *f. a* compati. GRAMM. suppl. p. 181,33



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

a 'patior' mutatur perpetior, manet compatior; sic itaque conspar-sio sicut -o et dispersio ... sicut perpessio. *legitur pluralis*: HEGES. 5, 53 l. 158 ORIBAS. syn. 7, 22 (*v. infra l. 66*) NOVELL. Iust. 6, 8. PRISC. gramm. II 550, 5 -em quam Graeci *συμπάθειαν* vocant. *legitur inde a* TERT.

**1** *i. q. actus compatiendi, passio simultanea*: **a** *sensu strictiore*: TERT. resurr. 40 p. 84, 18 quod pro -e *carnis* promittitur. HIL. in Matth. 15, 8 in ieiuniis ... demorantes quadam domino -is societate iunguntur. syn. 79 duos esse, qui passi sunt: id enim -o testatur. AMBR. Cain et Ab. 2, 9, 36 nostris infusa visceribus *anima* -e corporis huius ingemuit (*sim.*: incarn. 4, 24 si credas susceptionem corporis, adiungas divinitati -em. OP. imperf. in Matth. 13 p. 702 *deus* filium suum per ... humanae -is opprobria traducit.) AMBR. hex. 6, 9, 61 (*de cerebro*) quod ... molle, ad -em aptius est. in psalm. 118 serm. 8, 13 ubi hereditas Christi est, ibi debeat esse -o. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 144 alium *furorem* ex alienatione mentis et corporis -e. GREG. M. in Ezech. 1, 7, 3 ab eo (*i. Paulo*) discipuli in -is causa divisi. epist. 5, 43 neque ... nostri maeroris sordes mundabitis, nisi ipsi quoque per -em manum ... inquinetis. moral. 11, 38 peccata hominum sine -e discutere. *adde*: AMBR. bon. mort. 6, 25 modulator compatitur organo suo: et ideo honesta modulare, ut sit honesta -o. *nota de rebus inanimis*: TERT. resurr. 3 p. 29, 24 -o sententiarum. AMBR. Abr. 2, 3, 9 quaedam stellis ad terrena -o est. *ibid.* quorum aegrescit -e. hex. 2, 1, 1 (*de mundo*) quae discreta natura sunt ... velut individua -e nectantur. PRISC. gramm. II 550, 5 omne ... nomen ... vel genetivum sequitur casum vel dativum figurate per -em.
**b** *sensu latiore fere i. q. miseratio, misericordia*: TERT. pudic. 3. HIL. in psalm. 56, 7 per -is fidem. AMBR. paenit. 1, 1, 2 contemptui se, non -i medico suo putet futurum. 1, 15, 81 virilis misericordiae aut -is. HEGES. 3, 2 l. 65 quadam misericordiae -e (HIER. epist. 112, 12 quae ibi dicuntur -e misericordiae, non simulatione fallaciae. PASS. Petr. 6). HEGES. 5, 53 l. 158 vincamus -es parentum, affectus necessitudinum. HIER. epist. 128, 4 Moyses -is loquebatur affectu (PS. RVFIN. in Am. 6, 3—6 nullum Iuda misericordiae, nullum -is sensit affectum). PELAG. in I Cor. 12 p. 756$^{C}$ -em et congratulationem in contraria permutamus. RVFIN. Basil. reg. 46 non ira erga eum moveatur, sed miseratione et -e. PS. RVFIN. in Am. 6, 3—6 -em ... quam in pectoribus ... noverat solere cooriri. PAVL. NOL epist. 13, 1 munimentum animae dimicanti fraterna -o ferat. 15, 1 in cubili -is (*opp.* lectum doloris). AVG. in psalm. 122, 1 -e caritatis. serm. 280, 6 sequamur martyres, si non passione, -e. PS. AVG. serm. 105, 4. HESYCH. in lev. 16, 2 p. 984$^{B}$ -em salutarem. PETR. CHRYS. serm. 3 p. 192$^{A}$. 124 p. 541$^{C}$ dives sumeret ... caeleste de terrena -e consortium. POMER. 2, 5, 2 pia animi -e (GREG. M. epist. 4, 1 eorum necessitatibus pia -e concurrere). FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 30 ibi est ... unitas -is, ubi est unitas naturalis. *ibid.* ad huius nos gratiam -is hortatur. MVTIAN. Chrysost. hom. 4, 5 in ipsa -e, in dolore philosophantem (*ibid.* sine -e philosophantem). VEN. FORT. carm. 5, 6, 1. GREG. M. epist. 8, 15 sacerdotali eum -e debeas adiuvare. in Ezech. 1, 11, 2 moral. 3, 24. THEOD. MOPS. in II Tim. 2, 12 quae *lucra* ex -e solent acquiri. DIONYS. EXIG. Procl. or. 13 amans misereri ea, quae -is sunt, ... publicans. FACVND. defens. 2, 4 p. 573$^{C}$ -o ... aciem oculorum obtundit. 11, 6 p. 815$^{C}$ nec humanam -em ... denegemus. *inde fere i. q. studium, benevolentia*: NOVELL. Iust. 6, 8 propter aliquas ... -es (*προσπαθείας*) aut beneficia. *indicatur cui (rei vel homini) compatiatur: genetivo obiectivo*: AVG. civ. 9, 5 quid est ... misericordia nisi alienae miseriae quaedam in nostro corde -o. *ibid.* miseris sine miseriae -e subveniant. serm. 264, 3 -e humanitatis. PS. AVG. serm. 81, 1 -em humanae fragilitatis. GREG. M. moral. 1, 40 cogitationes nostras ad infirmitatis fraternae -em flectimus. *praepositionibus*: HESYCH. in lev. 23, 14—21 p. 1185$^{C}$ eam quam circa nos habet -em. AVG. serm. 264, 3 imitari filium dei per -em cum parvulis. ORIG. in Matth. 18, 72 volens eis ostendere suam -em in suis. PASS. Theclae epit. I p. 142, 24 quae habuit in me, ancilla tua, -em. VRAN. epist. 9 p. 864$^{B}$ habuit ... -em pro infirmis.

**2** *idem fere q. passio*: ORIBAS. syn. 7, 22 *unguentum* faciens ad omnes nervorum -es et luxationes.

*syn.*: miseratio, misericordia. *opp.*: congratulatio, contemptus.

**compassīvus**, -a, -um *a* compati. *i. q. compatiens*: EPIST. pontif. 634 Thiel (Gelas. 13, 1) monstres ... qualem habeas in -o corde caritatem.

**compassor**, -ōris *m. a* compati. *i. qui compatitur*: PAVL. NOL. epist. 34, 7 patrem orphanorum, vindicem viduarum et -em pauperum deum.

**compassum**, -ī *n. a* com *et* passum, pandere. *i. q. consparsum*: PLIN. VAL. 1, 37 (*de fabricatione dentifricii*) quarum *lucernarum* foramina claudes de -o hordeaceo.

**compāstio**, -ōnis *f. a* compascere, *cf.* pastio. *i. q. compascuum*: HESYCH. in lev. 11, 20—22 p. 912$^{A}$ (*in imag.*) abutuntur ... -e praedicationis pro suis voluptatibus.

**compāstor**, -ōris *m. a* compascere, *cf.* pastor. *i. qui simul pascit* (GLOSS. II 446, 56 *συννομεύς*). *proprie*: HYG. fab. 187 p. 119, 4 *pastor* cum in casam tulisset *infantem*, alter -r rogavit *eqs.* *translate i. q. consacerdos*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 116 Engelbr. habetis iam nos pastores et -es (*cf. ibid.* grex Christi).

*deriv.*: compastoralis.

**compāstōrālis**, -e *a* compastor, *cf.* pastoralis. *i. q. ad compastorem pertinens*: EVGIPP. exc. Aug. praef. p. 2, 11 vicarii illius, cui pascendas oves dominus ore proprio commendavit, -is officii socium ... dilexerunt.

**compater**, -tris *m. a* com *et* pater. **1** *i. qui per baptismum quasi alter pater factus est*: CONC. Leud. a. 663—680 p. 221, 6 -es nullus eorum (*i. abbatum vel monachorum*) audeat habere (*cf. p. 1822, 20 sqq.*). **2** *fort. i. qui simul parens est, coniunx?*: CORP. III 2027 Fl. Caroso veterano Attigia Vrsa(c)ia -i benignissimo. 3990 qu(a)o vixit cum compatre suo Romano annis XXXVIII (*ad* compar *utrumque locum spectare bene coniecit Skutsch*).

**compatiēns** *v. p. 2025, 75.*

**compatientia**, -ae *f. a* compati. *i. q. miseratio, misericordia*: THEOD. PRISC. log. 47 *epilempticis* difficile pro causae magnitudine et pro ipsius professionis -a adiutoria ... non negantur. RVRIC. epist. 2, 60 nostram patientiam per iniuriam et vestram erga nos caritatem per -am comprobarent.

? **1. compatio**, -ōnis *f.*: MAR. VICTORIN. ad Iust. 5 -bus fidem largiens consecutum te credis per imaginum umbras veritatem (*an leg.* companiouibus? *cf. etiam* compastio).

**2. compatio**, -āre *v. l. 25.*

**compatior**, -passus sum, -patī *a* com *et* pati. *activum* compatio: PS. QVINT. decl. exc. Monac. 6 p. 362, 23 -avi filio iam defuncto. *deponens legitur ap. eundem et inde ab* ITALA *et* TERT. GRAMM. suppl. 181, 33 a patior mutatur perpetior, manet -or. PS. PRIMAS. in Hebr. p. 713$^{B}$ -i: ... condolere. GLOSS. *συμπάσχω*. -itur *συμπάσχει*. V 446, 65 -imur perpetimur, compatiscimur.

**I** *i. q. simul pati; cf.* TERT. adv. Prax. 29 p. 286, 8 quid est ...-i quam cum alio pati? **A** *sensu strictiore*: **1** *absolute*: TERT. anim. 18 p. 329, 1 cum dementit homo, anima dementit ... -ente tunc animo (*cf.* HIER. adv. Iovin. 2, 8 tactus *corporum* depingat sibi ... voluptates et ... cogat animam -i). adv. Prax. 29 p. 286, 7 si filius *dei* ... patitur, pater vero -itur (p. 286, 14 quo modo filius passus et, si non -ssus est et pater). resurr. 40 p. 84, 17 per carnem -imur. ITALA (codd. d g; Tert. resurr. 40 p. 84, 13 scorp. 13 Paul. Nol. epist. 31, 2) *et* VVLG. Rom. 8, 17 -imur (*συνπάσχομεν*), ut et conglorificemur (*sc. c. Christo. cf.* TERT. resurr. 40 p. 85, 2). ITALA (codd. d g *al.* Hier. adv. Pelag. 1, 18 Aug. epist. 84, 1 *et saepius*) *et* VVLG. I Cor. 12, 26 (*etiam Fuld.*) si quid patitur unum membrum, -untur omnia membra (ORIG. in Matth. 14, 1). PS. SORAN. quaest. med. 201 *lethargus fit* de nimio tumore meningae aut patiente capite aut -ente (*sim.*: THEOD. PRISC. log. 30 cervicis ... impatienti dolore -entis. 76 omni corpore -ente. CAEL. AVR. chron. 5, 3, 58 consentientibus vel -entibus clunibus. CASS. FEL. 46 p. 116, 10 ex renibus ... et vesica -ente efficitur *passio*. 52 p. 136, 3 increscente *podagra* ... articuli -untur). HIL. in Matth. 10, 25 in qua *cruce* -imur, commorimur, consepelimur. 33, 4 crucem accipere et -i. syn. 79 passum quidem sciebant *filium dei*, ...-ssum quando cognoverunt? (PS. HIL. libell. 6 homo parto corpore, deus in potestate ... ut humanus -batur *Christus. cf.* PHOEBAD. c. Arrian. 19 filium dei hominem de Maria suscepisse per quem -ssus est). AMBR. Abr. 2, 3, 9 qui -itur non etiam imperatorium ius ... possit habere. PS. RVFIN. in Os. 13, 14—15 quod debuerunt -i, maluerunt gloriari. PAVL. NOL. carm. 15, 189 cui iam sociatus ... Christus -itur. epist. 43, 2 tribulationem ... cruciatu viscerum animique -ens sustinerem. *adde*: AMBR. bon. mort. 7, 27 modulator in modulis suis ... organi voce gestu affectuque -itur, in tristibus sonis tristior *eqs.* **2** *indicatur cum quo patiatur aliquis*: cum: HIL. in Matth. 20, 9 *dominus* ait, martyrio ... eos secum -i posse. AMBROSIAST. in II Cor. 1, 7 cum suo magistro. PROSP. in psalm. 101, 2 pietas capitis cum omni corporis portione. PASS. Mar. Iac. 11 p. 60, 7 alterum ex geminis ... cum matre -ssis. *dativo*: *homini vel rei corporeae*: TERT. adv. Prax. 29 p. 286, 4 nec -ssus est pater filio (MAR. VICTORIN. adv. Arrium 2, 3). anim. 5 animam -i corpori ... et corpus animae (AMBR. Abr. 1, 2, 4 RVSTIC. c. aceph. p. 1191$^{B}$. *cf.* AMBR. in psalm. 61, 6 anima carni -itur et animae caro). AMBR. bon. mort. 6, 25 modulator -itur organo suo (*cf. supra l. 58*). PAVL. NOL. epist. 5, 9 -i sibi unius corporis membra (*cf.* AVG. serm. 31, 2, 3 caput nostrum infirmioribus suis membris -ssum est. 35, 1 aegro membro -antur et cetera. RVRIC. epist. 2, 34 minus membrum maiori in dolore -itur. *cf. supra l. 41 sq. sim.*: VINDIC. med. 24 matrici -i mammas. CAEL. AVR. acut. 2, 16, 98 -entibus *ὑπεζωκότι* membranae vicinis ... partibus). AVG. serm. 274 martyri. CASSIAN. c. Nest. 6, 22, 1 homini deus (FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 18. *cf.* ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 16, 36 *deus* suscepto corpori ... -ens. FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 9 deum carni fuisse -ssum. 3, 11. 17. 18 aliud est ... in carne passum deum dicere, aliud carni praedicare -ssum). LEO M. serm. 45, 4 ei, qui pro omnibus passus est, parata sis -i. 63, 6 ipse est, cui ... martyrum fortitudo ... -itur. PS. PROSP. carm. de prov. 821 multa malis insontes -untur. ALC. AVIT. carm. 3, 423 tibi -sso miserans succurre latroni. c. Eutych. 2 p. 25, 29. *rei incorporeae*: AMBR. hex. 4, 7, 29 defectui eius (*lunae*) -untur elementa et processu eius ... cumulantur. in II Cor. 2, 1 -untur ... omnia membra unius maerori. PAVL. NOL.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epist. 15,11 aegritudini nostrae ... socio labore -ssus est (THEOD. PRISC. log. 12 inguina ... -entia aegritudini). CASSIAN. conl. 16, 22, 2 *interior homo* -ens exterioris hominis passioni (VINDIC. med. 33 haec [ἱερὰ νόσος] fit epilempsia -ente sibi bulimi passione. IORD. Get. 50, 261 fiunt ... membra diversa nec quae unius passioni -rentur).

**B** *sensu latiore i. q. malis alterius mente affligi; fere i. q. misereri*: GLOSS. misereor. **1** *absolute*: AMBROSIAST. in II Cor. 9, 20 medicus spiritalis ... confovet illa *vulnera* et -itur (RVFIN. Orig. in psalm. 37 hom. 2, 6 qui *medicus* condolendi et -endi noverit disciplinam). AMBR. off. 3, 22, 128 iuvemus *amicos* consilio, ... -amur affectu (PS. AVG. serm. 105, 5 quicquid mali alius pertulerit, caritatis affectu -amur. *cf.* PELAG. in Col. 4 p. 862$^{A}$ concaptivus: simul vinctus erat sive -batur caritatis affectu). *adde*: HIER. in Is. 5, 26 p. 88 propheta -entis affectu se iungit populo (in Ier. 9, 17 p. 744 *se* iungit deus -entis affectu sive propheta. epist. 67, 6 non mentientis astu, sed -entis affectu. AVG. epist. 40, 6 misericorditer subveniendum esse ... -entis affectu. FAVST. REI. epist. 3 p. 171, 10 nihil sensit patientis sensu, sed sensit -entis affectu. p. 172, 3 -entis ostendere affectum. *sim.* RVFIN. Orig. in num. 11, 9 affectum miserendi et -endi). HEGES. 1, 42, 9 venit ad eum (*aegrum*) ... et sedulo -batur. 5, 18, 3 miserebantur Romani, ... -batur hostis. RVFIN. Orig. in lev. 16, 2 p. 565$^{A}$. Greg. Naz. orat. 6, 2, 3 Engelbr. condolens et -ens. 7, 4, 2 ut et nos invicem -amur (CASSIOD. hist. 1, 13 -amur aut congaudeamus ad invicem). PAVL. NOL. epist. 18, 3 in infirmitate ... nostra contribulatus et -ssus est. 23, 5 -entem animum (POMER. 3, 23, 2 quadam pietate -entis animi). AVG. conf. 13, 17, 21 -imur ad subveniendum indigentibus. epist. 99, 2 alii ferendo patiuntur, alii cognoscendo -untur. in Iob p. 520, 17 insultabant potius quam -bantur. SVLP. SEV. dial. 3, 18, 2 dices ... illi -entis alloquio, non exprobrantis elogio. AVELL. p. 41, 4 non tam -i quam exulcerare videamur *dolorem*. MVTIAN. Chrysost. hom. 5 p. 2 passus multa novit -i. GREG. M. moral. 9, 42 vota dominus non -ens distulit. in Ezech. 1, 10, 32 proximi aegritudinem conspiciens atque -ens non valet curare. **2** *indicatur cum quo patiatur aliquis, i. cuius misereatur: praepositione* cum: MAR. VICTORIN. in Phil. 4, 14 qui ... -itur cum altero, et subvenit altero. AVG. epist. 238, 24 mecum ... in his angustiis (serm. 131, 10, 10). PROSP. in psalm. 119 pr. virtus est -i cum infirmis. *dativo*: PS. QVINT. decl. exc. Monac. 8 p. 366, 21 aegrum occidit, cui potissimum -i debuit. VITA Cypr. 18 *populus* episcopo suo ... publicata voce -ssus est. HEGES 3, 3, 4 subvenire laborantibus, fessis -i. PELAG. in II Thess. 1 p. 871$^{B}$. VVLG. Iob 30, 25 -batur anima mea pauperi. Hebr. 10, 34 vinctis (*συνεπαθήσατε*). RVFIN. hist. 6, 3, 4 affectu eis (*reis*) ac mente. Greg. Naz. orat. 4, 7 Engelbr. fratribus in spiritu mansuetudinis. 7, 6, 1 infirmis -i et valentibus collaetari (*cf.* PAVL. NOL. epist. 46, 1 sicut anxiis -imur, ita congaudemus hilaratis). PAVL. NOL. epist. 13, 1 flere cum flentibus vicissimque nobis -i. AVG. conf. 3, 2, 2 cum ipse patitur miseria, cum aliis -itur misericordia dici solet. c. Iul. 4, 16, 83 in iis, quae non pateris, -ere patientibus (LEO M. epist. 117, 4 Aetio in suo maerore). epist. 175, 4 pastoralibus nobis -atur visceribus. op. monach. 5, 6 more misericordiae suae infirmioribus -itur. 11, 12. 16, 19 serm. 30, 3, 4. 46, 1, 2 -entes nobis oretis pro nobis. 47, 16, 29. 81, 9 patientibus. 259, 3. BACHIAR. repar. laps. 7 ei, qui mortuus iacet. CASSIAN. conl. 2, 13, 10 laborantibus. LEO M. serm. 44, 2 aliis ... miseria laborantibus caritate -itur. AVELL. p. 98, 21 gregis nostri membro. CLAVD. MAM. anim. p. 36, 23. BOETH. anal. pr. 2, 28 sibi invicem (*cf. supra l. 22*). PASS. Theclae B 31 p. 86, 17. PASS. Petr. Paul. long. 62 oves ... -untur mihi. *adde*: GREG. M. in euang. 2, 6 vocibus nostrae caecitatis -endo misertus est. **3** *indicatur res, cui compatiatur: praepositione* cum: POMER. 1, 27 cum piis gemitibus vestris ... sum cordis affectione -ssus. *dativo*: AMBR. off. 2, 28, 136 hoc maximum incentivum misericordiae, ut -amur alienis calamitatibus. 3, 22, 130 cuius aerumnis -i ... vos oportebat. epist. 56, 1 nostro ... dolori. HIER. in Gal. 6, 1 p. 519 vulneribus negatoris. *ibid.* -i et condolere infirmitatibus nostris (VVLG. Hebr. 4, 15 [*συνπαθῆσαι*]. PAVL. NOL. epist. 36, 2. AVG. serm. 264, 3 infirmitati infirmorum. POMER. 2, 5, 1. GREG. M. moral. 1, 40 BENED. reg. 27). PAVL. NOL. epist. 35 paterna affectione -ens huic nostro dolori (GREG. M. dial. 2, 1 p. 128$^{B}$). CASSIAN. conl. 2, 5, 5 eius -bantur exitio. 2, 13, 7 fragilitati iuniorum. LEO M. epist. 154 laboribus *tuis* ... toto corde. RVRIC. epist. 2, 3 tam acerbo casui vestro ex toto corde. GREG. M. in Ezech. 2, 7, 7 qui -i eius (*proximi*) tribulationibus dissimulat (*ibid.* misereri).

**II** *fort. debilitata vi praepositionis idem q. pati?* EDICT. imp. Hadr. Vlp. coll. Mos. 13, 3, 2 possunt in tempus, ut cuiusque -itur (patitur *Huschke ex* CALL. dig. 47, 21, 2) aetas, relegari.

*part. praes.* **compatiēns,** -ntis *pro adi.: fere i. q. misericors*: VVLG. I Petr. 3, 8 omnes unanimes, -es (*συμπαθεῖς*) ..., misericordes (HEGES. 1, 40, 10 -i atque unanimo *Archelao*. CASSIOD. compl. in I Petr. 3, 1). PS. RVFIN. in Am. 4, 12—13 per -em misericordiam. SORAN. p. 5, 12 *melior obstetrix est quae* non iracunda nec turbulenta, -s, solida *est*. AVG. catheg. rud. 12, 17 animi -is affectus. *nota c. dativo*: RVRIC. epist. 2, 22 qui estis laboribus nostris ... -es. GREG. M. in Ezech. 1, 11, 27 tribulationi illius -s non est.

*syn.*: condolere, consentire, misereri. *opp.*: congaudere, collaetari.

*deriv.*: compassibilis, compassivus. compassio, compassor. compatientia, compatisci.

**compatīscor,** -ī *a* compati. GLOSS. V 446, 65 compatimur perpetimur, conpatiscimur.

**compatrēlis** *v. infra l. 26.* **compatria** *v. l. 9.*

**compatriōta,** -ae *c. a* com *et* patriota. GLOSS. concivis, conprovincialis. *συμπολίτης*. CORP. VI 7658 Crispo provocatori -ae ⟨dede⟩runt. XI 3541 M. Valerius Maximus dominus et T. Flabius Capito conpatr(i)ota. *adde*: GLOSS. II 110, 50 conpatri⟨ot⟩a (*an recte* compatria*?*) *συμπατριώτης*. *deriv.*: compatrioticus.

**compatriōticus,** -a, -um *a* compatriota. VITA Caes. Arel. 1, 29 in traditionem civitatis adversariis personam -am (*i. compatriotam*) noctu destinasset antistes.

**compatrōnus,** -ī *m. a* com *et* patronus. *i. qui cum altero manumissor servi est, patronus servi communis*: VLP. dig. 26, 4, 3, 5 si ab hostibus fuerit captus *aliquis ex patronis*, interim soli -i tutores sunt. 26, 4, 5, 4 poterit per -um damno affici, qui solus rem pupilli male administrat. 38, 5, 1, 5 adversus -um ... Faviana non competit. *ibid.* partem faciet -o quemadmodum legatarius patronus facit.

**compatruēlis,** -is *a* com *et* patruelis, *cf.* consobrinus *sim. idem fere q. patruelis*: AVG. in euang. Ioh. 10, 2 fratres ... scriptura nostra non eos solos appellare consuevit, qui nascuntur ex eodem viro et femina ... aut certe ex eodem gradu, velut -es aut consobrinos. CORP. VIII 2784 Q. Aelius Lucanus M. l. -i carissimo. INSCR. Bull. de la société archéol. Bulgare I (1910) p. 118 Cl. Atius Montanus frater conpatrel(is) (conpatrep *legit editor, huc pertinere vidit Skutsch*). *Wulff.*

**compavēsco,** -ere *a* com *et* pavescere. *idem q. pavere, pavescere*: GELL. 1, 23, 9 hoc ubi illa audivit, animus -it (MACR. sat. 1, 6, 22 animo -it [*de eadem re*]).

**compavio,** -ītum, -īre [*a* com *et* pavire. *Th.*]. *idem fere q. pavire, mulcare, ferire*: APVL. met. 7, 21 misera illa *femina* (*paene stuprata*) -ita atque dirupta ipsa quidem cruciabilem cladem sustinuisset, *nisi eqs.*

**compauper,** -ris *adi. a* com *et* pauper (*cf. συνταλαίπωρος sim.*). *qui una (cum altero) pauper est, socius in paupertate miseriaque; cf.* SCHOL. Hor. gloss. Γ sat. 1, 8, 9 'conservus' pro -er. AVG. epist. 809, 1 si pauperum -es sumus. serm. 14, 2 o -es mei. 339, 3 pascendos habemus -es nostros. POSSID. vita Aug. 23 -um vero semper memor erat. GREG. TVR. glor. mart. 44 quid putas, o -er (*antea*: unum de egenis ... ad alium).

[**compē**]. CAEL. AVR. acut. exc. 11 p. 705 febris cum gravedine pectoris et sensus, quae graece compen (*?*) dicuntur, in dorso et in lateribus. campen (*καμπή*) *coni. Probst*, copen (*κοπή*) *Lommatzsch; an conferendum c.* compa (*i. q. salebra*)*? v. p. 1996, 18.*

**compeccātor,** -ōris *m. cf. c.* compeccare *et c.* peccator. HIER. epist. 112, 5 (= AVG. epist. 75, 5) cum monachis, id est cum -bus meis.

**compecco,** -āvī, -āre *a* com *et* peccare. *una peccare: absolute*: TERT. idol. 14 ut, quoniam necesse est et convivere nos et commisceri cum peccatoribus, idem et -are possimus. *alicui*: CAEL. AVR. acut. 2, 12, 84 his etiam -vit Themison libris, quos periodicos dixit. chron. 3, 1, 12 eisdem. *Mbr.*

**compecīscor, compectō,** -um, -us *v.* compaciscor.

**compēdagōgīta** *v.* compaed-. **compedēs** *v.* compes.

**×compedio,** -īvī, -ītum, -īre [*utrum a* 1. compes *ductum sit an* 1. compes *a* -ire *difficile est iudicatu. verba* -ire, impedire, praepedire, expedire *et substantivum* pedica *a* pes *duci potuisse docent συμποδίζειν, ἐμποδίζειν et* manica. *sed extiterunt perantiqua verba eiusdem stirpis, quae 'vinculum' vel 'vinculo comprehendere' significabant, cf. gr. πέδη, theodisc.* fezzera *anglosax.* feter *'vinculum, pedica', ind.* pibdanáh *'stabilis', lat.* pedum, *fortasse a nomine pedis tracta, nisi* pes *ab alligando dictus erat. v. Pott, Etymol. Forsch. IV 515 sqq. Th.*]. *part. perf. pass.* -itus *legitur apud* PLAVT. CATONEM SEN. dial. 9, 10, 1 PETRON., *dein saep. inde ab* ITALA MIN. FEL. VLP., *verbi finiti has formas legi*: -o: VARRO Men. 180. -unt: HIER. in Zach. 3, 13 p. 908. -untur: GILD. Brit. 41 chron. III p. 51, 4. -ebat: HIER. tract. in psalm. I p. 112, 17. -vit: AVG. serm. ed. Mai 97, 5 in psalm. 77, 31. -ire: AVG. epist. 166, 12. -iri: AVG. epist. 103, 47. HIER. epist. 140, 16 *πεπεδημένους* -itos significat. in Zach. 3, 13 p. 908 *συμποδιοῦσιν* ... id est -unt. AVG. in psalm. 77, 31 in graecis codicibus non *ἐνεπόδισεν*, quod est impedivit, sed *συνεπόδισεν* legimus, quod est potius -vit. GLOSS. -itus *πεπεδημένος. διεφθαρμένος, πεπεδημένος.* [V 627, 33 eruditus *v. p. 2027, 34 sq.*]

*i. q. compedibus vincire*: **1** *aliquem*: **a** *proprie*: PLAVT. Capt. 944 in lapicidinas -itum condidi *servum* (Men. 85 -iti anum lima praeterunt *servi*. VLP. dig. 4, 3, 7, 7 si -itum servum meum ut fugeret solveris [INST. Iust. 4, 3, 16]. 47, 10, 15, 44 si -itus *servus* vel male notus *est*. AVG. in psalm. 99, 7 noli timere, serve -ite. MACR. sat. 1, 11, 19 servus -itus fugientem persecutus est. *cf.* LACT. inst. 7, 1, 19 catenati et -iti serviunt. AVG. agon. 7, 7 iustus liberaliter servit, iniustus autem -itus servit). PLAVT. frg. inc. 22 ulcerosam, -itam, subverbustam, sordidam. SEN. dial. 9, 10, 1 -itos primo aegre ferre onera et impedimenta crurum. ITALA Iob 36, 8 (Aug. *ad l.* p. 588, 14) qui -iti sunt compedibus (*πεπεδημένοι*, VVLG. fuerint in catenis).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ITALA (Pacian. bapt. 7) *et* VVLG. psalm. 145, 7 dominus solvit -itos (PS. AMBR. laps. virg. 10, 50 HIER. epist. 4, 2, 2 *et saepius.* CASSIOD. in psalm. 118, 119 *lex est* quae -itos solvit. ORIG. in Matth. 18, 115. *adde p. 2026, 77*). HIER. tract. in psalm. I p. 67, 27 *sq.* apostolus, quando in carcere erat, -itus erat, apostoli omnes ... -iti erant, omnes martyres -iti erant. VVLG. psalm. 78, 11 introeat in conspectu tuo (*i. dei*) gemitus -itorum (*πεπεδημένων*. 101, 21 HIER. tract. p. 384, 16 AVG. conf. 3, 8, 16 epist. 188, 11 PROSP. in psalm. 101, 23 *saepius. cf.* AVG. in psalm. 76, 10 exaudiat vocem -itorum). VVLG. Dan. 3, 91 tres viros misimus in medium ignis -itos (*πεπεδημένους*). sap. 17, 2 vinculis tenebrarum ... -iti (*δέσμιοι*). RVFIN. Orig. in Iud. 2, 3 peccatis suis astricti velut -iti tenebantur. AVG. serm. 264, 4 consolandum aliquem in carcere -itum. in psalm. 101 serm. 2, 2 catenati potius quam -iti. PAVL. NOL. carm. 24, 907 hi ... humi manebunt -iti nec suis sese explicabunt vinculis. LIB. gener. chron. I p. 126, 292 hunc ducit ad eum -itum Nabuchodonosor. GREG. TVR. Mart. 4, 39 disruptis vinculis -itorum. LEX Visig. 7, 4, 3 *si* carcerarius aut custos eos, quos -itos habuit, laxare praesumpserit. *in imaginibus*: AVG. c. Faust. 15, 7 p. 431, 10 illum deum tum ubique -itum et tanta suorum turpitudine ... indigentem (EVOD. fid. 23 deum vestrum illic tam turpiter -itum). in psalm. 144, 6 si laudamus *opera domini* -iti (*cf. ibid.* in hac mortalitate), quomodo laudabimus coronati? (*cf.* PROSP. in psalm. 144, 4 si nunc hoc faciunt -iti, quomodo non amplius facient coronati). PROSP. in psalm. 145, 7—9 -itorum absolutio, qui mortalitatis compedes ... evadent. POMER. 3, 12, 2 ad dolendum magis quam ad vivendum aeternis corporibus -itos. **b** *translate i. q. astringere vinculis invisibilibus*: ITALA psalm. 106, 10 (Aug. in psalm. 106, 10) -itos in mendacitate (*πεπεδημένους*, VVLG. vinctos). ZENO 2, 44, 3 mundanis voluptatibus -iti. PAVL. NOL. epist. 23, 13 -itus vinculis cupiditatum suarum. AVG. epist. 103, 47 times te rebus mortalibus -iri. 166, 12 *animas* carneis vinculis -ire. serm. ed. Mai 97, 5 -vit unicum blandimentis *Abraham.* GILD. Brit. 41 chron. III p. 51, 4 propriis scelerum suorum criniculis -untur. *nota*: ITALA psalm. 89, 12 (Hier. tract. in psalm. I p. 111, 29 Aug. in psalm. 89, 13) -itos corde in sapientia (*πεπαιδευμένους*, VVLG. eruditos; *cf.* HIER. tract. in psalm. I p. 112, 1 in quibusdam codicibus eruditos, in aliis dicitur -itos; aliud eruditos, aliud -itos significat. p. 112, 14 *sqq.* eos qui sapientiae habent compedes, hoc est qui -iti sunt in corde per sapientiam tuam .... ipsa sapientia quasi -bat *prophetas.* AVG. in psalm. 78, 15 possunt et illi intellegi -iti, qui praeceptis sapientiae colligati sunt. 89, 13 alii codices non habent -itos, sed eruditos. verbum enim graecum [*sc. πεπεδημένος et πεπαιδευμένος*] ita in utraque significatione similiter sonat, ut una syllaba differat). **2** *aliquid*: *proprie*: VARRO Men. 180 (*in imag.*) pedes corrigiis -o. MIN. FEL. 22, 5 Saturnus *pedibus* -itis. *translate*: HIER. adv. Rufin. 2, 10 -itam putes linguam eius. *adde*: CASSIOD. var. 6, 17, 1 negotia -ita (*i. intricata?*) solvamus.

*part. perf. pass. subst.* **compedītus**, -ī *m. i. q. servus* (*cf. p. 2026, 75 sqq.*): CATO agr. 56, 1 -is per hiemem panis p(ondo) IIII. 57, 1 -is, uti quicquid operis facient, pro portione addito *vinum.* PETRON. 39 in Virgine (*sidere*) *nascuntur* mulieres et fugitivi et -i. PETR. CHRYS. serm. 6 p. 203$^{B}$ *homo* erat vitiorum verbero, erat criminum -us.

?**1. compedo**, -āre, *si vere traditur, a* 1. compes, *cf.* compedire. GLOSS. II 400, 17 *πεδίζω.*

**2. compedo**, -ōnis *m. a* 1. compes, *cf.* compedus. *i. q. compes*: GLOSS. V 649, 43 conpedones non a (*trad.* nam) pedibus dicti (*cf. p. 2058, 80*).

**compedus**, -a, -um [*cf. c.* compedire. *Th.*]. *i. q. compediens*: VARRO Men. 385 lepusculi ... rete nexile, *ἄρκυας*, viscum fugarum (*Scal.*, fugai *all.*) lineamque -am. *Wulff.*

**compellātio**, -ōnis *f. a* compellare. *legitur inde a* RHET. Her. *et* CIC. **1** *i. q. allocutio*: RHET. Her. 4, 15, 22 exclamatio est, quae conficit significationem doloris ... per hominis ... aut rei ... -em. AVG. civ. 10, 29 quos potius in tua -e alloquor. PS. RVFIN. in Os. 1, 2 *sq.* in ipso -is exordio. SIDON. epist. 1, 11, 12 Paeonium -o Augusta praeteriit. ALC. AVIT. epist. 31 p. 62, 24 -is vestrae munera. SIGISM. Alc. Avit. epist. 94 p. 101, 11 Augustae -is affatus. p. 101, 15 pii oris -e. **2** *i. q. convicium, opprobrium*: CIC. Phil. 3, 17 nec sentit ... commendationem esse -em suam. epist. 12, 25, 2 cotidianas -es meas non tulit (*postea* convicio). GELL. 1, 5, 2 maledictis -busque probris (probrosis *codd. pler.*) iactatus est *Hortensius.* AMM. 17, 9, 3 miles ... Iulianum -bus incessebat et probris. 23, 2, 4. **3** *i. q. responsio*: GELL. 6, 3, 51 nihil ... hac -e dici potest ... gravius. **4** *i. q. nominatio, mentio*: GELL. 13, 25, 19 duplex ... eadem -o admonitionem facit instantiorem. PS. ASCON. Verr. p. 133 non solebant precari veniam veteres de eorum -e nuda, quos negotium tangeret.

**compellātor**, -ōris *m. a* compellare. *qui compellat, vituperat*: PORPH. Hor. sat. 2, 1, 22 necesse est ... timeant et oderint -em huiusmodi.

**1. compello**, -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* ap- inter-pellare. *Th.*]. CHAR. gramm. I 256, 16 quae *verba* ... diversas significationes mutatione litterae habent velut ... compello compellis compellas, compellere compellare; *sim.* PRISC. gramm. II 434, 28. 443, 18 PHOC. gramm. V 437, 23. DIFF. ed. Beck p. 38, 87 appellare est debitum reposcere vel alloqui, -are contra bonos mores aliquid torviter obicere vel nominare. *in codd. verbum interdum confunditur cum* compellere *cf.* GLOSS. -it alloquitur. -ere alloqui *et cf. l. 32. p. 2029, 16. 18.* NOT. Tir. 44, 29 conpellat. *verbum poetis adamatum legitur inde a* NAEVIO ENNIO PLAVTO, *singulis locis*: NAEV. LVCIL. RHET. Her. CATVLL. CVRT. PLIN. nat. SIL. STAT., *binis*: ENN. NEP. VAL. MAX. SEN. HOMER., *ternis*: HOR. LVCAN. VAL. FL. TAC., *quater*: OV., *saepius*: PLAVT. (*16$^{ies}$*) CIC. LIV. (*octonis locis*) VERG. (*11$^{ies}$*) APVL. met. (*5$^{ies}$*). [*corr.*: GLOSS. V 424, 53 -are fraudare (compilare *Götz*).]

**I** *i. q.* ***nominare, appellare, mentionem facere***: **A** *generatim*: **1** *aliquem*: NAEV. com. 100 Theodotum -as (appellas *coni. Bothe*). RHET. Her. 1, 14, 24 mimus quidam nominatim Accium poëtam -vit in scaena (*postea* nominari. TAC. ann. 4, 70. 16, 27). CATVLL. 64, 24 vos ego saepe meo vos carmine -bo. **2** *aliquid*: RVFIN. Orig. in Ios. 20, 1 nominibus quibusdam -atis, quae ne illi quidem, qui invocant, norant. *i. q. advocare, in usum vocare*: TERT. nat. 2, 12 p. 118, 9 nominis quoque testimonium -ant. test. anim. 1 te simplicem et rudem *animam* ... -o (*antea* advoco). **3** *seq. acc. c. inf.* (*fere i. q. declarare*): ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 16, 21 quem *filium dei* ... descendisse de caelo ... fides recta -at. **B** *speciatim*: **1** *i. q. nominare, i. nomen indere*: SEN. benef. 4, 7, 1 quotiens voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum nostrarum (*sc. deum*) -are. *add. ablat.*: GELL. 1, 5 lemm. Hortensius ... Dionysiae saltatriculae cognomento -atus est. RVFIN. Adamant. 1, 8 episcoporum nominibus (*antea* appellentur. EVCHER. instr. 1 p. 97, 10 dei. CLAVD. MAM. anim. p. 191, 15). *i. q. significare*: PROSP. in psalm. 112, 1 puerorum ... nomine non aetas infantium, sed animorum humilitas -atur. *cum nom. praed.*: RVFIN. hist. 3, 27, 6 competenter Ebionaei pro paupertate intelligentiae -ati sunt (*ὀνομάζεται*). FAVST. REI. epist. 3 p. 172, 24 servos amicos ac filios nominare ⟨et⟩ -are (compellere *cod.*) **2** *i q. reum facere, postulare, in iudicium vocare, accusare*: CIC. Att. 2, 2, 3 Nigidium minari in contione se iudicem, qui non affuerit, -urum. CAEL. Cic. epist. 8, 12, 3 -ari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant (*postea* postulandum). NEP. Alc. 4, 1 hoc crimine in contione ab inimicis -batur. LIV. 34, 2, 8 ne -atae *feminae* a consule viderentur. 43, 2, 11 fama erat prohiberi a patronis nobiles ac potentes -are. SVET. Iul. 17 Novium quaestorem *coniecit in carcerem*, quod -ari apud se maiorem potestatem passus esset. FRONTO p. 111, 17 (p. 137) N. qui (*Asclepiodotus*) oratione ista -etur. CORP. VI 10791 quisque hunc munimentum ... tradedisse voluerit, -bitur a pomtitices (*i. pontificibus*) poenae nomine ~~HS~~ XXX n. PSALT. Rom. 58, 13 de execratione et mendacio -antur (*διαγγελήσονται*, VVLG. annuntiabuntur) in ira consummationis.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sertationibus. AVG. c. Cresc. 3,18 dolore. SVLP. SEV. chron. 1,1,1 lectione. PS. MAR. MERC. Nest. epist. 2,1 responsum (COD. Iust. 6, 58, 13,1). MACR. somn. 1,19,15 assertio. EPIST. pontif. 381 (Coelestin.) Migne 50,531[B] indiculo. COD. Iust. 6, 60, 4 pr. (*a. 468*) lege. BOETH. Porph. isag. p. 25 -am tibi traditionem faciens temptabo breviter ... ea quae ab antiquis dicta sunt aggredi. *cf.* in Porph. comm. sec. 1, 5 p. 149 *ad l.* neque enim esset -a nisi totum opus brevitate constringeret. PRISC. gramm. II 2, 23 scripta. CASSIOD. in psalm. 118,73 sensibus. inst. div. praef. p. 1107[A] litterarum -a notitia. COD. Iust. 1,17,1,13 per siglorum captiones et -a aenigmata ... codicis textum conscribi. 1,17,2,7(13) bonorum possessionis multitudinem in -um et manifestissimum ordinem concludentes. 2, 58, 2, 8[a] constitutio. 5, 70, 7, 4 remedio (7, 17, 2 pr.). 7, 40, 1, 1[c] sanctionibus. INST. Iust. 3, 7, 3 tractatu. PS. PRIMAS. in I Cor. p. 525[A] labore. FACVND. defens. 12,1 p. 824 ratione. *nota de persona, additur abl. instr.*: DON. Ter. Phorm. 224 consilio et oratione -us est. **2** *praevalet notio acceleratus, celer*: PANEG. 10,18 -am victoriam praestiterunt *gentes*. AMBR. hex. 5, 12, 38 est . . . bonus viator, qui dispendium regressionis reliqui itineris -a celeritate compenset. PRVD. perist. 2, 335 mortis citae -us exitus. THEOD. PRISC. log. 29 adiutoria. VINDIC. med. 12 de septemmensium causa nascendi ...-am foetus perfectionem fieri. OROS. hist. 2, 4, 9 -a tergeminorum congressione. FAVST. REI. serm. 12 p. 268 *anima* -a transactione peccatorum suorum putridines curare dissimulat. CASSIOD. var. 12, 26, 1 frequenter utilitas publica -a pietate servatur. COD. Iust. 3, 34, 13 usumfructum ... sustinere -um interitum. 7, 31, 1, 4 usucapionum -a ... iactura. ISID. orig. 5, 27, 35 gladius ... -a morte vitam finire novit.

*syn. et iuxta posita: ad I*: PS. RVFIN. in Os. 1, 2*sq.* p. 965 tutius (AVG. quant. anim. 7, 11 tit.) et ... accommodatius. *ad II A*: SCHOL. Ter. p. 110, 6 rectior. *ad II B 1*: ZENO 2, 2 vera. COD. Iust. 1, 17, 2, 7 (13) manifestissimum. 2, 58, 2, 8[a] dilucida (5, 70, 7, 4). 6, 60, 4 pr. liquida. 7, 40, 1, 1[c] clarioribus. FACVND. defens. 12, 1 p. 824[D] secura. *opp.: ad I*: COLVM. 1, 4, 5 damnosum. *ad II A*: AMM. 30, 1, 12 maeandri et gyri. *ad II B 1*: PRISC. gramm. II 2, 23 spatiosa.

*subst. compar.* **compendiōsius** *v. p. 2036, 69.*

*adv.* **compendiōsē** (GRAMM. suppl. 55, 15 *inter adverbia in e litteram exeuntia*). *compar.* -ius *saepius*. *translate*: **1** *de tempore et ratione, i. q. breviter, strictim, clare, sine ambage. cum verbis dicendi et declarandi*: IREN. praef. 2 -e et manifeste ostendemus. SERV. Aen. 6, 379 -e et pestilentiam ortam et petitum significavit oraculum. 6, 540 'ambas' -ius quam si duas diceret. 7, 661 -e mortalem dixit (RVFIN. Orig. in Rom. 5, 10 MACR. gramm. V 641, 8 EPIST. pontif. Thiel Gelas. tract. 3, 22. 25 AVELL. p. 283, 28 CASSIOD. gramm. VII 143, 11 ORIBAS. syn. 5, 43 THEOD. MOPS. in Eph. praef.). RVFIN. Orig. in exod. 4, 1 continentiam totius historiae -ius recensebimus. PS. RVFIN. in Os. 9, 8 locus ... potest -ius explicari. PS. AVG. categ. 1 ornamentorum diversos lapides -e *orationis vis* vocavit gemmas. THEOD. PRISC. log. 101 dysentericorum ... adiutoria ... -e percurram. 108 designabo. 114 digessi (116). SIDON. epist. 7, 10 (11), 2 praesentaneo . . . intimare memoratu. FACVND. defens. 3, 5 p. 599[A] respondeo (ISID. epist. 7, 1). fid. p. 867[C] rationem sibi reddi flagitant. *de actione*: CASSIOD. var. 8, 29, 1 quod proprio sumptu decuit *vos* aggredi -e vobis constat offerri. **2** *i. q. celeriter*: THEOD. PRISC. eup. faen. 65 *mandragorae folia* -ius percurabunt. GREG. M. past. 3, 8 -ius ad correctionem veniunt.

*syn. et iuxta posita: ad 1*: IREN. praef. 2 manifeste. *opp.: ad 1*: CASSIOD. gramm. VII 143, 11 breviter et copiose.

**compendīvē** *adv. a* compendium. *fere i. q. compendiose*: AVG. c. Faust. 1, 12 p. 813 petivi -e ut doceas me quid est veritas. 2, 2 p. 829, 6 ut -e dicam. 2, 13 p. 842 ecce iam -e ut dixit sanctitas tua ne chartas cumulemus (*coniungend., ut videtur, cum* dixit, *ut primo loco cum* doceas).

**compendium,** -ī *n.* [*a* com *et* pendere *ductum esse videtur, cf.* dispendium. *Th.*]. VARRO ling. 5, 183 -um quod cum compenditur una fit. PAVL. FEST. p. 72 dispensatores dicti, quia aes pensantes expendebant. hinc deducuntur ... -um dispendium assipondium dupondium. CASSIOD. var. 7, 32, 3 pondus ..., unde -um et dispendium ... vocitavit antiquitas. *cf.* DIFF. gramm. VII 525, 25 -um undique ad pondus pertinet (*opp.* dispendium damnum detrimentum). ISID. diff. 1, 470 -um proprie ex pondere (*opp.* praeda, lucrum). NOT. Tir. 41, 56 *sqq. inter* impendium *et* dispendium. *de formis: in sermone soluto et metro iambico et trochaico omnes casus in usu sunt. genet. sing. in* -dī: PLAVT. Asin. 307 Bacch. 183 Capt. 965 Most. 60 Persa 471 Poen. 351 Pseud. 1141 Truc. 377 PACVV. trag. 175 LVCIL. 771, -ii *numquam in versu, sed codd. passim. dactylici non nisi nom. vel acc. pluralis utuntur, apud quos legitur inde a* TIB. 1, 3, 39 OV. met. 3, 234 *apud* MANIL. VAL. FL. SIL. STAT. *al.; tenet semper pedem quintum hexametri, exceptis* MANIL. 2, 928 ANTH. 100, 5 DRAC. laud. dei 3, 41, *ubi quarto est.* - *de notione: significat commodum, quod non solum augenda re, sed etiam minore expenso vel labore al. lucramur*: GLOSS. κέρδος. κέρδος βραχύ. συντομία. συντομία, ἐπικέρδιον, ὠφέλεια. lucrum. lucrum vel solacium. *cf.* IV 495, 51 commodum lucrum -um. DIFF. ed. Beck p. 48, 45 -um exiguum est, lucrum amplum est et ex negotio fit, praeda ex hosti. ISID. diff. 1, 470 *similia, sed* -um proprie ex pondere. *legitur inde a* PLAVTO. *adde nom. loci* Compendium, *v. nom. propr.*

**I** ***lucrum, commodum, actio augendi; latius reditus, copiae:*** *non solum de pecunia et possessionibus, sed etiam de mentis, aliarum rerum commodis; interdum non tam strictim quam circumscriptionis loco: exempla secundum iuncturas afferuntur.*

**A** *pro subiecto*: CIC. Att. 5, 4, 2 non dubito quin s(enatus) c(onsultum) expeditum sit, in quo praesertim sit -um populi. LIV. 8, 36, 10 nec ira magis publica quam privatum -um in hostem acuebat. MANIL. 3, 277 ne magna in brevibus pereant -a dictis. COLVM. 6 praef. 5 cum . . . maius dispendium sequatur inertem et inscium pastorem, quam prudentem diligentemque -um. CALP. ecl. 5, 36 parce ... fetis: ne sint -a tanti. POMPON. dig. 17, 2, 60, 1 nec -um, quod propter societatem ei (*socio*) contigisset, veniret in medium. PAVL. dig. 7, 1, 59, 2 caesae arundinis vel pali -um ... ad fructuarium pertinet. ARNOB. nat. 2, 61 quae neque scire -um neque ignorare detrimentum est ullum. SYMM. rel. 3, 11 absint ab aerarii vestri puritate ista -a. 3, 18 semel honori urbis delata -a desinunt esse tribuentium. AMBROSIAST. in I Cor. 5, 10 -um est male agentibus si citius moriantur quam si diutius in peccatis versentur. HIER. epist. 43, 2, 3 ubicumque -um est, velocior pes, citus sermo, auris attentior; si damnum *eqs.* AVG. serm. 60, 7. EPIST. pontif. Thiel Hil. 15, 3, 4 nonnulli episcopatum ... hereditarium putant esse -um. DRAC. laud. dei 1, 14 miseris ... atque beatis pro meritis morum ... -a damnum. CASSIOD. in psalm. 33, 10 o lucrum mirabile, o -um singulare! PASS. Montan. 20 quod est ... -um mentiendi?

**B** *pro obiecto*: PLAVT. Bacch. 159 -um ... haud aetati optabile fecisti, cum *eqs.* RHET. Her. 2, 19, 29 multi leve -um fraude maxima commutarunt. CIC. Flacc. 7 in uberrima re turpe -um ... effugit. TIB. 1, 3, 39 ignotis repetens -a terris ... navita. MANIL. 4, 19 *ab origine* artesque datae moresque creatis ... damna et -a rerum (4, 192 nec *Erigone* tam -a census, quam causas viresque dabit perquirere rerum). SEN. nat. 2, 49, 1 *hereditatis* -um magno luendum sit incommodo. epist. 17, 10 expectabisne ... ex mercede -um? COLVM. 1, 7, 1 ager plerumque -um ... affert (PANEG. 8, 4 HIL. in psalm. 123, 1 VEG. mulom. 2 praef. 2). STAT. Theb. 2, 658 quid timidae sequeris -a vitae? 10, 463 taciti -a Martis enumerant. QVINT. decl. 345 p. 362 bene ... excogitasti ... non mediocre ... patrimonii ... tui ... -um (PAPIN. dig. 46, 8, 2 in stipulatione de rato habendo non est cogitandum rei promittendi vel stipulandi -um. POMER. 2, 15, 1 ut ... possessionum terrestrium damnosa -a cogitemus). SVET. Tib. 48 missiones veteranorum rarissimas fecit ... ex morte -um captans. Cal. 41 ne ex lusu quidem aleae -um spernens *Caligula*. Vit. 2 *sutoris* filius sectionibus et cognituris uberius -um nactus. SCAEV. dig. 26, 7, 47, 6 -um negotii ... praestare (*bis.* SIDON. carm. 7, 420 pacis. DRAC. laud. dei 3, 140). APVL. met. 9, 29 praemii destinatum -um. 11, 27 ipsi grande -um sua comparari providentia. VLP. dig. 17, 2, 26 non compensatur -um cum neglegentia. 37, 10, 3, 5 ut magis damnum patiatur pupillus, quod differtur cognitio, quam -um, quod non repraesentatur. CYPR. zel. 2 ut animam pecunia capiat ingerit perniciosa -a *diabolus*. ANTH. 100, 5 (*de templo Veneris in belli usum diruto*) pilati Mavors -a cepit Amoris. VOPISC. Aurelian. 9, 2 vellemus ... singulis quibusque ... viris multo maiora deferre -a quam eorum dignitas postulat. IVL. VAL. 2, 25 si interfecto te (*Alexandro*) tantae rei -um procurassem. COD. Theod. 2, 10, 3 (*a. 325*) quosdam ex advocatis existimationi suae immensa atque illicita -a praetulisse nomine honorariorum. AMM. 28, 1, 18 interpretii -um ad principis aerarium misit. 30, 5, 7 ingemiscenda -a. SYMM. epist. 3, 24, 1 quod *eqs.* ... meum duco -um. PAVL. NOL. carm. 26, 180 -a tanta promeritus *Ezechias*, ne *eqs.* AVG. c. Iul. 6, 4, 10 habetis magnum -um (c. Gaud. 1, 19, 21). POMER. 2, 21, 2 *mortuus* non -a iniusta sectatur. DRAC. laud. dei 3, 41 sua damna vocat -a publica mundi. CASSIOD. var. 2, 10, 2 fraudum suarum ... -a vindicare. 2, 16, 4 publica ... procurasse -a. VEN. FORT. virt. Hil. 3, 8 de dispendio funeris reddere -a sanitatis. vita Germ. 35, 102 poscens salutis -um. vita Med. 6, 17 se ... criminis ... sortitum -a fuisse per furtum. 15, 35 redivivae lucis (*sc. oculorum*) -a ... restauravit. Mart. 1, 80 hostis -a tractans *Martinus*. 1, 393 ut labor ... viae *Martini* tribuat -a vitae.

**C** *dativ.*: CAES. civ. 3, 32, 4 suo ... privato -o serviebant. AFRIC. dig. 4, 6, 29 ne cui officium publicum vel damno vel -o sit (SIDON. epist. 6, 8, 1 non illi *apicum oblatori* est ... cultura -o). APVL. met. 4, 23 brevem patientiam nostro -o tribue. VLP. dig. 48, 20, 6 hanc rationem ... -o suo ... vertere. PAVL. dig. 48, 10, 22, 5 qui *dominus* -o suo nullo modo prospexerit. COD. Theod. 16, 5, 54, 2 (*a. 414*) patrimonium ... fisci nostri -is aggregandum. CASSIOD. var. 4, 34, 2 aurum ... argentum tua indagatione detectum -o publico fideliter vindicabis. 5, 14, 1 aliquid ... suis applicare -is.

**D** *abl.*: CAES. Gall. 7, 43, 3 capti -o ex direptis bonis. SEN dial. 4, 8, 2 alter in alterius exitium levi -o ducitur. SVET. Claud. 29 -o cuiusque horum (*libertorum*) ... honores exercitus impunitates supplicia largitus est *Claudius*. GELL. 2, 27, 5 qui singulos artus suos fortunae prodigendos daret quaestu atque -o gloriarum. APVL. met. 4, 25 tanto -o tuae redemptionis defraudare iuvenes meos destinas. PANEG. 2, 3 faciam ... -o orationis meae, sed damno voluntatis, quod



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

huic tempori maxime congruit. Ps. Avr. Vict. epit. 1, 12 arma ... nequaquam movenda esse, ne -o tenui ... similis sit hamo aureo piscantibus *imperator bonus*. Avien. ora 635 quanto manet *Rhodanus* incolis -o. Symm. epist. 2, 78 (77), 1 pars hominum alii -is et quaestibus gaudent. Ps. Rvfin. in Am. 2, 6 brevibus illecti ... -is. Epist. pontif. 374 (Coelestin.) Migne 50, 479B nullo *animarum* -o laetaretur *ecclesia*. Avell. p. 416, 1 ut hominum milia ineffabilis -o sacramenti participatum eius (*Christi*) acquirerent. Sidon. epist. 1, 6, 4 faeculento patrimonium promovisse -o. Alc. Avit. epist. 3, 57 sciscitantem testimonii ... docere -o.

**E** *c. praepos.*: **1** *cum acc.*: ad: Rhet. Her. 4, 40, 52 *duae res* possunt homines ad turpe -um commovere. Vlp. dig. 4, 2, 16, 2 quod turpiter vel scelere quaesitum est ... ad -um heredis non debet pertinere (23, 3, 10, 1 Pavl. dig. 19, 1, 42. Cod. Iust. 12, 17, 4 ad ... -um militiaeque fructum). 30, 32, 2 quod ad ornatum vel -um rei publicae spectat. Paneg. 4, 12 Syrus mercator ... ad uberrima ista -a laudis aspirat. Amm. 20, 8, 11 malignos ... ad -a sua excitare secessiones principum suetos. 26, 6, 14 attenti ad omne -um. Avg. c. Cresc. 4, 1, 1 *beneficium* ad nostrae dispensationis -um ... praestare. Ennod. opusc. 3, 114 applicabat ... ad -um unius quidquid praestabatur ab altero. 6, 16 ad meum -um ... invigilat. Cassiod. in psalm. 118, 162 *populus christianus spolia* Iudaeis non credentibus ad -um propriae salutis eripuit. Greg. Tvr. glor. mart. 105 qualia martyribus sint collata praemia ad vitae religiosae -a. *adde*: Vlp. dig. 7, 8, 12, 1 lignis ... et horto et pomis et holeribus ... usurum, non usque ad -um sed ad usum. **in**: Manil. 4, 175 ingenium sollers suaque in -a pugnax. Sen. clem. 2, 4, 1 ignotos homines et obvios non in -um sed occidendi causa occidunt. Qvint. decl. 366 p. 400 in privatum -um peregrinatum. Apvl. met. 10, 5 femina ... cladem familiae ⟨in⟩ vindictae -um traxit. Min. Fel. 15, 2 in commune ... -um protuli. Papin. dig. 29, 4, 26 pr. *pater* honore proprio omisso propter -um alienam institutionem maluit (Vlp. dig. 29, 5, 3, 29. Lact. ira 13, 25 propter exiguum -um. Chiron 16 propter -um legentis). Avien. orb. terr. 1242 *Parthi* non per -a diras producunt animas. **2** *c. abl.*: Cic. Verr. 3, 6 quos illa (*provincia*) ... mercibus suppeditandis cum quaestu -oque dimittit (Caecin. 13 cum aliquo suo -o). **in**: Cic. Verr. 4, 109 in Apronianis illis rapinis in quaestu sunt -oque versati. Qvint. decl. 252 p. 31 tantum in ... suppliciis habiturus lucri in -o numeret, quod plus malefecit. Papin. dig. 22, 6, 8 error facti ne maribus quidem in damnis vel -is obest, iuris autem error nec feminis in -is prodest. Vlp. dig. 10, 2, 20, 8 legata ... in -o coheredis esse. Cypr. epist. 74, 10 in -o est *seq. inf.* Ps. Hil. libell. 5 in -o habuerat. Apvl. met. 7, 9 sine ullo -o indignationem vestram exercueritis. Ps. Ascon. Verr. p. 177 pro -o tuo singulas quasque res pecunia populo venditurі. Hier. in Is. 16, 14 quod falsa doctrina pro lucro cuncta faciat atque -o. Ennod. epist. 6, 15, 2 hoc sibi credidit pro singulari evenire -o. Cod. Theod. 4, 8, 6, 5 (*a. 323*) quae de furtivis -is obscure capta ac parata sunt. Hier. epist. 125, 14. Greg. M. moral. 8, 15 *electi* a mundi -is (*fere i. q. divitiis*) menses vacuos ducunt. **3** causa *c. gen.*: Cic. off. 3, 63 *Scaevola* tantum se negat facturum -ii sui causa, quod non liceat. Vitr. 6 praef. 5 Scrib. Larg. 22.

**F** *genetivus pendens a nominibus, pronominibus*: Petron. 14 pretium maioris -ii leviorem facere iacturam. Plin. nat. 21, 70 res praecipui quaestus -iique (Ennod. epist. 8, 19, 2 mihi ad praesens res videtur esse -ii. Alc. Avit. epist. 3, 67 cum festivitati vobisque occurrere duplicis -ii res fuisset). Svet. Claud. 20 non minus -ii spe quam gloriae (Apvl. met. 1, 5 me spes -ii frustrata est). Ivlian. dig. 29, 2, 45, 2 quaestus et -ii societas (Pavl. dig. 17, 2, 71, 1 lucri quaestus -ii). Vlp. dig. 3, 6, 3 pr. si quid ... -ii sensit. 12, 3, 4 pr. sub alieni -ii emolumento. Pavl. dig. 7, 1, 31 ex re fructuarii etiam id intelligitur ... quod ... ex administratione rerum eius -ii servus fecerit (17, 2, 65, 6 si quid -ii postea factum erit. 19, 2, 24, 4). Ps. Orig. tract. 18 quid -ii ... consecuturus erat? Capitol. Aur. 12, 5 fisco in causa -ii numquam iudicans favit (Boeth. cons. 5, 1, 46 haec sunt ... fortuiti causa -ii). Arnob. nat. 2, 64 neque ... necessaria nostra illi salus est, ut -ii aliquid dispendiive patiatur. Symm. epist. 1, 79 *fratri meo* si nihil talis -ii optimatium voluntas ante tribuisset, eruditio tua fructum ferre deberet. Amm. 22, 4, 9 quid haberet ex arte -ii. Zacch. 1, 35 honesta -orum studia. Sidon. epist. 6, 7, 1 si aliquid ... -ii posteris tribuit necessitudo. Ennod. epist. 6, 16, 1 rem diligentiae in aucupia transferre -ii.

**II** *debiliore sensu fere i. q.* ***potestas, facultas,*** *auxilium, adiutorium; de litteris fere i. q. comprobatio: generaliter*: Apvl. mund. 27 non eiusmodi -o machinatores fabricarum astutia unius conversionis multa et varia pariter administrant? Tert. nat. 2, 12 qui ... tuemur propositum demonstrandi illos (*deos*) omnes homines fuisse ... -um ab ipsa dispiciendi ratione sumamus. anim. 14 specta ... Archimedis ... tot -a sonorum. Cypr. ad Donat. 2 accipe quod ... -o gratiae maturantis hauritur. Demetr. 12 cruentarum -o rapinarum vita vestra maculatur. unit. eccl. 4 probatio est ad fidem facilis -o veritatis. epist. 27, 4 multum sermo vester adiuvit ut divinitus -um fieret (59, 9 ut erroris diluendi ... -um fieret. Zacch. 1, 10 fiat ... certandi ex hac quoque parte -um [*fere i. q. causa*]). epist. 69, 12 in sacramentis salutaribus ... totum credentibus conferunt divina -a. Capitol. Pert. 9, 3 alimentaria ... -a, quae novem annorum ex instituto Traiano debebantur ... sustulit. Ambr. spir. 1, 16, 160 capiam fidele -um de unitate virtutis. Gavdent. serm. 17 p. 986 *martyres* ad aeternae lucis beatitudinem vitamque perpetuam gloriosae mortis -o transituri (Hil. in Matth. 5, 12 Hymn. Ambros. I 8, 11). Cod. Theod. 12, 1, 86 (*a. 381*) per illicita ambitionis -a provecti. Avg. civ. 1, 27 p. 43 cum habeamus meliora et ab omnibus peccandi periculis remota -a. 9, 15 p. 388 deus *Christus* factus particeps humanitatis nostrae -um praebuit participandae divinitatis suae. Favst. Rei. grat. 1, 6 prima ... vocatio -a fidei (*i. fidem*) requirit a nobis. Ennod. epist. 6, 12 -o fidelis arcani alleganda non supprimit *Stephanus, portitor litterarum*. carm. 1, 6 praef. 4 famae -a de invidis aucupari. Pass. Mar. Iac. 12 p. 61 exquisita -a saeviendi. *speciatim in medicina fere i. q. remedium, adiutorium*: Chiron 4 aliud ... -um nullum est nisi sanguinis detractio. 32 multas causas aestimo per -um etiam nunc aterapeutas potius se sanare. Veg. mulom. 1, 21, 3 unicum ... -um atque remedium est, corruptionem illam ... detrahere. 2, 15, 3 plerique adhibent cum deformitate -um.

**III** ***deminutio, abbreviatio,*** *parsimonia*; Gloss. συντομία. **A** *generaliter*: **1** *de loco i. q. via brevior, rectior*: Frg. Bob. gramm. VII 544, 37 -a via cita; dispendia via per circuitiones difficilis. **a** *proprie*: Ov. met. 3, 234 per -a montis (Val. Fl. 1, 484) anticipata via est. Plin. nat. 2, 245 cursus -is maris (*cf. l. 37*) brevior fieri potest. 5, 38 -um viae (*cf. l. 36. 39. 40 al. sed nota l. 53*) quadridui deprehensum est. 6, 101 -a invenit mercator lucroque India admota est. 6, 131 tantum a Caspio mari et a Syria abesse -o itineris (Mod. dig. 50, 7, 17 [16] *cf. l. 35. 39. 41 al.*) *regionem Chalonitim*. Sil. 12, 353 provisa fugae -a captans. 17, 573 si velox gaudes ire et -a grata sunt tibi, vicino ... te tramite ducam. Stat. Theb. 2, 497 fert via per dumos propior qua calle latenti ... legunt -a silvae. 6, 440 circa -a metae (*cf. infra l. 56*) ... anticipasse viam. Qvint. inst. 2, 13, 16 stratum militari labore iter saepe deserimus -o ducti. 4, 2, 46 amoenum ac molle iter etiamsi est spatii amplioris, minus fatigat quam durum aridumque -um. Frontin. strat. 2, 5, 31 equites praemissi facile per -a itinerum ... conversi occurrunt *Pompei militibus*. Tac. ann. 1, 63 -is viarum ... militem cum antevenisset Arminius. 2, 55 per -a maris assequitur Germanicum. 12, 28 dextris et propioribus -is ierant. Flor. epit. 3, 3, 7 Marius ... occupatis -is praevenit hostes. Fronto p. 101, 4 N. feci ... -um itineris Lorium usque, -um viae lubricae, -um clivorum arduorum. Itin. Alex. 30 viae usus asperiore -o. Sol. 29, 6 -o spatii brevioris reperto. Paneg. 5, 13 itineris -o adventum ... accelerare. 8, 8 clarorum instrumenta modulorum per -a saepius occursura tibi protulimus. Ivst. 2, 10, 24 quaedam *maria* ... per -um ducebat Xerxes. Itin. Anton. Aug. p. 82, 8 a portu Tibulas per -um Vlbia (119, 1. 175, 2. 180, 6. 181, 7). Rvf. Fest. 28 cum viae in Madeneam -a sectaretur. Veg. mil. 3, 6 -a deverticula montes flumina ad fidem descripta consideret *miles*. Comment. Lucan. 8, 2 (*loco lacunoso*). 9, 685 -o ire. Adnot. Lucan. 8, 249 per altum recto itinere contendit habiturus grande -um ... Pompeius. Schol. Stat. Theb. 2, 48 trames itineris -um. 2, 496 per -um insidiatores praecessisse. Ambrosiast. in I Cor. 7, 2 solent qui -um quaerunt errare. Hier. epist. 22, 28, 4 viarum -a requiruntur. Vvlg. II reg. 18, 23 currens ... Achimaas per viam -ii transivit Chusi. Mirac. Steph. 1, 2 *viā* de civitate -o pergi assolet. Mart. Cap. 6, 615 qui quidem cursus si per maria transeatur, in -um ducit milia sescenta septuaginta octo. Sidon. epist. 2, 9, 2 calles -is tortuosos. carm. 23, 394 -a flexuosa metae ... premit. **b** *in imagine*: Plin. paneg. 95 cum viderem quae ad honores -a paterent, longius iter malui. Gell. praef. 12 quae ... ad ... artium contemplationem celeri facilique -o ducerent. Cypr. unit. eccl. 15 dominus ... cum spei et fidei nostrae viam -o brevianto dirigeret. Ambrosiast. in I Cor. 7, 35 docens, quo -o citius itur ad deum. Hier. epist. 123, 1 unum iter et perveniendi ... multa -a. Avg. in psalm. 31, 2, 16 per circuitum volunt pervenire ad deum accusandum, qui nolunt de -o venire ad deum placandum. serm. 61, 12 saturitas aequalis est: possessio una est, quo ... ambo volunt pervenire, sed ille per -um. quaest. Simpl. 1, 2, 19 ut -o fidei per gratiam salvos faciat credentes, non per innumerabiles observationes. Macr. sat. 1 praef. 2 *institutionis* -a longis anfractibus anteponenda. Avell. p. 107, 8 huc ... si⟨ne⟩ calumniae -o navigassent *calumniatores*! Sacr. Leon. p. 335 salubri ... -o ... hi, qui ab illorum (*apostolorum*) tramite deviassent, haberentur externi. Val. Cem. hom. 3, 1 ardui itineris necessitates ad vitae -um pertinere. Petr. Chrys. serm. 3 p. 191A longinquus terreni itineris non indiguit, quia -a via salutaris invenit. 32 p. 459A caelestis quadrigae fidam conscendimus sessionem, ut sollicitas et arduas -orum semitas vitaremus. 87 p. 445A -o credulitatis isto ad illud ubi partus est sine partu ... pervenire. Alc. Avit. carm. 3, 419 ardua sublimi tenuit -a saltu. 6, 143 suadet veloci tardus -a gressus.

**2** *de variis actionibus i. q. minus expensum, deminutio rei molestae, acceleratio; interdum fere i. q. finis, omissio: saepe cum enuntiato causali vel finali*: **a** *pro subiecto*: Plin. nat. 17, 214 pampinari ea (*arbusta*) non est moris; et hoc -um operae (18, 181 *cf. p. 2041, 22*). Qvint. inst. 1, 1, 30 syllabis nullum -um est, perdiscendae omnes. decl. 248 p. 17, 10 quod est istud contra leges

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um, ut *eqs.*? PAPIN. dig. 49, 17, 17, 1 si testamenti causam pater omisit ... nihil dolo videbitur fecisse, quamvis temporis (*cf. infra l. 19. 29*) incurrat -um. MOD. dig. 50, 7, 17 (16) si et sumptūs et itineris -um suadeat. PANEG. 7, 11 -um est devincendorum hostium duces sustulisse. 9, 17 ceteri omnes in fluvium abiere praecipites, ut tandem aliquod caedis -um fessis tuorum dexteris eveniret. **b** *pro obiecto*: -um facere *rei* (*fere i. q. omittere, evitare rem*): PLAVT. Pseud. 605 -um ego te facere pultandi volo (Rud. 179 errationis fecerit -um. Stich. 194 ut faciam praeconis -um ita ... auctionem praedicem ipse ut venditem). *absolute*: CYPR. epist. 73, 1 quoniam iam ... quid sentiremus litteris nostris expressimus, ut -um facerem exemplum earundem litterarum tibi misi (AVG. serm. ed. Mai 134, 1 parabolam istam laborarem fortasse exponere vobis, sed -um nobis fecit, quia ipse exposuit qui proposuit. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 122 cum videamus in ipso usu saepe passionem fecisse -um). *cf.* -i facere *rem* (-i fieri) *infra l. 71sqq.* COLVM. 4, 2, 3 praetulerim duobus potius seminibus depositis, quam unico periclitari nec id velut -um consectari, quod ... longe maius afferre possit dispendium. 4, 22, 5 multi sequentes (9, 4, 6) -um temporis (*cf. supra l. 2*) ... vineas ... detruncant. PLIN. nat. 17, 172 subtilitas parsimoniae -a invenit. 18, 261 (*loco lacunoso*). 19, 28 *spartum* perfusum calida in solio ac siccatum stans -um operae (*cf. p. 2040, 82*) fatetur (*?*). SIL. 10, 475 letique simul -a donat *Hannibal Cloelio morienti*. TERT. bapt. 12 *apostolis* primae allectionis et exinde individuae familiaritatis praerogativa -um baptismi conferre posset. pudic. 12 cur ... *apostoli* cervicem nostram a tanto iugo excusant, nisi ut illis -a ista disciplinae (*sc. legis*) semper imponant? adv. Marc. 5, 12 p. 616 *fideles morituri* -um mortis (*cf. l. 31. 34. 45. 65*) consequentur. 5, 19 p. 642 soleo in praescriptione adversus haeresis omnes de testimonio temporum (*cf. l. 2. 19*) -um figere. ARNOB. nat. 4, 13 dare nobis -um potuisset res ista (OPTAT. 2, 25 latro iugulatis dat de morte [*i. mortis*] -um). ZENO 2, 25 mors apud incredulos futurorum putatur poenae -um. AMBR. obit. Valent. 39 -um doloris inveneram. HEGES. 5, 18, 1 optabant plerique mortis (*cf. supra l. 28*) -um. AVG. c. Gaud. 1, 28, 32 a sacrilega contaminatione caminorum reperto -o suas animas rapuerunt. *cf.* 1, 30, 34 quando ... desperatur in quibusque passionibus ... quaeritur -um caminorum (VAL. CEM. hom. 20, 10 quaerendum est ... -um belli et auctor litis requirendus. CASSIOD. var. 12, 17, 2 -um laboris). CASSIAN. conl. 17, 3 -um ... angoribus afferat nostris consilium. ENNOD. epist. 2, 3 fatigationis meae -a non amavi.

**c** *ablat.* (GLOSS. -o breviter): VITR. 2, 8, 20 satius esse videtur impensa testaceorum in sumptu quam -o craticiorum esse in periculo. PLIN. nat. 23, 127 bubulas carnes additi caules magno ligni -o percoquunt. PAVL. sent. 2, 1, 1 hoc -o litium ... provisum est. TERT. resurr. 41 p. 86 -o mortis ... concurrere cum resurgentibus (*cf. supra l. 28*. AMM. 16, 12, 53 transfixi letaliter remedia mortis -o postulantes. HIER. epist. 1, 3, 2. 36, 2, 4 AVG. in psalm. 33 serm. 2, 7). CYPR. Demetr. 12 contentus ... dolorum ... -o. epist. 39, 2 brevi -o vulnerum victor. ZENO 1, 5 pudoris -o Susanna mortis oderat moras. AMBROSIAST. in Rom. 4, 16 -o medelam vulneris invenire. AVG. civ. 4, 11 p. 161 quid perderent, si unum deum colerent ... -o? (*ibid.* p. 162). 4, 21 p. 171 cum posset magno facilique -o una dea Felicitas cuncta conferre (4, 23 p. 173). gen. ad litt. 6, 13 p. 188 cum aquam miro -o convertit in vinum *Christus*. 7, 8 p. 207 quod velut gradatim fieri conceditur -o posse deum facere. c. Cresc. 3, 19, 22 poenam suam -o lucraverat funeris. 3, 42, 46 *oculos* evellere -o. 4, 65, 81 *Maximianensium causae* -o sic superamini, ut nihil vobis restet. SACR. Leon. p. 438 ut tenorem summae iustitiae pariter et pietatis imitemur, quod brevi -o poterimus implere. **d** *praepos.*: *c. acc.*: PLAVT. Cas. 517 cur amem me castigare id ponito ad um *eqs.* (Mil. 781 quam potis tam verba confer ad -um. HIER. praef. Vulg. Ier. ad -um mali rectius fuerat modum furori eorum ... ponere. ALC. AVIT. carm. prol. *verba vel nomina* ad -a poetarum aliud ex alio significantia plurimum valent). FLOR. epit. 1, 3, 3 misso in -um bello. OPTAT. 2, 25 bellum per -um remittere in caedem. *c. abl.*: OPTAT. 1, 21 beneficium de mortis (*cf. supra l. 28*) -o consequi (AVG. serm. 364, 1 quos ... fructus de -o incendere potuit *Samson*). AVG. serm. ed. Mai 91, 5 in -is huius vitae, qualiter in aeternum vivere valeatis, praevidete (PASS. Tarach. 7 ut in -o morerer). COD. Iust. 2, 58, 2, 11 quod pro -o litium introductum est.

*c. gen.*: POMER. 3, 10, 4 -ii gratia generalis quaedam regula monstranda est. **e** *genet.*: PLAVT. Asin. 307 verbi velitationem fieri -i volo (*cf. sim.* Bacch. 183 -i verba multa iam faciam tibi. Capt. 965 Most. 60 PACVV. trag. 175 LVCIL. 712 VITR. 3, 3, 8 DON. Ter. Andr. 441 SYMM. epist. 1, 75). PLAVT. Persa 471 ego hodie -i feci binos panes in dies (Poen. 351 curam hanc facere -i potes. 1141 Ballionem quaerito. :: quisquis es, adulescens, operam fac -i quaerere. Truc. 377 si quid tibi -i facere possim, factum edepol velim [*antecedit* parsisses *et* reparcis]. CIC. Q. Rosc. 49 ut paululum tu -ii facias. AVSON. 407, 7 haec ad litteras tuas responsa sint. cetera, quae noscere aves -ii faciam: sic quoque iam longa est epistula. SYMM. epist. 1, 46, 1 potui facere scripta -ii, cum *eqs.*). PLIN. nat. 33, 120 sublini ... Syrico minium -ii ratio demonstrat. SYMM. epist. 1, 50, 2 facessat *tibi* omne (*subi.*) fastidium (*obi.*), ex quo nascitur cura (*sc. apud alios*) -ii (*a te spectati*). ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 25 *latro* longi sceleris vitam brevis -ii fine permutans. **f** *dativ.*: PLIN. nat. 16, 23 carbo in aerariorum tantum officinis -o est.

**B** *speciatim: de litteris, scientia, scriptis i. q. abbreviatio, excerpium* (*nota de notis Tironianis l. 53. p. 2043, 2. 42*): **1** *pro subiecto*: TERT. anim. 50 postremo -um est: ubi sunt illi quos Menander ipse perfudit *eqs.* virg. vel. 5 -um sermonis et gratum et necessarium est, quoniam sermo laciniosus et onerosus et vanus est. DON. Ter. Andr. 347 mira -a, quae contrahit poeta longitudine fabulae. 975. Eun. 1062 -um poetae, ne rursus eadem dicerentur. Phorm. 139 'em ... officium' -um consolationis est. 402[A] -um conviciorum est nihil dignum invenire pro magna iniuria, quod respondeas. MAXIMIN. c. Ambr. 108 eiusmodi coniunctio -⟨um⟩ fidei, non impia esset professio. CASSIAN. conl. 8, 25, 5 de ... quaestionum pelago cumbam collationis huiusce ad ... silentii portum -um nostrae rusticitatis attraxit. CASSIOD. inst. div. 6 p. 1118[C] instructionis non minimum creditur esse -um res fusas latissime paucis sermonibus indicare. **2** *pro obiecto*: MANIL. 2, 928 ut brevia in longo -a carmine praestem. 4, 305 nec brevis est usus nec amat -a caelum. QVINT. inst. 1, 1, 24 pudeatne me in ipsis statim elementis etiam brevia docendi monstrare -a? VLP. dig. 5, 1, 72 ordinem edictorum vel -um moderari. TERT. nat. 2, 12 adhuc de Saturno immorabor, quo et ceteris -um praestruam. *ibid.* tenemus -um. adv. Marc. 1, 1 p. 292 ne -um praescriptionis ubique advocatum diffidentiae deputetur. 4, 16 p. 472 praecepti ... strictum et obscurum et caecum adhuc et facilius ... interpretandum -um emittere. 5, 4 p. 583 lex creatoris ... nec dispendium, sed -um ab eo (*adversatore*) consecuta est redacta summa in unum iam praeceptum. TER. MAVR. 123 -a nostri meliora crediderunt (*o et ω per o exprimentes*). 2541 quoniam ex uno possunt adiuncta *metra* referri amplectar ultro quod datur -um. CYPR. Fort. praef. 3 ne in longum sermonem meum extenderem ... -um feci (domin. orat. 28 *Christus* praeceptorum suorum fecit grande -um, ut ... memoria non laboraret, sed ... velociter disceret. PANEG. 7, 1. DON. Ter. Andr. 228 frequenter hoc modo Terentius -um facit, ut egrediens loquatur persona de eo quod est gestura. Phorm. 63. OPTAT. 5, 11 ut vel sero -um faciam, credo ... hoc sufficere. HIER. adv. Rufin. 2, 23 EVGRAPH. Ter. Andr. 302). IVL. VICT. rhet. 5 p. 395 ut proposito themate ... illico -um divisionis expedias. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 8 p. 179 scire. 1, 11 p. 189 hoc -um tenere debemus, quod (1, 11 p. 190. 1, 15 p. 197). IVL. SEV. rhet. 1 p. 355 -a relegenda. DON. Ter. Andr. 286 amat -um lassitudo. 347 -*a* contrahit *v. supra l. 7.* 972 -um attulit (Eun. 915 Hec. 258). PS. ASCON. Verr. p. 153 bene Tullius denuntians adversariis -um brevitatis hoc verbo usus est 'dixi'. PRVD. apoth. 175 concludam ... ut -a summae. AVG. serm. 180, 2 quia ... grave peccatum est perierare, -um tibi dedit scriptura, noli iurare. 319, 3 vis audire -um? audi ipsum Christum. 343, 7 ecce habes -um (c. Cresc. 4, 54, 64). c. Cresc. 4, 16, 19 uberius disputarem, nisi a vobis dato -o magis uterer (PS. AVG. quaest. test. I 95 BOETH. mus. 3, 1 p. 269). MACR. somn. 1, 6, 45 sectantes -a. LICENT. carm. ad Aug. 5 perplexa viri -a tanti (*Varronis*) volvere. NOVELL. Valent. 25, 2 (*a. 447*) de successionibus ... quas latius et obscurius veteres protulerunt -um lucidae definitionis adhibemus. EPIST. pontif. 304 (Innoc. I) Migne 20, 538[A] paucioribus verbis tantorum malorum metabor -um. ENNOD. opusc. 3, 9 notarum in scribendo -a et figuras verborum multitudinem comprehendentes brevi assecutus. CASSIOD. inst. div. 4 multi -a lectionis ... invenirent. COD. Iust. 1, 17, 1, 12 verbositate ... codicis -um confundere.

**3** *abl., saepius fere adverbialiter* (*v. p. 2041, 41*): **a** *instrumenti et modi*: QVINT. inst. 1, 4, 22 nisi ambitiosa festinatione plerique *magistri* a posterioribus inciperent et dum ostentare discipulos circa speciosiora malunt, -o morarentur. PAPIN. dig. 31, 66, 3 hominis ... legatum orationis -o singulos homines continet. TERT. orat. 9 -is pauculorum verborum *eqs.* 21 potuit ... aut et virgines nominare specialiter aut -o generaliter feminas. ieiun. 2 dominum ... -o respondisse (adv. Marc. 5, 9 p. 601). patient. 5 p. 9 ut -o dictum sit *eqs.* (CENS. 5, 1 p. 9 HIER. in Dan. 11, 21 p. 713 AVG. quaest. hept. 3, 25 cons. euang. 2, 20, 49 PASS. Theclae B 37 *bis*). adv. Marc. 2, 27 p. 372 ut et cetera -o absolvam. 2, 29 p. 376 -o ... possum antithesis retudisse. 4, 16 p. 473 illud ... merito ... -o substrinxit (SYMM. epist. 1, 56 stringo. PS. RVFIN. in Am. 3, 3—8 constrinxit). CYPR. domin. orat. 9 quod in precibus ... nostris caelestis doctrinae -o comprehendatur. epist. 74, 11 brevi et spiritali -o unitatis sacramentum manifestavit. PS. ORIG. tract. 9 -o assignanda est ratio quemadmodum *eqs.* COD. Iust. 6, 26, 8, 2 (*a. 293*) substitutio ... -o ... facta. DON. Ter. Andr. 906 miro -o poetae iam Crito notus est Chremi. Ad. 517 -o ostenditur, quid *eqs.* HIL. syn. 62 -o sermonum aut non intelligi potest, quod requiritur aut *eqs.* ZENO 1, 5, 8 ut rem -o transigam. TYCON. p. 59, 6 -o probamus *seq. acc. c. inf.* AMBROSIAST. in Rom. prol. abbreviatio facta legis est, quae -o daret salutem. SERV. georg. 4, 459 bono -o eius (*Eurydicae*) praetermisit interitum. HIER. monogr. p. 82 -o nomen Christi includitur. in Ier. lib. 4 prol. quibus loquar -o (AVG. quaest. hept. 2, 145 PS. AVG. quaest. test. I 16, 2 [*bis*]). epist. 49, 14, 12 universa, quae nos ... lato sermone diffudimus, ille brevi artavit -o. 65, 7, 2 mea ... lingua ... quodam signorum -o breviatum euangelii strictumque sermonem exarabit. 73, 5 quibusdam ... -is infinita significans. 100, 7 longum sermonem brevi explicem -o. RVFIN.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hist. mon. 29 p. 453A nos ea -o praeterimus. PAVL. NOL. pass. Genes. 2 p. 426 patronorum verba vel iudicum signorum brevium notata -is. AVG. civ. 2, 23 p. 85 -o . . . confitentur. c. Faust. 6, 6 p. 293 requiro. c. Cresc. 2, 4, 5 attende ... quam facili -o id quod inter nos agebatur ipse finieris. MAR. MERC. Nest. serm. 13, 2 si quis velit -o discere. *ibid.* servate . . . -o hanc scientiam pietatis. PHOEBAD. c. Arrian. 10 reddenda *est ratio dictorum* -o. PS. PHOEBAD. fid. 1 p. 34B haeresim Arrianam subtili -o breviatam. MACR. gramm. V 615, 27 ut advertas faciliori -o, quae *eqs.* sat. 5, 3, 2 totam rem quanto -o lingua ditior explicavit? MART. CAP. 4, 423 editum est -o, quidquid . . . disputatio multo astruendum contulit volumine. EPIST. pontif. Thiel Gelas. tract. 3, 9 usitato loquendi -o. PHOC. gramm. V 411, 2 ut sterili -o nihil ad integram scientiam lectoribus conferant. ENNOD. epist. 4, 18 causam scriptionis verborum -is indicavi. FVLG. RVSP. fid. cath. 8 ut -o intellectus scripturae sensum . . . colligas. CASSIOD. var. 5, 3. 4 -o sermonis assumpti . . . te docemus. gramm. VII 214, 12 ut . . . quibusdam -is introductus lucidius maiorum dicta percipiat. inst. div. 1 p. 1112C ut textus . . . quodam nobis -o panderetur. 15 p. 1130A *Donatus* te possit de hac re brevi -o diligenter instruere. PASCASIN. Leo M. epist. 2. -o uti: TERT. adv. Hermog. 32 p. 161 adv. Marc. 4, 5 p. 432 virg. vel. 8 DON. Ter. Hec. 141 TRACT. c. Arrian. p. 11, 10 SERV. Aen. 7, 33. 8, 85 AVG. serm. 237, 2. **4** *praepos., saepe fere adverbii loco*: **a** *c. acc.*: ad: TERT. nat. 2, 1 elegi ad -um Varronis opera. carn. 3 ad -um decurro. SOL. praef. 2 liber est ad -um praeparatus. IVL. SEV. rhet. 1 p. 355 certos tibi ad -um gymnasii forensis tramites constitui. HIL. psalm. instr. 17 ad -um . . . intelligentiae (HIER. in Agg. 1, 1 p. 741 MART. CAP. 8, 815) in brevem sermunculum virtutem superscriptionum omnium coartamus. FAVSTIN. trin. 7, 3 p. 79 hoc ... ad -um probandae divinitatis subdam. CONSENT. gramm. V 398, 18 pertinere ad -um et ad ordinem docendi arbitror, ut . . . pauca dicamus. HIER. epist. 20, 4, 1 ad explanandi -um venio (36, 12). RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 5, 1 ea quae hic studio ac labore quaesita sunt, ad -um futurae inibi institutionis accedent. AVG. gramm. V 524, 17 quae ad -um sufficiant. retract. 1, 14, 4 ad -um dicere. CHROMAT. in Matth. 3, 6 ad -um fidei . . . satis superque sufficere id, quod *eqs.* PHOEBAD. c. Arrian. 21 audiat ad -um, quid . . . apostolus senserit. AVELL. p. 33, 9 unum facinus ad -um referendum est. **in**: TERT. apol. 10 ut colligam in -um. VIGIL. TRID. ad Ioh. 8 *multa* in -um dimittimus. AMM. 20, 8, 13 quae necesse sit fieri in -um redigam breve (MACR. somn. 2, 13, 12). SERV. Aen. 1, 639 sermo in -um coactus. 6, 890 confert in -um narrationis prolixitatem. COD. Iust. 1, 17, 2 pr. in . . . moderatum pervenire -um. CARM. epigr. 219, 12 in -a tot litterarum et nominum notare ... currenti stilo quot. MANIL. 4, 199 excipiat longas nova **per** -a voces. OPTAT. 7, 1 vacat lex, quae efficit, si per -um paratum est, quod efficitur. SERM. Arrian. frg. I 16 de his incipiamus . . . per -um. HIER. praef. Vulg. par. historiae . . . hic per quaedam verborum -a explicentur. PS. AVG. quaest. test. I 16, 2 per -um hoc dixit salvator. II nov. 75, 3 *lege sublata* per -um . . . deo servire. DIG. de conc. dig. 8 per -um ipsi legum interpretationi vel compositioni . . . afferre discrimen. VEN. FORT. vita Germ. 51, 140 per singulorum -a currant rerum miracula. DON. gramm. IV 393, 26 **propter** -um . . . perpauca monstrabimus. Ter. Andr. 957. 965 SERV. gramm. IV 408, 37. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 44, 19 propter -um lectionis. BOETH. mus. 4, 3 p. 309 veteres musici propter -um scriptionis excogitavere notulas quasdam. **b** *cum abl.*: **in** · TERT. adv. Marc. 3, 1 p. 377 *veritas* in praescriptionum -is vincit (patient. 4 p. 6). SERV. gramm. IV 467, 18 habes, lector, in -o discendi manualem libellum. MAR. MERC. Nest. serm. 13, 2 haec sunt in -o dogmata pietatis. PS. MAR. MERC. Nest. epist. 1, 3 ut in -o dicam. PALLAD. hist. mon. II prol. ut in -o ... commoniti ... animae capiamus medicinam. **de**: HIL. Aug. epist. 226, 2 de -o putant rationem reddi electorum vel reiectorum. AVG. serm. 34, 5 deus nobis de -o se offert. epist. 44, 5 de -o quaerere malui. 203, 3 de -o si placet finita sit quaestio. c. Gaud. 1, 20, 23 de -o vos ad istos, quibus haec dicta sunt, non pertinere demonstratis. in psalm. 101 serm. 2, 15 quare ...'filii servorum tuorum' et non de -o 'servi tui'? in Iob p. 611, 12. BOETH. arithm. 2, 4 p. 87 quinque . . . unos vel decem vel quotlibet alios illis notulis (*sc. v, x al.*) **pro** -o notare. **c gratia, causa**: TERT. adv. Hermog. 1 p. 126 solemus haereticis -ii gratia de posteritate praescribere. ARNOB. nat. 3, 38 -ii causa uno pariter nomine cunctos Novensiles invocari. DON. Ter. Andr. 906. PELAG. in Gal. 5 p. 821A quae -ii gratia praetermisi. PRISC. gramm. III 449, 1 EXPLAN. in Don. gramm. IV 516, 1. **5** *genetivus*: AVSON. 146, 31 doctrina non hoc praestitit nec ulla tam velox manus celeripedis -ii. MART. BRAC. corr. 1 praeteritorum temporum ... silvam breviato tenuis -ii sermone contingere. **6** *dativ.*: TER. MAVR. 714 usus . . . litteram . . . dedit propinquam, dum **studet** -o (PS. AVG. quaest. test. I 73 [77]).

*epitheta: ad I*: PLAVT. Bacch. 159 optabile. RHET. Her. 2, 19, 29 **leve** (SEN. dial. 4, 8, 2). 4, 40, 52 **turpe** (CIC. Flacc. 7). CAES. civ. 3, 32, 4 **privato** (LIV. 8, 36, 10 QVINT. decl. 366 p. 400). MANIL. 3, 277 **magna** (PETRON. 14 VOPISC. Aurelian. 9, 2 HIL. in psalm. 123, 1 AVG. c. Gaud. 1, 19, 21 c. Iul 6, 4, 10. *cf.* APVL. met. 4, 25 tanto. 11, 27 grande. AVIEN. ora 635 quanto). PLIN. nat. 21, 70 praecipui. APVL. met. 7, 9 ullo (EPIST. pontif. 374 [Coelestin.] Migne 50 p. 479B nullo). 9, 29 destinatum. MIN. FEL. 15, 2 commune. CYPR. zel. 2 perniciosa. PANEG. 4, 12 uberrima. LACT. ira 13, 25 exiguum. PS. AVR. VICT. epit. 1, 12 tenui. PS. RVFIN. in Am. 2, 6 brevibus. COD. Theod. 2, 10, 3 illicita. 4, 8, 6, 5 furtivis. SIDON. epist. 1, 6, 4 faeculento. POMER. 2, 15, 1 damnosa. 2, 21, 2 iniusta. DRAC. laud. dei 3, 41 **publica** (CASSIOD. var. 2, 16, 4. 4, 34, 2). ENNOD. epist. 6, 15, 2 singulari (CASSIOD. in psalm. 33, 10). BOETH. cons. 5, 1, 46 fortuiti. *ad III A 1 a*: SIL. 17, 573 grata. QVINT. inst. 4, 2, 46 durum aridumque. TAC. ann. 12, 28 dextris et propioribus. ITIN. Alex. 30 asperiore. PANEG. 5, 13 novo. *ad III A 1 b*: GELL. 1 praef. 12 celeri facilique. SACR. Leon. p. 335. salubri. *ad III A 2*: PLIN. nat. 23, 127 **magno** (AVG. civ. 4, 21 p. 171). QVINT. inst. 1, 1, 30 nullum. CYPR. epist. 39, 2 **brevi** (SACR. Leon. p. 438). AVG. gen. ad litt. 6, 13 p. 188 miro. civ. 4, 21 p. 171 facili. *ad III B*: MANIL. 2, 928 **brevia** (QVINT. inst. 1, 1, 24 · CYPR. epist. 74, 1 HIER. in Dan. 11, 21 p. 713 epist. 49, 14, 12. 100, 7 CASSIOD. inst. div. 15 p. 1130 PASCASIN. Leo M. epist. 2). MANIL. 4, 199 nova. TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 473 merito. virg. vel. 5 gratum **et necessarium** (SYMM. epist. 1, 56). CYPR. domin. orat. 28 grande. epist. 74, 11 spiritali. DON. Ter. Andr. 347 mira (906 Phorm. 63). Hec. 141 **magno** (TRACT. c. Arrian. p. 11, 10 PS. RVFIN. in Am. 3, 3—8). SERV. Aen. 7, 33 **bono** (8, 85 georg. 4, 459). AVG. c. Cresc. 2, 4, 5 **facili** (MACR. gramm. V 615, 27). PS. PHOEBAD. fid. 1 p. 34 subtili. PHOC. gramm. V 411, 2 sterili. LICENT. carm. ad Aug. 5 perplexa. EPIST. pontif. Thiel Gelas tract. 3, 9 usitato. MART. BRAC. corr. 1 tenui.

*syn. et iuxta posita: ad I*: CIC. Verr. 3, 6 **quaestu** (4, 109 SEN. epist. 17, 10 PLIN. nat. 21, 70 IVLIAN. dig. 29, 2, 45, 2 GELL. 2, 27, 5 PAVL. dig. 17, 2, 71, 1 SYMM. epist. 2, 78 (77), 1 COD. Iust. 12, 17, 4). VITR. 6 praef. 5 praedae. SEN. epist. 17, 10 tabulas . . . senis (*i. testamentum*). SVET. Claud. 20 **gloriae** (NOVATIAN. tract. 18). PAVL. dig. 17, 2, 71, 1 **lucri** (HIER. in Is. 16, 14 p. 276 epist. 125, 14 CASSIOD. in psalm. 33, 10). NOVATIAN. tract. 18 dignitatis. *ad II*: VEG. mulom. 1, 21, 3 remedium. *ad III A 1*: VEG. mil. 3, 6 deverticula montes flumina. *ad III B*: ARNOB. nat. 3, 38 brevitatis. HIER. epist. 73, 5 punctis. CONSENT. gramm. V 398, 18 ordinem docendi.

*opp.: ad I*: MANIL. 4, 19 **damna** (AFRIC. dig. 4, 6, 29 PAPIN. dig. 22, 6, 8 VLP. dig. 23, 3, 10, 1. 37, 10, 3, 5 VEG. mulom. 2 praef. 2 DRAC. laud. dei 1, 14. 3, 41. 140). SEN. nat. 2, 49, 1 incommodo. COLVM. 1, 7, 1 **detrimentum** (ARNOB. nat. 2, 61). 6 praef. 5 **dispendium** (ARNOB. nat. 2, 64 AVG. serm. 60, 7 EPIST. pontif. 374 [Coelestin.] Migne 50, 479 VEN. FORT. virt. Hil. 3, 8). PETRON. 14 **iacturam** (PS. AVR. VICT. epit. 1, 12). EPIST. pontif. Thiel Hil. 15, 3, 4 munus. *ad III A 1 a*: COMMENT. Lucan. 8, 2 dispendia, circuitus. *ad III A 1 b*: AVG. in psalm. 31, 2, 16 circuitum. *ad III B*: VITR. 2, 8, 20 impensa. COLVM. 4, 2, 3 **dispendium** (CASSIOD. var. 12, 17, 2). SERM. Arrian. frg. I 16 circuitum.

*deriv.*: compendialiter, compendiatim, compendive. compendiarius, compendiosus. compendiare.

**compendo,** -ere *a* com *et* pendere. VARRO ling. 5, 183 compendium quod cum -itur (-etur *codd.*) una fit. NOT. Tir. 41, 56 *sqq.* pendit impendit -it dispendit.

*deriv.*: compensus, compensio. *cf.* compensare.

**compēnsātio,** -ōnis *f. a* compensare. *latinograece*: GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357A *κομπεσσατιόν, κονπεσατιών*. THEOPHIL inst. Iust. 3, 25, 2 *κομπεσατιών* (4, 6, 30. 39). GLOSS. *συνσταθμία. ἀνθυπολογισμός, ἀντελλογισμός. ἀντέλλογος* (*item* GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357A). *καταλλαγή*. dispensatio. *cf.* II 228, 55 *ἀντεμπότευσις* (*ἀντεπόπτευσις Stephanus, ἀντεμπόρευσις Bücheler*): -o, reputatio. *legitur inde a* RHET. Her.

**I** *debiti et crediti inter se contributio; saepissime cum genetivo rei, et eius pro qua compensatur aliquid et eius quae compensando tribuitur*:

**A** *proprie et technice, praecipue apud* ICTOS *de negotiis* (MOD. dig. 16, 2, 1): *cf.* GAIVS inst. 4, 66 inter -em ... quae argentario opponitur et deductionem, quae obicitur bonorum emptori, illa differentia est, quod in -em hoc solum vocatur, quod eiusdem generis et naturae est ... in deductionem ... vocatur et quod non est eiusdem generis. *cf.* DIG. 16, 2 rubr. de -bus.

**1** *pro subiecto*: POMPON. dig. 16, 2, 3 -o necessaria est, quia interest nostra potius non solvere quam solutum repetere. VLP. dig. 12, 6, 30 *in his casibus* -o **locum non habet** (16, 2, 10, 2. 3. 16, 2, 12. 24, 1, 32, 9) PAVL. dig. 5, 2, 21, 2 petitionem integram debiti heredi instituto adversus eum qui superavit competere et -em debiti. 24, 3, 15, 1 heredi mariti, licet in solidum condemnetur, -es tamen, quae ad pecuniariam causam respiciunt, proderunt. INST. Iust. 4, 6, 30 *v. p. 2045, 15.* **2** *pro obiecto*: GAIVS inst. 4, 64 -o verbis formulae exprimitur. *ibid.* -e **facta** (4, 68 PAPIN. dig. 35, 2, 15, 3 non esse -em factam, quoniam heredem suum habere propria bona defunctus ostendit. VLP. dig. 24, 1, 7, 2. 24, 3, 7, 5 PAVL. dig. 22, 1, 11, 1 MOD. dig. 31, 34, 5 COD. Iust. 4, 31, 14 pr.). GAIVS dig. 16, 2, 8 si -o ei denegetur. SCAEV. dig. 16, 2, 22 si debeas decem aut hominem, utrum adversarius volet, ita -o huius debiti **admittitur** (PAPIN. dig. 6, 1, 48. 16, 2, 16, 1. 22, 3, 26. 24, 1, 53, 1. 35, 2, 14 pr. VLP. dig. 5, 4, 1, 4

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**B** *de animantibus*: PLAVT. Rud. 727 si ... *virgines* Veneri -erunt, habeat. TER. Andr. 645 -itast tibi. ELEG. in Maecen. 1, 122 te vellem Aurorae -uisse virum. APVL. apol. 15 qui ... foret pulchritudine sibi -itus. ITALA Sirach 44, 16 (Cypr. testim. 3, 58) Enoch deo (*εὐηρέστησε*, VVLG. placuit). psalm. 114, 9 (Hil. in psalm. 118 iod 15 p. 448) -bo deo in regione vivorum (*εὐαρεστήσω*, VVLG. placebo). 117, 25 (Hier. epist. 20, 5, 3) o domine, salvum fac, o domine bene -e (*εὐόδωσον*, VVLG. prosperare). Marc. 1, 11 (cod. f) qui mihi bene -isti (*ἐν σοὶ εὐδόκησα, de* VVLG. *v. p. 2079, 29*). IREN. 4, 14, 2 his, qui ei -bant, fabricationem salutis...delineans. PS. CYPR. Iud. incred. 9 *episcopum* -itum sibi caelestis providentia...monstravit. AVSON. 267, 4 iustior ordo est -uisse dehinc, displicuisse prius. SYMM. epist. 2, 72 (71) Honoratus cum primis mihi vitae honestatisque -itus est. 9, 38 (35) Antistianus...mihi probitate vitae -itus est. FVLG. aet. mund. p. 156 David ... deo (*opp.* displicere). AMBR. Isaac 7, 57 *soror* ei -ita qui -uit patri. PS. AMBR. serm. 48, 4 *Agnes virgo studuit* Christo ... et eius angelis -ere (*opp.* displicere). 48, 5 se muneribus -ere posse existimans *iuvenis*. VVLG. II reg. 22, 20 -ui (*Amiat.* placuit) *deo* (III reg. 10, 9 [placuisti *Amiat.*]). PELAG. in I Cor. 7 p. 739$^{d}$ *nonne nupta* cogitando mundana -et vel marito, cum haec (*innupta*) nec marito... possit placere nec deo? (*cf.* SVLP. SEV. epist. app. 2, 8). PS. RVFIN. in psalm. 18, 1 immaculatus homo ... deo. POLYCARP. ad Philipp. 5, 2. MART. CAP. 2, 119 *Philologia* semper -itis amica Musis. 7, 725 -ita spectat fastidia virgo. CASSIAN. c. Nest. 3, 16, 9 *Christus* patri -itus nominatur. CONC. Chalced. Leo M. epist. 98, 3 -ere ... fratribus. 98, 4 principes -bunt. HYD. chron. min. II p. 33, 218 *Aegidium* deo bonis operibus -entem. ARNOB. in psalm. 53 hominibus -ere. CASSIOD. hist. 5, 32 p. 1009 Flavianus atque Diodorus...populis...nimium -entes. in psalm. 141, 8 dilecti ac bene -iti filii. CARM. de resurr. 51 ORIG. in Matth. 15, 18 MART. BRAC. humil. 7. *c. accus. (ex graeco)*: ITALA (Aug. doctr. christ. 1, 30, 33, Psalt. Rom.) *et* VVLG. psalm. 34, 14 quasi proximum et quasi fratrem (sicut pr., sicut fr. *Aug.*) nostrum, sic (ita *Aug.*) -bam (*εὐηρέστουν. cf.* CASSIOD. in psalm. *ad l.* quantum ad eloquentiam latinam proximo et fratri -isse nos dicimus, sed hic mutatus est nominum casus, pro dativis enim accusativi sunt positi.

**II** *artiore sensu fere i. q. gaudere, delectari: locis compluribus sub structura cum* in *p. 2079, 16 sqq. allatis ut*: VVLG. psalm. 25, 3 -ui in veritate tua. 43, 4 -isti in eis. ITALA *et* VVLG. Matth. 3, 17 *al.* hic est filius meus...in quo -ui. ITALA Matth. 12, 18 in quo

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-uit anima mea. *sim.* SERM. Arrian. frg. II 1 *Iesus* bene -uit in hominibus. *al.* *adde*: ORIG. in Matth. 18, 26 ut accipiant scribae et Pharisaei populo -ente sanguinem. 18, 92 filius . . . -ens dispositionibus patris. *cf.* HIER. in Tit. 2, 9/10 *εὐαρέστους εἶναι*, quod nos licet non plene, tamen ex parte aliqua interpretari possumus, 'ut -eant sibi' *eqs.*

*structurae notabiliores*: **1** *impersonaliter*: COLVM. 9, 16, 2 quae reliqua nobis . . . pars subest . . . deinceps ita, ut et tibi et Gallioni nostro -uerat, in carmen referemus. PS. APVL. Ascl. 11 *munere* nos . . . munerari, si foret divinae pietati -itum, optamus. ITALA Matth. 11, 26 (cod. f) sic -uit in conspectu tuo (*εὐδοκία ἐγένετο*, VVLG. fuit placitum). HIL. trin. 4, 16 *de creaturis*: non . . . quia -itum ei (*deo*) est, extiterunt. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 4, 7 *Fabius* hortatus est, ut . . . aliquam illi eius rei traderem disciplinam; -itum est igitur. *cf. infra saepius sub structuris variis.*

**2** *additur* **in:** in *aliqua re*: ITALA (Hier. hom. Orig. in Ezech. 4 p. 915) *et* VVLG. lev. 26, 43 *terra relicta* -bit sibi in sabbatis suis (*προσδέξεται ἡ γῆ τὰ σάββατα*). VVLG. psalm. 25, 3 -uī (*εὐηρέστησα*) in veritate tua. 48, 14 in ore suo. HIER. in Am. 1, 1 p. 228 in suo . . . delicto. SVLP. SEV. epist. app. 2, 16 in generis nobilitate. ENNOD. epist. 2, 14, 1 *diabolus* sibi non tam in multitudine quam in devotione -uit. in *aliquo*: VVLG. psalm. 43, 4 (*ad deum*:) -isti (*εὐδόκησας*) in *populis*. prov. 3, 12 quasi pater in filio -et sibi *dominus*. Is. 42, 1 -uit sibi in illo anima mea (*cf.* ITALA [Rufin. Adamant. 1, 25, cod. g$^1$] *et* VVLG. Matth. 12, 18 in quo bene -uit animae meae [*ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου*. ITALA cod. d: in quo -uit anima mea]). Is. 62, 4 -uit domino in te. ITALA (codd. a b f l ff$^1$) *et* VVLG. Matth. 3, 17 hic est filius meus dilectus in quo (mihi bene) -ui (*cf.* ITALA codd. a b d ff$^1$ ff$^2$ l n Iren. 3, 9, 3 *et* VVLG. Matth. 17, 5 ITALA codd. l t *δ et* VVLG. Marc. 1. 11 VVLG. Luc. 3, 22 II Petr. 1, 17. *cf.* ITALA *ibid. ap.* Hil. hymn. 3, 48 Hier. epist. 65, 4, 4 Aug. c. Faust. 23, 5 Cassian. c. Nest. 3, 16, 8 Avell. p. 253, 31. 254, 4. 270, 13 *sqq.* Orig. in Matth. 18, 50 *al.*; *graece εὐδοκεῖν*). SERM. Arrian. frg. II 1 *Iesus* bene -uit in hominibus. AMBR. hex. 3, 7, 32 RVFIN. Orig. in gen. 15, 5 p. 245$^A$ LEO M. serm. 51, 7. in *aliquem*: ITALA Marc. 1, 11 (cod. d) in quem -ui (*cf.* cod. *δ*: in te bene -ui). VVLG. I Macc. 10, 47 -uit eis in Alexandrum (*εὐδόκησαν ἐν Ἀλεξάνδρῳ*).

**3** *cum (acc. c.) inf.*: IVVENC. 4, 406 illic -uit Christum prosternere leto, sed vitare dies paschae. ITALA (Possid. vita Aug. 2 Cassian. inst. 4, 38 Ennod. epist. 2, 14, 2 codd. f q *δ*) *et* VVLG. Luc. 12, 32 nolite timere, pusillus grex, quia (quoniam) -uit patri vestro dari vobis regnum (hereditatem), *gr.* *εὐδοκεῖν*. ITALA I Cor. 1, 21 (Cypr. testim. 3, 69) -uit deo per stultitiam praedicationis salvare credentes (*εὐδόκησεν*, ITALA cod. d *et* VVLG. placuit). ITALA (Hil. trin. 3, 15 Ambr. patr. 11, 54 Aug. enchir. 62 Leo M. serm. 6, 3 Ps. Prosp. vocat. gent. 1, 9, codd. d g) *et* VVLG. Col. 1, 19 in ipso -uit (-uerat. cod. g: -uit (e)t bene placuit) omnem plenitudinem (divinitatis) (cod. d: -uit omnis plenitudo) (in)habitare et per eum reconciliare (-ari) omnia in ipsum (*εὐδόκησεν*). VVLG. I Macc. 14, 46 -uit (*εὐδόκησε*) omni populo statuere Simonem et facere secundum verba ista. COMM. instr. 1, 22, 9 -uit domino dominorum . . . daemones in mundo vagari. apol. 185 -uit illi colloqui cum uno de nobis. 359 illi -uit . . . venire pro nobis. VEREC. satisfact. 67 ut tibi -eat nostros abolere maerores. CASSIOD. hist. 2, 12 p. 931 *Arium* omnium decreto -uit anathematizari. NOVELL. Iust. 20, 1 -uit . . . officiis utriusque administrationis . . . solum officium tuae celsitudini . . . ministrare. CORIPP. Iust. 2, 38 si tibi -uit populos mihi credere tantos. EVG. TOLET. carm. 14, 16 eiulare -et. *nota*: hoc *sequente acc. c. inf.*: PLAVT. Rud. 187 hoc deo -itumst me hoc ornatu ornatam in incertas regiones . . . eiectam. **4** *sequitur* ut: SYMM. epist. 2, 36, 1 -itum est communi parenti, ut te . . . necesse sit detineri? VVLG. psalm. 39, 14 -eat tibi (*εὐδόκησον*), domine, ut eruas me. *addito* hoc: APVL. met. 5, 9 (*ad Fortunam*) hocine tibi -uit, ut . . . diversam sortem sustineremus?

**5** *c. quaest. indir.*: GELL. 17, 9, 4 quaenam . . . littera pro qua scriberetur ante is . . . -bat, qui hanc scribendi latebram parabant.

*part. praes.* **complacēns** *adiect.*: ITALA act. 17, 34 (cod. d) Dionysius . . . Areopagita -ens (*εὐσχήμων gr. cod. D*, VVLG. *deest*). *pro subst.*: ITALA act. 17, 12 (cod. d) Graecorum et non placentium (et complacentium *Rönsch*) et viri et mulieres plures (pleres *cod.*) crediderunt (*τῶν εὐσχημόνων*, VVLG. *aliter*).

*part. perf. pass.* **complacitus**, -a, -um *adi.*: HIL. in Matth. 17, 3 hunc esse filium, hunc dilectum, hunc -itum. *compar.*: VVLG. psalm. 76, 8 non apponet ut -itior sit adhuc (*προσθήσει τοῦ εὐδοκῆσαι ἔτι*)?

*neutr. part.* **complacitum**, -ī *subst. fere i. q. pactum, conventio, cf.* EVCHER. instr. 2 p. 160, 19 synodus: collatio aut pactum vel -um. COD. Theod. 11, 16, 14 (*a. 382*) aut suum tantum munus agnoscat aut, si -o opus est, magis ipse societur. MAR. MERC. Cyr. incarn. 35 coniunxit *Christus* sibi secundum voluntatem patris et -um hominem simpliciter. *fort. recte Schenkl*: AMBR. exc. Sat. 1, 39 plerumque -o (-um *codd.*) . . . fidem secreti esse servatam.

*syn. et iuxta posita*: GELL. 18, 3, 4 acceptum. HIL. trin. 10, 1 videtur. SVLP. SEV. epist. app. 2, 16 blandiris. HIER. in Matth. 17, 3 dilectum (CASSIOD. in psalm. 141, 8). *opp.*: AVSON. 267, 4 displicuisse (FVLG. aet. mund. p. 156 PS. AMBR. serm. 48, 4 EVG. TOLET. carm. 3, 3). RVFIN. Orig. in gen. 15, 5 p. 245$^A$ corripit. COD. Theod. 8, 12, 1 pr. molestae sunt. EVG. TOLET. carm. 14, 16 taedet.

*derivata*: complacentia, complacitio.

**complacitio**, -ōnis *f. a* complacere. *id quod complacet, εὐδοκία*: HIER. nom. hebr. p. 30, 27 Thersa -o, quae significantius graece dicitur *εὐδοκία*. p. 47, 6 Raason cursus vel -o sive placentia, quam significantius Graeci *εὐδοκίαν* vocant.

**complacitum, complacitus** *v. p. 2079, 70 sqq.*

**complāco**, -āvī, -ātum, -āre *a* com *et* placare. *fere i. q. placare*: TIRO frg. Gell. 6, 3, 13 conciliare sibi et -are iudices. EPIST. Alex. p. 204 Herculem victimis. PS. FVLG. RVSP. serm. 70 dominum. CASSIOD. hist. 6, 1 p. 1031 populum. *fort. add. p. 2078, 7.*

**complactus** (*?*) rumbus (*i.* rhombus) ampligoneus (*i.* amblygonius) LIB. col. I p. 250, 16 *inter nomina lapidum finalium.*

**complacuō** (*adv.*) *εὐαρέστως* GLOSS. II 316, 18 (*εὐαρεστῶ Heraeus*, complacito *Vulcanius*). *cf.* complacere.

**complānātio**, -ōnis *f. a* complanare. *actio complanandi, translate*: PAVL. NOL. epist. 29, 2 se . . . resipiscentis animae -e direxit publicanus.

**complānātor**, -ōris *m. a* complanare. *qui complanat*: APVL. apol. 6 misi . . . mundicinas dentium . . . tenuem, candificum, nobilem pulvisculum -em tumidulae gingivulae.

**complāno**, -āvī, -ātum, -āre *a* com *et* planare.

**1** *planum, parem reddere*: **a** *proprie*: CATO agr. 48, 2 *terram* tabula aut pedibus -ato (151, 3. PLIN. nat. 9, 37 *ova testudinum* cooperta terra [ac] pavita pectore et -ata). COLVM. 4, 33, 2 priusquam *sulci nucibus castanearum consiti* -entur. SVET. Iul. 44 repleto et -ato lacu. Cal. 37 -ata fossuris montium iuga. VLP. dig. 39, 3, 3, 2 locum. VITA Cypr. 12 manu . . . expansa et -ata ad spatae modum. ITIN. Alex. 9 praerupta litoris. NON. p. 448 materiarum -atur asperitas. CORP. II 4911 (*a. 383—388*) Antonius Maximinus . . . viam . . . ⟨saxis⟩ -atis . . . refecit. AMM. 24, 2, 11 coepta *est* altitudo -ari fossarum (24, 4, 12). 27, 8, 6 maris assueti . . . rursus in speciem -ari camporum (*cf.* AVG. gen. ad litt. 1, 12 cum aquae fluctuantes quidam velut montes eriguntur, sedatis rursus tempestatibus -antur).

**b** *in imagine de rebus et animo*: SEN. dial. 1, 5, 9 multa accident *viro* dura, aspera sed quae molliat et -et ipse. APVL. Socr. 3 p. 107 quippe qui structor orationis . . . e meo monte lapidem . . . afferam, probe omnifariam -atum. TERT. scorp. 10 (*ad* ITALAM Am. 9, 6) ascensum *in caelos* . . . -atum vestigiis domini. VVLG. II reg. 22, 33 -vit perfectam viam meam *deus* (Sirach 21, 11 via peccantium -ata [*sed cod. Amiat.*: complantata. *ὡμαλισμένη*] lapidibus). PAVL. NOL. epist. 32, 2 iniqua viarum saecularium dirigis et clivosa -as. AVG. in psalm. 96, 9 -ata est omnis altitudo *potentium.* 94, 9 *artifex* aliquid tibi tollit, aliquid corrigit, aliquid -at, aliquid mundat. serm. 336, 1 cum catechizantur, baptizantur, formantur, tamquam inter manus fabrorum dolantur collineantur -antur. epist. 232, 5 qui omnes superbiae suae toros inanes . . . -verit (serm. ed. Mai 13, 2. *cf.* PS. AVG. serm. 198, 4 ut quod superbia tumidum elatumque reddiderat, -etur). PETR. CHRYS. serm. 137 p. 568$^B$ asperos superbiae colles. **c** *translate*: VVLG. Sirach 34, 8 sapientia in ore fidelis -bitur (*τελείωσις*).

**2** *fere i. q. solo aequare, diruere, vastare; cf.* NON. p. 380 ruere diruere -are: CIC. dom. 101 Sp. Maelii . . . domus est -ata (SERV. Aen. 4, 410). BELL. Alex. 63, 5 prope iam ⟨pace⟩ constituta opera ⟨cum⟩ -rent. DICT. 5, 13 urbs incendiis -ata. AMM. 17, 7, 13 climatiae . . . urbes aedificia (26, 10, 17 RVFIN. hist. 10, 39) montesque -ant. 19, 8, 2 -atum spatium patefecit hostibus transitum. 29, 5, 25 moenibusque -atis (*cf.* HEGES. 5, 2 l. 12 muros Hiericho). VVLG. II Macc. 8, 3 *civitas* -anda (*ἑξᾶραι*). RVFIN. hist. 10, 40 *porticus* -atae. 11, 27 aedibus -atis. COD. Iust. 1, 5, 10, 3 (*a. 466—72*) ecclesias perire ruere -ari. LEX Visig. 10, 3, 2 limites.

*syn. et iuxta posita v. ad 1 a: supra l. 26. 27. 29. ad 1 b: supra l. 37. 45. 47.*

**complantātio**, -ōnis *f. a* complantare. GLOSS. *καταφύτευσις*.

**complanto**, -āvī, -ātum, -āre *a* com *et* plantare. *locus dubius corruptusve*: CHIRON 381 pecus ad pedes -ato (caput copulato *Oder ex Veg., estne translate i. q. defigere, sc. alligare?*). **1** *proprie*: GLOSS. II 345, 6 *καταφυτεύω*. 474, 15 *φυτεύω*. **2** *in imagine et translate; cf. infra l. 81 sqq.*: AMBR. epist. 45, 16 primus homo . . . -atus viribus. HIER. tract. in psalm. 1 p. 5, 8 videtis, quoniam lignum hoc plantatum est in paradiso et nos omnes cum illo -ati sumus. ITALA Rom. 6, 5 (Tert. resurr. 47) si . . . consati (*F Bmg*, -ati *P M*) fuerimus (*σύμφυτοι γεγόναμεν*) simulacro mortis Christi (*cf.* AMBR. Abr. 2, 11, 80 -emur . . . similitudini mortis eius. epist. 72, 9 -ati similitudini mortis eius. AMBROSIAST. in Rom. 6, 5 si similitudini mortis eius fuerimus -ati. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 91$^D$ Orig. in gen. 3, 7 AVG. c. Iul. 6, 3, 7 PROSP. resp. ad Gall. 1, 9 CASSIOD. compl. in Rom. 6, 3. *at* ITALA [codd. d g Priscill. 6 p. 74, 2] *et* VVLG. *ibid.* [*cf.* PELAG. *ad l.* RVFIN. Orig. in Rom. 9, 5 PS. PRIMAS. in Rom. p. 444] -ati facti sumus similitudini mortis eius). *interpretantur*: AMBROSIAST. in Rom. 6, 5 si in baptismo omnia vitia deponentes, in novam vitam translati de cetero non peccemus. PELAG. in Rom. 6, 5 si consepulti sumus nunc et tunc resurrectionis poterimus esse participes (PS. PRIMAS. in Rom. p. 444).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

RVFIN. Orig. in Rom. 5,9 plantam alicuius arboris ostendit mortem Christi, cui nos -atos vult esse, ut ex suco radicis eius radix quoque nostra suscipiens producat ramos iustitiae et fructus afferat vitae. AVG. c. Iul. 6,3,7 quid est -ari similitudini mortis eius, nisi quod sequitur *eqs.* [*loco corrupto* VVLG. *Amiat.* Sirach 21,11 *p. 2080,42.*]

**complasmātio,** -ōnis *f. a* complasmare. *actio, status complasmandi*: AVELL. p. 281,4 *et* 282,1 deus ... in ipso *Christo* initio -is inhabitare bene voluit.

**complasmo,** -ātum, -āre *a* com *et* plasmare. *terminus in trinitatis doctrina, fere i. q. simul fingere, creare*: RVSTIC. c. aceph. p. 1208A secundum substantiam coniunctum et -atum verbum. p. 1208C -ari deum carni. p. 1213B *al.* *Bannier.*

**complatio** *v. p. 2098,47 sqq.*

**complatōnicus,** -ī *m. a* com *et* Plato, Platonicus. *qui una (cum aliis) Platonicae sectae attribuitur*: SIDON. epist. 4,11,1 collegio ...-orum. carm. 14,1 tibi et -is tuis. *Mbr.*

**complaudo,** -ere *v.* complodo.

**complectibilis,** -e *a* complecti. *is qui colligi, concludi potest (in syllogismo)*: BOETH. syll. hyp. 2 p. 863B secundae ... figurae in aequimodas complexiones omnes...explicuimus; si vero aequimodae sunt, nullus omnino fit syllogismus.... harum igitur quae aequimodae esse dicuntur complexiones, nulla est -is.

**complectīvus,** -a, -um *a* complecti. *i. q. coniunctivus, copulativus*: VIRG. gramm. epist. 6 p. 170 sunt ... coniunctiones, quae copulant sententias, quaeque ... -ae dicendae sunt. p. 172 *coniunctio* -a et rationalis.

✖**complector,** -xus sum, -ī (complecto, -ere) [*a* com *et* plectere, *cf.* amplecti, circumplecti. *Th.*]. *de formis: legitur* con- (*cf.* GRAMM. VII 300,10 complectens complexus per m) *in codicibus passim, in lapidibus*: INSCR. Röm. Mitteil. 13 (1898) p. 232 (*Phrygia, saec. III med.*) EDICT. Constant. de civit. Hispell. (Corp. XI 5265) 9 CARM. epigr. 627,9 (*Salonis*). 743,4 (*Volsiniis*). 1217 (*Latio*). 1744,2 (*Arelate*). 1356 A 2 (*Arausione, saec. V ex.*). CORP. XIV 3342,5 (*Praeneste*). *contra* com-: CARM. epigr. 950,1 (*Pompeis*). 456,5 (*Salonis*). INSCR. christ. Rossi II p. 89,42. *perf.* complexuit: GREG. TVR. Mart. 3,38. *part. perf.* -xsus: VISIO Pauli 20. *fut.* -ctebuntur: VVLG. (*cod. Amiat.*) Sirach 4,13. -or, -ari: *v. p. 2085,8. 24.* *formae generis activi* (*cf.* PRISC. gramm. II 393,8 plurima inveniuntur apud vetustissimos, quae contra consuetudinem ... activam pro passiva ... habeant terminationem, ut ... -o pro -or): POMPON. Atell. 48 -ite. VITR. 10, 2, 11 -it (-et *GH*). CYPR. epist. 21,1 -amus. ISID. orig. 16,25,19 -at. GLOSS. -o, -it. CARM. epigr. 456,5 (*Salonis*) -ret. PASS. Theclae C 26 p. 71,21 (*sic Cd*, -i *x*) -ere. *part. praes.* -ctens *passim inde a* CATVLL. 64,307 CIC. fin. 5,67. *usurpatur vi passiva* (*cf.* BOETH. categ. 1 p. 164B ut cum Sico -or te et -or a te ... unum enim nomen quod est -or diversis faciendi et patiendi diffinitionibus terminatur. PRISC. gramm. II 379,8 multa antiqui tam activa quam passiva significatione protulisse inveniuntur ... -or. GLOSS. -itur continetur, constringitur. continetur. -i conprehendi): CVRIO pater or. frg. Prisc. gramm. II 385,1 *v. p. 2083,9* POMPON. dig. 22,2,2 *v. p. 2087,84* SCAEV. dig. 45,1,133 *v. p. 2089,75* VLP. dig. 40,5,30,7. 43,6,1,37 ut ne quis et quae illic non habuit, -atur (*sc. interdicto*). 49,1,3,1 nomina libellis -xa (plexa *F*). GARG. MART. pom. 2,6 *v. p. 2084,72* MARCIAN. dig. 48,9,3 TRACT. in Luc. 1,1 *v. p. 2089,51.* PELAG. in Col. 2 p. 855D omnem sapientiam in ipso (*deo*) esse -xam. AVG. de mend. 5,6 *v. p. 2088,62* POMER. 1,2,1 SEDVL. carm. pasch. 5,195 BOETH. herm. pr. 2,11 p. 158,10 *v. p. 2085,17* sec. 5,11 p. 368,2 *v. p. 2085,19.* HIST. Apoll. rec. A 23 inaudita laetitia, quae perpetua caritate -itur. *part. perf. passive*: LAEV. carm. frg. 15,1 *v. p. 2083,9* CIC. S. Rosc. 37 *v. p. 2088,59* LVCR. 2,154 *v. p. 2085,11.* 5,922 *v. p. 2085,12.* PROP. 1,10,5 te -xa morientem ... puella vidimus. GELL. 12,8,6 *v. p. 2085,25* HYG. astr. 3,21 PHYSIOGN. 68 *v. p. 2084,50* CAEL. AVR. acut. 2,3,19 *v. p. 2085,21.* 2,13,89. 2,33,177 *v. p. 2085,22* chron. 1,1,42 *v. p. 2083,78.* 2,7,97. 2,11,129. 2,13,172. 184. 193. 3,6,82. 3,8,107. 4,3,21 *al.* BOETH. herm. pr. 2,11 p. 158,10 *v. p. 2085,17* herm. sec. 5,11 p. 368,2 *v. p. 2085,19* CASSIOD. in psalm. 118,61 *bis v. p. 2083,51* CARM. epigr. 1356 A 2 *v. p. 2084,53.* INSCR. christ. Rossi II p. 89,42 aurea concisis surgit pictura metallis et -xa simul clauditur ipsa dies. VEN. FORT. carm. 11,1,1 *v. p. 2088,36.* THEOD. MOPS. in I Tim. 1,3. 4 sunt ... sensus duo -xi sibi invicem. SERV. auct. Aen. 4,482 *v. p. 2085,7.* *accedit dativus participio ad analogiam verborum quae sunt* circumdare, circumfundere *sim. constructo*: CARM. epigr. 950,1 (*Pompeis*) liceat collo -xa tenere braciola. VEN. FORT. carm. 6,1,53 -xa marito. 6,4,9 cui (*Christo*) tu -xa videris. *fort. sim.* PLAVT. Rud. 1203 *p. 2082,11.* *usurpatur intransitive pro reflexivo*: QVINT. inst. 7,10,17 verba verbis applicarimus non pugnantia, sed quae invicem -antur. ITALA exod. 28,22 (Lugd., Aug quaest. hept. 2,116) *v. p. 2083,47.* GLOSS. -it conprehendit. *legitur inde a* PLAVTO, *deest* TER. VARRONI PVBL. SALL. HOR. TIB. GERM. PHAEDRO SCRIB. LARGO PERS. PETRON. IVV. GRAN. LIC. [*loc. dub.*: PS. QVINT. decl. 19,7 CLAVD. 5,106 (*traditur et* complexus *et* amplexus).]

**I** ***strictiore sensu,*** *vi propria* plectendi *perspicua.* **A** ***de animantibus.*** **1** *manus, lacertos sim. circumicere alicui*: GLOSS. *περιλαμβάνω ἐπὶ ἀνθρώπου. περιπλέκομαι. περιπτύσσομαι.* **a** *absolute (vel obi. supplendo)*: NEP. Epam. 2,4 exercebatur plurimum..., quoad stans -i posset atque contendere. Eum. 4,2 cum inter se -xi in terram ex equis decidissent. PLIN. nat. 8,32 commoritur ea dimicatione *draco victor*, victusque (*sc. elephantus*) corruens -xum *draconem* elidit pondere. 8,216 *simiae fetus* -endo necant. 9,146 *urtica* praenatante pisciculo frondem suam spargit -ensque devorat. *de amantibus*: PLAVT. Amph. 290 -xus cum Alcumena cubat amans. Asin. 615 tu vita es mi. :: -ere (Truc. 370). 640 -xos fabulari (642). Curc. 188 nequeunt -i satis (*cf.* Poen. 1294). .Men. 1124 contineri quin -ar non queo (Rud. 1172). Mil. 534 vidi, et illam et hospitem, -xam atque osculantem. 1329. Rud. 1203 uxor -xa collo (*dat. an abl.?*) retinet filiam. PACVV. trag. 361. POMPON. Atell. 48 quin ergo, quando convenit, -ite? CATVLL. 64,214 ferunt olim *Aegeum* ... talia -xum iuveni mandata dedisse. LVCR. 4,1193 mulier ... quae -xa viri corpus cum corpore iungit. VERG. Aen. 5,766 -xi inter se noctemque diemque morantur. PROP. 1,6,5 me -xae remorantur verba puellae. PLIN. nat. 8,126 *ursorum* coitus hiemis initio, nec vulgari quadrupedum more, sed ambobus cubantibus -xisque. TAC. ann. 4,63 concursus ad exanimos -entium, osculantium. **b** *cum obiecto*: *α aliquem*: LVCIL. 180 commanducatur totum -xa comestque (*bestia hominem, ut videtur*). CVRT. 5,4,32 nudi -bantur armatos. LVCAN. 3,694 hostem hostis. PLIN. nat. 35,27 aquila draconem -xa. PASS. Theclae B a 33 p. 92,7 cui (*leoni*) leaena obviam vadens -xa est eum, et diu inter se ... pugnantes ... expiraverunt. *in imagine*: LVCAN. 2,303 non ante revellar, exanimem quam te -ar, Roma. *de amantibus, amicis, supplicibus sim.*: PLAVT. Amph. 132 cubat -xus cuius cupiens maxime est. Asin. 697 circumda torquem bracchiis, meum collum circumplecte. :: ten -atur? Mil. 1052 te compellare et -i et contrectare. Poen. 698 lepidam mulierem -xum contrectare. 1260. Pseud. 1259 amans -xust amantem. Rud. 1277 etiamne adveniens -ar eius patrem? TER. Andr. 133 mediam (LIV. 23,9,9 CVRT. 8,1,46) mulierem. CIC. Font. 46 cum virgo Vestalis ex altera parte germanum fratrem -xa teneat (*cf.* Flacc. 5 *v. p. 2083,12* nat. deor. 2,30 CATVLL. 11,18 VERG. Aen. 8,582 OV. am. 1,13,39 STAT. Ach. 1,253). Catil. 2,10 mulieres impudicas. Cael. 34 patrem -xa triumphantem. Pis. 21 -xus es funestum illud animal (*Catilinam dicit*). 52 ipsa Roma ... ad -endum conservatorem suum progredi visa est. Planc. 99 de orat. 2,247. rep. 6,9 -xus me senex collacrimavit. ac. 1,1 illum -xi, ut mos amicorum est ... reduximus. div. 1,103 artius (SVET. Claud. 43. VERVS Fronto p. 132 N. arte. APVL. met. 2,10. 10,12 artissime) puellam. epist. 3,11,2 -xus ... sum cogitatione te absentem. CAES. Gall. 1,21,1 Divitiacus multis cum lacrimis Caesarem -xus obsecrare coepit. VERG. Aen. 6,786 Berecyntia mater ... centum -xa nepotes. OV. epist. 15,250 -xo matrem ... Iove. met. 7,144 victorem. LIV. 2,40,10. 7,42,6 inter se (24,16,10 PLIN. nat. 10,174). VAL. MAX. 5,5,3 parentes. SEN. contr. 7,6 (21),9 dominam. 10,2,3 invitum. CVRT. 6,7,34 -xus ... regem orare coepit. SEN. dial. 3,18,4 deducuntur -xi alter alterum. MART. 11,23,7 amicam. TAC. hist. 2,89 matrem. ann. 15,60 liberos. 15,63 uxorem. APVL. met. 5,14 praedam suam (*i. sororem*). ITALA Marc. 10,16 (cod. k) -xus (*ἐναγκαλισάμενος*, cod. *δ et* VVLG. complexans) illos. PANEG. 3,13 invicem. VVLG. Sirach 30,21 spado -ens (*περιλαμβάνων*) virginem. *β res corporeas*: CIC. leg. 2,29 Vesta quasi focum urbis ... -xa sit. OV. met. 8,541 *Meleagri sorores* signata ... saxo nomina -xae lacrimas in nomina fundunt. 9,772 aram (SEN. Herc. f. 503. TAC. ann. 16,31 altaria et aram). Ib. 17 quassa ... membra carinae. VELL. 2,120,5 -xus catenarum, quibus vinctus erat, seriem. CVRT. 5,3,20 eminentia saxa (7,11,15). LVCAN. 9,364 serpens robora -xus (*cf.* CLAVD. 22,427 serpens -itur antrum). VAL. FL. 8,7 *Medea* -xa toros. STAT. Theb. 11,9 ille (*Capaneus*) iacet lacerae -xus fragmina turris. silv. 2,1,24 rogos (3,3,9). 5,5,55 busta Lini -xus Apollo. VVLG. II Macc. 14,46 -xus intestina sua utrisque manibus proiecit super turbas (*λαβὼν ἑκατέραις ταῖς χερσὶν ἐνέσεισε*). *metiendi causa*: TREBIVS frg. Plin. nat. 9,93 barbas *polypi*, quas vix utroque bracchio -i esset. 16,202 arboris eius crassitudo quattuor hominum ulnas -entium implebat. AMPEL. 8,8 balaenae costa magna ... quam homo -i non potest. *corpora vel partes corporis*: VERG. ecl. 5,22 -xa sui corpus (OV. met. 13,488 STAT. Theb. 12,373) ... nati ... mater. Aen. 2,673 -xa pedes ... coniunx (LVCAN. 10,89 PANEG. 11,21). 8,558 Euandrus dextram -xus euntis (OV. met. 6,494 CVRT. 6,7,8 STAT. Ach. 1,49. TAC. ann. 11,9 -xi dextras. CLAVD. 24,7). OV. am. 2,7,22 terga. met. 14,743 frigida nati membra (SEN. Herc. O. 1340). VAL. MAX. 3,2,11 cervicem. 5,3 ext. 3 hostis genua (QVINT. inst. 6,1,34 PANEG. 11,21). SEN. contr. 9,4 (27),16 -i volo istas manus optime de me ... meritas (TAC. ann. 6,50 manum -xus pulsum venarum attigit). SEN. Herc. O. 1829 Herculis cineres tenes; -ere ossa. Phaedr. 1254 -ere artus, quodque de nato est super (VAL. FL. 3,289). QVINT. decl. 388 p. 434,7 cadaver tamquam filium. TAC. ann. 1,40 uterum eius (*uxoris*) et communem filium multo cum fletu -xus *Germanicus.* *i. q. bracchiis, manibus tenere, portare*: SEN. benef. 3, 37,1 -xus sacra ac penates deos religiosus senex. PLIN. nat. 8,132 *mures* subrosae -xos fascem herbae. STAT. silv. 3,5,64 chelyn. *γ res incorporeas, in imagine*: SEN. epist. 1,2 omnes horas -ere (conplettare *p*). sic fiet, ut minus ex crastino pendeas, si hodierno manum inieceris. 4,5 possis aequo animo vitam relinquere, quam



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

multi sic -untur et tenent. 12,4 -amur illam (*senectutem*) et amemus. 66,27 virtus ... opera sua, quae videt affici et premi, ...magis -itur ac fovet. 79,14 *Rutulus* exilium suum -xus est. LVCAN. 9,111 saevum ... arte (alte *M V*) -xa dolorem perfruitur lacrimis. PLIN. nat. 35,74 *Timanthes* pinxit et heroa absolutissimi operis, artem ipsam -xus viros pingendi. TAC. Agr. 46 formam ac figuram animi *Agricolae* magis quam corporis -antur. PLIN. paneg. 95 consensum vestrum -ar et teneam. *per prosopopoeian*: CVRIO pater or. frg. Prisc. gramm. II 385,1 eum tam invidiosa fortuna -i. LAEV. carm. frg. 15 -xa somno corpora (*cf.* CIC. rep. 6,10 me ... artior quam solebat somnus -xus est. VERG. Aen. 2,253 sopor fessos -itur artus). CIC. Flacc. 5 quem haec communis nostrum omnium patria propter recentem ... beneficii memoriam -xa teneat. Tim. 15 *mundus* ipse se concordi quadam amicitia -itur. VAL. MAX. 9,1 ext. 1 Campana luxuria... invictum... armis Hannibalem illecebris suis -xa. PANEG. 7,16 quantus te militum tuorum amor -retur. 12,45 omnes venia -xa velut quodam materno sinu clausit. PSALT. Rom. 84,11 iustitia et pax -xae sunt se (*κατεφίλησαν*, VVLG. osculatae sunt). ZACCH. 1,7 deum ... necessitas nulla -itur. GREG. TVR. Mart. 3,38 fama, quae totum late -xuit orbem. **c** *accedit ablativus*: VERG. Aen. 11,743 dextra -itur hostem (CVRT. 9,5,13 dextera impendentes ramos). OV. met. 1,555 ramos... lacertis. 3,727 caput digitis. CVRT. 7,4,37 manu (7,11,15 manibus. LVCAN. 5,809. SEN. Ag. 542 navem manu. Herc. O. 810 aras ... manu. STAT. silv. 2,1,147 AVSON. 106,3. HIER. epist. 60,19,2 utraque manu). PLIN. nat. 32,12 polypum hamos appetere bracchiisque -i. SIL. 17,312 ulnis (STAT. silv. 3,1,90). STAT. Ach. 1,218 natum ipsa sinu -xa per undas an magno Tritone ferat (TAC. hist. 3,38). TAC. hist. 1,36 armis. APVL. met. 6,24 accumbebat summum torum maritus Psychen gremio suo -xus (CLAVD. rapt. Pros. 1,104). 10,22 membra duris ungulis. RVFIN. Greg. Naz. orat. 5,2 p. 169,10 Engelbr. avis, si reppererit fetum, ...pansis... alis confovet et -itur nidum. *in imagine*: STAT. silv. 3,5,30 tu me ... visceribus -xa tuis sertisque dedisti oscula anhela meis. OPTAT. 3,10 p. 95,16 ecclesia catholica omnes filios pacis gremio et sinu suo -itur.

**2** *circumnectere, vincire*: VERG. Aen. 8,260 *Hercules* Cacum ... corripit in nodum -xus. *accedit ablativus*: MIN. FEL. 38,2 sertis colla -imur. CLAVD. 1,1 Sol ... flammigeris mundum -xus habenis.

**B** ***de rebus***: *i. q. stringere, cingere, ligare*: PLAVT. Asin. 304 manus manicae -xae sunt. OV. met. 2,353 -itur inguina cortex. CELS. 8,7 fascia aut mollis habena... utrimque mentum -atur. SEN. epist. 86,20 *vites* tenent et -xae sunt non suas ulmos (*cf.* PLIN. nat. 14,10 *vites* populis nubunt, maritasque -xae *eqs.*). COLVM. 5,6,25 *torus* mediam vitem -itur. LVCAN. 5,144 crines ... in terga solutos candida Phocaica -itur infula lauro. PLIN. nat. 10,98 quarum (*avium*) digiti non sint accommodati -endis transferendisque ovis. ITALA exod. 28,22 (Lugd., Aug. quaest. hept. 2,116) fimbrias -entes (*συμπεπλεγμένους*, VVLG. sibi invicem cohaerentes). VVLG. II par. 3,5 catenulas se invicem -entes (Nah. 1,10 spinae se invicem -untur. *cf.* HIER. in Nah. 1,10 p. 544). CLAVD. 1,220 *crinalis arundo* vivida frondet aequaevum -xa caput. CASSIOD. in psalm. 118,61 cur se ipse peccatorum nexibus dicat esse -xum? *accedit ablativus*: CIC. Cato 52 vitis... claviculis suis quasi manibus, quicquid est nacta, -itur. SEN. benef. 3,29,5 quod radix tenui fibra -itur. GAIVS inst. 2,72 *planta* radicibus terram -xa (ARNOB. nat. 5,12). CASSIOD. in psalm. 118,61 caro delictorum funibus -xa.

**II** ***latiore sensu***: **A** ***proprie***: **1** *circumdare*: **a** *cum obiecto solo, praecipue spatium, locum sim.*: CAES. Gall. 7,72,2 quoniam tantum esset... spatium -xus *Caesar.* 7,74,1 pro loci natura XIIII milia passuum -xus. civ. 3,112,7 loca maxime necessaria -xus (*v. l.* amplexus) noctu praemunit. BELL. Afr. 14,1 colles. OV. met. 15,619 ruris ... tantum ..., quantum depresso ... aratro -i posses ad finem lucis ab ortu. CVRT. 4,8,2 quidquid soli est inter paludem ac mare. VVLG. psalm. 47,13 circumdate Sion et -imini (*περιλάβετε*) eam. **b** *accedit ablativus*: CIC. Tim. 20 *mundum* caelo ... -xus est *deus*. CAES. civ. 3,63,3 milia passum in circuitu XVII munitione[s] erat -xus *Caesar*. LIV. 39,51,6 totius circuitum domus ita custodiis -xi sunt, ut nemo inde elabi posset. VELL. 2,51,2 Caesar ... nihil in mora habuit, quominus ... obsidione munimentisque eum (*Pompeium*) -retur. MELA 1,72 *specus* totum se nemoroso laterum orbe -itur. VAL. FL. 5,230 vellera Martis in umbra ... Phrixus ... liquerat ardenti quercum -xa metallo. SIL. 3,452 *Ararem* gurgitibus -xus... immergit pelago *Rhodanus*. 7,588 gemino -xus proelia cornu. FRONTIN. strat. 1,5,2 castris ampliorem locum supra ripam -xus. FLOR. epit. 3,6,8 *Pompeius* legatis atque praefectis utraque Ponti et Oceani ora -xus est. PLIN. epist. 3,9,9 tot crimina, tot reos uno velut fasce -remur. AVG. civ. 7,28 quibus *tribus deis* quasi cuncta -xus est *Plato*. CAEL. AVR. chron. 1,1,42 ceteris corporis partibus aqua -xis. *adde*: STAT. Theb. 3,504 ales ... liquidoque polum -xa meatu pendeat. *in imagine*: CIC. fin. 3,175 orator ... sic illigat sententiam verbis, ut eam numero quodam -atur et astricto et soluto. SEN. suas. 7,12 iusiurandum bellis sensibus. QVINT. inst. 1,1,31 ipsis syllabis verba -i et his sermonem conectere. **c** *accedit* in: OV. trist. 1,7,7 effigiem... meam fulvo -xus in auro.



**2** *includere, circumiectum esse, continere* (in se: *l. 48. 74*); GLOSS. -itur continet, contegit: **a** *c. obiect. solo*: CATO agr. 38,1 fortax totam fornacem infimam -atur. RHET. Her. 4,14,20 complexio est, quae utramque -itur exornationem. CATVLL. 64,266 vestis ... pulvinar -xa suo velabat amictu (64,307). CIC. rep. 6,17 extumus *orbis vel globus* reliquos omnes -itur (*cf.* SEN. epist. 12,6 aetas ... orbes habet circumductos maiores minoribus: est aliquis qui omnes -atur et cingat). leg. 2,57 iniecta *corpori* gleba ... multa religiosa iura -itur. nat. deor. 1,37 omnia cingentem atque -xum ardorem. 1,120 deos esse dicit ... ingentes ... imagines tantasque, ut universum mundum -antur extrinsecus (CLAVD. carm. min. 32,13 *deus* totum late -itur orbem). 2,30 *natura* quae res omnes -xa teneat. 2,38 mundus ... omnia -xus est (2,87 SEN. nat. 2,3,1 dial. 7,8,4). 2,117 quem (*aethera*) -xa summa pars caeli. Tim. 12 quod ... omnes animantes -itur. off. 1,57 cari sunt parentes, cari liberi, ...sed omnes omnium caritates patria una -xa est (COD. Theod. 10,10,25 [*a. 408*] Illyricianos ... quos patria -itur vel alia quaelibet terra susceperit). epist. 4,7,4 cum ita late pateat eius potestas..., ut terrarum orbem -xa sit (*cf.* LIV. 44,1,12 vires ... populi Romani ... terrarum orbem -entes). VERG. Aen. 1,694 ubi mollis amaracus illum (*Ascanium*) floribus et dulci aspirans -itur umbra. MANIL. 1,861 aera... arida -xum spirantis semina terrae. SEN. nat. 2,5,2 ova tantum -untur umoris, quantum ad effectum animalis satis est. 4,2,4 urbem tota (*insula*; totam *codd.*) -itur. dial. 6,18,1 intraturus es urbem ... omnia -xam. 8,4,2 unum sit hoc quod maria terrasque et mari ac terris inserta -itur. 12,1,2 hoc universum quod omnia divina humanaque -itur. MELA 1,87 *Ionia* ut maiore circuitu, ita plura -itur. 2,92 *sinus* Sucronensis ... urbes -xus et alias quidem, sed notissimas Valentiam et Saguntum illam ... inclutam. LVCAN. 9,431 quaecumque vagam Syrtim -itur ora. VAL. FL. 5,109 Assyrios -xa sinus stat opima Sinope. PLIN. nat. 3,17 -xam eum (*scrobem*) porticum. 3,66 moenia ... -xa montes septem. 12,9 *platanus* muscosos -xa pumices. 15,111 ipsis *siliquis* dulcibus semenque -xis amarum. 16,19 *glandiferae arbores glandem* continent hispido calyce per genera plus minusque -ente. 16,154. 18,53 *milii* comae granum -xae. 36,140 geoden (*lapidem*) ex argumento appellant, quoniam terram -xus est. 37,71 hi (*smaragdi*) sunt fluctuosi ac rerum imagines -xi, papaverum verbi gratia aut avium catulorumque vel pinnarum (*cf.* 37,118 *iasponyx* nubem -xa). STAT. Theb. 6,60 tertius assurgens Arabum strue tollitur ordo Eoas -xus opes incanaque glebis tura *eqs.* silv. 1,1,1 moles ... stat Latium -xa forum. 2,3,2 stat ... arbor ... -xa lacus. PS. FRONTIN. strat. 4,3,13 arborem, quam in pede castrorum fuerat -xa metatio. TERT. adv. Hermog. 31 p. 161,2 caelum spiritui et aquis incubabat et -batur. PANEG. 5,11 *Britannia* non circumfusa oceano, sed -xa ipsum oceanum videtur. CARM. epigr. 456,5 (*Salonis*) aequius is⟨te l⟩apis -ret ossa paterna (1217,1 [*Latio*] Tellus aevo -ere sancta ossua). HIL. in psalm. 68,29 terra ... -xa in sese vel suscepta sinu semina continet. syn. 15 omnem in se divinitatis paternae, qualis et quanta forma est, invisibilis dei filius et imago -itur. PHYSIOGN. 68 *ἰσχία* carne -xa. CLAVD. 24,131 aether *urbem*. 28,288 *Apenninus* populos. DRAC. laud. dei 1,601 spiritus ... dei ... omnia -ens (2,32 sanctus ... spiritus). CARM. epigr. 1356 A 2 (*Arausione, saec. V ex.*) Eutropium hic... corpore -xum... urna tegit. *de loco, spatio*: CIC. rep. 6,18 terra ... una sede ... haeret -xa medium mundi locum. CVRT. 5,1,26 operis ambitus CCCLXV stadia -itur (5,1,31 arcem ... ambitu XX stadia -xam. 7,3,22 rupes ... X in circuitu stadia -itur. 7,11,2). PLIN. nat. 3,112 regio Vmbriam -xa agrumque Gallicum citra Ariminum. QVINT. inst. 1,10,41 circumcurrens linea, si efficiet orbem ... amplius spatium -itur, quam si quadratum paribus oris efficiat (MART. CAP. 8,827. CASSIOD. in psalm. 118,151 *deus* non spatiis inclusus, sed ipse spatia cuncta implens atque -ens). *de fluviis, aquis*: CIC. leg. 2,6 Fibrenus ... tantum -itur, quod satis sit modicae palaestrae, loci. OV. met. 8,731 -xi terram maris (VAL. FL. 1,195 *v. infra l. 83*). PLIN. nat. 5,41 insulas non ita multas -untur haec maria (6,86). 5,115 templum Dianae -xi e diversis regionibus duo *amnes* Selenuntes. TAC. Germ. 1 oceanus latos sinus et insularum immensa spatia -xus (AVIEN. orb. terr. 73). *de tempore*: PLIN. nat. 18,280 quarum (*vergiliarum*) exortu aestas incipiat, occasu hiems, semestri spatio intra se messes vindemiasque et omnium maturitatem -xae (complexit *codd., fort.* -xo). TAC. dial. 16 is... annus horum quos nos vocamus annorum duodecim milia...-itur (*cf.* AVG. civ. 12,11). GART. MART. pom. 2,6 quae sollicitudo non amplius quam unius anni spatio -itur. *in imagine*: QVINT. inst. 9,4,18 in Herodoto ... ipsa dialectus habet eam iucunditatem, ut latentes in se numeros -xa videatur. HIL. in Matth. 14,7 populi princeps subiectae sibi universitatis nomen causamque -itur. **b** *accedit ablativus*: VERG. Aen. 2,514 laurus ... umbra (CIRIS 4) -xa penates. 5,31 tellus ... gremio -itur ossa (PLIN. nat. 2,154 *terra* gremio. *cf.* MELA 1,10 *Asia* ipsam *Maeotida paludem* gremio ad Tanaih usque -xa). COLVM. 8,17,10 moles ... -antur *piscinam* sinu suo. MELA 3,73 *sinus* Persicus... utrimque rectis lateribus grande ostium quasi cervice -itur. SEN. Phaedr. 1163 quidquid oceanus vagis -xus undis ultimo fluctu tegit. VAL. FL. 1,195 *Neptunus* terras ... salo -eris omnes. LVCAN. 4,79 imperfecto -itur aera gyro arcus. TIBERIAN. carm. 4,17 qua *specie*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sidera cingis immensus longamque simul -eris aethram, *deus*. PANEG. 2, 3 illa lux divinum verticem claro orbe -ens. CLAVD. 15, 519 partem *fugatorum* litoreo -itur Olbia muro. DRAC. laud. dei 3, 711 spina latus -itur . . . costis. *in imagine*: STAT. silv. 3, 2, 80 ratis . . . tot gracili ligno -xa timores.

**3** *coniungere, conectere, colligare; cf.* SERV. auct. Aen. 4, 482 aptum . . . id est constrictum et -xum. GLOSS. *συμπλέκω*. -itur concinnat. contingit, coniungit. -antur concinnant vel subtiliter conponunt [vel inrident]. **a** *res corporeas*: CIC. nat. deor. 2, 54 non est . . . aetheris ea natura, ut vi sua stellas -xa contorqueat. LVCR. 2, 154 corpuscula quaeque vaporis . . . -xa meant inter se (5, 922 herbarum genera ac fruges arbustaque. HYG. astr. 3, 21) conque globata. VITR. 10, 2, 11 scapos. LVCAN. 4, 189 aeterno -ens omnia nexu, o . . . salus concordia mundi. GRATT. 417 bitumina . . . pices . . . summam -itur ignis in unam. **b** *res incorporeas*: ASCON. Mil. p. 43 Cl. cum aliquis in dicenda sententia duas pluresve res -itur . . ., postulatur, ut dividatur. BOETH. herm. pr. 2, 11 p. 158, 10 haec assidue -xa eadem faciunt superfluam locutionem. 2, 12 p. 167, 22 eorum quae -untur (*τῶν συμπλεκομένων*). herm. sec. 5, 11 p. 368, 2 quod singillatim praedicaveris hoc -xum conexumque proponas. *t. t. artis medicae*: CAEL. AVR. acut. 2, 3, 19 ut -xae duae passiones videantur (2, 13, 89 chron. 2, 7, 97. 4, 3, 21 *al.*). 2, 33, 177 -xa aegritudine aegrotare cordiacos. *in imagine*: ITALA psalm. 49, 19 (Cypr. epist. 45, 2) lingua tua -batur insidias (complectabatur *R; περιέπλεκε*, VVLG. concinnabat dolos). **c** *homines*: GELL. 12, 8, 6 pari voluntate coniuncti -xique sunt. PS. QVINT. decl. 1, 5 quamquam duos indicia -xa sint, vos tamen tamquam de singulis cognoveritis.

**4** *adiungere, adnectere, assumere*: PLIN. nat. 6, 202 sunt qui ultra eas Fortunatas *insulas* putant esse quasdam alias, quo in numero idem Sebosus, etiam spatia -xus. SVLP. SEV. chron. 2, 7, 5 consequentium saeculorum ordinem revelavit, annorum etiam numerum -xus. *in computatione*: PLIN. nat. 6, 209 in Cyrenaica eius (*Africae*) parte DCCCCX eam fecit Agrippa, deserta eius ad Garamantes . . . -ens. *accedit* ad: CIC. Pis. 75 -i vis amplissimos viros ad tuum et Gabinii scelus. cum: CIC. Planc. 102 quid . . . possum aliud nisi . . . te cum mea salute -i? in *c. accus.*: VERG. Aen. 9, 275 te . . . comitem casus -or in omnes. IVLIAN. dig. 45, 1, 56, 2 qui sibi aut filio suo dari stipulatur, manifeste personam filii in hoc -itur, ut ei recte solvatur. *accedit dativus*: CARM. epigr. 950, 1 (*Pompeis*) liceat collo -xa tenere braciola. VLP. dig. 48, 5, 18 (17), 3 si specialiter, cum quo adulterium fecerit, denuntiationi -xus sit. PAVL. dig. 24, 3, 45 instrumento dotali huiusmodi pactum et stipulationem -xus est. VEN. FORT. carm. 6, 4, 9 cui (*Christo*) tu -xa videris. *reflexive*: FAV. EVL. p. 22 medietas sibi -xa.

**5** *comprehendere, capere, arripere, occupare, sibi vindicare, potiri aliqua re: res incorporeas*: CIC. Tusc. 2, 11 tum *philosophia* valet multum, cum est idoneam -xa naturam. epist. 10, 12, 5 quam *facultatem* quoniam -xus es, tene (10, 19, 2 *gloriae* maximam facultatem tibi dii . . . dedere, quam -ere obsecro). VELL. 2, 108, 2 imperium vimque regiam (AVR. VICT. Caes. 2, 1 Tiberius . . . imperium -xus est). VAL. MAX. 3, 4, 5 nihil ad se pertinentia civis Romani iura. VVLG. Sirach 4, 13 qui vigilaverint ad illam (*sapientiam*), -entur (-ebuntur *Amiat.*) placorem eius (*ἐμπλησθήσονται σωφροσύνης*). *res corporeas*: EPICED. Drusi 255 *flamma* -xa est silvas (MANIL. 1, 150 ignis . . . summa . . . -xus . . . culmina caeli. SEN. nat. 6, 32, 5 vasta vis ignium urbes agrosque pari clade -xa. FIRM. err. 15 *ignis* quicquid errantes homines vanis persuasionibus perdidit, rapida flammarum populatione -itur). LAVS Pis. 213 hoc veri -ere pignus amoris (*carmen dicit*). VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 *Alexander* totum terrarum orbem aut victoriis aut spe -xus. CVRT. 6, 3, 4 plures provincias -xus sum quam alii urbes ceperunt (*cf.* APVL. met. 3, 11 provinciam totam inclitae vestrae familiae nobilitas -itur). *de locis, i. q. occupare*: COLVM. 1, 4, 8 *agricola* areae pedem tantum -atur . . . quantum. AVG. civ. 19, 1 philosophi . . . quodammodo -rentur et caelum. MART. CAP. 1, 28 Calliope orbem -xa Cyllenium. CARM. epigr. 743, 4 (*Volsiniis*) aeternas sedes meruit -i pi⟨orum⟩. *adde*: OCTAVIA 478 Augustus . . . -xus astra est. *aliquem, i. q. sibi coniungere*: VELL. 2, 127, 3 Seianum Aelium . . . materno genere clarissimas veteresque et insignes honoribus -xum familias (TAC. ann. 15, 48 multas insignesque familias paterna nobilitate -xus. *cf.* AVSON. 163, 4 Arborium . . . -xum multas nobilitate domus). PLIN. epist. 4, 4, 1 Calvisium . . . arta propinquitate -itur; est enim filius sororis. *adde*: TAC. ann. 2, 82 populum Romanum aequo iure -i reddita libertate.

**B** ***translate*:** **1** *colere, amare, sequi, favere*: **a** *aliquem*: CIC. Sest. 146 ego . . . hos in omni fortuna . . . -ar, nec me ab iis . . . ulla fortuna divellet. Rab. Post. 15 alius alios homines et ordines, ego vos (*equites*) semper -xus sum. Phil. 10, 18 *veteranos* vos libertatis adiutores -i debetis (*seq. syn.* sequi). Tusc. 1, 5 oratorem celeriter -xi sumus. Lael. 54 Fortuna . . . eos . . . efficit caecos, quos -xa est. Att. 7, 1, 2 videsne, ut . . . sim utrumque -xus? . . . sed aliquando tamen persuasisti, ut alterum -rer. 16, 15, 3 ut adulescentem (*Caesarem Octavianum*) totamque causam manumque veteranorum -rer. epist. 1, 9, 12 in hac sententia -endus erat mihi Caesar. 2, 6, 4. 2, 15, 4. 3, 11, 3 civitas tales tutores -i debeat. 6, 6, 10 nos quemadmodum est -xus *Caesar*. 10, 12, 1 te victorem -ar. 13, 12, 2 quam liberalissime. 13, 78, 2 peto, ut eum -are, diligas, in tuis habeas. ad Brut. 1, 12, 3. Q. CIC. pet. 29 senatores equitesque Romanos . . . -ere. OV. Pont. 2, 3, 31. 2, 8, 69 *deos*. SEN. epist. 109, 15 amicos. PLIN. epist. 7, 31, 7. 9, 5, 1 honestissimum quemque. APVL. Plat. 2, 27. AVR. VICT. Caes. 20, 23 *uxorem* adeo famose -xus est, ut. HIL. in Matth. 11, 7 proprii insectantur, -untur inimici *Christum*. SVLP. SEV. dial. 1 (2), 5, 9 multum . . . -xus quem spernere ante decreverat. *adde*: CIC. fin. 5, 67 inest in omni virtute cura quaedam . . . alios appetens atque -ens. *accedit ablativus*: CIC. prov. 38 neminem . . . est hic (*sc. consularis*) ordo -xus honoribus et beneficiis (Planc. 82). Pis. 80 me . . . Cn. Pompeius omnibus studiis (Att. 6, 1, 3 omni studio) suis, laboribus, vitae periculis -xus est. Marcell. 10 benevolentia (epist. 6, 14, 1). epist. 7, 5, 3 omni . . . comitate (ad Q. fr. 1, 2, 4). 13, 12, 2 liberalitate. OV. trist. 3, 5, 3 vinclis propioribus. LIV. 7, 40, 3 omnes caritate cives praecipue milites . . . -xus. PLIN. epist. 3, 11, 5 arta familiaritate (4, 15, 1). HIER. epist. 71, 1 statim amore -rer, quem oculis ignorabam (115, 1). **b** *aliquid, saepe i. q. studere, operam dare*: CIC. Balb. 63 consilium hominis probavit, fidem est -xus, officia . . . dilexit. Rab. Post. 44 bonitatem . . . non . . . aspernari ac refutare, sed -i . . . et augere debetis. Phil. 5, 44 *Caesar* eam -xus est causam, quae esset senatui . . . gratissima (Att. 16, 15, 3). rep. 1, 52 quas ad res cives instituit et vocat, eas omnes -xus est ipse (Att. 4, 16, 2 rem . . . magnam . . . et gravem et plurimi otii). 2, 10 qui potuit . . . divinius . . . utilitates -i maritimas Romulus? Tusc. 5, 87 honestatem sic -itur, ut omnia quae sine ea sint, longe retro ponenda censeat. div. 1, 3 noster *populus* quam multa genera *divinationis* -xus est. Att. 2, 6, 1 sic . . . sum -xus otium, ut ab eo divelli non queam. epist. 3, 3, 1. ad Q. fr. 1, 2, 4 ego Niciam . . ., ego nugas maximas omni mea comitate -xus sum, Nymphontem etiam Colophonium. NEP. Eum. 2, 3 cogitabat . . ., quod fere omnes in magnis imperiis concupiscunt, omnium partes corripere atque -i. OV. met. 10, 483 preces. Pont. 1, 6, 9 artes. LIV. 34, 58, 3 Romanis ius sit . . . amicitias et tueri, quas habeant, et novas -i (35, 46, 7 utramque -i amicitiam. FRONTO p. 192 N.). SEN. contr. 10, 5 (34), 21 tanti viri gratiam. SEN. clem. 1, 1, 7 spes improbissimas. epist. 95, 36 honesta. 95, 55 fortitudinem. dial. 7, 10, 3 voluptatem. QVINT. decl. 306 p. 199, 24 viduitatem. SCHOL. Cic. Bob. p. 16, 27 Hild. defensionem. VVLG. II Macc. 6, 19 mortem magis quam odibilem vitam -ens (amplectens *Amiat.*; *ἀναδεξάμενος*). SVLP. SEV. chron. 2, 35, 4 imperator decretum episcopale -itur. *adde i. q. animum intendere*: CIC. ac. 2, 139 Aristippus . . . corpus solum tuetur, Zeno . . . animum solum -itur. QVINT. inst. 6, 2, 9 voluntatem -i quam nomina interpretari maluerunt. *accedit ablativus*: LIV. 42, 13, 4 cernebam Persea . . . alia armis occupantem, alia . . . favore ac benevolentia -entem. HIL. op. hist. frg. 1, 1 magnum consummandae veritatis sacramentum ita triplici humani sensus affectione[m] -itur *Paulus*. *adde*: TAC. dial. 5 qua (*eloquentia*) . . . -i provincias possit (*fere i. q. patrocinari*).

**2** *comprehendere, colligere*: **a** *de hominibus*: *α animo, mente, memoria sim. aliquid comprehendere, considerare, intellegere, percipere*. GLOSS. -itur *θεωρεῖ, κατανοεῖ*. *αα cum obiecto solo*: CIC. de orat. 1, 64 universam et propriam oratoris vim definire -ique (3, 54). 1, 76 *disciplinas*. 2, 7 ut ea quae existimarem . . . de eloquentia divinitus esse dicta, custodirem litteris, si ullo modo assequi -ique potuissem. 2, 357 ordinem verborum . . . aut sententiarum -atur. 3, 24 quae -i tota nequeunt, haec facilius divulsa . . . contrectant. 3, 75 tantam scientiam vimque doctrinae. 3, 126 quantam rerum varietatem, quantam vim, quantam copiam . . . -xus es. 3, 132 genus universum. 3, 133. Brut. 303 rem -batur memoriter. 322 philosophiam. orat. 61. rep. 2, 2 neque cuncta ingenia collata in unum tantum posse . . . providere, ut omnia -rentur. ac. 2, 114 ista innumerabilia. Tusc. 1, 22 Aristoteles . . . cum quattuor nota illa genera principiorum esset -xus. 1, 66 quod vim . . . cogitationis habeat . . . et -i possit praesentia. off. 2, 19 hominum studia -amur eaque teneamus. OV. Pont. 4, 15, 1 tempora . . . omnia vitae. MANIL. 1, 54 *Babylonii* longa per assiduas -xi (*v. l.* perplexi) saecula curas. VAL. MAX. 3, 4 ext. 1 totius . . . mundi habitum. 4, 1 ext. 1 solidum opus doctrinae. SEN. epist. 75, 9 qui . . . quae erant -enda, didicerunt. 94, 1 summam . . . totius vitae. 99, 10 universum *tempus*. PLIN. nat. 2, 53 menses gentium diesque et horas ac situs locorum et visus populorum -xus *Hipparchus* (*sc. siderum ratione*). QVINT. inst. 11, 2, 36 in iis quae scripsimus -endis multum valent *cogitationes*. 11, 2, 44 vim . . . rerum atque ordinem. TAC. dial. 30 omnem omnium artium varietatem. SPART. Hadr. 20, 11 omnes publicas rationes. IVST. 2, 15, 2 *Athenienses* cum moenia maiora -xi fuissent, suspecti esse Lacedaemoniis coepere. HIER. epist. 2, 1 vellem . . . admirandum consortium, licet isti oculi non mercantur aspicere, tota cum exultatione -i. SVLP. SEV. dial. 1, 13, 6 agnitionem dei et omnem iustitiam. *ββ accedit ablativus*: CIC. div. in Caec. 39 causam . . . memoria (div. 2, 146 LIV. 39, 47, 1. VAL. MAX. 2, 7, 6 vos . . . memoria ac relatione -or. 5, 4 ext. 3). de orat. 1, 19 animo rei magnitudinem (3, 20 Cato 15. off. 1, 117 animo et cogitatione. epist. 5, 17, 4 OV. trist. 1, 3, 70. CVRT. 10, 1, 17 infinita. SEN. epist. 104, 31 illius imaginem temporis. dial. 8, 4, 1 duas res publicas. PLIN. nat. 7, 7 QVINT. inst. 10, 6, 3. AMBR. exc. Sat. 1, 72 toto te animo ac mente -or). de orat. 1, 86 tantam vim rerum maxi-



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

corporis annos. VLP. dig. 3, 1, 1, 3 minorem annis decem et septem, qui eos non in totum -vit. INSCR. christ. Leblant II 425, 29 [*a. 522*]. PALLAD. hist. mon. I 1 p. 251[B] quindecim annis vivendo -etis. CORP. III 9106 bis ternos denos -vi mensibus annos [*cf.* APVL. met. 8, 9 residuis mensibus spatium reliquum -eatur anni]. X 8131, 4 INSCR. christ. Rossi II p. 127 v. 13 quater denos -ret presbyter annos. INSCR. christ. Hisp 533). *cum numeris ordinal.*: VAL. MAX. 8, 13, 1 centesimum annum -vit. VLP. dig. 4, 4, 19. 26, 7, 5, 6 post -etum vicesimum quintum annum aetatis (LACT. opif. 4, 3 centesimum aetatis -vit annum). 28, 1, 5 *bis*. 30, 49, 2. 3 COMM. instr. 2, 39, 18. *adde*: CIC. Tim. 33 absolutum annum perfectumque tum -eri (*πληροῖ*). OV. trist. 2, 161 Livia sic tecum sociales -eat annos. GERM. frg. 2, 18 bis senos Phoebus . . . -verit annos (APVL. met. 11, 26 *Sol* annum -erat). CARM. epigr. 965, 11 (*a. 10 p. Chr.*) nondum bis vicenos annos -verat annus (CORP. VI 3[3]395 nondum bis denos annus -verat annos. *cf.* INSCR. Notiz. degli scavi 1904 p. 437 nóndum bis ternós aetas -verat annós. *cf. infra l. 61*). PLIN. nat. 17, 182 septimum annum a surculo -eat *vitis*. STAT. Theb. 2, 394 -eto iustius anno. COMM. instr. 2, 39, 8. LAMPR. Alex. 46, 5 nemo *rationalium* nisi annum -ret (AVG. civ. 3, 16 annum . . . suum non -erunt). ITIN. [Silv.] 5, 9 -eto anno profectionis filiorum Israhel. FILASTR. 106, 2 quadringentos . . . annos transisse . . . ⟨et⟩ . . . fuisse -etos. 107, 8. MAXIMIN. c. Ambr. 59 -etis septem annis . . . in episcopatu (*cf.* HIER. epist. 52, 3, 5 Isocrates nonaginta et novem annos in docendi . . . labore -vit). HIER. chron. a. Abr. 1468 desolationis templi anni -entur septuaginta. AVG. civ. 3, 16 annum illum funerum. 18, 40. *nota medialiter*: CORP. VI 30110 bis denos -etam annos te . . . eripuit . . . mortis . . . dies. *adde*: PLIN. paneg. 91 nondum biennium -eramus in officio. SCAEV. dig. 33, 2, 35 post -etum quinquennium. COD. Iust. 6, 31, 6, 2 (*a. 532*) post -etum quadriennium. CORP. VI 32420 (*de virgine Vestali*) maximatus sui XX (*i. vicennalia*) -bit (*i.* -vit). VLP. dig. 12, 1, 4, 1 post lustrum -etum (INSCR. christ. Leblant II 429, 23 [*saec. VI*] bis senum vitae -vit tramite lustrum. INSCR. christ. Hisp. 2 [*a. 632*] hoc seculo XII -verat lustros). tempus: VERG. Aen. 9, 107 tempora Parcae debita -lerant. OV. met. 3, 312 *infans* materna . . . tempora -et. 11, 311 sua maturus -vit tempora venter. 15, 816. LIV. 44, 9, 4 vix unius horae tempus utrumque curriculum -bat. CELS. 8, 10, 1 duae partes eius temporis, quo quodque os confervet, -eantur. MAECIAN. dig. 36, 1, 73 -eto tempore deliberationis. VLP. dig. 50, 2, 3, 1. HERMOG. dig. 39, 4, 10, 1 conductionis. COMM. apol. 886 statuta tempora -et. NEMES. cyn. 20 iusti -lerit tempora partus. ARNOB. nat. 5, 10. ITIN. Anton. Plac. rec. A 38 -eto tempore festivitatis. SERV. auct. ecl. 7, 61 -eto vitae suae tempore mortua est (VVLG. Tob. 4, 5). HIER. epist. 54, 2, 1 tempora virtutum multa -vit. VVLG. lev. 8, 33 quo *die* -bitur tempus consecrationis vestrae. PAPYR. Genav. Rev. Phil. 20 (1896) 47, 3 (*saec. IV*) ⟨impe⟩rii iam tempora -esse. COD. Iust. 8, 40, 26, 4 (*a. 530*) post statutum ab initio tempus -etum. EVGIPP. Sev. 39, 1 reliqua orationum tempora in parvo -bat oratorio. OV. met. 15, 395 quinque suae -lerit saecula vitae. COLVM. arb. 16, 3 -etis sex et triginta mensibus (PLIN. nat. 8, 177 ipso -ente decimum mensem die parere. CARM. epigr. 1535 A 1. CORP. III 7582 annis tres et ⟨men⟩ses septe(m) et -vit. XII 592, 19 bis undenos aevi -etis duxit mensibus annos. *cf.* SIL. 3, 67 bis senos lunae nondum -verat orbes). APVL. Plat. 1, 10 dies . . . cum noctibus mensium spatia -ere (COMM. apol. 835. FIRM. err. 24, 2 -eto diurnarum horarum spatio. SIDON. epist. 2, 9, 10 hebdomadis exactae). TERT. anim. 56 donec reliquatio -eatur aetatis. PAVL. dig. 44, 7, 6 novissimus totus dies -eatur (VVLG. num. 6. 5 usque ad -etum diem, quo . . . consecratur. deut. 34, 8 -eti sunt dies planctus. *cf.* gen. 35, 28 -eti sunt dies Isaac CLXXX annorum. LIB. iubil. 19, 2 -eti sunt dies vitae Sarae et mortua est). ITIN. [Silv.] 46, 3 -etae fuerint septimanae quinque. DAMAS. 10, 5 bis denas hiemes necdum -verat aetas. AVG. civ. 16, 26 hebdomade -eta . . . resurrexit *Christus*. *nota reflexive*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 39 iam se -bant dies festi. *inde i. q. pervenire in aliquam aetatem sim.* (*cf. l. 14 al.*): TAC. ann. 4, 58 extremam senectam -erit. PAPIN. dig. 22, 1, 3, 3 certam aetatem puella -esset (28, 6, 41, 7 puberem aetatem. VLP. dig. 36, 1, 11, 2 nubilem. COD. Iust. 2, 44, 4 [*a. 530*] illam . . . aetatem . . . quae ex viginti quinque annorum curriculis -etur. CORP. V 8986*, 2 ante qu⟨am⟩ -vit aetatem. *cf.* AVG. civ. 22, 15 aetatis eius mensura -eatur. VLP. dig. 4, 4, 1, 2 post hoc tempus [*i. XXV annos*] -eri virilem vigorem).

**B** *i. q. perficere, conficere, absolvere, operare*: CIC. Verr. 4, 116 summam mei promissi -eam (SORT. Sangall. 8, 3 promissum suum -et. OPTAT. 2, 1 p. 33, 23 patri promissa. PASS. Petr. Paul. long. 7 -esset deus promissa sua. *sim.*: AVG. civ. 17, 2 illa dei promissio -retur. *adde*: VVLG. II par. 6, 15 quae ore promiseras opere -esti. CORP. VIII 2272 quod promisit -vit). CIC. part. 18 non -eas verbis quod proposueris. HOR. epist. 2, 1, 217 munus Apolline dignum vis -ere libris (MANIL. 3, 607 sua munera. OPT. PORF. carm. 3, 34 munus amoris. COD. Iust. 10, 32, 21 [*a. 340*] civitatum munera . . . congrue -eantur. INSCR. christ. Rossi II p. 129, 12 v. 5 cuncta sacerdotum praestantia munia). CIC. nat. deor. 1, 87 lustrationem . . . menstruo spatio luna -et. *cf.* VERG. Aen. 5, 46 annuus exactis -etur mensibus orbis (TIB. 2, 4, 78 ubi orbem -vit *luna*. APVL. Plat. 1, 10 luna circuli sui -eto curriculo . . . revertatur. AMM. 22, 9, 15 annuo cursu -eto. COMPVT. cod. Col. prol. 4 p. 230 cyclus). OV. trist. 4, 10, 77 -lerat genitor sua fata (VAL. FL. 5, 225 fata laborati Phrixus -verat aevi. 6, 621. CORP. III 7584 fatum -vit durus [*i. durum*]. *cf. p. 2097, 65 sqq.*). LIV. 23, 35, 15 ante mediam noctem -retur *sacrum* (SERV. Aen. 8, 269 -entibus sacra. *cf.* PS. APVL. Ascl. 1 sancto . . . -eto. FIRM. err. 3, 4 sacrificia). *sim.*: APVL. met. 9, 31 rite -etis apud tumulum sollemnibus (AMM. 22, 7, 10 annua -entes sollemnia. 23, 3, 7 sacrorum sollemnitate prisco more -eta). ITIN. Anton. Plac. rec. A 11 -eto matutinas. *ibid.* -eto baptismo (RVFIN. apol. Orig. 4 p. 567 baptisma . . . -eatur). ITIN. [Silv.] 30, 3 ibi -etis, quae consuetudo est diebus dominicis fieri. FILASTR. 31, 6 caerimoniam. VVLG. lev. 9, 22 -etis hostiis. II par. 35, 16 cultura domini rite -eta est. CVRT. 10, 6, 6 quarum *rerum humanarum* sorte -eta. GAIVS inst. 2, 42 usucapio . . . anno -etur (*cf. ibid.* impleta . . . pleno iure incipit. 2, 204). 3, 79 bonorum venditionem -eri (*cf.* COD. Iust. 4, 49, 4 [*a. 290*] emptionem). APVL. Plat. 1, 12 cogitationes dei atque incepta. PS. APVL. Ascl. 8. 38 unusquisque *deorum* ordinem, quem accepit, -ens atque custodiens (IVVENC. 1, 353 nobis iustitiae consectandus -bitur ordo). HERM. vulg. sim. 9, 10. PRAEF. bibl. monarch. in Luc. in se -eta quae essent ab aliis incohata (AVG. civ. 16, 15 id quod incohatum fuerat -retur). *cf.* PS. CATO monost. 65 quicquid coepit -ere laborat (GREG. M. moral. 1, 55 bonum quod incipimus. INSCR. christ. Rossi II p. 139, 27 Pelagius coepit, -vit papa Iohannes). ARNOB. nat. 5, 28 fidem (PRISCILL. tract. 3, 62 *liber* canonicae elocutionis fidem -et. EPIST. pontif. 369 [Coelestin.] Migne 50, 431[A] se scripturae fidem non per spiritum, sed per litteram -uros). PAVL. dig. 46, 3, 98, 6 electio promissoris -etur. MOD. dig. 31, 32, 1 ante condicionem -etam (COD. Iust. 6, 27, 6 [*a. 531*] *servus* eam *condicionem* neglexerit minimeque -erit). COMM. instr. 2, 1, 16 mysteria Christi . . . -eantur (FILASTR. 110, 8 mysterium . . . ab ipso Christo . . . -etum atque consummatum. RVFIN. hist. mon. 32). instr. 2, 1, 21 -eri legis narrata. 2, 1, 28 omnia -entes legis (*cf.* IVVENC. 1, 222 legem. VVLG. IV Esdr. 2, 40 legem domini. AVG. grat. Christ. 9, 10 lex per gratiam -eatur. PS. HIL. libell. 12 dei . . . legitima). IVL. VAL. 1, 4 quando id effectum -eatur. 1, 7 iussa (1, 33 VEG. mil. 2, 2 PAVL. NOL. carm. 15, 288 AVG. civ. 5, 1. DRAC. Romul. 2, 83 *Amor* possit -ere dolos ac iussa parentis. CASSIOD. in psalm. 34, 6 divina iussa). *sim.*: IVVENC. 3, 630 discipuli . . . -ent praecepta (OPTAT. 2, 5 p. 41, 8 divina praecepta. HIER. epist. 21, 34, 6 AVG. civ. 10, 3. SVLP. SEV. Mart. 25, 4 euangelica praecepta. FAVST. REI. serm. 25 p. 327, 23 praecepta -bit implens illud euangelicum. *cf.* FIRM. err. 29, 3 facite . . . quod iubet, -ete quod praecipit). OPTAT. 2, 18 p. 52, 3 imperia (*cf.* AMM. 18, 17, 4 imperatis sine mora -etis). PAVL. NOL. epist. 29, 4 mandata (PROSP. epigr. 38, 2 mandata dei. MART. BRAC. corr. 17). IVL. VAL. 2, 25 litteras datas *esse*, cetera vero manu esse -enda. PANEG. 8, 11 nec erat ratio conandi, cum non esset spes ulla -endi. 9, 9 imperatoris officia (CAPITOL. Gord. 12, 3 senatores . . . officia consualium scribarumque -rent. ARNOB. nat. 7, 43 -eto annuntiationis officio. SERV. Aen. 6, 83 qui -erunt vitae officia. SORAN. p. 13, 17 matrix officia sua repraesentare et -ere videatur). CAPITOL. Gord. 12, 2 ante rem -etam (AMM. 15, 1, 2 rem . . . arduam ad sententiam . . . -etam. PRISC. gramm. II 415, 24 Romani praeterito perfecto non solum in re modo -eta utuntur. APRING. in apoc. 21, 6—7). FIRM. math. 1, 8, 3 -eto vitae cursu (1, 8, 5. CHROMAT. beat. 9 universo cursu -eto). 1, 8, 6 corporis deformatione -eta in maternis visceribus. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 5 p. 173, 25 quid -endum sit (*cf. ibid.* agendum). HERMOG. dig. 18, 1, 75 ad -endum id, quod pepigerunt. PS. HIL. dedic. eccl. p. 881[B] templi . . . structuram. libell. 6 peractis omnibus et -etis quae aut lex aut prophetae praedixerant (*cf.* AVG. civ. 16, 9 *scripturae* praedicta -entur. 19, 22 quorum praedicta atque -eta per ecclesiam . . . in libris superioribus posui). *sim.*: TRACT. in Luc. 1, 1 in nobis -etae sunt narrationes rerum (*cf.* EVGRAPH. Ter. Eun. 107 narrationis partes universas). FILASTR. 20, 2 quod . . . ante dicebat per prophetam. 107, 3. 123, 1 apostolica sententia. HIER. epist. 20, 4, 2 prophetiam super Christo (21, 13, 3 in quibus propheticus sermo -etur. 54, 17, 2 Esaiae vaticinium). OPTAT. 4, 6 p. 110, 19 quod a deo dictum est per Ezechielem. 5, 11 p. 141, 8. HEGES. 1, 16, 3 -etum est illud Davidicum *eqs.* FILASTR. 93, 7 omnia . . . filius -eat et contineat cum patre et spiritu sancto (*cf.* OPTAT. 5, 2 p. 122, 6 *deus* cum filio . . . omnia operatur et -et). 107, 15 DARES 33. AMM. 15, 5, 37 post quae ita -eta. 17, 4, 15 *erectio obelisci* vix . . . sperabatur posse -eri. 17, 10, 5 recte dispositum et impraepedite -etum. 17, 11, 1 recte consulta prospereque -eta. 26, 2, 7 quod erat . . . in manu vestra . . . gloriose -estis. 30, 2, 4 invitus ea -bit, quae sponte sua facere supersedit. VEG. mil. 1, 25 opus (HIER. epist. 83 a te promissum opus. VVLG. gen. 2, 2. AVG. civ. 22, 24 opera artium. PASS. Thomae 102, 24. *cf.* HIER. epist. 22, 35, 7 -etis opusculis. 28, 4, 2). VEG. mil. 2, 2 contubernalibus -etis stipendiis (*cf.* NOT. dign. or. 39, 37 -eta militia). HEGES. 1, 30, 5 -eta oratione (HIER. epist. 22, 35, 2. EPIPHAN. Hier. epist. 51, 3, 2 secundum ritum mysteriorum. VVLG. Iudith 6, 16 per totam diem. CASSIOD. hist. 4, 11 PASS. Theclae B 34 p. 92, 12). HIER. epist. 30, 4 -etum est quod petisti (*cf.* OPTAT. 4, 7 p. 113, 7 secundum quod filius petiit . . . -vit pater. AVG. c. Pelag. 1, 20, 38 deum -isse, quod illa rogaverat). 57, 12, 3 -etur in me . . . proverbium *eqs.* 60, 3, 3 eloquium. 66, 5 sua vota -eri (RVFIN. hist. mon. 19 vota nostra orationesque -ere [*syn.* impleo]. CASSIOD. inst.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

div. 33 in nobis . . . hostem sua vota -ere. CORP. III 3485 suscepta ⟨vot⟩a. VIII 2335 votum quod deo...promiserunt. 8348 [*syn.* solvit: 8344—47]. IX 1398). *cf.* DECRET. decur. Paest. Nest. (Corp. X 477) 17 placet -eri sposionem nostram. VVLG. gen. 18, 21 clamorem ... opere -verint. num. 11, 23 meus sermo opere -eatur. DIDASC. apost. 70, 9 voluntatem tuam (AVG. in psalm. 110, 2 suam de te -eat voluntatem *deus*. EVGRAPH. Ter. Andr. 648). ITIN. [Silv.] 2, 7 -eto desiderio (3, 2. 4, 1. 13, 2. 23, 5 VVLG. prov. 13, 19 AVG. civ. 8, 23). OPTAT. 2, 25 p. 63, 9 observantiam. AVG. civ. 1, 15 quia iuraverat id sponte -vit. 3, 21 in oppido Linternensi egit reliquam -vitque vitam (*cf.* 16, 14 omnes dies vitae suae ... ibi -erit. INSCR. christ. Rossi I p. 313 [*a. 382*], *ubi trad.*: complevitam). 13, 8 hominis prima morte -eta (13, 15 mors illa prima ... -retur). 16, 33 quam *veritatem* -eri videmus in Christo (21, 24 divini illius cantici veritas. APRING. in apoc. 2, 9 gratiarum veritate -eta). AVG. in psalm. 92, 8 impleri in se passiones...-eri in se et coronas. PAPYR. Wessely p. 9 n. 14, 5 satisdatione(m) -eta(m) denuntia. PAVL. MED. bened. 2, 7 scripturae sensum ... opere -ens. LEO M. serm. 22, 1 pietatis suae dispositionem. CAEL. AVR. chron. 3, 4, 61 voce dictum, non officio -etum. 4, 7, 103 *iniectio* si minime -erit effectum. HERM. Pal. sim. 2, 7 recte -vit ministerium suum. CYPR. GALL. gen. 7 dominus primi -esset facta diei. SEDVL. carm. pasch. 5, 108 -eta est sanctio Christi. 5, 261 passio Christi. EPIPHAN. de mensur. 23 eundem -eant usum. EVGRAPH. Ter. Andr. 823 rec. *β* quod ... dixerat, ipsa -eat veritate. Eun. 140 neque aliquid callide fecerit, sed cuncta ratione -erit. 263 disciplinam parasitorum. Phorm. 829 consiliis suis...cuncta. BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 217, 25 quaecumque ... vis fati -et ac perficit. COD. Iust. 4, 21, 17 pr. (*a. 528*) *instrumenta* ab ipso -eta et postremo a partibus absoluta sint (4, 38, 15, 1 [*a. 530*] huiusmodi pactum ... per omnia -etum et absolutum sit. PAPYR. Marini 75, 29 [*a. 575*] suscriptum -vi *testamentum*: 75, 35 hunc testamentum...-vi et absolvi. *cf.* 86, 83 [*a. 553*] scribtor hanc donationem ... -etam absolvi). COD. Iust. 7, 63, 5, 3 (*a. 529*) non fuerit in eodem die -eta lis. APRING. in apoc. 5, 1 per hominem *haec* cuncta -ret *Christus*. CASSIOD. inst. div. 30 quaecumque possunt corporeo labore -eri. GREG. TVR. Franc. 4, 15 electio *episcopi* -eatur. VEN. FORT. carm. 11, 24, 1 si non -esti, quod hic -eta vocatur. GREG. M. dial. 2, 29 increpatione -eta. INSCR. Mainzer Zeitschrift 3 (1908) p. 9 ⟨de⟩cretum genesi⟨s⟩ -vit. *adde*: VEG. mil. 1, 13 ostendissent se omnia, quae erant in militari arte, -ere (*i. scire; opp.* qui parum profecerant). *nota i. q. explere libidinem sim.*: VVLG. iud. 19, 24 educam eas *mulieres* ad vos...et vestram libidinem -eatis (EVGRAPH. Ter. Hec. 72 ad libidinem -endam). thren. 4, 11 -vit dominus furorem suum (Ezech. 5, 13. 7, 8 *al.*). Ezech. 6, 12 -bo indignationem meam in eis. EVGRAPH. Ter. Phorm. 140 dominus iracundiam suam -eat. AVG. serm. ed. Mai 4, 4 famem meam vocis societate -bis. CORP. III 14406 -eta cupiditate amoris. *adde*: ITALA (Lugd.) *et* VVLG. deut. 32, 23 congeram in ipsis (congregabo super eos VVLG.) mala et sagittas meas -bo in eis (*συμπολεμήσω*).
*nota aliquem* (*cf. sim. p. 2094, 50*): SIDON. epist. 4, 9, 3 novoque genere vivendi monachum -et non sub palliolo, sed sub paludamento. 7, 14, 10 -es ipse personam religiosi. *de rebus corporeis*: ZENO 14, 4 turri -eta. VVLG. num. 7, 1 tabernaculum. CORP. VIII 7017 ⟨basili⟩cam ... proviso sumt⟨u c⟩onpleri iussi⟨t⟩. 7034 fistulam ... formavit, -vit, aquae dedicavit. 9271 -eto ⟨aedific⟩io.
*adde*: HIER. in Is. 7 pr. p. 277/8 quem (*librum septimum*) cum ... -vero, veniam ad octavum (*cf.* GREG. TVR. Mart. 2, 60 destinavi huic inceptum *libellum* in sexaginta *capitulis* -ere [*syn.* implere]). *nota*: AMBR. hex. 3, 14, 58 *alia poma* testis et corticibus clausa -entur (*i. maturantur*). *seq. infinitivo vel participio i. q. desinere* (VVLG. *ex graeco*): *c. inf.*: VVLG. Ios. 19, 49 -esset sorte dividere terram. I reg. 18, 1 -esset loqui ad Saul. I par. 27, 24 *Ioab* coeperat numerare, nec -vit. Ier. 51, 63 -eris legere (*παύσῃ τοῦ ἀναγινώσκειν*) librum istum. *c. part.* (*ex. gr. συντελεῖν c. part.*): VVLG. I reg. 13, 10 -esset offerens holocaustum. 24, 17 -esset David loquens sermones. II reg. 6, 18 -esset offerens holocausta *eqs.* III reg. 3, 1 -ret aedificans domum. 8, 54 -esset Salomon orans *eqs.* II par. 7, 1 fundens preces. *saepius*. *i. q. pervenire ad aliquid, adipisci*: FIRM. math. 4, 24, 9 in custodia...vitae terminum -ent (*cf.* CORP. III 9515 ⟨fi⟩nem naturae -vit. INSCR. christ. Leblant Nouv. Rec. 575 supremum -et...diem. *cf. p. 2095, 63 sq.*). ITALA Matth. 6, 2 (Cypr. testim. 3, 40) -erunt (*sic M*, perciperunt, conpensaverunt *al.*, ITALA codd. d g¹ perceperunt, cod. *δ et* VVLG. receperunt) mercedem suam. ARNOB. nat. 2, 34 *immortalitatem* manifestaverit posse -eri. CORP. V 8986[A], 6 -vit lucem aeternam. VI 10047[C], 3 mill⟨e⟩ palmas -vi in factione prasina (10053, 21).

**C** *i q. efficere*: CIC. fin. 3, 41 non ex omni, quod aestimatione ... dignum sit, -eri vitam beatam (3, 43 corporis commodis -eri vitam beatam. 5, 71 -ent ea quidem beatissimam vitam. Tusc. 5, 40 quo *genere* vita beata -eatur. 5, 47 SEN. epist. 118, 10. GREG. M. moral. 4, 12 in superna gratia virtutum multiplex vita -etur). CIC. fin. 4, 10 quibus *artibus* perfecte ratio et oratio -eatur. 4, 15 *bonum* -etur ... et ex eo genere vitae ... et ex iis rebus, quae *eqs.* 5, 68 in quibus -etur illud extremum *genus expetendorum* (AVG. civ. 4, 10 in his ... elementis corporeus -etus est mundus. *v. etiam l. 78*). TERT. anim. 37 ex eo ... fetus in utero homo *est*, a quo forma -eta est. CENS. 10, 7 tria hemitonia tonum -ere non posse (*cf.* MART. CAP. 9, 930 *tertia diesis* hemiolium modum -et. 9, 957 per hemitonium et tonum modum integrum -eat diatonum. BOETH. mus. 2, 29 talem semitonii distantiam sibimet geminatam unum toni spatium non posse -ere). AQVILA rhet. 18 p. 28, 16 ex uno membro ambitum putant posse -eri, quam *μονόκωλον περίοδον* vocant. PALLAD. 2, 4 octo modiis *hordei* iugerum -bitur (2, 5 tres modii iugerum -ent. 11, 1. 3). HIER. epist. 78 mans. 1 tunc nobis lux plena -etur, quando *eqs.* AVG. civ. 11, 30 *senarius numerus* partium suarum quantitate -etur (*ibid.* decima et quinta et dimidia *pars* ... simul ductae non -ent decem. FAV. EVL. p. 6, 18 BOETH. arithm. 1, 9 p. 21, 5. 2, 27 p. 117, 23 *par numerus* a dualitate -etur [*syn.* formetur]. *nota reflexive*: FAV. EVL. p. 6, 21 ceteri pares numeri aut se non -ent aut etiam transeunt [*syn.* se implet]. p. 7, 1 octo ... se -ere non poterit). AVG. quaest. hept. 2, 129 quibus illa stola -etur. FAV. EVL. p. 13, 17 nihil minus est vitae, quam ratus numerorum ordo -vit. MART. CAP. 9, 969 *numerus* in gestu *corporis* figuris determinatis schematisque -etur. BOETH. herm. pr. 1, 8 p. 101, 14 haec omnia unum hominem -ent. herm. sec. 2, 4 p. 95, 12 quae *orationes* -ent expediuntque sententiam. Porph. isag. p. 35, 14 quae *generis differentiae* uniuscuiusque rationem -ent (*συμπληροῦσαι*). p. 41, 19 quae *differentiae* -ent substantiam generis (*συμπληρωτικαὶ τῆς οὐσίας*). CARM. de alphab. 60 (*de* u *littera*) nec me Graecus habet, scriptam sed me dua (*i. o et v*) -ent. *adde*: CYPR. GALL. Ios. 83 milia *passuum* quod *spatium* sensim duo -eat (*cf.* VVLG. Ios. 3, 4).
*nota i. q. verbis sim. exprimere, reddere*: CIC. leg. 2, 39 quae solebant quondam -eri ... Livianis et Naevianis modis. PAPIN. dig. 28, 4, 4 pluribus tabulis ... scriptis unius testamenti voluntatem ... -vit. PORPH. Hor. sat. 1, 5, 87 *Aequi Tutici* nomen versu -eri non potest. ANTH. 83, 11 nec -ent verba dolorem, quem sensus patientis habet.

*part. perf. pass. adi.* **complētus,** -a, -um. *i. q. perfectus*: CIC. orat. 168 meae *aures* ... perfecto -oque verborum ambitu gaudent. fin. 5, 72 haec est undique -a et perfecta explicatio summi boni. GELL. 1, 7, 2 illud ... compositum iucundius ad aurem -iusque, insuavius hoc imperfectiusque.

*subst.* **complēta,** -ae *f.* *i. q. genus officiorum ecclesiasticorum*: VEN. FORT. carm. 11, 24, 1 si non complestis quod hic -a vocatur. ISID. eccl. off. 1, 21, 1 de -is ... celebrandis. [*it.* compieta, *francog.* complié. *M.-L.*]

*adv.* **complētē.** *i. q. perfecte*: VEG. mulom. 3, 28, 3 ad omnia vulnera -e limpidanda.

*syn.*: absolvere, consummare, excolere, facere (perficere), formare, imbuere, implere (replere), occupare, operare, refercire.
*opp.*: incipere (coepisse), neglegere.

*deriv.*: complementum, compleminalis. completio, completivus, completor, completorius, 1. completus.

**complētio,** -ōnis *f.* *a* complere. *plur.: v. l. 46 sq. et infra l. 64. 69 sqq.* *formae graecae*: LYD. mag. 3, 8 *ταῖς κομπληπίωσι τῶν ἐντυχιῶν, οἱονεὶ πληρώσεσι*. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357[A] *κομπλατιόνες· σύνοδος δύο ἢ τριῶν εἰς τὸ αὐτὸ καὶ συμφωνία* (*cf.* THEOPHIL. inst. Iust. 3, 23 pr. *εἰ μή* complatíones *παρακολουθήσωσι*). *ibid.* *κόμπλα· ἡ τελείωσις.*

**1** *i. q. actus complendi*: **a** *i. q. expletio*: PAVL. FEST. p. 105 'igitur' ... pro -is significatione stat. AVG. dialect. 3 ad -em sententiae. Ps. PRIMAS. in Hebr. p. 709[A] ad -em sensus necesse est adicere aliquid. **b** *i. q. consummatio, absolutio*: ITALA Dan. 9, 2 (Wirc.) in -em (*συμπλήρωσιν*, VVLG. ut complerentur) desolationis Hierusalem LXX anni. 12, 13 (Aug. civ. 20, 23) in -em (*ἀναπλήρωσιν*, VVLG. in finem dierum) consummationis. HIER. in Ier. 22, 10 p. 989 sellem sive sellum ... interpretatur consummatio sive -o. in Hab. 2, 5 sqq. p. 613 de -e auxilii dei. VVLG. Ezech. 5, 2 iuxta -em dierum obsidionis. Ps. RVFIN. in psalm. 19, 1 finis et -o legis. AVG. epist. 49, 2 evidentissima -e sanctae prophetiae. serm. 125, 7 -o iustitiae. COD. Iust. 8, 37, 15 pr. ad huiusmodi operis (*i. aedificii*) -em. GREG. M. moral. 8, 16 actionum. *nota*: ISID. in Ios. 7, 2 (nat. 18, 15) sicut luna menstruis -bus deficit, ita hic mundus ad -em temporum currens cottidianis defectibus cadit. *t. t. iuridicus i. q. confectio, absolutio instrumenti*: COD. Iust. 1, 27, 1, 18 pro -e chartarum vel codicillorum. NOVELL. Iust. 44 praef. neque postea venisse *tabellionem* ad -em. *ibid.* affuit -i. *inde i. q. notae, quibus tabelliones absolutionem testantur*: INST. Iust. 3, 23 pr. nisi *instrumenta* et -es acceperint. NOVELL. Iust. 73, 7, 2 fiat ... -um (*τελεσμάτων*) collatio. IVLIAN. epit. novell. 66, 7 non solum -es litterarum a tabellionibus facta comparentur. NOVELL. Iust. 44 praef. litteras recognoscere dixit -is (*πληρώσεως*) tabellionis. 44, 1 pr. non aliter imponatur chartae -o (*πλήρωσιν*), nisi haec gerantur. 73, 7, 1 iure iurando propriae -i (*τελέσματι*) attestetur (*cf.* 73, 7 pr. suppletionis *quod est in graeco τελεσμάτων*). 73, 7, 2 ex plurimis comparationibus tam -is (*τελέσματος*) quam subscribentium ... colligatur fides. **2** *i. q. status eius, qui completus vel perfectus est, perfectio*: CHALC. transl. p. 36[B] (comm. 44. 50) ad perfectam cumulatamque -em deesset aliquid epitrito.

*syn.*: consummatio, suppletio.

**complētīvus,** -a, -um *a* completus, complere. *i. qui complet, explet; expletivus*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 2, 2 (*de natura Christi*) consubstantiali -a unalitate deus (*sim.*: RVSTIC. c. aceph. p. 1224[B] ex aequo illius naturae, quae ex compositione ... facta est, -a humani-



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tas *Christi* est). Avg. in psalm. 39, 12 cum ... datum est, quod promissum est, ablata sunt verba promissiva, data sunt -a. Prisc. gramm. III 93, 16 species *coniunctionum* sunt ... -a (102, 12 -ae *coniunctiones* sunt 'vero, autem *eqs.*'. 286, 24 *δή* coniunctio tam -a quam confirmativa. Schol. Ter. p. 105, 9 '*tamen*' -a coniunctio est). Boeth. categ. 1 p. 179A *differentiae* quae dicuntur -ae praedicati et cuiuslibet illius speciem informantes (Porph. isag. p. 36, 7 quae divisivae sunt differentiae generum -ae [*συμπληρωτική*] fiunt et constitutivae specierum. *cf.* p. 38, 12 aptum esse ad navigandum non erat -um substantiae *animalis* nec eius pars). Cassiod. compl. in Rom. 9, 30 *Christus* est finis legis et -a perfectio (in psalm. praef. 3 *salvator est* bonorum omnium -a perfectio. 22, 9. 118, 96 consummatio est ... virtutum omnium -a perfectio).

*adv.* **complētīvē:** Rvstic. c. aceph. p. 1222D id, quod aeque ac similiter et -e ad id, ut sit quidque, participatur a personis, substantia est.

**complētor,** -ōris *m. a* complere. *i. qui complet:* Ivvenc. 2, 568 legum -r ... Iesus. *addas p. 2111, 1.*

**complētōrius,** -ī *m.* (-um, -ī *n.?*) *a* complere. *i. q. pars officii divini in monasterio:* Cassiod. in psalm. 118, 164 septem illas ... vices, quibus se monachorum pia devotio consolatur, id est matutinis, ... lucernaria, -is, nocturnis. Ps. Avg. reg. II 1 hoc idem in vesperis et -o servetur. Bened. reg. 16 matutini, ... vesperae -ique tempore nostrae servitutis officia persolvamus. *ibid.* matutinis ..., vespera, -o. 17 -us ... trium psalmorum dictione terminetur. 18 ad -um ... idem psalmi repetantur cottidie. 42 tit. post -um nemo loquatur. 42 exeuntes a -is nulla sit licentia ... loqui. Isid. reg. monach. 6, 3 quoadusque -i tempus possit occurrere. *ibid.* ante somnum ... peracto -o ... requiescendum est. *adde:* Virg. gramm. epit. 7 p. 64, 18 iuxta morem -orum retroactim menses et dies supputantium.

**1. complētus,** (-ūs) *m. a* complere. *i. q. completio:* Novell. Iust. 36, 5 quadriennii metas praeterire nullo patimur modo, ne immortalis fiat iudiciorum -us. *Wulff.*

**2. complētus,** -a, -um *v. p. 2098, 29.*

✖**complex,** -icis *adi. et subst.* [*cf. c.* complicare *et c.* simplex, multiplex *sim. Th.*]. *i. q. socius, consors, collega;* Gloss. -es socii, conscii: *generatim:* Arnob. nat. 3, 40 Varro qui sunt introrsus atque in intimis penetralibus caeli deos esse censet ...; hos consentes et -es Etrusci aiunt et nominant, quod una oriantur et occidant ...; sed eos summi Iovis consiliarios ac participes (principes *trad.*) existimari. Cod. Theod. 6, 4, 21 pr. (*a. 372*) non modo temonarios, verum -es quoque eorum in exhibitionem proprii muneris urgeantur. Maximin. c. Ambr. 100 ipsum filium -e patre solum verum asseris deum. Prvd. ham. 614 praegnans letale genus concepta maligni fert opera ingenii de semine -is hydri. Mar. Merc. Cael. 3, 1 Iulianus et reliqui -es. subnot. praef. 4 multos ... participes et -es fecit. *adde de re:* Ambr. off. 3, 14, 90 -x honestatis est semper utilitas et utilitatis honestas. *in malam partem* (Isid. orig. 10, 50 -x qui uno peccato vel crimine alteri est applicatus ad malum; ad bonum vero nunquam dicimus -em. Gloss. uno crimine alteri adiunctus. *praecipue apud* Eccl., *cf. Wölfflin, Archiv 12 [1902] 7 sq.*): Avell. p. 150, 2 de Petro atque aliis -bus eorum. p. 224, 7 si qui alii Eutychetis sectam vel Petri et Acacii ... secuti sunt ... vel eorundem se -bus atque consortibus aestimant immiscendos. Epist. pontif. Thiel 586 (Simplic. 19) p. 212 *Petrus* est -x parricidae Timothei. Canon. Migne 56, 638A eorum communicatores et -es. 56, 651A haereticorum (Facvnd. defens. 2, 5 p. 577A *al.*). Ps. Prosp. prom. 2, 6, 1 lepra in capite Manichaeos, Priscillianos -esque eorum demonstrat. Sidon. epist. 8, 11, 12. Verec. in cant. 1, 2 diabolum cum -bus suis. *passim apud* Eccl. Schol. Ter. p. 166, 14 Lanuvius et -es eius. p. 168, 23. Cassiod. var. 2, 34, 1 ne vos ... delicta -es facerent. *accedit genetivus obiectivus rei:* Prvd. perist. 10, 822 sectae impiae. Cassian. inst. 2, 16 -em se damnationis eius efficiat. Epist. pontif. Thiel Gelas. 1, 7 p. 290 unus -x insaniae Petri. Canon. Migne 56, 637B -e et sectatore perversitatis. Avell. p. 381, 10 erroris. Salv. eccl. 2, 7 poenae. Drac. Orest. 678 scelerum (758). Cassiod. var. 5, 39, 11 criminis. Pass. Paul. 10 illum ... socium et -em reddet iniquorum daemoniorum. *al.*

**complexābilis,** -e *a* complexari, *cf.* complexibilis. *i. quod animo comprehendi potest:* Cassiod. in psalm. 39, 15 qui arenam maris et guttas pluviarum stellarumque multitudinem -i quantitate cognoscit.

**complexātio,** -ōnis *f. a* complexari. *i. q. complexus, amplexus:* Ps. Evcher. in reg. 3, 27 (Migne 50) p. 1156D sensus et corda ... quibus immobiliter -i ac dilectioni sui conditoris adhaerent.

**complexibilis,** -e *a* complecti, complexus; *cf.* complexabilis *et* complectibilis. *i. q. intellegi potest:* Chalc. comm. 168 divinatio ... necessitati subiectarum rerum ... vera est et -is, si modo divinatio dicenda est.

**complexim** *v. p. 2090, 25.*

✖**complexio,** -ōnis *f. a* complecti. Gloss. *συμπλοκή.* Isid. orig. 1, 15, 1 syllaba ... latine conceptio sive -o dicitur. *legitur apud pedestris sermonis scriptores:* Rhet. Her. Cic. Sen. nat. Qvint. inst. Apvl. mund. *et saepe apud posteriores.*

**I *generatim:*** **A** *i. q. amplexus:* **1** *de rebus:* Cic. fin. 1, 19 -es et copulationes et adhaesiones atomorum (Evstath. Bas. hex. 1, 2 p. 870A) inter se. Sen. nat. 7, 4, 4 aëris. Apvl. mund. 2 quam *regionem* circulus ambit signifer obliqua -e circumdatus. Cael. Avr. chron. 3, 7, 74 articulorum. Cassiod. anim. praef. p. 1281A quattuor elementorum (*cf.* var. 2, 39, 3) per omne corpus dissociatas -es. *ex hoc usu fort. orta est notio quae est qualitas, status:* Ps. Apvl. herb. 129 invenitur quandoque nigra *mandragora* -em frigidam et siccam habens. Ps. Avg. serm. 247, 1 non potuit commodius antidotum procurari, quantum ad -em aegroti. 247, 2 non quam forte potuit, sed quam lenius -i aegrotantis competere *medicamentum* perspexit, apposuit. **2** *de animantibus:* Iren. 2, 12, 3 quam (*passionem*) sine -e coniugis passam eam dicunt. Arnob. nat. 3, 10 ire in mutuas -es. 5, 32 non incestas significat aut propudiosas Veneris -es. Ambr. exc. Sat. 1, 73. *in imagine:* Avg. bapt. 3, 2, 3 tutissima ratio est in eadem (*sc. ecclesiae*) consuetudine permanere, quae tunc bonos et malos una -e portabat. **B** *i. q. coniunctio, consociatio:* Cic. Phil. 2, 95 mira verborum -o. Mar. Victorin. gen. div. verb. 11 per conversionem ... et -em horum nominum. Ps. Mar. Victorin. hymn. 3 p. 1146B *syn.* conexio. Heges. 2, 9, 1 l. 30 propositionum separanda -o videtur. Rvfin. Greg. Naz. orat. 8, 2 Engelbr. sermonum. Avg. serm. ed. Mai 102, 2 o gemina in benedictione *Mariae* -o! mater de domino et benedicitur et docetur. Cael. Avr. acut. 1, 7, 52 ex -e stricturae atque solutionis. 2, 1, 6 phreniticae passionis cum lethargia. 2, 10, 78 typorum. 2, 24, 136 *herbarum* (*i. q. commixtio*). Evstath. Bas. hex. 6, 5 p. 926A discurrentium siderum. Boeth. herm. pr. 2, 12 p. 167, 26 omnis propositio verborum et nominum -e formatur. herm. sec. 1, 1 p. 28, 9 -o ... intellectuum est veritas et falsitas. Cassiod. in psalm. 1, 2 die ac nocte. haec -o continuum tempus ostendit. 67, 6. **C** *i. q. comprehensio, notio:* Cic. Tusc. 5, 29 neque ulla alia huic verbo, cum beatum dicimus, subiecta notio est nisi ... cumulata bonorum -o. Avg. gen. ad litt. imperf. p. 470, 3 universali -e quod scriptum est. Rhet. min. p. 73, 12 *ὑπεξαίρεσις* est latine exceptio, quando aliquid a generali -e distinguimus (*cf.* Cassiod. in psalm. 1, 1 p. 29A generalis -o peccatorum ... in domino salvatore denegata est). *adde:* Ps. Soran. quaest. med. praef. p. 245, 4 ad comprehensionem et -em accessionum (*fere i. q. cognitio*). **D** *i. q. collectio:* Cod. Theod. 16, 2, 22 (*a. 372*) circa alias *personas*, quarum statuto praecedenti facta -o est, valeat. Leo M. epist. 121, 2 cuius -is septuagesimus ... est annus (*agitur de laterculo annos in certum ordinem digestos complectente*). Mart. Cap. 4, 344 genus est multarum formarum per unum nomen -o ut 'animal'. 6, 632 universa provincia ... civitates ... ducentas ... tota -e dinumerat. Boeth. in Porph. comm. pr. 2, 14 p. 111, 25 omnia genera abundant -e sub se positarum specierum. **E** *i. q. intellectus:* Pomer. 1, 2, 1 minus concipit mentis humanae quamlibet profunda -o. **F** *nota de loco, regione, quam quis complectitur, occupat:* Evstath. Bas. hex. 2, 7 p. 887B *aer* lucis accessum ... per omnes fines suae -is infudit.

**II *speciatim:*** *t. t. artis rhetoricae et dialecticae:* **A** *i. q. enarrationis comprehensio, consummatio, conclusio* (*in oratione et in argumentatione*): Rhet. Her. 2, 18, 28 argumentatio ... in quinque partes est distributa: propositionem ... -em. *ibid.* -o est, quae concludit breviter colligans partes argumentationis. 2, 19, 30. 2, 29, 46 -o vitiosa est, quae non quod quique primum dictum, ⟨primum⟩ complectitur. Cic. inv. 1, 37 brevis -o totius negoti, quae summam continet facti. 1, 59 quinto inducunt loco -em. 1, 63. 67. 73 -um genera. *ibid.* perspicuam ... -em. Qvint. inst. 5, 14, 5. Cassiod. compl. in epist. apost. praef. p. 1319D breves apostolorum, quos nos proprie -es possumus appellare, summatim dicendo diversa complectuntur. p. 1321A. in psalm. 4, 7 brevis sermo, sed perfecta -o. 133 praef. inst. div. 5 p. 1116A. **B** *figura quaedam verborum* (*gr. συμπλοκή*): Rhet. Her. 4, 14, 20 -o est, quae utramque complectitur exornationem, ⟨ut et conversione et repetitione⟩ utamur (*suppl. Marx*). **C** *i. q. συναίρεσις, συναλοιφή:* Rhet. Her. 4, 21, 29 adnominatio ... conficitur attenuatione aut -e eiusdem litterae. Qvint. inst. 1, 5, 17 vitium, quod *συναίρεσιν* et *συναλοιφήν* Graeci vocant, nos -em dicimus. **D** *genus argumentandi, i. q. δίλημμα:* Cic. inv. 1, 44 hoc genus argumentandi, quod in necessaria demonstratione versatur, maxime tractatur in dicendo aut per -em aut per enumerationem *eqs.* (*cf.* Qvint. inst. 5, 14, 11). 1, 45 -o est, in qua, utrum concesseris, reprehenditur. 1, 79 his concessis -o [ex his] confici negatur. 1, 87. 88 per -em ... accommodare. Don. Ter. Ad. 341 -o est *δίπλευρος* oratoria, in qua utrum concesseris, contrarium tollis. Serv. Aen. 2, 675 argumentum dilemma, id est -o, quae ad adversarium ab utraque parte concludit. Comment. Lucan. 2, 14 Ps. Ascon. div. in Caec. p. 116. Avg. civ. 22, 8 brevis est ... nostra -o. c. Cresc. 1, 17, 21 bicipiti ... -e insidiantes. gen. ad litt. 11, 26 p. 358, 21. c. Petil. 2, 96, 221 acutissimam. *al.* Rhet. min. p, 233, 10 *al.* Evgraph. Ter. Andr. 381. **E** *i. q. περίοδος, ῥῆσις:* Cic. de orat. 3, 182 longissima est ... -o verborum, quae volvi uno spiritu potest. orat. 85 nec acervatim multa frequentans una -e devinciet. Qvint. inst. 1, 5, 6 divisione, -e, aspiratione, sono. Boeth. herm. pr. 2, 11 p. 158, 25 si quis simpliciter et omni modo fieri -es dicat *eqs.* (*cf.* herm. sec. 5, 11 p. 366, 12. 368, 1). **F** *i. q. conexio, nexus sententiarum, συλλογισμός:* Qvint. inst. 5, 14, 12 altera est -o non par intentioni, sed

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vim habens parem. MART. CAP. 4, 328 nexilis -o. BOETH. herm. sec. 2, 7 p. 173, 8 propositionum. in Porph. comm. pr. 1, 5 p. 13, 6 de syllogismorum ordine, -e figurisque tractatur.

**complexīvus,** -a, -um *a* complecti, complexus. **1** *i. q. complectens, comprehendens*: BOETH. in Porph. dial. 2 p. 67$^{C}$ species illa quae illud individuum continet . . ., accidentis illius -a est. PS. SORAN. isag. praef. modos in aphorismis reperies quattuor: intellectualem, -um, divisibilem et definitivum...-us, quod omnia complectatur, comprehendat nihilque intactum relinquat. *t. t. artis rhet.*: FORTVN. rhet. 1, 28 p. 101, 26 si neuter alteri servierit, quem vocabimus principalem? utrumque. huiusmodi controversia quid vocatur? -a. **2** *i. q. coniungens, copulativus* (*t. t. gramm.*): GELL. 10, 29 lemm. quod particula 'atque' non -a tantum sit, sed vim habeat plusculam variamque. DIOM. gramm. I 433, 19 coniunctio -a sive copulativa 'que' et disiunctiva 've' et relativa 'ne' (SERV. auct. Aen. 4, 424 'atque' coniunctio -a: est et disiunctiva. MART. CAP. 3, 272). DON. Ter. Hec. 404 'etsi' non est -um neque praepositivum, sed subiunctivum, id est pro 'tametsi'.

*adv.* **complexīvē:** *i. q. coniunctim, comprehendendo, concludendo*: HESYCH. in lev. 14, 54—57 p. 966$^{A}$ ista est omnis lex leprae: quia latius sanctionem leprae exposuit, necessarium iudicavit eius reiterare capitula, et prius quidem -e genus, post haec autem species per partes exponit. CASSIOD. hist. 1, 1 ut -e dicam, cunctam superasti . . . virtutem. NOVELL. Iust. 7, 1 qui in Oriente et qui in Illyrico . . . -e dicendum per omnes (*συνελόντα ἅπαντας εἰπεῖν*), quicumque nostrae sunt terrae. 28, 7 haec eum -e (*συλλήβδην*) monemus. particulariter (*κατὰ μέρος*) autem sciet *eqs.*

**complexor,** -ātus sum, -ārī (complexo, -āre) [*a* complecti, complexus. *Th.*]. *i. q. complecti, proprie et in imagine.* GLOSS. -o *περιπλέκω*. -buntur conplectentur. ITALA Marc. 10, 16 (cod. *δ*, VVLG.) et -ans eos benedicebat imponens manus super illos (et imp. man. s. i. ben. eos VVLG., *ἀναγκαλισάμενος, at* ITALA cod. k: complexus). PS. QVINT. decl. exc. Monac. (Paris.) 9 p. 369 me -atus offert se ipsum. HIER. adv. Iovin. 1, 3 ipsa digitorum coniunctio quasi molli se -ans osculo et foederans maritum pingit et coniugem (*cf.* epist. 49, 2, 7). RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 21 p. 231, 6 Engelbr. amplectamur nos invicem et -emus. MIRAC. Steph. 2, 2, 9 *Megetiam* -ari coeperunt. VICTRIC. 4 qua te..., benedicte Ambrosi, veneratione -er. CORIPP. Iust. 1, 104 portum, quem geminae -ant bracchia ripae. PASS. Theclae A 39 p. 110, 4 obviavit ei cum turbis et -ata est Theclam. C 33 p. 93, 14 iterum surgens leaena -ata est leonem (leaena surgens -ati sunt *cod. Ambros.*).

*deriv.*: complexabilis, complexatio.

✖**complexus,** -ūs *m. a* complecti. GLOSS. *περιπλοκή*. *legitur inde a* PLAVTO, *deest* TER. CATONI LVCIL. RHET. Her. PVBLIL. BELL. Alex. Afr. Hisp. NEP. TIB. VITR. GERM. VELL. CELSO PHAEDRO MELAE ASCON. PERS. VAL. FL. FLORO. [*loc. dub.*: CAES. civ. 3, 8, 4.]

**1** *actio complectendi, i. q. amplexus* (*accedit gen. obiectivus*: PLIN. nat. 29, 138 *v. p. 2102, 8.* TAC. ann. 4, 8 *v. p. 2102, 57.* TERT. orat. 5 *v. p. 2102, 58.* *accedit* cum: FRONTO p. 42 N. *v. p. 2102, 15*). **a** *de animantibus* (*saepe i. q. concubitus*): PLAVT. Asin. 643 ego -um huius nil moror, meum autem hic aspernatur. MANIL. carm. frg. 3 Latona parit casta -u Iovis Deliadas geminos. TRABEA com. 5 obviam mihi veniet -um exoptans meum. CIC. Verr. 2, 7 ⟨e⟩ -u parentum abreptos filios (SALL. Catil. 51, 9). 6, 104 ubi fides? . . . ubi dexterae -usque? 6, 125 matris (CATVLL. 62, 21). Catil. 2, 22 quod *genus hominum* proprium Catilinae est, de eius dilectu, immo vero de -u eius ac sinu (*cf.* Phil. 2, 61 venisti . . . in sinum . . . et in -um tuae mimulae. epist. 14, 4, 3). Flacc. 95 in -u liberorum coniugumque . . . trucidatos. dom. 98 distrahi a -u suorum. Cael. 49 si ita sese gerat . . . -u, osculatione, aquis . . . conviviis, ut . . . meretrix . . . videatur. Planc. 100 vi me . . . et -u suo retinuit. Phil. 3, 18 quem *adulescentem* . . . omnibus . . . horis oculis, auribus, -u tenemus (Pis. 19 *v. p. 2102, 45.* Planc. 97 *v. p. 2102, 46* LVCR. 2, 1066 *v. p. 2102, 73.* LVCAN. 8, 723). 11, 5 secutae collocutiones familiarissimae cum Trebonio -usque. 12, 22 cuius in -u libenter extremum vitae spiritum ediderim. rep. 4, 4 -us...concubitusque permittunt palliis interiectis. Att. 3, 9, 1. 4, 1, 2. 12, 1, 1 utinam . . . ad -um meae Tulliae, ad osculum Atticae possim currere. 14, 4, 1 in tuo -u emori. CATVLL. 61, 109 vir . . . implicabitur in tuum -um. 64, 118 consanguineae. VERG. Aen. 1, 715 -u Aeneae colloque pependit. 4, 616. 5, 742 quis te nostris -bus arcet? HOR. sat. 1, 5, 43 qui -us et gaudia quanta fuerunt! PROP. 1, 13, 19 non . . . -us potui diducere vestros. 2, 22, 29. 4, 7, 96 inter -us excidit umbra meos. OV. am. 1, 9, 35. met. 3, 390 manus -bus aufer. 6, 249 gelidos -bus allevet artus. 12, 328 quam *quercum* dum -bus ambit et quatit huc illuc. 13, 861 praefers . . . meis -bus Acin. LIV. 22, 7, 13 unam . . . in -u (conspexu *P*) eius expirasse ferunt. 38, 37, 8 satiatus (TAC. Agr. 45) . . . tandem -u filii. SEN. contr. 1, 2, 12 haesisti in -u (9, 5, 2 haesit -bus meis puer). 7, 1, 11 -u, osculis prosecutus est (TAC. ann. 11, 27 oscula -us). VAL. MAX. 5, 1 ext. 1 *dextera Alexandri* maximi exercitus -ui . . . suffecit. 5, 2 ext. 4 feliciorem mortem suam futuram ratus, si in -u dexterae eius supremum spiritum ac mandata posuisset. SEN. Tro. 460 fallax per ipsos umbra -us abit. epist. 99, 18. dial. 4, 36, 6 in eorum quos occiderant iacuere -bus. 10, 16, 4 noctes . . . in -u scortorum . . . exigunt. COLVM. 3, 10, 9 pedes ad gressum compositos, bracchia ad -um. 12, 1, 2 villicum . . . -bus adiacentem feminae. SCRIB. LARG. 18 post -um et devirginationem. LVCAN. 4, 246 quae modo -u foverunt, pectora caedunt (*cf.* 8, 67 refovet -bus artus). OCTAVIA 716. PLIN. nat. 16, 203 *cedrus* crassitudinis . . . ad trium hominum -um. 29, 54 anguium. 29, 138 formicae -u extrahitur *gryllus*. STAT. Theb. 5, 515 *serpens* tenuat -bus ornos. QVINT. inst. 6, 1, 42 haeret in -u liberorum. decl. 306 p. 199, 26 hunc iungere sibi venere . . . et polluere -bus non vult filii sui . . . aetatem. IVV. 6, 279 iacet in servi -bus aut equitis. CARM. epigr. 971, 6 (*Romae, saec. I*) pia -u mater spoliata. TAC. ann. 11, 32 Britannicus et Octavia in -um patris pergerent. 14, 4 venientem . . . excepit manu et -u. 15, 31 neu . . . -u provincias obtinentium arceretur. FRONTO p. 42, 4 N. omnis . . . cum polluto -us . . . commaculat. APVL. apol. 12 *Venerem* serva corpora -u vincientem. PS. TERT. haer. 1 p. 215, 21 -us et permixtiones execrabiles obscaenasque coniuncturas. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 105 quia non sit licitus ac facilis eius (*matronae*) -us. LAMPR. Comm. 5, 8 consobrina patris -bus suis iniuncta. HIL. trin. 1, 10 non ex -u carnis (PS. AVG. quaest. test. I 23, 3 p. 51, 5) . . . sed ex deo natos. HYG. astr. 2, 13 ut -ui *Volcani* se applicaret *Minerva*. HIER. epist. 3, 1, 2 arte tua stringerem colla -bus. 27, 2, 1 Baccharum satyrorumque. 49, 21, 4 uxorum haerere (adhaerere *al.*) -bus. COD. Theod. 10, 20, 10 pr. (*a. 380*) si *mulier* -ui monetarii putaverit inhaerendum (*fere i. q. matrimonio*). ISID. orig. 7, 6, 30 *Agar* fuit -ui Abrahae . . . causa generandi data. PASS. Petr. 2 subtrahentibus . . . se isdem non solum a -u, verum ab omni modo coniunctione Agrippae. *adde i. q. tactus*: HIER. adv. Iovin. 2, 10 quattuor sensibus: aspectu, auditu, odoratu atque -u. *de luctatu hostili*: CVRT. 9, 7, 22 Macedo gladium coeperat stringere. quem occupatum -u . . . Dioxippus arietavit in terram. PLIN. nat. 9, 91 luctatur . . . -u. SIL. 14, 552. STAT. Theb. 6, 869 proelia villosis ineunt -bus ursi. PS. QVINT. decl. 7, 12 latronis. IVL. VAL. 3, 6 quas (*ignitas statuas*) cum . . . impetu belli -u et morsibus affectarent *elephanti*. **b** *de rebus*: CIC. Tusc. 3, 46 corporum -um et ludos atque cantus. PLIN. nat. 2, 11 huius (*aetheris*) vi suspensam cum quarto aquarum elemento librarii medio spatii tellurem. ita mutuo -u diversitatis effici nexum. 2, 209 in Tarquiniensi lacu duae *insulae* nemora circumferunt, nunc triquetram figuram edentes, nunc rotundam -u ventis impellentibus. 9, 86 *polypi* vescuntur conchyliorum carne, quorum conchas -u crinium frangunt. 16, 5 radicum. 16, 163 *folia arundinis* a nodo orsa -u tenues per ambitum inducunt tunicas. 16, 166. 17, 135 corticum. 18, 155 hae (*herbae quaedam*) -u necant. TAC. Agr. 36 armorum. MART. CAP. 9, 909. *in imagine*: CIC. Sest. 53 cum ego me ⟨e⟩ -u patriae . . . eripuissem (*cf.* Pis. 19 me ipsa suo -u patria tenuisset). Planc. 97 quae (*urbs*) se vel potius exscindi quam e suo -u ut eriperer . . . pateretur. Phil. 13, 9 Cn. Pompei filium res publica . . . suo . . . sinu -uque recipiet. fin. 5, 65 *caritas* serpit foras, cognationibus primum, tum . . . civibus . . . deinde totius -u gentis humanae. SEN. epist. 53, 8 dignus illa (*philosophia*) es, illa digna te est: ite in -um alter alterius. 66, 13 obsessorum animus . . . in -u libertatis expirat. STAT. silv. 4, 6, 95 in carae vivit -bus umbrae. PLIN. paneg. 47 easdem artes in -u oculis auribus habes. PS. QVINT. decl. 4, 9 quid iuvat . . . animam per tot annos . . . tristissimo corporis retinere -u? 4, 22 in ipso prosperi Martis cecidisse -u. 8, 6 quas in pessimi coniugii durum (dirum *Ba*) perpetuumque -um communium pignorum nexus artavit. TAC. ann. 4, 8 se fortiora solacia e -u rei publicae petivisse. TERT. orat. 5 festinantes ad spei nostrae -um. pudic. 5 quis eam (*moechiam*) . . . divellet de vicinorum criminum nexu, de propinquorum scelerum -u? RVFIN. Orig. in gen. 11, 2 sapientiae (CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 77, 1) -bus aptior. AVG. civ. 4, 8 *anima* unius dei veri castum dedignata -um. RVT. NAM. 1, 35 carae . . . urbis. AVELL. p. 597, 8 tenent in -bus nomen Acacii. EVSTATH. Bas hex. 4, 6 p. 908$^{B}$ velut pacificis eam (*terram*) -bus osculatur *mare*. ISID. orig. 10, 49 collega a colligatione societatis et amicitiae -u dictus.

**2** *i. q. ambitus, circuitus, tegumentum* (*de rebus aliquid in se continentibus*): PACVV. trag. 86 hoc vide, circum supraque quod -u continet terram (*caelum dicit. cf.* CIC. Tusc. 1, 40 persuadent . . . mathematici terram in medio mundo sitam ad universi caeli -um quasi puncti instar obtinere. nat. deor. 2, 101 ultimus et a domiciliis nostris altissimus omnia cingens et coercens caeli -us. Tim. 41). nat. deor. 2, 58 *mundus* omnia -u suo coercet et continet. LVCR. 2, 1066 avido -u quem (*congressum materiae*) tenet aether. 5, 470. PLIN. nat. 36, 161 sunt . . . in Bononiensi Italiae parte breves *lapides speculares*, macula -u silicis alligata. APVL. mund. 2 septem *stellae* . . . totidem orbibus affixae sunt . . . ac vicissim mutuis adhaesionibus nexae -u illius orbis, qui inerrabilis dicitur, continentur. MART. CAP. 6, 610 *Ptolemaeus* zodiaci tractum omnemque -um trecentis sexaginta caeli partibus secat. *adde*: CIC. Tim. 11 omnes . . . qui animo cernuntur et ratione intelleguntur animantes, -u rationis et intellegentiae, sicut homines hoc mundo . . ., comprehenduntur.

**3** *i. q. coniunctio*: QVINT. inst. 1, 4, 18 in verbis vim sermonis, in nominibus materiam . . ., in convinctionibus autem -us eorum esse



digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iudicaverunt *veteres*. 1, 5, 3 licet ... dicamus aliquod proprium, speciosum ..., nihil tamen horum nisi in -u loquendi serieque contingit (*cf.* 1, 5, 34 -u orationis accidere eum [*soloecismum*] confitentur. 7, 3, 18 brevi -u verborum. 9, 3, 18 sermonis). 1, 5, 37 soloecismus ex -u fiat eorum quibus res significantur et voluntas ostenditur. 5, 10, 107 plurium legum aliorumve scriptorum vel congruentium vel repugnantium -u. 9, 4, 32 iunctura sequitur ... omnia namque ista et virtutes et vitia in -u habent. PAVL. dig. 50, 16, 142 nec dubium est, quin coniuncti sint quos et nominum et rei -us iungit. TERT. adv. Marc. 1, 4 ineluctabilis ... -us in hoc sententiam constringit. TER. MAVR. 1226 nunc libera ... utraque -u alterius nec subdita currit *consona liquida*. AVG. civ. 13, 6 animae carnisque. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 78 *passionum*. CONSENT. gramm. V 358, 6 semivocalibus et mutis c et t plurimi -us cum vocalibus ... nascuntur. 391, 17 in -u syllabae. ISID. orig. 1, 6, 2 coniunctio ... et praepositio vel interiectio in -um istarum *partium orationis* cadunt. *in arte rhet., i. q.* περίστασις, σύστασις: QVINT. inst. 2, 1, 9 an ignoramus antiquis hoc fuisse ad augendam eloquentiam genus exercitationis, ut theses dicerent et communes locos et cetera citra -um rerum personarumque, quibus verae fictaeque controversiae continentur. *cf.* 2, 4, 36 sunt eae (*exercitationes*) citra -um personarum, temporum, causarum (5, 10, 103. 7, 2, 57. 7, 10, 3 causae. 8, 5, 3). 3, 5, 7 finitae ... sunt *quaestiones* ex -u rerum, personarum, temporum ceterorumque, quae ὑποθέσεις a Graecis dicuntur, causae a nostris. 3, 5, 18 personarum finitarum. 3, 6, 57. 5, 8, 6. 5, 10, 53. IVL. VICT. rhet. 3, 5 p. 379 negotialis *qualitas* est in qua infinite et quodammodo citra personae -um de re ipsa quaeritur, qualis ipsa sit.

**4** *i. q. perceptio, intellectus*: HIL. trin. 2, 21 confessionem patris et filii ... excedentem -um omnem et sermonis et sensus. 12, 26 quomodo ... eiusdem intellegentiae -u non fuisse ante quam nascitur dicemus?

**5** *multitudo, universitas* (*hominum sive rerum*): PS. HIL. libell. 9 timeamus potius impleri tristitia, quia et de huiusmodi divitibus in euangelio in unius licet persona ad -um tamen rettulit dicens *Christus*. AVG. epist. 118, 15 *res* ad universitatis -um ordinantur. *apud* ICTOS: *i. q. consortium, societas*: COD. Theod. 8, 4, 8, 1 (*a. 364*) liberis eorum obnoxiis municipum -ui relinquendis. 12, 1, 57 (*a. 364*) eum ordinis senatorii -us excipiet (*cf.* 13, 9, 3, 4 [*a. 380*] *vacuos publico officio* in -um vestri ordinis applicate).

***iuncturae:*** *accus. pendet a verbis*: accipere: LIV. 2, 40, 5. adicere: TAC. ann. 14, 56 *verbis* adicit -um. aspernari: PLAVT. Asin. 643. dare: OV. met. 3, 286. 10, 388 trist. 4, 4, 80 STAT. Theb. 2, 641 DRAC. Romul. 8, 160. desiderare: PORPH. Hor. epod. 8, 1. diducere: PROP. 1, 13, 19. edere: APVL. met. 2, 16. evitare: SCHOL. Verg. Veron. ecl. 7, 37. exoptare: TRABEA com. 5 CARM. epigr. 979, 3 (*saec. I*). expetere: SEN. Thy. 508 APVL. met. 10, 19. facere: PASS. Theclae C 33 p. 93, 8 *cod. Vindob.* ferre: LIV. 2, 40, 5 cum ferret matri obviae -um. habere: PETRON. 83 omnes fabulae ... habuerunt -us. inire: RVFIN. hist. mon. 1. iungere: SEN. Phoen. 464. laxare: RVT. NAM. 1, 35. mereri: HIER. epist. 102, 3. miscere: TERT. nat. 1, 20. permittere: CIC. rep. 4, 4. petere: VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 OCTAVIA 730 SIL. 6, 447. quaerere: HIER. epist. 52, 2, 2. reddere: SEN. Thy. 508 APVL. apol. 9. rumpere: DRAC. Romul. 8, 160. tueri: STAT. Theb. 3, 151. venire in: CIC. epist. 14, 1, 3 VAL. MAX. 9, 11, 1.

*epitheta*: amabilis: APVL. met. 2, 16. artifex: PLIN. nat. 29, 52. artus: SEN. benef. 7, 13, 1 LVCAN. 8, 723 PETRON. 11 SIL. 14, 553. avidus: LVCR. 2, 1066. 5, 470 STAT. Theb. 5, 721. castus: AVG. civ. 4, 8. coniugalis: HIER. tract. p. 410, 1. dulcis: HIER. epist. 140, 1. durus: PS. QVINT. decl. 8, 6. extremus: QVINT. inst. 8, 3, 68. femineus: LVCAN. 8, 403 MART. 11, 78, 1. fortis: APVL. met. 9, 38. germanus: APVL. met. 5, 13. impurus: RVFIN. Orig. in gen. 1, 17. incorporeus: AVG. civ. 10, 18. ineffabilis: AVG. civ. 10, 18. ineluctabilis: TERT. adv. Marc. 1, 4. insperatus: CIC. Sest. 7. interior: PS. QVINT. decl. 1, 16. laetus: STAT. Theb. 10, 464. libidinosus: VAL. MAX. 8, 11 ext. 4. longus: OV. met. 3, 48. miser: VERG. Aen. 8, 488 STAT. Theb. 3, 165 PS. QVINT. decl. 4, 20. mollis: CATVLL. 64, 88 PLIN. nat. 34, 145 ISID. orig. 16, 21, 2. mutuus: PLIN. nat. 2, 11. nimius: PORPH. Hor. epist. 2, 1, 260. obscaenus: RVFIN. hist. mon. 1. pacificus: EVSTATH. Bas. hex. 4, 6 p. 908$^{B}$. par: CORP. V 6700, 10. patrius: PRVD. perist. 7, 5. perpetuus: PS. QVINT. decl. 8, 6. pius: STAT. Theb. 4, 343 MART. CAP. 9, 912. primus: GRATT. 283. puellaris: HIER. epist. 52, 2, 2. regius: CASSIOD. in psalm. 50 praef. sacer: MART. CAP. 1, 1. tenax: OV. met. 4, 377. totus: MART. 1, 15, 9 utraque manu -uque assere toto. tristis: PS. QVINT. decl. 4, 9. 20. turpis: COD. Theod. 15, 7, 8 (*a. 381*). Venereus: CIC. div. 2, 143 VINDIC. med. 4. villosus: STAT. Theb. 6, 869. virilis: RVRIC. epist. 2, 11 p. 387, 26. vivus: CLAVD. carm. min. 29, 35. ultimus: LIV. 26, 14, 4 VAL. MAX. 7, 8, 9.

**complicābilis,** -e *a* complicare. *i. q. complicari potest*: EVSTATH. Bas. hex. 7, 1 p. 937$^{B}$ *piscibus* intersaeptio -is, modo suscipiens modo diffundens aquam, respirandi explet officium. ISID. diff. 1, 308 *sunt* fores, quae foras vertuntur, valvae, quae intus aperiuntur, et duplices, multiplices -esque sunt (*cf.* orig. 15, 7, 4 GLOSS. V 75, 4. 5. 110, 27).

**complicātio,** -ōnis *f.* *a* complicare. *i. q. conglomeratio*: CAEL. AVR. chron. 4, 3, 26 cum omnis fuerit folliculus -e vacuatus. *in imagine(?), i. q. confusio, perturbatio*: VEREC. in cant. 2, 24 distentus animus, videlicet nervo quodam humilitatis, -em non capit. *t. t. arithm. i. q. multiplicatio*: AVG. mus. 1, 11, 19 denariam -em persequi. 1, 12, 21 *numeri* per -em atque adiunctionem quandam fiunt, origo autem -is et adiunctionis duali numero recte tribuitur.

**complicātus, complicitus** *v. infra l. 13 sqq.*

**complico,** -uī (-āvī), -ātum (-itum), -āre [*a* com *et* plicare. *Th.*]. *de formis: perf. act. cf.* DIFF. Suet. 309 -ui an -avi: triplicavi et quadruplicavi, non triplicui et quadruplicui nec -ui, et nec dicimus -it, sed -at. *cf. de* plicare *eiusque compositis*: PRISC. gramm. II 468. 469. -avi: VEREC. in cant. 2, 14. -ui: SEN. epist. 90, 14 TRACT. in Luc. 4, 17 ISID. orig. 16, 16, 6. *part. perf. pass.*: -atus: CIC. off. 3, 76 [CAES. Gall. 7, 73, 4 *v. infra l. 30*]. FRONTIN. strat. 2, 3, 5 APVL. met. 5, 10 ARNOB. nat. 5, 6 AMM. 22, 8, 20. 29, 2, 15 HIER. tract. in psalm. I p. 74, 27 AVG. mus. 1, 10, 17. 1, 11, 18 MACR. sat. 7, 13, 10 MART. CAP. 1, 88. 6, 597. 610. 7, 729. 8, 805. 9, 918 EVSTATH. Bas. hex. 7, 3 p. 939$^{B}$ -itus: APVL. met. 1, 19. 9, 40. 10, 29 ACT. Vincent. 11 p. 405 Ruinart NOVELL. Iust. 31, 1, 3. complictus *traditur*: APVL. met. 3, 1 PELAGON. 183 CHIRON 449 MARCELL. med. 22, 14. *part. fut.* -aturus: SIDON. epist. 9, 9, 3. *de notione*: GLOSS. -at convolvit. πτύσσει, διπλοῖ. *legitur apud* PLAVT. CIC. VARRONEM rust. CELS. SEN. phil. SCRIB. LARG. FRONTIN. strat. GELL. APVL. met. *recentiores.* [*loc. dub. vel corr.*: CAES. Gall. 7, 73, 4 *v. infra l. 30.* SEN. Med. 680 -ans *A*, comprecans *E*. epist. 8, 7.]

**I** *i. q. (plicando) componere, colligere, convolvere*: A *res*: **1** *proprie*: PLAVT. Merc. 192 armamentis -andis [et] componendis studuimus. Rud. 938 hanc tibi ... rudentem -o. VARRO rust. 1, 41, 5 *ficos*. CIC. Att. 12, 1, 2 epistolam (ad Q. fr. 3, 1, 17 SEN. epist. 18, 14). [CAES. Gall. 7, 73, 4 quini erant ordines *stipitum* coniuncti inter se atque -ati (implicati α).] CELS. 8, 20 crus ... -ari ... non potest (PELAGON. 183 -itis [*trad.* complictis] inter se cruribus. 294). *ibid.* -ari femur potest. FRONTIN. strat. 2, 3, 5 *ante* quam cornibus -atis medios undique circumvenisset. GELL. 17, 9, 9 circum eum surculum lorum ... -bant. APVL. met. 1, 8 siparium (10, 29) scaenicum. 3, 1 -itis (*trad.* complictis) ... pedibus (9, 40). ARNOB. nat. 5, 6 ex setis scientissime -atis. LACT. inst. 7, 26, 5 caelum -bitur (VVLG. Is. 34, 4 -buntur sicut liber caeli. TRACT. in Luc. 4, 17). AMM. 22, 8, 20 ora ... nervi efficit speciem duabus arcus summitatibus -ati (*trad.* conpligati). CHIRON 358 caudam inter se -bit *iumentum*. ZENO 2, 49 auriga ... replicans -ando gyro solemni vestigia. HIER. interpr. Iob praef. 1 si ... palmarum folia -rem, ut in sudore vultus mei comederem panem. in Matth. 23, 6 p. 185 *membranulas*. tract. in psalm. I p. 74, 27 libri, qui modo -ati sunt, tunc aperientur (*cf.* VVLG. Is. 34, 4 *v. supra l. 37*. TRACT. in Luc. 4, 17). VVLG. eccles. 4, 5 stultus -at manus suas (PHYSIOGN. 99 SALON. in eccles. p. 1002$^{A}$). *cf.* MACR. sat. 7, 13, 10 -atus enim senarium numerum digitus iste demonstrat (*sc. minimo proximus*. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 73 digitos. *cf. infra l. 56*). SIDON. epist. 9, 9, 3 chartulam. BOETH. in top. Cic. 5 p. 373, 25 genua. ISID. orig. 16, 16, 6 *phiala vitrea* -uerat se tamquam vas aeneum. ACT. Vincent. 11 p. 405 Ruinart insuatur ... -itum cadaver in culeo parricidae. *adde*: NOVELL. Iust. 31, 1, 3 *quarta Armenia* prius ... et gentium erat et diversorum -ita barbaricorum nominum (ἐκ διαφόρων συνείλεκτο βαρβαρικῶν ὀνομάτων). *accedit* in *c. acc.*: HYG. astr. 3, 2 *draco* videtur ... corpus ut in spiram -are. APIC. 7, 266 ofellas ... in rotundum. MART. CAP. 1, 88 -atis ... in condylos digitis. 2, 138 pictura animalium membra multigenum in unam speciem -bat. **2** *in imagine fere i. q. confundere*: CIC. off. 3, 76 si qui voluerit animi sui -atam notionem evolvere. *i. q. concinnare, confingere*: AMM. 14, 5, 8 in -andis negotiis artifex dirus. 15, 3, 4 in -andis calumniarum nexibus indissolubilis. *i. q. comprehendere, in enarratione* (*cf.* complecti *p. 2087, 59 sqq.*, complexio *p. 2100, 49*): AVG. catech. rud. 13, 18 agendum pro eius responsione, ut ... ea quae illi nota sunt non explicemus latius, sed breviter -emus. **B** *animantes* (*accedit* in *c. acc.*: *l. 67*): SEN. epist. 90, 14 se -uit in dolio et in eo cubitavit. SCRIB. LARG. 39 bestiolae ... quae tactae -ant (conduplicant *R*) se in orbem. APVL. met. 1, 19 -itus in genua. CHIRON 449 -itus (-ctus *trad.*) iacet (MARCELL. med. 22, 14 in eo latere -atus [-ctus *trad.*] ... iaceat). AVG. serm. ed. Mai 1, 2 nunc inflatu pectus erigere, nunc obvolutis orbibus -are (*de serpente diabolo loquitur*). MART. CAP. 8, 805 Satyrus ... collo ... -atum utribus parem reportat. 9, 918 *cygnus* rapit osculum puellae, gremioque -atus pretium tulit pudoris. EVSTATH. Bas. hex. 7, 3 p. 939$^{B}$. *in imagine, i. q. perturbare*: AMM. 18, 4, 2 cum omnes adventantium calamitatum -ret magna formido.

**II** *i. q. flectere, incurvare*: APVL. met. 5, 10 maritum articulari ... morbo -atum curvatumque. AMM. 29, 2, 15 quosdam ... -atis articulis praeire mandavit. *in imagine*: VEREC. in cant. 2, 14 acerbitas tormentorum fortiores animas nullatenus -vit.

**III** *i. q. adiungere, adnectere*: ZENO 2, 70, 3 quantum ... crudelitatis ... contemplatio retrahit a corona *martyrum*, tantum generosa ... fides, quique illi fuerit cruciatus, sua -at vota. *accedit dativus*: GRAMM. VII 279, 19 maiestas cum scribis et dicis, 's' secundae syllabae -ari debet.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

**IV** *t. t. artis arithmeticae, i. q. multiplicare*: CHALC. comm. 49 *trientem* octies sibi -o. AVG. mus. 1, 10, 17 illi *motus et numeri*, ubi multiplicato minore fit maior, vocentur -ati. 1, 11, 18 *numeris* -atis sive sesquatis sive connumeratis sive dinumeratis. MART. CAP. 6, 597. 610 illa stadia quingenta trecenties . . . -ata. 7, 729 septingentos decem et septem numeros -atis in eos digitis . . . subrexit *Arithmetica*. ISID. orig. 16, 26, 6 sextarius . . . quinquies -atus quinarem sive gomor facit.

*oppos.*: aperire (HIER. tract. in psalm. I p. 74, 27), explicare (AVG. catech. rud. 13, 18).

*deriv.*: complicabilis, complicatio. *Jachmann.*

**complictus** *v.* complico *p. 2104, 19.*

**complōdo,** -ōsī, -ōsum, -ere (complaudo, -ausī, -ausum, -ere) *a* com *et* plaudere. *cf.* NOT. Tir. 106, 41/42 -odit, -osit. *legitur* -odere *in codd.* SEN. LVCANI PETRONI *al. sed* -audere: TERT. adv. Marc. 4, 15 p. 467 PAVL. NOL. carm. 18, 8 ITALA thren. 2, 22 (Wirc.) GRAMM. VII 425, 22, *al. de quorum lectione tamen non satis constat.*

*concutere, repercutere, illidere*: GLOSS. repercutere. -sus illisus. illisus, mutuo percussus. *cf.* GLOSS. V 593, 50 commulcare -ere. *fort. add. infra l. 81.* **1** *c. obiecto*: **a** manus (*ira, gaudio, terrore, maerore, al.*): SEN. dial. 3, 1, 4 -sae saepius manus *iratis*. PETRON. 18 -sis . . . manibus in . . . risum effusa est. 20 ancilla risu meo prodita -sit manus. 24. 34. 137. QVINT. inst. 11, 3, 123 -ere manus scaenicum est et pectus caedere. APVL. met. 9, 39 vacuas . . . (*sc. prandio*) manus. HIER. in Ezech. 6, 11 p. 60 tam corpore quam animo perhorrescimus ita ut -amus manus. VVLG. num. 24, 10 (*cf.* ITALA Lugd. conclusis manibus). Ezech. 22, 13. LVCAN. 2, 292 *legitur codd. ZM*: quis *velit*, cum ruat arduus aether, terra labet mixto coeuntis pondere mundi, -sas tenuisse manus, *sed omnes alii et corrector cod. M melius nisi fallor* compressas. **b** *alia*: LACT. opif. 10, 17 bestiae . . . aquam comprehensam linguae sinu . . . ad palatum celeri mobilitate -unt. HIER. hom. Orig. in Ier. 5 p. 797 *silices* sibi (AVG. quant. anim. 22, 37 *lapides* sibimet in medio spatio). VVLG. iud. 7, 19 inter se lagenas. VITA Caes. Arel. 2, 17 contra se urceolos et ampullas. **2** *absolute*: ITALA Am. 6, 5 (Tert. adv. Marc. 4, 15 p. 467) dormiunt in lectis eburnaciis . . . -entes ad sonum organorum (*ἐπικροτοῦντες* [*cod. Alexandr. ἐπικρατοῦντες al.*] *πρὸς τὴν φωνὴν τῶν ὀργάνων*. VVLG. canitis ad vocem psalterii). PAVL. NOL. carm. 18, 8 concordate meis . . . et -ite . . . carminibus. VEREC. in cant. 2, 27 extollunt se, elevant atque -unt *nequitiae spiritales*, dum infelices animos criminibus faciunt obligari. GRAMM. VII 425, 22 (*inter structuras alias*) -o tecum.

[ITALA thren. 2, 22 (Wirc.) sicut -si et replevi inimicos meos, *ὡς ἐπεκράτησα* (*legit vel vertit ἐπεκρότησα*) *καὶ ἐπλήθυνα ἐχθρούς μου, quod ex altero, ut videtur, textu hebraico vertit* VVLG.: quos educavi et enutrivi, inimicus meus consumpsit eos.]

*adduntur adverbia*: SEN. dial. 3, 1, 4 saepius (APVL. met. 9, 39 saepicule). PETRON. 24 tenerius. *de synon. cf. l. 38. 39.*

*derivatum*: complosio.

**complōrātio,** -ōnis *f. a* complorare. *actio complorandi, plorandi, fletus*: GLOSS. *κλαυθμός. ὀλοφυρμός. ὀδυρμός.* *pluraliter* GELL. 12, 5, 3. *absolute*: LIV. 1, 26, 3 movet feroci iuveni animum -o sororis. 1, 41, 6 -e in regia orta (30, 12, 9). 3, 47, 6 lamentabilisque cum mulierum -o excepisset *M. Claudium*. 26, 29, 2 ut -o eorum (*Siculorum*) flebilesque voces . . . oculos hominum converterint. 40, 9, 7 voce et -e nocturna excitus. 41, 11, 4 inter simul -em feminarum puerorumque, simul nefandam caedem milites . . . oppidum intrarunt. SEN. dial. 12, 14, 2 nulla domus in toto orbe terrarum aut est aut fuit sine aliqua -e. PS. QVINT. decl. 8, 22 audi, *iuvenis*, miserrimae matris iniquissimam -em. 16, 1 excedit omnem querelae meae -em quod tam diversis meorum conatibus adversa conveniunt. GELL. 10, 3, 7 quae ibi tunc miseratio? quae -o? 12, 5, 3 nullos eiulatus, nullas -es, . . . edebat (IVST. 11, 9, 13). LACT. inst. 7, 19, 2 commotus . . . deus . . . miseranda -e iustorum. mort. pers. 40, 4 fletus et -o . . . mariti. COD. Theod. 13, 5, 6 (*a. 334*) nec tenuiores in querelas infructuosae -is incurrant. DON. Ter. Ad. 237 huiusmodi -o summam desperationem lenonis ostendit. 555 -o quaedam est flebilis post querelas. HIER. c. Lucif. 14 *-o* a domino de peccatoribus prolata est. *c. gen. obiect.*: LIV. 2, 40, 9 -o sui (*Coriolani*) patriaeque fregere . . . virum. VAL. MAX. 1, 8 ext. 11 miseri simul ac felicis -i permixta fuit gratulatio. GELL. 10, 3, 13 -em . . . tam acerbae rei et odium in Verrem . . . *Cicero* facit.

*epitheta*: LIV. 3, 47, 6 lamentabilis. PS. QVINT. decl. 8, 22 iniquissimam. LACT. inst. 7, 19, 2 miseranda. COD. Theod. 13, 5, 6 infructuosae. DON. Ter. Ad. 555 flebilis.

**complōrātus,** -ūs *m. a* complorare. *fere i. q. comploratio.* LIV. 22, 55, 7 -us familiarum coerceant. 25, 26, 10 ut . . . lacrimis iustoque -u prosequerentur mortuos. *probabiliter cod. P* LIV. 23, 42, 5 non solum incolumi et victore, sed praesente te — -um (cum ploratum *alii codd.*) prope coniugum ac liberorum nostrorum exaudire . . . posses . . . — ita sumus aliquotiens hac aestate devastati.

*?* **complori** iubilati GLOSS. V 354, 26. complosi iubilavi *Götz dubitanter. fort.* complor⟨at⟩i?

**complōrō,** -āvī, -ātum, -āre *a* com *et* plorare. *cf.* NOT. Tir. 74, 17 *et* 20 plorat . . . -at. *fere i. q. plorare, additur interdum abl. modi.* GLOSS. II 382, 39 *ὀλοφύρομαι.* **1** *transitive*: **a** *aliquid*: CIC. dom. 98 morte -ata. LIV. 22, 53, 4 desperatam -atamque rem esse publicam. 37, 7, 4 inutili lamentatione fortunam gentis. VAL. MAX. 8, 1 abs. 10 perditam et -atam defensionem. SEN. dial. 10, 5, 2 priorem aetatem. 12, 1, 2 singulas . . . animas, Carthaginis ac Numantiae Corinthique cinerem. benef. 4, 4, 3 sortem suam. epist. 66, 17. PETRON. 137 anseris . . . fatum. PS. QVINT. decl. 1, 14 rem nimium manifestam. 16, 1 primam electionis nostrae . . . fortunam. GELL. 6 (7), 5, 6 ut veluti fratris reliquias ferens Electra -et. ANTH. 477, 3 divisas (*i. deletas*) . . . puppes. HIL. in psalm. 2, 26 -atae . . . Hierusalem. **b** *aliquem*: OV. trist. 1, 3, 95 se modo, desertos modo -asse penates *narratur coniux*. LIV. 5, 39, 4 -ati omnes pariter vivi mortuique (22, 55, 3). SEN. dial. 11, 1, 2 qui consolatus suos esset, cum ipse ab illis -aretur. epist. 13, 6. 63, 11. PETRON. 111 -ataque singularis exempli femina ab omnibus. TAC. Agr. 45 (*ad Agricolam*) paucioribus lacrimis -atus es. HIER. epist. 22, 21. *fort. add. p. 2105, 81.* *nota de elephantis*: PLIN. nat. 8, 21 *Pompeiani elephanti* quadam sese lamentatione -antes. **2** *intransitive*: CIRIS 285 graviter questu Carme -at anili. LIV. 30, 44, 11 tamquam in publico funere -atis. FLOR. epit. 2, 15, 8 -atum . . . publice . . . est. GELL. 19, 1, 3 -antibus nostris omnibus . . . dies . . . tandem illuxit.

*derivata*: comploratio, comploratus.

**complōsio,** -ōnis *f. a* complodere. *actio complodendi*: CHALC. transl. 43 cum corpus aliquod . . . incurrisset ignis offensionem vel etiam terrenam -em.

**compluo,** -uī, -ūtum, -ere *a* com *et* pluere. *part. perf. pass.* -uita *v. infra l. 33.* *nomen loci* Complutum *v. nom. propr.*

**I** compluit *intransitive et impersonaliter fere i. q. pluit*: VARRO ling. 5, 161 deorsum quo impluebat dictum impluvium, susum qua -bat compluvium.

**II** *transitive*: **A** *i. q. replere, complere, irrigare aliquid* (*c. accusativo rei affectae*): **1** *proprie*: **a** *pluvia, rore*: GLOSS. V 184, 16 -retur pluvia inficeretur. 184, 17 -uita (-ueta *codd.*) pluvia infecta, ad (de*?*) area dictum (*cf. infra l. 42 sqq.*). 354, 27 -uta pluviis (plumis *cod.*) repleta: ITALA Am. 4, 7 (Cypr. Demetr. 6) pars una *terrae* -etur (*βραχήσεται*, VVLG. -uta est). HIER. nom. hebr. p. 36, 6 Mataris pluvia vel -uto me. quaest. hebr. in gen. p. 62, 15 terram . . . -utam (VVLG. Ezech. 22, 24 HIER. in Ezech. 24, 1 *sqq. cf.* GILD. Brit. 90 chron. III p. 76). epist. 108, 10 vellus (*sc. Gideonis*) . . . caelesti rore -utum (*spectat ad* iud. 6, 37, *ubi* VVLG. si ros in solo vellere fuerit *eqs.* [*et sim.* ITALA Lugd., *δρόσος γένηται*]. *cf.* AVG. quaest. hept. 5, 29 quid significaverit vellus in area -uta siccum vel in sicca area -utum. 7, 49 p. 487 in -uto . . . vellere et area . . . sicca figurare . . . populum. *ibid.* et postea -uta area sicco vellere figurare ecclesiam toto orbe diffusam. 7, 49 p. 489. c. Faust. 12, 32 p. 360 quid *significat* vellus -utum area sicca et postea -uta area sicco vellere, nisi primo una gens Hebraeorum habens in sanctis mysterium dei? serm. 131, 9). AVG. gen. c. Manich. 1, 23, 36 *aquis superioribus* -batur *arca Noe.* **b** *aliis rebus*: SOL. 10, 15 nautae . . . -uti ex . . . casu . . . *scrupulorum, quos grues portant*, imbre saxatili. PELAGON. 78 si . . . ex nimio sudore -utum fuerit *animal vel sim.* CASSIOD. in psalm. 15, 12 alapis caesus sputisque -utus est *Christus* (21, 6. 44, 3). var. 4, 50, 4 cinis . . . provincias pulvereis guttis -uit. *adde*: VEREC. satisfact. 187 imbribus interea Sodomenis -at aer (*sc. nos, sim.*). [*corrupt.*: SEN. epist. 115, 2 nosti -utos (*codd.*, comptulos *Bücheler recte, v. s. v.*) iuvenes*?*]. **2** *translate*: PAVL. NOL. epist. 39, 3 si *anima* vasta peccatis . . . sordeat neque propheticis aut apostolicis nubibus -atur (AVG. in psalm. 88 serm. 1, 10 qui soletis -i a nubibus dei. *cf.* CASSIOD. in psalm. 88, 6 nubes frequenter diximus verbi dei esse praedicatores, qui per spiritum sanctum populos divina gratia -bant. 107, 4). AVG. bapt. 4, 9, 13 quos . . . foris -it *sacramentum*. serm. 4, 31 verbum dei omnes -it. in psalm. 32, 2 serm. 2, 7 ubique dimittit peccata deus quia misit caelos qui terram -rent (63, 19 bene -itur terra, frumenta, non spinas generat. 66, 8 -uta dederit terra fructum suum. audi -entem dominum: 'agite paenitentiam; appropinquavit enim regnum caelorum'. 88 serm. 1, 10 terra erat separata a fluctibus gentium, ut appareret arida -enda. 95, 12 *terram* -unt caeli, caeli enim praedicatores, terra auditores; *cf. s.* caelum *p. 97, 23 sqq.*). 66, 1 redditur tamquam fructus agricolae deo -enti nos et colenti (FVLG. RVSP. serm. 1, 4). 66, 3 reddidit fructus -uta sagina benedictionis. in psalm. 103 serm. 1, 11. 132, 11. epist. 27, 3 quid est . . . quod ita nos mulcent, ita accendunt, et ita -unt *litterae tuae*? CASSIOD. inst. div. 3 p. 1115[A] ager dominicus . . . caelesti rore -utus.

**B** *i. q. depluere, i. pluviam, umorem demittere, immittere* (*c. accusativo rei effectae*): FVLG. aet. mund. p. 149 mannae ros matutinum -itur. DRAC. laud. dei 2, 419 bitumen -it *deus*. MVTIAN. Chrysost. hom. 29 p. 425/26 terra quae valde humecta est, generat vermes, et fimus cum -itur (*loco, ut videtur, non sano*). EVGIPP. exc. Aug. p. 902 cum esca -uta fuerit super os nostrum.

*deriv.*: complutor (complutare*?*). *cf.* compluus.

✖**complūrēs,** -(i)a [*a* com *et* plures. *Th.*]. *de declinatione*: PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. I 125, 3 Iulius Modestus . . . ita definiit, . . . -ra et -rum esse dicendum. GELL. 5, 21 tit. qui dicat . . . -ia . . . non barbare dicere, sed latine. DON. Ter. Phorm. 611 -ia

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

secundum regulam locutus est, nam hoc -e et haec -ia. *ibid.* -ia: sic veteres, quod nostri dempta syllaba -ra dicunt. *legitur nom. acc. plur. neutr.* -ia: TER. Phorm. 611 (*testantur* CHAR. gramm. I 73, 15. 125, 3 PRISC. gramm. II 89, 7. 315, 16. 350, 12; *cf.* SCHOL. Ter. p. 63). CATO agr. 7, 1. orig. 1, 24 (*cf.* GELL. 5, 21, 6 cur . . . -ia . . . dixerint M. Cato, Q. Claudius, Valerius Antias, L. Aelius, P. Nigidius, M. Varro). CIC. phil. frg. II 5 (*testatur* DON. Ter. Phorm. 611). GELL. 5, 21, 15. 18, 6, 2 APVL. met. 10, 13. *nota*: PRISC. gramm. II 350, 15 Cicero de signis (*Verr. 5, 102*): 'immo vero alia -ia'; in quibusdam tamen codicibus (*nempe RS*) invenitur -ra. *aliis locis habes* -ra, *ut* CIC. Verr. 3, 47. 65. 87 leg. agr. 2, 88 de orat. 2, 271 epist. 6, 7, 3. 15, 4, 8 CAES. Gall. 7, 81, 5 civ. 2, 12, 4 *al. passim.* *acc. plur. masc. fem.* -īs *legitur*: PLAVT. Stich. 170 *A* (-es *P*). TER. Hec. 185 Haut. 65 (*A*, -es *rell.*). Phorm. 520 (*testatur* PRISC. gramm. II 361, 21). CIC. Verr. 6, 137 Caecin. 30 (*testatur utrumque* PRISC. gramm. II 350, 17). or. frg. A VII 59 (*testatur* PRISC. gramm. II 361, 25) *al. passim.* -ēs: *legitur* PLAVT. Aul. 717 *P*. RHET. Her. 2, 1, 1 *codd. al. passim.* *gen. plur. ubique in* -ium (*sed cf. p. 2106, 83*). *scriptum extat* PLAVT. Stich. 198 *B* qui amplures (qui iam plures *CD, utrumque fort. ex* quomplures *vel* quam plures *natum*). CIC. de orat. 3, 132 quamplures (*codd. mutili*). BELL. Afr. 19, 1 plures. PETRON. 21 quamplures (*fort. recte*). GELL. 5, 17, 2 quamplures (*cod. R*), *singulis codd. saepius* plures *ut* CIC. Verr. 2, 123 (*pq*). *formae singularis praeter* -e *supra l. 1 non leguntur.* *de notione*: GELL. 5, 21, 14 -es cum dicimus, non comparative dicimus. GLOSS. *πλεῖστοι. πλείονες. παμπλήθεις* (*notio πλεῖστοι vix exemplis certis confirmetur*). *legitur inde a* PLAVTO; *in versibus dactylicis praeter* CIRIM 54. 391 HOR. sat. 1, 10, 87 *non extat.*

**I** ***adiectivum:*** **A** *c. solo substantivo:* **1** *de hominibus et deis:* PLAVT. Aul. 717 fures. TER. Haut. 65 servos (CIC. Quinct. 89 SVET. Claud. 13). Ad. 230 mulieres. CATO orig. 1, 20 convenae. CIC. Verr. 6, 63 custodes. Cluent. 121 reis. Catil. 1, 8 socios. Phil. 1, 8 municipes. fin. 1, 31 philosophis. nat. deor. 3, 55 Volcani. off. 3, 50 mercatores (PAVL. dig. 14, 2, 2, 2). phil. frg. IX 11 mares et feminas (VAL. MAX. 2, 6, 14). epist. 10, 6, 3 consules. 13, 7, 4 necessarios. LEP. Cic. epist. 10, 34, 1 milites (CAES. civ. 1, 80, 5. 3, 103, 5. 3, 106, 5 BELL. Alex. 24, 6. 63, 5 VAL. MAX. 1, 8 ext. 19). LEP. Cic. epist. 10, 34, 1 equites (BELL. Afr. 19, 1. 52, 5. 85, 8 BELL. Hisp. 15, 2 VAL. MAX. 2, 9, 8 AMM. 31, 8, 10. *cf.* CAES. Gall. 7, 45, 1 equitum turmas). CASS. Cic. epist. 12, 12, 1 tabellarios. CAES. Gall. 3, 7, 3 praefectos. *ibid.* tribunos . . . militum (5, 28, 3 civ. 1, 74, 4). civ. 1, 74, 4 centuriones (3, 53, 1 BELL. Alex. 24, 6). 2, 44, 3 senatoribus (SVET. Dom. 10). 3, 53, 1 evocatos (BELL. Alex. 53, 1). VARRO rust. 1, 17, 2 *obaerati.* 3, 17, 6 piscatores. HIRT. Gall. 8, 7, 5 principes. 8, 45, 1 Treveris . . . et Germanis. BELL. Alex. 24, 6 legati. *ibid.* amici (SEN. epist. 77, 5 SVET. Aug. 101 MOD. dig. 28, 5, 63 [62], 1). 36, 1 legationes. 42, 4 adversarios. 47, 2 remiges. BELL. Afr. 19, 1 pedites. 19, 4 hippotoxotis. 78, 10 duces (92, 3 VAL. MAX. 2, 10, 2). NEP. Epam. 4, 6 scriptores. CIRIS 54 poetae. 391 nymphae. FEST. p. 269 auctores. VAL. MAX. 1, 1, 14 iuvenes (APVL. met. 8, 29). 8, 13 ext. 2 virorum. *al. passim.* *nota de rebus localibus metonymice dictis:* PLANC. Cic. epist. 10, 8, 3 confirmandae -es civitates (CAES. Gall. 4, 18, 3 a -bus civitatibus ad eum legati veniunt. 4, 21, 5. 5, 56, 4. HIRT. Gall. 8, 1, 1 -es . . . civitates renovare belli consilia. 8, 1, 2. 8, 27, 1 LIV. 43, 4, 2). BELL. Afr. 21, 3 *naves* singulas scaphae adversariorum -es adortae. VAL. MAX. 9, 15, 1 ut . . . coloniae se (*Herophilum*) veteranorum -es . . . patronum adoptarent. **2** *de bestiis:* CAES. Gall. 7, 70, 7 equis (PLIN. nat. 8, 155). VARRO rust. 2, 1, 5 greges. CVRT. 4, 7, 15 corvi. COLVM. 9, 8, 9 apes. SCRIB. LARG. 39 bestiolae . . . *κατοικιδίους ὄνους* aut *πολύποδας* Graeci hoc genus animalium vocant. PLIN. nat. 9, 2 aequorum amnium stagnorumque *animalia.* TAC. hist. 2, 4 hostiis. APVL. met. 9, 11 iumentorum. AMM. 18, 7, 4 ferae. **3** *de rebus:* *de arboribus, herbis sim.:* COLVM. 3, 6, 2 *vitis* uvas -es (PLIN. nat. 14, 39) exigit. *ibid.* si *maior numerus uvarum* ex singulis gemmis -bus materiis cum fructu germinat. 3, 13, 5 malleolis. 3, 16, 1 internodis. 3, 17, 1 talleolas. 11, 3, 32 grana *porri.* PLIN. nat. 27, 78 *blachni.* 37, 73 *lapides alabastrites al. passim.* *de locis sim.:* SISENNA hist. 76 locis (BELL. Alex. 44, 1 NEP. Cim. 4, 1 Dat. 11, 2 MON. Ancyr. 4, 10 LIV. 40, 45, 3 VAL. MAX. 7, 4, 3 COLVM. 3, 8, 4. 9, 1, 3 *al.*). CIC. Verr. 3, 65 oppida (CAES. Gall. 3, 14, 1 HIRT. Gall. 8, 2, 2. 8, 5, 1 MON. Ancyr. 5, 21 CORP. I² p. 192 PLIN. nat. 6, 13. 34, 12 FRONTIN. strat. 3, 9, 4). CIC. Manil. 5 vicos (CVRT. 5, 6, 17). div. 1, 78 insulis (PLIN. nat. 4, 94. 109. 119. 6, 198 AMM. 23, 6, 47. 31, 5, 16). NEP. Alc. 5, 6 *urbes.* VARRO rust. 3, 3, 8 iugera. FEST. p. 134 civitatibus (TERT. ieiun. 7 CORP. IX 1006). COLVM. 9, 8, 7 capita rivorum. arb. 2, 2 vindemiis. PLIN. nat. 3, 18 provinciarum. CALL. dig. 21, 2, 72 fundos. FRONTIN. aq. 117 regionibus. SVET. Tib. 39 saxa. CORP. IX 60 terras. *de aedificiis, operibus, instrumentis sim.:* CATO orig. 1, 24 fana. CIC. Verr. 1, 22 fiscos. 3, 47 scyphorum paria. 3, 87 signa ex aere (PLIN. nat. 34, 67). Catil. 3, 19 in Capitolio res. Tusc. 5, 61 abacos. CAES. Gall. 1, 8, 4 ratibus. 3, 1, 4 castellis (BELL. Alex. 42, 3 BELL. Afr. 2, 6 BELL. Hisp. 6, 3 NEP. Dat. 10, 2. PLIN. nat. 36, 121 *aquae ductuum*). 3, 15, 2 navibus (4, 29, 3 NEP. Timoth. 3, 4). 7, 81, 5 tela (BELL. Afr. 20, 3 [quam plurima *Schneider*]). civ. 1, 61, 1 fossas. 2, 11, 4 lapidibus ex . . . turri subductis. 3, 75, 2 portis. BELL. Afr. 1, 4 classes. VARRO ling. 5, 136 irpices regula -bus dentibus. HIRT. Gall. 8, 47, 3 commeatus. BELL. Afr. 51, 5 putei. 77, 2 tormentis. BELL. Hisp. 6, 2 carra. NEP. Hann. 9, 3 amphoras. LIV. 23, 19, 8 dolia. 40, 51, 8 sacella (PLIN. epist. 8, 8, 5). VITR. 2, 7, 2 lapidicinae. 5, 5, 7 tabulationes *theatrorum* (COLVM. 7, 8, 5 tabulata). VELL. 2, 81, 3 domos. *al. passim.* *de temporum significationibus:* PLAVT. Stich. 170 annos (CIC. Quinct. 14 Verr. 3, 52 or. frg. A VII 59 de orat. 1, 251 Tusc. 2, 45 CAES. Gall. 1, 18, 3. 4, 1, 2. 4, 4, 1. 7, 17, 5 BELL. Alex. 34, 4 NEP. Timol. 2, 4 *al. passim.*). TER. Hec. 185 dies (CIC. Quinct. 88 or. frg. A VII 55 de orat. 1, 82 rep. 1, 13 ac. 2, 12 epist. 2, 8, 2. 12, 2, 1 Att. 16, 5, 2 CAES. Gall. 3, 2, 1 *al. passim*). TER. Phorm. 520 menses (SISENNA hist. 47 CIC. Verr. 3, 182 fin. 5, 8 NEP. Eum. 5, 6). *de rebus variis incorporeis, actionibus litterarum generibus sim.:* RHET. Her. 2, 1, 2 causas (4, 1, 1 CIC. Mur. 56 Brut. 324. *de iure:* GAIVS dig. 50, 16, 16). 3, 2, 3 negotiorum. 4, 29, 40 rationibus. Verr. 3, 64 epistulas (GAIVS inst. 1, 96). 3, 97 litterae. leg. agr. 2, 88 senatus consulta. Brut. 262 orationes (FEST. p. 274). *ibid.* commentarios. nat. deor. 1, 6 *libros* (div. 2, 1 VARRO rust. 1, 5, 1 QVINT. inst. 4 praef. 7 SVET. gramm. 27 POMPON. dig. 1, 2, 2, 43. 45. 46). rep. 2, 54 legibus (FEST. p. 234). CAES. Gall. 1, 10, 5 proeliis (6, 12, 3 CORP. I² p. 196). 3, 5, 2 vulneribus. civ. 3, 110, 6 bellis. RVT. LVP. 1, 10 sententias (1, 13 *bis*). CORP. I² p. 193 victoriis. VITR. 1, 1, 3 historias. VELL. 2, 127, 1 sacerdotia. VAL. MAX. 3, 8, 2 iniuriis. 3, 8 ext. 1 exempla (7, 1 pr. COLVM. 3, 7, 3). *al. passim.* *nota:* CATO agr. 7, 1 vitium ⟨genera⟩ -ia (CIC. phil. frg. II 5 confirmandi. PAVL. FEST. p. 41 hominum. SEN. nat. 3, 15, 2 umoris. COLVM. 2, 6, 1 tritici. 2, 7, 1 leguminum. 2, 10, 24 pabulorum. 2, 20, 2 metendi. 8, 17, 8 turdi. 9, 3, 1 apum sive examinum. 11, 3, 26 lactucae. [arb. 9, 1 tit. acinorum.] PLIN. nat. 10, 37 *avium.* 12, 68 *murrae*).

**B** *c. subst. et altero vel pluribus adiectivis:* CALP. hist. 27 adulescentes . . . -es nobiles. CIC. Quinct. 66 viros bonos -es (67. Verr. 2, 123 viros bonos et honestos -es). Verr. 5, 54 *artifices caelatores ac vascularios* suos -es. 6, 137 dies continuos -es (CAES. Gall. 4, 34, 4). Catil. 1, 29 superiorum (*sc. virorum*) -ium. 3, 5 -es delectos adulescentes. dom. 53 in coniunctis rebus -bus. de orat. 3, 25 res -es dissimiles inter se. epist. 15, 4, 8 castella . . . vi capta -a. ad Q. fr. 1, 1, 25 urbes -es dirutas ac paene desertas. LENT. Cic. epist. 12, 15, 2 naves -es instructas et paratas. CAES. Gall. 1, 52, 5 -es nostri milites. 5, 13, 3 -es . . . minores . . . insulae. civ. 1, 51, 3 -es honesti adulescentes (IVLIAN. dig. 40, 5, 47, 4 honestis viris -bus). 3, 28, 2 minoribus . . . navigiis -bus. VARRO ling. 6, 15 boves praegnantes . . . -es. BELL. Alex. 60, 4 -es novissimos (*sc. legionarios*). BELL. Afr. 79, 1 loca . . . idonea opportunaque -a. NEP. Epam. 4, 6 vitam excellentium virorum -ium. Eum. 7, 1 Macedones -es nobiles. LIV. 41, 16, 6 privata aedificia -a. SEN. suas. 1, 6 -es contumeliosi libelli. VAL. MAX. 4, 5 ext. 1 -ium feminarum illustrium. 7, 8, 7 -bus privatis litibus. COLVM. 9, 8, 14 vacua . . . -a (*sc. vasa*). ASCON. Mil. p. 32 Cl. -es . . . noti homines. PLIN. nat. 14, 39 -es . . . externas (*sc. uvas*). *al.* *interdum cum attributis speciem significantibus:* SISENNA hist. 39 naves . . . -es onerarias (BELL. Afr. 1, 5). CIC. Verr. 5, 118 aedes sacrae -es (5, 119). CAES. civ. 2, 18, 1 naves longas . . . -es. BELL. Alex. 11, 1 -es apertae (*sc. naves.* 13, 4). 62, 1 -es cohortes auxiliarias. BELL. Afr. 35, 6 milites legionarii -es. *passim cum* alius, ceterus *sim.:* CIC. Phil. 8, 14 -es alios summos viros. de orat. 3, 132 in aliis . . . -bus (*sc. rebus.* CALL. dig. 21, 2, 72). orat. 108 -es . . . aliae (*sc. orationes*). nat. deor. 2, 13 aliarum . . . commoditatum -ium. epist. 13, 19, 1 aliis -bus (*sc. hospitibus*) CAES. Gall. 5, 54, 5 -bus aliis de causis (SEN. suas. 1, 8 GAIVS inst. 1, 147). 5, 56, 4 aliis . . . -bus . . . civitatibus. civ. 1, 23, 2 aliique -es adulescentes. FEST. p. 294 *v. p. 2109, 13.* ASCON. Mil. p. 46 Cl. -es alias (*sc. virgines*). Corn. p. 59 Cl. alias . . . -es leges (GAIVS inst. 4, 22). *al.* CIC. inv. 2, 1 ceteras -es tabulas *pictorum.* Verr. 2, 108 ceterae -es (*sc. leges*). PLIN. nat. 19, 140 cetera genera -a sunt. AMM. 24, 6, 17 prosperitates similes . . . -es.

**C** *cum adiectivis (partic. pronom.) substantivi vice fungentibus: masc.:* CIC. Caecin. 24 -es armatos (26. 30). ac. 2, 12 doctis. Tusc. 1, 7 familiares. CAES. Gall. 4, 12, 2 nostris (FEST. p. 241). HIRT. Gall. 8, 43, 1 -es suos vulnerari. SALL. Catil. 13, 1 privatis. 17, 5 nobiles (Iug. 8, 1 NEP. Paus. 2, 2 Cato 2, 3). 19, 2 boni. Iug. 8, 1 novi. COLVM. 4, 1, 1 agricolationis studiosis (11, 1, 1). 11, 1, 13 agrestium. SVET. Aug. 94 praetextatis (*bis*). AMM. 14, 1, 6 invitis. 22, 16, 17 veteres. 29, 2, 13 honorati. *neutrum:* TER. Phorm. 611 multa advenienti . . . nova hic? :: -ia. AMM. 19, 3, 3 utilia -a. 26, 3, 3 vindicata -a. 29, 6, 1 cruenta -a. *cum duobus talibus adiectivis:* PLAVT. Stich. 198 curiosi . . . -es mali. *cum* alius *cum adiectivo substantive posito: masculinum:* AMM. 31, 10, 10 -es alios audaces. *neutrum:* SEN. suas. 6, 12 -a alia . . . scurrilia. VLP. dig. 4, 7, 4, 1. *cum* alius *substantivo: masculine vel feminine:* CIC. Verr. 5, 114 Centuripinos . . . Aetnenses, Herbitenses -esque alios. de orat. 2, 94 Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus aliique -es. nat. deor. 3, 39 Romulum . . . aliosque -es. Att. 8, 11ᵈ, 2 C. Messius . . . aliique -es. CAES. Gall. 7, 65, 2 Valerio Donnotauro . . . -busque aliis. HOR. sat. 1, 10, 87 Polio . . . Messalla . . . Bibule et Servi . . . -es alios. FEST. p. 375 ⟨Aelius⟩ et alii -es. *al. sim.* SCRIB. LARG. 40 ab hoc *medicamento* sum persanatus et alios -es

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sanavi. MELA 2,118 Leontini et Centuripinum et Hybla aliaeque -es. PLIN. nat. 4,62 Lichades Scarphia Corese Phocasia -esque aliae. *al.* CENS. 6,3 Anaxagorae ceterisque -bus. PLIN. nat. 3,134 Camunni -esque similes. *neutrum*: CIC. Verr. 5,102 hoc solum auditione expetere coepit . . . ? immo vero alia -a (*RS*, -ia *Prisc. gramm. II 350, 15 cf. p. 2107, 9*). part. 47 quae sunt cum aliis -bus sententiarum ornamenta. off. 3,15 quod . . . in poëmatis, in picturis usu venit in aliisque -bus. FEST. p. 218 cuius opinionem neque in hoc neque in aliis -bus refutare . . . necesse est. p. 233 Fundos Formias Caere . . . aliaque -a. p. 286 recipie apud Catonem pro recipiam, ut alia eiusmodi -a. p. 294 omnia vocabula x littera finita per declinationes obliquorum casuum syllabam accipiunt. haec autem desciverunt ab ea ut alia -a (*nisi* vocabula *supplere mavis*). SEN. dial. 12,9,5 pecunia dignitas potentia aliaque -a. COLVM. 2,2,20 ut iuncus, ut calamus, ut gramen . . . et alia -a (PANEG. 10,27). QVINT. decl. 311 p. 224 alia . . . -a sunt, quae intueri licet. SVET. Aug. 100 ut inter alia -a censuerint quidam senatores funus *Augusti* triumphali porta ducendum (Claud. 1). AMM. 29,1,26 inter -a alia.

**II** ***substantivum*:** **A** *masculine vel feminine*: CATO or. frg. 11,3 ex Aetolia -es venerant (BELL. Afr. 88,1 perveniunt). RHET. Her. 2,19,29 -es scelere se contaminaverunt. CIC. Quinct. 73 nemone fuit, cui diceret Quinctius? fuerunt et -es fuerunt (Verr. 2,15. 4,221 ac. 2,57 SALL. Catil. 39,5). Verr. 3,155 cum . . . condemnati sint -es. 5,44 cum te -bus confirmasses redditurum. Flacc. 31 -es a praedonibus esse captos (CAES. Gall. 6,8,7). Mil. 29 -es cum telis in hunc faciunt . . . impetum. Phil. 11,8 'longus fuit dolor'. bidui, at -bus annorum saepe multorum. Brut. 223 Cn. Carbonem M. Marium et . . . -es . . . aptissimos cognovi turbulentis contionibus. nat. deor. 1,8 -es Graecis institutionibus eruditi ea, quae didicerant, cum civibus suis communicare non poterant. off. 2,2 libri nostri -es non modo ad legendi, sed etiam ad scribendi studium excitaverunt. epist. 13,32,1 -es tibi . . . commendo. 15,2,6 -es ea quae scirent audacter ad se detulisse (CAES. Gall. 5,6,7). ad Brut. 2,2,3 *litteras* cum recitassem, cecidit Servilius, -es praeterea. 2,4,3 -bus . . . scripsisti Dolabellam a Rhodiis esse exclusum. PLANC. Cic. epist. 10,8,2 magnosque honores . . . -es consecutos. GALBA Cic. epist. 10,30,4 *Antonius* -es ibi amisit. CAES. Gall. 2,17,2 cum . . . -es Caesarem secuti una iter facerent. 3,2,3 -bus *legionis* singillatim, qui commeatus petendi causa missi erant, absentibus. 3,28,4 -bus interfectis (5,15,2. 5,44,13. 7,67,5 *al.*). 4,35,3 -es . . . occīderunt (4,37,3). 6,36,3 -es . . . aegri relicti. 7,80,3 -es vulnerati (civ. 3,19,6 HIRT. Gall. 8,19,8. *cf.* BELL. Hisp. 12,4 -esque vulneribus affecerunt. 23,8) proelio excedebant. civ. 2,34,2. 3,13,2. 3,33,1 adhibitis -bus ordinis senatorii quos advocaverat Scipio. HIRT. Gall. 8,36,2. 8,48,7 -es hostium magno nostrorum impetu perculsi vulnerantur ac partem in fuga proteruntur partim intercipiuntur. BELL. Afr. 20,1 cuiusque generis ductis in castra -bus. BELL. Hisp. 15,2. 23,5 ad . . . insignia cum -es adversariorum concursum facerent. 40,6 *bis.* SALL. Catil. 21,4 admonebat *Catilina* . . . -es periculi aut ignominiae. 23,4. 42,3 ALF. dig. 9,2,52,4. 19,2,31. LIV. 39,22,3 ignesque . . . adussisse -ium . . . vestimenta. 43,13,4 FEST. p. 266. VAL. MAX. 7,2 ext. 1. 7,6 ext. 2 -es inventi sunt artus et membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes. 8,13,6 SEN. nat. 2,43,1 dial. 12,13,3. clem. 1,9,8 (*Augustus ad Cinnam*) sacerdotium tibi . . . praeteritis -bus . . . dedi. COLVM. 6,2,4 PLIN. nat. 6,57. QVINT. inst. 2,20,1 -bus philosophorum placet (CALL. dig. 48,19,28,15). TRAIAN. Plin. epist. 10,34,1 secundum exempla -ium (complurimum *B et Ald.*). SVET. Tib. 12. 18. Tit. 8 praeposuitque *Titus* -es ex equestri ordine, quo quaeque maturius peragerentur. *al. passim.*

**B** *neutrum*: CIC. de orat. 2,271 *Cato* multa rettulit, ex quibus a me . . . -a ponuntur (CAECIN. Cic. epist. 6,7,3). CAES. civ. 2,12,4 haec atque eiusdem generis -a . . . pronuntiantur. VARRO rust. 2,5,18 de sanitate sunt -a, quae exscripta de Magonis libris armentarium meum crebro ut aliquid legat curo. VAL. MAX. 6,5,6 *Cn. Carbonis* scrinium . . . -a continens, quibus facile opprimi posset. SCRIB. LARG. 195 pharicum . . . ex -bus componi. ASCON. Pis. p. 10 Cl. direpta sunt omnia, quae aut in domo aut in villis fuerunt, et ex eis ad ipsos con⟨sules⟩ lata -a. PLIN. nat. 2,212 de aquarum natura -a dicta sunt (QVINT. inst. 2,17,16). 8,220 QVINT. inst. 8,2,15 IVLIAN. dig. 27,4,4 GAIVS inst. 1,112 GELL. dig. 18,6,2 PAVL. frg. Vat. 245 AMM. 20,2,5. 22,14,2. 30,7,11.

***notabilia ad I et II*:** **1** *partem efficit maioris rei vel numeri*: **a** *significatur maior pars praepositione* e(x): CIC. Verr. 2,15 quo in numero e vobis -es fuerunt. CAES. Gall. 2,17,2 ex . . . Gallis -es Caesarem secuti. 4,35,3 -es ex eis occīderunt. 4,37,3. 6,36,3 BELL. Afr. 19,1. 92,3 SALL. Catil. 42,3 ASCON. Pis. p. 10 Cl. FRONTIN. strat. 2,12,3 SVET. Tit. 8. **b** *gen. part.*: HIRT. Gall. 8,48,7 -es hostium . . . perculsi (BELL. Afr. 19,1 HYG. astr. 2,24). BELL. Hisp. 23,5 adversariorum. HYG. astr. 2,6. MART. CAP. 4,332 deorum. 4,424 divorum.

**2** *opponitur aliis numeris*: **a** *maiori*: PLAVT. Aul. 717 novi omnes, scio fures esse hic -es (CAES. civ. 3,13,2 ut paene omnes . . . signa relinquerent, -es arma proicerent). TER. Phorm. 611 multa advenienti . . nova hic? :: -ia (RHET. Her. 2,19,29 multos induxit in peccatum pecuniae spes . . . -es scelere se contaminaverunt. CIC. de orat. 2,271 Cato . . . multa rettulit, ex quibus a me . . . -a ponuntur. CAECIN. Cic. epist. 6,7,3. CAES. Gall. 7,70,7 multis interfectis, -bus equis captis. BELL. Afr. 75,6. 78,8 BELL. Hisp. 9,3. 15,4 NEP. Cim. 4,3 Alc. 5,6 Con. 4,4 VAL. MAX. 1,8 ext. 19. 7,2 ext. 1 SVET. Aug. 29). CIC. Att. 16,5,2 Quintus fuit mecum dies -es et . . . vel plures fuisset. CAES. Gall. 6,8,7 magno numero interfecto, -bus captis. HEGES. 2,15,5 -es ac paene universos. **b** *minori*: CIC. Verr. 3,155 cum condemnati sint -es . . . duo soli absoluti (COLVM. 9,9,8 *examen apium* duobus aut etiam -bus velut uberibus diductum). de orat. 3,132 non in hac . . . una . . . re, sed in aliis etiam -bus (epist. 13,7,4 cum ego pro his unis petam, habeam autem . . . -es necessarios. VAL. MAX. 1,1,14 ut [ex] se uno . . . -es Poenorum iuvenes pensarentur. COLVM. 6,2,4. 9,8,14 neque est tanti vacua *vasa* perdere -a, ut uno vel altero potiare pleno. PLIN. nat. 27,78 *blachni* ex una radice -es exeunt felices. QVINT. inst. 4 praef. 7. CALL. dig. 21,2,72 [*bis*] POMPON. dig. 1,2,2,45. 38,1,8 pr. VLP. dig. 47,10,15,4 PAVL. dig. 28,6,43 pr.). CIC. Mur. 56 necessitudinis causas -es protulit, simultatis nullam commemorare potuit (epist. 13,19,1 POMPON. dig. 1,2,2,38). CAES. civ. 3,46,6 -bus interfectis, v . . . amissis. SALL. Catil. 21,4 admonebat alium . . . alium . . . -es. SEN. suas. 1,6 -es contumeliosi libelli . . . proponebantur . . . quidam . . . tradebantur. COLVM. 3,6,2 si ex singulis gemmis *uva* -bus materiis . . . germinat. 6,2,4 aliquis ante et a tergo -es. *nota* -es praeterea: CIC. ad Brut. 2,2,3 Servilius, -es praeterea. CAES. civ. 2,18,1 BELL. Afr. 19,1 SALL. Catil. 17,5 VAL. MAX. 3,8,2 ASCON. Mil. p. 46 Cl. PLIN. nat. 10,37 GAIVS inst. 1,112. *cf.* -es alii *al. p. 2108, 77 sqq.*

**3** *definitur accuratius*: **a** *enumerantur partes*: CATO agr. 7,1 vitium ⟨genera⟩ -ia, aminnium minusculum vinum et maius et apicium. CIC. nat. deor. 3,55 Volcani . . . -es, primus . . . secundus . . . tertius . . . quartus. VARRO rust. 1,5,1 libros Theophrasti -es, qui inscribuntur *φυτῶν ἱστορίας* et alteri *φυτικῶν αἰτίων*. COLVM. 2,10,24 pabulorum genera -a, sicut Medicam, viciam *eqs.* 2,20,2 sunt . . . metendi genera -a. multi falcibus . . . secant, multi mergis, alii *eqs.* PLIN. nat. 12,69 *myrrae* genera -a . . . prima, sequens . . . tertia *eqs.* 19,140. 34,67 -a signa, ceu senex Thebanus et Demetrius rex *eqs.* SVET. Cal. 22 -bus cognominibus assumptis, nam et 'pius' et 'castrorum filius' . . . vocabatur. *al.* **b** *afferuntur de nonnullis partibus quaedam accuratiora*: CIC. Quinct. 89 servos -es, ex quibus iste possederit neminem (*cf.* Phil. 1,8 municipes . . . -es ad me venerunt, ex eis quidam Roma recentes. CAES. Gall. 2,17,2 cum . . . -es Caesarem secuti una iter facerent, quidam ex his . . . ad Nervios pervenerunt. 6,36,6 ALF. dig. 9,2,52,4. 19,2,31 PLIN. nat. 4,94. SVET. Aug. 94 quasi Iuppiter -bus praetextatis tutorem a se poscentibus unum ex eis demonstrasset. IAVOL. dig. 9,2,57 VAL. dig. 32,94. AMM. 25,2,5). CIC. Verr. 2,123 Trebonius viros . . . -es fecit heredes; in iis fecit suum libertum (*cf.* 3,64 is epistulas -es attulerat, in his unam . . . quae. 3,87 ac. 2,12. ad Q. fr. 1,1,25 urbes -es dirutas ac paene desertas in quibus unam Ioniae nobilissimam, alteram *eqs.* CAES. civ. 3,19,7 BELL. Hisp. 23,8 SALL. Catil. 39,5 NEP. Paus. 2,2 Eum. 7,1 SVET. Dom. 10 IVLIAN. dig. 28,6,32). CIC. Verr. 5,118 *in urbe* sunt aedes sacrae -es, sed duae, quae . . . (*cf.* SVET. Claud. 1 ex Antonia . . . -es . . . liberos tulit, verum tres omnino reliquit. Galba 1). epist. 10,6,3 -es in perturbatione rei publicae consules dicti, quorum nemo consularis habitus (VAL. MAX. 8,13,6). CAES. Gall. 3,7,3 praefectos tribunosque militum -es . . . quo in numero est *eqs.* (civ. 2,44,3. 3,53,1). ASCON. Mil. p. 33 Cl. -esque . . . homines visi sunt, inter quos C. Vibienus (AMM. 24,5,8. 29,2,13. 30,7,11). *nota*: PLIN. nat. 6,13 oppida . . . -a, celeberrima Tyndarida Circaeum Cygnum.

*adv.* **complūriē(n)s**. *cf.* PAVL. FEST. p. 59 *l. 63.* GELL. 5,21,15 ab eo . . . quod est compluria, adverbium est factum -s. 5,21 tit. qui dicat . . . -s, non barbare dicere, sed latine. *i. q. saepius, frequenter*: PAVL. FEST. p. 59 -ns a compluribus significat saepe. NON. p. 87,12 -s frequenter (GLOSS. V 639,23): PLAVT. Persa 534 sensi ego iam -s. CATO orig. 4,79 -s . . . milites . . . alteri alteros . . . occidere, -s multi . . . ad hostis transfugere, -s in imperatorem impetum facere. or. inc. frg. 18 contumelias . . . dixisti (GELL. 6,3,5. 17,2,21). or. frg. 74 usu venit. GELL. 6,3,5 acta.

*superlat.* **complūrimī**, -ae, -a. *fere i. q.* '*quam plurimi*', *quacum voce in codicibus variat*: **1** *adiectivum*: GELL. 11,1,1 buceta. CALL. dig. 50,4,14,6 -is constitutionibus. HIL. trin. 10,41 codicibus. AMBR. in psalm. 118 serm. 10,35 mala. RVFIN. patr. 1 praef. 4 ceteris. OROS. hist. 1,15,8 (*de Amazonibus*) inter caesas captasque -as duae sorores Antiopae . . . retentae. 4,1,18 iumenta (4,14,8). IORD. Get. 7,55 aliae -ae gentes. PASS. Paul. 5 servi dei (*sic codd. HV Paris. 5357; alii* quam plurimi). **2** *substantivum*: ENNOD. opusc. 3,8 p. 333,3 fulsisse eius cunabula . . . videre -i. 3,18 p. 335,19 stupuere -i. 3,32 p. 338,28. [*ex coniectura*: DICT. 4,13 interfecto eo (*Achille*) summa militiae orbata et ademptum -um, *sed codd. haud male* spei quam plurimum.]

*adv.* **complūrimum**: TRAIAN. Plin. epist. 10,34,1 tibi . . . secundum exempla -um (*sic B et Ald.*, complurium *Catanaeus*) in mentem venit posse collegium fabrorum apud Nicomedenses constitui.

*Bannier.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

?**complus** mentis: desiderii sui completur (completor *Götz*) GLOSS. IV 220, 40. compos *Götz, an est* compl⟨et⟩us? *Mbr.*

**complūsculī,** -ae, -a [*a* complures *deminutive. Th.*]. GLOSS. IV 43, 13 (V 447, 49) -os pluriores. V 184, 18 -os complurissime (complures diminutive *Heraeus*, complures simul *Götz dubitanter*). SCHOL. Ter. p. 142 -os complures. *nota sing.*: SCHOL. Ter. p. 64 -us diminutivum facit comparativum plus. **1** *adiectivum*: PLAVT. Rud. 131 hos dies -os (TER. Hec. 177 primos dies -os. TVRPIL. com. 183 IVL. VAL. 1, 14. 3, 56 MACR. sat. 1, 2, 2). GELL. 2, 18 tit. alii -i. 2, 21, 1 earundem disciplinarum sectatores. 18, 13, 2 eiusdem studii homines. IVL. VAL. 1, 29 angues. **2** *substantivum*: GELL. praef. 15 ecquid tam remotum in litteris est, quin id tamen -i sciant? 18, 2, 2 conveniebamus . . . ad . . . cenam -i.

*adv.* **complūsculē:** GELL. 17, 2, 15 veteres -e ita dixerunt.

**complūto,** (-āre) *a* compluere, complutus? *v. p. 2106, 37.*

**complūtor,** -ōris *m. is qui compluit (translate, v. p. 2106, 56 sqq.)*: AVG. serm. 216, 3 seminatori et -i vestro multiplicatam centeni reddetis ubertatem.

**compluviātus,** -a, -um [*a* compluvium. *Th.*]. *cf.* PLIN. nat. 17, 166 *infra l. 24. iugationis vitium species*: VARRO rust. 1, 8, 2 iugationis species duae, . . ., altera -a in longitudinem et latitudinem iugata. PLIN. nat. 17, 164 quinque generum *vineae* . . .: sparsis per terram palmitibus aut . . . pedatae simplici iugo aut -ae quadriplici. 17, 166 *vinea* -a copiosior vino est, dicta a cavis aedium compluviis.

**compluvium,** -iī *n.* [*a* com *et* pluere. *Th.*]. *cf.* NOT. Tir. 114, 15/16 pluit -um. *sed cf. infra l. 29.* **1** *locus in cavaedio, quo aqua pluvialis confluit, liberius etiam locus huic circumsitus*: VARRO ling. 5, 161 deorsum quo impluebat dictum impluvium, susum qua compluebat -um, utrumque a pluvia. PAVL. FEST. p. 108 -um, quod de diversis tectis aqua pluvialis confluit in eundem locum (*opp.* impluvium). ISID. orig. 15, 8, 12 -um dictum, quia aquae partes, quae circa sunt, eo conveniant. GLOSS. *μεσαύλ(ι)ον. κατάκλυστρον. σύνροια. σύνρους.* media aula. *de situ et collocatione*: VITR. 6, 3, 1 tuscanica sunt, in quibus trabes . . . habeant . . . asseribus stillicidiorum in medium -um deiectus. in corinthiis isdem rationibus trabes et -a collocantur. 6, 3, 2 -a eorum (*hibernaculorum*) erecta non obstant luminibus tricliniorum. 6, 3, 6 -ii lumen latum latitudinis atrii ne minus quarta ne plus tertia parte relinquatur. *de aliis*: VARRO ling. 5, 125 *mensa vasaria cartibulum* in aedibus ad -um apud multos me puero ponebatur. rust. 1, 13, 3 una *cohors* ut interdius -um habeat locum, ubi aqua saliat (*ubi dubites an non sit adiectivum*). frg. Non. p. 494 qui per Dium Fidium iurare vult, prodire solet in -um. SVET. Aug. 92 enatam inter iuncturas lapidum ante domum suam palmam in -um deorum Penatium transtulit. PAVL. NOL. carm. 16, 156 capit . . . -um angusto brevia inter tecta cubili, quo vetus arebat . . . cisterna. 16, 208 nubes . . . per artum -ii . . . sitientis in ora liquorem infudit. **2** *instrumentum -o atrii simile, quo ad vites alligandas utebantur*: COLVM. 4, 24, 14 si *palma* longius, quam ritus agricolarum permittit . . . bracchiis in aliena iugorum -a perrepserit. 4, 26, 3 diremptaeque palmae per iugorum -a decurrant.

*fortasse adiective sumendum supra l. 40.*

**compluus,** -a, -um *cf. c.* compluere. GLOSS. V 314, 27 nox -a nox humida (*cf. Verg. Aen. 3, 198 et v. Landgraf, Archiv 9 [1896] 400*). *Bannier.*

**compondero,** -āre *a* com *et* ponderare. *i. q. inter se ponderare, exaequare*: PS. APVL. Ascl. 22 *deus* cum . . . homines efficeret ex parte corruptiore mundi et ex divina pari lance -ans. *Mbr.*

✱**compōno,** -posīvī (-posuī), -positum, -pōnere *a* com *et* ponere. *perf. act.* composivi *legitur* SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 2 composeiverunt, *praeterea in cod.* TAC. ann. 4, 32, *ubi* compossivere *M*; composui *certis poëtarum exemplis inde a* VERG. (georg. 4, 189 -uere *al.*) *et* HOR. (sat. 1, 9, 28 -ui. 2, 1, 3); *in pedestri oratione*: CATO agr. 162, 2 -ueris *codd. ac passim inde a* CIC., *cf.* ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 149 composuit. *inf. praes. pass.* componier: CATVLL. 68, 141. *part. perf. pass.* compostus *evincitur apud poetas metro*: LVCIL. 84 (composit- *fere trad.*) VARRO AT. carm. frg. 7, 2 VERG. Aen. 1, 249 CARM. epigr. 373, 3 (*a. 43/70 p. Chr.*) SER. SAMM. 392 IVVENC. 4, 377 CYPR. GALL. gen. 668 exod. 1256 Ios. 64. 212 (composita *codd., at* compositos *in thesi*: gen. 811. 1469. 1495). CORIPP. Ioh. 6, 436. *sup.* compositu: APVL. flor. 18 p. 92 (composite *codd.*). *de* con- *cf. l. 78 sq. et* DECET. decur. Pis. de L. Caesare (Corp. XI 1420) 29 conponantur. INSCR. christ. Rossi II p. 147, 10 (= DAMAS. epigr. 5, 4) conposuit. CARM. epigr. 320, 4 conponens. *de* cŏm- *cf.* CIC. orat. 159. compono *refl.*: GREG. TVR. vit. patr. 6, 2 VEN. FORT. vit. Mart. 2, 2. BEDA gramm. VII 286, 14 -o ornandi aut eloquii aut artificii est. GLOSS. *συντίθημι. συντιθῶ.* -it *συντίθησιν.* ordinat. finivit, explicavit (*sic*). -e *σύνθες.* -ere mitigare vel finire. -ui *συνέθηκα.* NOT. Tir. 23, 58 conponet. 23, 72 conposuit. *legitur inde a* PLAVTO (*9ies*) *et* CATONE (*10ies*) *per totam latinitatem; deest* ENNIO *et* MELAE; *frequentant* CIC. (*75ies*) SALL. VERG. PLIN. epist. (*25nis locis*) HOR. (*21ies*) OV. (*54ies*) LIV. (*106ies*) VITR. (*37ies*) SEN. rhet. CELS. (*28nis locis*) SEN. phil. (*140ies*) COLVM. (*59ies*) SCRIB. LARG. (*38ies*) PLIN. nat. (*46ies*) QVINT. (*155ies*) TAC. (*151ies*). [*dub. vel corr.*: LIV. frg. 61. OV. rem. 185 compositos *R*, suppositos *vulgo*. PLIN. nat. 33, 64 COMM. instr. 2, 20, 18.] [*it.* componere, *hisp.* componer. *M.-L.*]

**I** ***proprie*** *de actione corporea vel locali*: **A** ***de diversis, quae in unum locum ponuntur, i.*** **coniungere, collocare:**

